PRIOR CLAUSTRALIS, SIUE DISQUISITIONES REGULARES DE OFFICIO ET POTESTATE PRIORIS...

Joao : do Sacramento, Pedro : de los Angeles

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 li
34
Q
S. 3
n.° 2
Q
Sc. 4.
n.° 1.
1. I. F. 34
Digitized by Google

D
IV
4

Digitized by Google

Digitized by Google

PRIOR CLAVSTRALIS,
SIVE
DISQVISITIONES
REGULARES
DE OFFICIO ET POTESTATE
PRIORIS CLAVSTRALIS,
ET
DE VICARIO RELIGIOSO.

Authore R. P. F. JOANNE à SS. Sacramento, Carmelitarum Diſcalceatorum Definitore Generali.

ACCESSIT HAC EDITIONE, QUÆ EST POST HISPANAM ALTERA; ET PRIORI AUCTIOR AC EMENDATIOR,

IVDEX REGVLARIS,
HOC EST
BREVIS AC DILUCIDA IN CAUSIS, ET JUDICIIS REGULARIUM PROCEDENDI METHODUS,

R. P. F. PETRI AB ANGELIS,
Ejuſdem Ordinis in Romana Curia quondam Procuratoris Generalis.

Opus utrumque non minus Regularibus atque Eccleſiaſticis perſonis, quam Theologis ac Juriſperitis utile ac neceſſarium.







BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE VITTORIO EMANUELE

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud JOANNEM BUSÆUM Bibliopolam ſub Monocerote, ANNO M.DC.LXV.
Cum Privilegio Sacræ Cæſareæ Majeſtatis.

Digitized by Google

Digitized by Google

FACVLTAS
ADMODVM R. P. PRÆPOSITI GENERALIS.

F. HIERONYMVS
A CONCEPTIONE
PRÆPOSITVS GENERALIS
FF. Diſcalceatorum Beatiſſ. V. MARIÆ de Monte CARMELO.

DE conſenſu Definitorii noſtri, tenore præſentium facultatem concedimus, ut liber, cui titulus: *Prior Clauſtralis*, ſive *Diſquiſitiones Regulares de Officio & poteſtate Prioris Clauſtralis, &c.* à R. P. IOANNE à SANCTISSIMO SACRAMENTO, ſacræ Religionis noſtræ Sacerdote compoſitus, & à Viris Doctis Ordinis noſtri (quibus ipſum revidendum, examinandumque commiſimus) adprobatus, typis mandetur, & in lucem prodeat. In cujus rei teſtimonium has litteras manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas dedimus in Cœnobio noſtro S. ANGELI Civitatis Regiæ, XV. Kalend. Octob. ANNO M. DC. LIV.

F. HIERONYMVS
à Conceptione Generalis.

F. FRANCISCUS à JESU-MARIA
Definitor, & Secretarius.

Digitized by Google

FACVLTAS

R. P. PROVINCIALIS GERMANIÆ,

CUM PRIVILEGIO CÆSAREO.

F. IOSEPH A CRVCE,

PROVINCIALIS PER GERMANIAM

Fratrum Diſcalceatorum Beatiſſ. V. MARIÆ de Monte CARMELO,
Congregationis S. ELIÆ.

Cum Decreto Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis, ac aliis quamcuncque librariam negotiationem exercentibus ſerio, firmiterque inhibeatur, ne quiſquam libros ullos à PP. Carmelitis Diſcalceatis hactenus editos, aut impoſterum edendos, vel eoſdem ab aliis hominibus in diverſas linguas translatos, aut in compendium redactos, intra Sac. Rom. Imp. Regnorumque & Dominiorum ſuæ Sac. Cæſ. Majeſtatis hæreditariorum fines, ſimili, vel alio characteris genere aut forma, ſive in toto, ſive in parte excudere, vel recudere, aut alio excudendos, vel recudendos mittere, aut alibi etiam impreſſos, ſeu recuſos adducere, vendere, vel diſtrahere, clam ſeu palam ſine facultate Provincialis Ordinis noſtri pro tempore exiſtentis, in ſcriptis habenda, ſub pœna confiſcationis omnium librorum, & aliis gravioribus audeat, vel præſumat: Tenore præſentium Facultatem concedimus Ioanni Buſæo Bibliopolæ Colonienſi, recudendi librum,

Digitized by Google

brum, cui titulus eſt: Prior Clauſtralis, *ſive* Diſquiſitiones Regulares, de Officio & Poteſtate Prioris Clauſtralis, *&c. à R. P. F.* IOANNE *à Sanctiſſ.* SACRAMENTO, *Religionis noſtræ Sacerdote conſcriptum, & à pluribus, eximiis, celeberrimiſque almæ Salmanticenſis Univerſitatis, Theologicæ ac Juridicæ Facultatis reſpectivè Magiſtris atque Doctoribus, magnis encomiis commendatum, probatumq́, &c. In quorum fidem præſentes dedimus officii noſtri ſigillo munitas, ac propria manu ſubſcriptas.* CONFLUENTIÆ *in Conventu noſtro* SANCTIS OMNIBUS *dicato, poſtridie Feſtivit. eorundem* SS. Anno 1664.

JOSEPH à CRUCE
Provincialis.

Digitized by Google

CENSURA
D. BARNABAE
DE RESSA HOROZCO,

in Percelebri, Cæſareoque Calatravenſi Collegio, apud Salmanticenſes Rectoris, necnon Deretalium interpretis.

TRactatum hunc, cui titulus, PRIOR CLAUSTRALIS, ſive *Diſquiſitiones Regulares de Officio & Poteſtate Prioris Clauſtralis, & Vicario Religioſo*, à R. admodum IOANNE à SS. SACRAMENTO Sacri Ordinis *Fratrum Beatiſſ. Virg. MARIÆ de Monte CARMELO*, rigidioris obſervantiæ, quos vulgò *Diſcalceatos* vocant, concinnatum, iterum atque iterum evolvi. Opus certè non tempori, ſed æternitati elaboratum: in quod à limpidiſſimis moralis Theologiæ, & juris utriuſque fontibus, tam ubertim latices derivantur, ut licet anguſtis circumſcriptum limitibus, nihil niſi auguſtum Sapientiæ Oceanum nuncupare auſim, aut poſſim. Quemadmodum enim in mundialis machinæ Geneſi, nutu ſummi Artificis aquæ congregatæ ſunt in locum unum: ſic in Opus iſtud congregatim quaſi fluxiſſe ſcientiarum aquas, ſtudioſus Lector admirabitur.

Et profectò admiratione digniſſimum, per abrupta & ſalebroſa (utpote nulli unquam Scriptorum patentia) ſic leni murmure hos ſapientiæ rivulos derivatos, nec ad

diffi-

Digitized by Google

difficultates ſeſe objicientes, veluti ad cautes & brevia aliò diverſos.

Sufficeret ſanè ad maximam promerendam laudem, Doctorumque plauſum, viam aliqualiter inter tot inveniſſe dumos: & quid non modo reperiſſe, aut aperuiſſe, verùm etiam ſtraviſſe & complanaſſe; ita ut in poſterum tranſeuntibus non aſpera ac difficilis, ſed tuta, amœna quin & florida videatur?

Invenient in hoc Opere Theologiæ & Iuriſprudentiæ Candidati principia, quibus ducantur: Povectiores rationum momenta, quibus nitantur & adhæreant. Et qui jam Parnaſſium cacumen ſe credebant conſcendiſſe, altius quid, quo contendant.

Hæc non ſtrictiſſima (quàm *R*eligionis in tyrocinio, & ſtudiorum primordiis cum Authore inivi) amicitia, & familiaritas, verùm Operis ipſius celſitudo me ſcribere coëgit: non voluntas & affectio, verùm intellectus dictavit & ratio. Eat nunc liber verè aureus, & ſplendorem, quem à publica hauriet luce, Studioſorum diffundat mentibus. Sic ſentio; ſic voveo. *I*n hoc Imperiali, almoque Calatravenſis militiæ Collegio Salmantino. *I*dibus *I*anuarii, Anni *M.DC.LIII.*

Barnabas de Reſſa Horozco, &c.

INDEX

INDEX PRINCIPIORVM, ET ILLATIONVM,

quæ in hoc Opere continentur.

Pars Prima.

De Officio.

Principium I.

Quid Officium, & quotuplex?

Principium II.

Quotupliciter inter Religioſos uſurpetur nomen Officii?

Illatio I.

Qualiter Decretum Clementis VIII. de Reſervatione caſuum, caſu 7. interpretari debeat, dum nomen *Officiales* uſurpat?

Illatio II.

Qualiter Bullarum Pontificiarum clauſula illa: Sub pœna privationis ab Officio, Graduum, Dignitatum, & Honorum interpretari debeat?

Et Potestate.

Principium III.

Quid Poteſtas, & quotuplex?

Principium IV.

Poteſtas Religioſa duplex, & quid Poteſtas Dominativa?

Principium V.

Quotuplex Juriſdictionis Poteſtas?

Illatio I.

Quodnam diſcrimen inter Iuriſdictionem Voluntariam, & Contentioſam?

Illatio II.

Aliud diſcrimen inter utramque præfatam Iuriſdictionem.

Principium VI.

Iuriſdictio in Ordinariam, Delegatamque dividitur.

Principium VII.

Quænam Ordinaria Iuriſdictio?

Principium VIII.

Quænam ſit Delegata Iuriſdictio?

Illatio I.

A quonam Iuriſdictio Delegata deſcendat?

Confe-

Digitized by Google

Illatio II.
Ordinarium poſſe Delegare.
Illatio III.
Delegatum ſubdelegare non poſſe.
Illatio IV.
Poſſitne Delegatus partem alteri ſuæ Commiſſionis ſubdelegare.
Illatio V.
Poſſit ne Delegatus Ordinarii alium ſubdelegare, ſi habeat Poteſtatem à Delegante?
Illatio VI.
Subdelegatum ſubdelegare non poſſe.
Illatio VII.
Ordinaria Iuriſdictio favorabilis, Delegata autem odioſa.
Illatio VIII.
Ordinariam Iuriſdictionem non exſpirare morte concedentis; Delegatam exſpirare.

CONFUTATIO.
De Iuriſdictione Vicarii Generalis Epiſcopi; nec non Locum tenentis Correctoris.
Principium IX.
Iuriſdictionem aut circa Perſonas, aut circa Res exerceri.
Principium X.
Poteſtatem latius Officio patere.

PRIORIS CLAUSTRALIS.

Principium XI.
De Prioris nomine.

Illatio I.
Quotuplici ſignificatu hoc nomen Prior efferatur inter Regulares? ubi de Priore Conventuali.
Illatio II.
De Priore Clauſtrali, deque hujuſce nominis origine; & quibus aliis nominibus æquipolleat?
Illatio III.
Quibus differat Prior Clauſtralis à Conventuali?
Principium XII.
Quodnam Sub-Prioris munus? Et cui fini in Religionibus inſtitutum?
Illatio I.
Præcipuum Sub-Prioris Officium Prælato Monaſterii eſſe ſubſidio.
Illatio II.
Quanam prudentia debeat uti Sub-Prior, ut dignum ſe præbeat Priori Coadjutorem, & Adminiſtrum, ſicque ſuo muneri ſatisfaciat?

Principium XIII.

A quonam Sub-Priorem eligi oporteat?

Principium XIV.

Sit ne Sub-Prioris Officium arbitrarium?

ET DE VICARIO RELIGIOSO.

Principium XV.

Quot ſint ſpecies, ſive genera Vicariorum?

Pars Secunda.

De poteſtate, quæ ratione ſui Officii Priori Clauſtrali, ſive Sub-Priori in Conventu competit?

Principium I.

Quænam poteſtas Sub-Priori præſente Priore in Conventu competat?

Illatio I.

Sub Priorem neque excommunicare, neque abſolvere poſſe, aut ſimilem juriſdictionalem actum obire.

Illatio II.

Sub Priorem non eſſe Prælatum.

Illatio III.

Non poſſe Delegatum Apoſtolicum agere.

Illatio IV.

Nequit eligere Confeſſarium.

Principium II.

De poteſtate, quam ad puniendum, & corrigendum Sub-prior intra Clauſtrum ſortitur.

Illatio I.

Sub-priorem poſſe ea, quæ ſuum munus ſpectant, Religioſis injungere.

Illatio II.

Cujuſnam naturæ Sub-prioralis poteſtas ſit, quamque in Subditos obligationem inducat?

CONFUTATIO.

Illatio III.

De poteſtate Sub-priorali circa votorum irritationem.

Illatio IV.

Sub-priorale munus inter perſonatus connumerari.

Illatio V.

Illegitimos ad Sub-prioratum evehi non poſſe.

Illatio VI.

Quibus debeat prælucere virtutum ornamentis, qui ad Sub-prioratum promovetur?

Illatio VII.

Quam ſtudioſi clauſuræ teneantur eſſe Sub-priores.

Illatio VIII.

Digitized by Google

Illatio VIII.

Priore vita, ſive Officio defunćto, non exſpirare Sub-prioris munus.

Illatio ultima.

Priori, amoveri Sub-priorem non permittitur.

Pars Tertia.

De Officio, & poteſtate Prioris Clauſtrális, quando in abſentia, ſive defećtu principalis prælati, ab ipſo, vel Supremo Prælato, vel à lege Vicarius conſtituitur.

SECTIO PRIMA.

De poteſtate Prioris Clauſtralis, quando, vel decernente lege, vel Supremo Prælato nominante, in locum immediati Prælati ſubrogatur.

Principium I.

Quænam juriſdićtio Priori Clauſtrali inſit, dum abſente, vel deficiente proprio prælato, loco illius præficitur à lege.

Illatio unica.

Ad dignoſcendam Sub-prioris, in abſentia prioris juriſdićtionem, non debeat attendi nominatio, ſive elećtio penes Officium Sub-priorale, ſed penes præſidentiam, ſeu Vicariam.

Principium II.

Sub-priorem, quandiu defećtu principalis Prælati Conventui præeſt, ex vi legis verum haberi prælatum debere.

Principium III.

Sub-prioris poteſtatem deſignati à lege Vicarii defećtu Prioris, eſſe quaſi Epiſcopalem.

Illatio I.

Poteſtatem Direćtivam, & Coërcitivam ad Sub-priorem ſpećtare.

Illatio II.

Ad Sub-priorem pertinere poteſtatem diſpenſandi cum ſibi Subditis. Et circa quæ talis poteſtas verſetur?

§. I.

Ecquid circa votorum irritationem, & diſpenſationem dicendum ſit?

§. II.

Ecquid de poteſtate diſpenſandi ſuper irregularitatibus.

§. III.

Ecquid de poteſtate diſpenſandi circa Eccleſiaſtica præcepta.

§. IV.

Ecquid de potoſtate diſpenſandi circa Regulares Obſervantias?

§. V.

Ecquid de poteſtate diſpenſandi circa pœnas à Religione taxatas, ſeu ab homine impoſitas?

§. VI.

Ad quid ſe extendat prædićta poteſtas diſpenſandi?

Digitized by Google

§. VII.
In hujuſmodi diſpenſationibus juſtam prærequirit cauſam. Et in quo differant Diſpenſatio, & licentia?
§. VIII.
Sub-Priorem poſſe cum Subdito diſpenſare, & licentiam eidem præbere, etiamſi utrumque Subditus à Superiore ante petierit, neque impetraverit.
§. IX.
Prædictas diſpenſationes, ſive licentias non exſpirare morte concedentis, aut finitione Officii.
Illatio III.
Poſſe ſecum diſpenſare Sub-Priorem in illis, in quibus cum ſuis ſubditis poteſt.
Illatio IV.
An poſſit Sub-Prior ſecum diſpenſare, aut ſibi licentias præbere, exequendas ab illo poſt ſui Vicariatus finitionem?
Illatio V.
De poteſtate, quam habet Sub-Prior, ſuos Subditos abſolvendi.
§. I.
Ecquid poſſit circa cenſuras?
§. II.
De poteſtate abſolvendi à non reſervatis, quam habet Sub-Prior. Et an illam poſſit delegare?
§. III.
De poteſtate, quam habet Sub-Prior ad abſolvendum de reſervatis tempore ſui Vicariatus.
§. IV.
An poſſit Sub-Prior, dum præeſt Conventui, aliquos caſus novos reſervare?
Illatio VI.
Sub-Priorem Vicariatus tempore quibuslibet Prælatis conceſſis prærogativis, & indultis potiri
§. I.
Sub-Priori deberi eaſdem præeminentias, ac ipſi Priori.
§. II.
Quanam pœna injuria Sub-Priori tempore ſui Vicariatus irrogata, puniri debeat?
§. III.
Sub-Prior tempore ſui Vicariatus expedire poteſt Literas Dimiſſorias ad ſuſcipiendos Ordines.
§. IV.
Poſſe Sub-Priorem Confeſſarium eligere tempore ſui Vicariatus.
§. V.
Sub-Priorem ſui Vicariatus tempore poſſe Novitios ad profeſſionem admittere.
§. VI.
Sub-Priorem tempore ſui Vicariatus poſſe Delegati Sedis Apoſtolicæ munus obire.
§. VII.
Sub-Priorem (à lege Vicariorum) poſſe in Judicem Conſervatorem eligi.

Digitized by Google

Sub - Priorem (à lege Vicarium) poſſe corporalia benedicere, & alia quælibet ſacra ornamenta, necnon Eccleſiam, Cœmeteria, & oratoria privata reconciliare.

Illatio VII.

Poſſe Sub - Priorem (Vicarium à lege) ſuam poteſtatem delegare.

Illatio VIII.

Prioris à Conventu Monaſtico abſentis juriſdictionem eo temporis ſuſpenſam eſſe, quando Sub-Prior à lege eligitur in Vicarium. Et quomodo hoc intelligendum ſit?

Illatio IX.

Sub - Priorem (à lege Vicarium) non ſubdi abſenti Priori, neque Inferiorem illius, ſed æqualem cenſeri. *Illatio* X.

Sub - Priorem (Vicarium à lege) pro abſente ſuffectum non poſſe amoveri ad ejuſdem Prioris nutum. *Illatio* XI.

Sub - Prior à lege Vicarius morte, ſeu amotione Prioris non cedit Vicariatu.

Illatio ultima.

Quanto tempore abeſſe debeat Prior à Conventu, ut Sub - Prior Vicarius à lege deputatus potiatur juriſdictione Ordinaria, cæteriſque, quæ talem Vicarium concernunt? *Principium* IV.

De juriſdictione, & authoritate Sub-Prioris à Prælato Supremo in Vicarium nuncupati. SECTIO II.

Principium I.

Vicario Sub - Priori nuncupato à Priore convenit Delegatam Juriſdictionem, non vero Ordinariam. *Principium* II.

Quanta ſit Sub - Priori poteſtas à Priore Vicarii deputati.

Illatio I.

Ad Sub - Priorem (à Priore Vicarium) Directivam, & Coactivam poteſtatem pertinere haud aliter ac ad ipſum Priorem.

Illatio II.

Ad Sub - Priorem (Vicarium à Priore nominatum) poteſtas diſpenſandi pertinet.

Illatio III.

Sub - Priorem (à Priore Vicarium) poſſe ſecum in prædictis omnibus diſpenſare.

Illatio IV.

Ad Sub - Priorem (Vicarium à Priore) poteſtatem abſolvendi Subditos cum à cenſuris, tum à peccatis pertinere. *Illatio* V.

Ad Sub - Priorem (Vicarium à Priore) ſpectare Domminativam poteſtatem, qua poteſt irritare vota. *Illatio* VI.

Sub - Priorem (Vicarium à Priore) poſſe Novitiorum profeſſiones excipere.

Illatio VII.

Sub - Priorem (Vicarium à Priore) poſſe corporalia, & quævis Ornamenta pro Altaris miniſterio benedicere.

Illatio VIII.

Sub - Priorem (à Priore Vicarium) poſſe alium Vicarium in ſui ipſius locum conſtituere.

Digitized by Google

Illatio IX.

Sub - Priorem (Vicarium à Priore) non poſſe delegare juriſdictionem excipiendarum confeſſionum, neque ad eaſdem ſibi Subditos adprobare.

Principium III.

Sub - Priorem (Vicarium à Priore) infirmiori perfungi authoritate, minuſque favorabili, quam ſi à lege ipſa ſuffectus fuiſſet.

Illatio I.

Sub - Priorem ab abſente Priore Vicarium deputatum non fore Prælatum.

Illatio II.

Sub - Priorem à Priore ſuffectum in ejus abſentia Subditum illius eſſe, ac proinde inferiorem illo.

Illatio III.

Sub - Priorem à Priore Vicarium) Prælati præeminentiis non frui.

Illatio IV.

Injuriam irrogatam Sub - Priori (à Priore Vicario) non eadem pœna dignam cenſeri, ac ſi abſenti Priori (cujus loco præeſt) irrogaretur.

Illatio V.

Sub - Priori dicto in caſu integrum non eſſe ſibi Confeſſarium deligere.

Illatio VI.

In Judicem Conſervatorem non poſſe Sub - Priorem (à Priore Vicarium) allegi.

Illatio VII.

Mortuo, ſuſpenſo, excommunicato, ſeu alio quovis modo ab Officio remoto exſpirat Vicarii Sub - Prioris juriſdictio, quando ab eodem Priore fuit ſuffectus.

Illatio VIII.

Poſſe Priorem poteſtatem Sub - Prioris Vicarii, à ſe ipſo deputati, ad nutum revocare.

Illatio IX.

Poſſe Priorem poteſtatem Sub - Prioris à ſe Vicarii coarctare, ut ſibi expediens viſum fuerit.

Principium IV.

Eſſe valde probabile, Sub - Priorem (à Priore Vicarium) quando eodem Priore abſente, ſive infirmante, Conventui præeſt Ordinaria juriſdictione gaudere.

Illatio ultima.

Applicatur prædicta doctrina Sub - Priori Vicario.

Pars Quarta.

Principium I.

Quodnam in Religione noſtra Sub - Prioris munus; & ad quem finem inſtitutum?

Principium II.

Ad Sub - Priorem poteſtatem Clauſtralem, ſive Domeſticam attinere, cum ſubordinatione tamen reſpectu Conventualis Prælati.

Principium III.

Quibus qualitatibus ornari debeat Sub - Prior in noſtra Religione. Et illius nominatio ad quem pertineat?

Principium IV.

An qui in Sub - Prioratus Officio præficitur alicui noſtræ Sacræ Religionis Conventui, eligi

Digitized by Google

ligi neceſſario debeat ex Provincia, ad quam talis Conventus ſpectat; an verò ex ipſomet Conventu: vel ſufficiet eſſe quemlibet ex Religioſis totius Congregationis, dummodo idoneus reperiatur?

Principium V.

Quanto tempore in noſtra Religione munus Sub-Priorale perduret?

Principium VI.

Num tempore Provincialis Conventus, ſive Capituli Sub-Prior Conventui præſit? Idemque contingere debeat, ſi Prior electus in Socium ad Generale Capitulum ſuffragaturus accedat?

Principium VII.

Exceptis abſentiæ caſibus principio Superiore poſitis, in aliis quibuſvis, niſi Prior alium Vicarium deputet, Sub-Prior Vicarius Conventui ex vi legis præficitur.

Principium VIII.

Quotieſcumque Prior vel prævenitur morte, ſuſpenditur, promovetur, ſive privatur; ſuccedit Sub Prior ex vi juris in Conventus regimen, veluti in caſu noſtris legibus omiſſo. Et quid dicendum, quando Prior à Communitate ſequeſtratus, exercitiis ſpiritualibus vacat?

Principium IX.

In omnibus prædictis caſibus Sub-Prior Ordinaria juriſdictione pollet, & æquali poteſtate, ac Prior ipſe, gaudet, exceptis his, quæ à lege ſpecialiter limitantur.

Limitatio I.

Sub-Priori Præſidi non deberi præeminentias, nec locum Priori competentes.

Limitatio II.

Qua pœna ſit puniendus in noſtra Religione, qui Sub-Priorem injuria aliqua affecerit?

Limitatio III.

Sub-Priorem Vicarium non poſſe alium Vicarium deſignare abſentiæ cauſa.

Limitatio IV.

Non poſſe Sub-Priorem Vicarium abſente Priore, aliquid innovare.

Illatio I.

Quænam prohibita cenſeantur per limitationem, *Ne aliquid innovetur*?

Illatio II.

Nullum reddi quidquid adverſus ſtabilita Sub-Prior attentaverit. Et quo pacto hoc intelligendum?

Illatio III.

Quænam poſſit Sub-Prior Vicarius abſque innovationis prohibitæ nota?

Illatio IV.

Quo ſenſu interpretari debeat noſtra Conſtitutio Sub-Priori copiam faciens imponendi præcepta. Et quamdiu Prior abeſſe debeat, ut tali facultate uti poſſit?

Illatio V.

Sub-Priorem in noſtra Religione, etiam pro abſentiæ tempore, habitualem, & actualem juriſdictionem penes ſe retinere.

Illatio VI.

Poſſit ne Sub-Prior Vicarius facultatem alicui Subdito à Priore denegatam concedere?

Illatio VII.

Qua poteſtate vigeat Sub-Prior Vicarius ad excipiendas Novitiorum profeſſiones? Et quæ-

Digitized by Google

quænam ratio anſam circa hoc dubitandi Religioni præbuerit?

Illatio VIII.

Quibus in Præſidentiis locum habeant limitationes illæ, nimirum ut Sub-Prior Vicarius neque aliquid innovare præſumat, neque Prælati præeminentiis potiatur?

Principium X.

In caſibus, quibus Conſtitutio Prioris poteſtatem limitat, & Sub prioris limitat.

Illatio I.

Sub-Priori non eſt poteſtas ad exponendum Religioſos pro confeſſionibus audiendis, neque ad puniendum citra gravem culpam.

Illatio II.

Poſſit ne Sub-prior Vicarius, ſtando ſpeciali juri noſtro, ſibi Confeſſarium eligere?

Illatio III.

Sub-Priorem Vicarium non poſſe in judicem Conſervatorem adſumi, bene tamen Delegatum Apoſtolicum agere.

Principium XI.

Non exſpirare Sub-Prioris Vicarii juriſdictionem, Priore vita, ſive Officio defuncto.

Principium XII.

Vicarium à Priore nominatum juriſdictione Delegata gaudere. Et quænam virtute talis juriſdictionis ad illum pertineant?

Principium XIII.

Vicarium à Generali, ſeu Provinciale deſignatum eadem poteſtate Delegata potiri, ac ſi à Priori fuiſſet deſignatus.

Principium XIV.

De Vicario pro Sub-Priore præſide ſubrogato in illius abſentia.

Principium XV.

Vicarius à Diffinitorio delectus, verus evadit Prælatus cum Prælati poteſtate, & præeminentiis.

Principium ultimum.

Poſſe Sub-Priorali Officio fungi in aliqua Provincia, qui in ea permiſſu Superiorum veram acquiſivit Conventualitatem, licet ad illam nec profeſſione, aut natura pertineat.

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIONES REGVLARES.

De Officio, & Poteſtate Prioris Clauſtralis,
ET
De Vicario Religioſo.

PARS PRIMA.

In qua Titulus, ſive Rubrica, ſcholarum more explicatur.

ARDUAM & ſatis ſuperque difficultatum obicibus inacceſſam (etſi non inacceſſibilem) viam ſtraturus, pretium operæ duxi, Operis veſtibulo titulum more ſcholaſtico elucidare; ut ſic faciliùs, quæ reliquis partibus pertractanda ſuperſunt, percipiantur.

DE OFFICIO.

Principium I.

Quid OFFICIUM, *& quotuplex?*

BREVIARIUM.

1. OFFICIUM *à non officiendo dictum.*
2. OFFICIUM *amicis exhibitum, dicitur beneficium.*
3. OFFICIUM *ſumitur pro obligatione propria.*
4. OFFICIUM *Paternum dicitur parentum obligatio erga liberos.*
5. *Obſequium, quod Libertus Patrono præſtat, vocatur* OFFICIUM.
6. *Horæ Canonicæ appellantur Divinum* OFFICIUM.
7. *Beneficium dari dicitur propter* OFFICIUM.
8. OFFICIUM *appellantur tam Eccleſiaſtica beneficia, quam alia munera.*
9. *Etiam vilia.*

HUjus nominis ethymon (de quo Decius *in Rubric. de Offic. & Poteſt. Iudic. Deleg num.3* Abb *in c. poſt ceſſionem, num.2. de probat.* Bolognet. *Rubr. num 37. & 38 ff. de Offic. ejus*, Bilonius, verb. *Officium*, & alii) S. Thom. *2.2.q.183.art.3. ad 2.* adhærens S. Iſidoro *6. ethymolog. cap. 19. circa princ.* expo-

nit,

Digitized by Google

nit, ita ut Officium nil aliud ſit, † *quàm, ut quiſque illa agat, quæ nulli officiant, id* 1
eſt, noceant. Animadvertendum verò eſt, quòd licèt quandoque pro eo acci-
piatur, quod ſpontaneè, libenter, ſeu liberaliter fit, ſicut in *l. 1. ff. Mandati*: in-
deque † Officium amicis exhibitum, quodque homo homini, ut tali, præ- 2
ſtat, *Beneficium dicatur, l. ſervus 7. ff. de ſerv. export.* ibi: *Quum beneficio adfici homi-*
nem interſit hominis. Unde Tull. *de amicit.* ait: *Odioſum ſanè genus hominum Officia*
exprobrantium, de quo omninò conſulendus Seneca 3. *de Beneficiis, cap.* 21. Be-
neficii, Miniſterii, & Officii *diſcrimen explicans.*

Frequentius tamen, & rigoroſius † Officium pro eo ſumitur, quod 3
quiſque pro ſua conditione, ſivè publicâ, ſivè privatâ obligatione tenetur fa-
cere, eique ut tali obligatione adſtricto, convenit. Quod ante alios *lib. de In-*
vent. ipſe definiit Tull. relatus à Panormit. *ubi ſup.* inquiens: Id eſſe, *quod vel na-*
tura, vel lege implere, neceſſe eſt, Text. in *l. 1. C. quib. ut indign.* ibi: *Debitum Officium,*
l. 3. §. 1. fin ibi: *Officium, quod in ſe recepit, impleret, ff. de recept. arbit. l. Officio*, & ibi
Gloſſ. *C. de negot. geſt.* Docent poſt Abb. & Bologner. *ubi ſup.* Corraſius *lib.* 7.
Miſcell. aliàs *lib. 1. Epiſtolic. cap. 21. num.* 2. Cæſar Conſtantin. *lib. 2. de variis ambi-*
guit. iur. cap. 9. Duaren. & alii, quos citatos à Barboſ. reperies in *l. 1. part. 4. num.*
19 *ff. ſolut. matrim.* Ita inter † parentes, & liberos obligatio illa, qua parentes 4
filiam in matrimonio collocare tenentur, pietatis, ſive paternum dicitur Of-
ficium, *l. ult. C. de dotis promiſſ.* adjunctis, *l. qui liberos* 18. *ff. de ritu nupt. l. 2. ff. de*
inoffic. teſtam.

Deinde inter † patronum, & libertum obſequium, quod libertus tene- 5
tur deferre patrono, vocatur Officium, *d. l. Officio. C. de negot. geſt. l. ſi non for-*
tem 26. §. libertus, ibi: *Sed quum Officium*, juncta Gloſſ. *ff. de condict. indeb.* At inter
† Eccleſiaſticos Horæ Canonicæ, ſeu penſum certarum precum quotidie ne- 6
ceſſario ſolvendum Divinum Officium appellatur, *cap. 1. de celeb. Miſſ. cap. ul-*
tim. 12. diſt. & alibi Sacerdotale vocatur Officium, nempè *cap. ſanè* el. 2. *de Of-*
fic. & Poteſt. Iudic. Deleg. Item † Beneficium dari propter Officium, habetur 7
cap. ultim. de reſcript. in 6. Ac etiam ex eadem ratione, † tam Eccleſiaſtica bene- 8
ficia, quam alia munia non ſolum publica, verùm & privata, quantumvis ab-
jecta, quantumvis vilia à jure Officia nuncupantur: quia ſcilicèt omnia ſub
ſe certa continent miniſteria; ad quæ illa obtinens addictus, ſeu deputatus
cenſetur: ut conſtat per Text. *in cap. 1.* juncta ratione, ibi: *Quum unum Officium*
vix dignè, &c. de conſuetud. lib. 6. cap. cum ſingula 32. princ. juncto §. prohibemus, de
præb. & dignit. eod. lib. cum aliis, de quibus Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 11.*
ex num. 2. Et in muneribus publicis id probat Text. *in l. 2.* ibi: *Ex ea Provincia, in*
qua Officium aliquod gerit, ff. de his quib. ut indign. l. ſi quis Officium 38. ff. de ritu
nupt. Et denique quæcunque Rubricæ de Iudicum, ſeu Magiſtratuum tam
ſæcularium, quàm Eccleſiaſticorum muneribus tractant, id per verbum Of-
ficium exprimunt, ut patet lib. 1. Pandect. à tit. *de Offic. Conſul, cum ſeqq.* &
lib. 1.

Officium à non officiendo dictum.

Officium amicis exhibitum dicitur beneficium.

Diſcrimen beneficii, miniſterii, & officii remiſſivè.

Officium ſumitur pro obligatione propria.

Obligatio parentum erga liberos, dicitur Officium paternum.

Officium vocatur obſequium quod libertus Patrono præſtat.

Officium Divinum appellantur horæ Canonicæ.

Officia appellantur, tam Eccleſiaſtica beneficia, quam alia munera etiam vilia.

Plures Rubricæ in jure tam Cano-

9 lib.1.Decret.& Sexto à tit. *de Offic. Archidiaconi*, & à tit. *de Offic. Vicarii.* † Ac tandem in muneribus privatis, etiam vilibus, ſunt, Text. *in l.peculium 65.princ.* ibi: *Officia ſervorum, ff. de legat.* 2. *l. legatis* 65, §. *ſi ex officio*, juncta Gloſſ. 1. *ibi, ff. de leg.*3.

nico, quam civili per id verbum Officium exprimuntur

Principium II.

Quotupliciter inter Religioſos uſurpetur nomen OFFICIUM?

BREVIARIUM.

10. OFFICIUM *latè ſumitur pro Dignitate cum adminiſtratione, & juriſdictione.*

11. OFFICIUM *late etiam ſumitur pro praecedentia ſive praeminentia ſine juriſdictione.*

12. OFFICIUM *ſtrictè importat adminiſtrationem ſine juriſdictione, & ſine praecedentia.*

13. OFFICIUM *in Religionibus, aut ſumitur prout condiſtinctum à Dignitate, & Perſonatu, vel promiſcuè.*

HIs hujuſce voculæ variis ſignificationibus præmiſſis, OFFICIUM, ut in Religionibus munus, aut miniſterium importat, ad tria communiter capita revocatur † DIGNITATEM ſcilicet, quæ adminiſtrationem cum juriſdictione includit, quales ſunt Generales Præpoſiti, Provinciales, Abbates, Priores, Guardiani, Rectores, qui omnes ordinaria juriſdictione inſigniuntur; ſicut alii (qui etiam in *Dignitate* conſtituti dicuntur) delegata gaudent, ut Viſitatores, Comitiorum, ſive Generalium, ſive Provincialium Præſides, & reliqui ejuſdem notæ. † Alii PERSONATUS vocitantur, quibus licet aliqua præcedentia, ſeu præeminentia ſit, nulla tamen juriſdictio, bonorumve adminiſtratio: hujus generis cenſentur inter Regulares Procuratores Generales, ſeu ſocii in Capitulis Generalibus pro ſuis Provinciis ſuffragantes. (Qui quidem in aliquibus Ordinibus, tanquam emeriti rude donantur) Aſſiſtentes, & ſi qui ſunt alii pro more in quavis Religione recepto. † OFFICIUM demum ſtrictè, & propria vocabuli uſurpatione illi cenſentur habere, quibus licet aliqua adminiſtratio committatur, nulla tamen juriſdictione, præcedentia, ſive præeminentia potiuntur: nimirum Procurator Conventus, Syndicus, Claviger, ſive (ut vocant) Portarius, Aedituus, aut Sacriſta, & ſimilia.

Officium latè ſumitur pro Dignitate cum adminiſtratione, & juriſdictione.

10

Officium late etiam ſumitur pro praecedentia ſine juriſdictione.

11

Officium ſtrictè importat adminiſtrationem ſine juriſdictione, & ſine praecedentia.

12

Dupliciter autem his nominibus uti contingit, vel enim nomen OFFICIUM † uſurpatur prout condiſtinctum à *Dignitatibus*, & *Perſonatibus*: (Quæ quidem propria, & rigoroſa hujuſce vocabuli uſurpatio eſt) & tunc OFFICII nomine intelliguntur munera tertii generis, illa ſcilicèt, quæ adminiſtrationem aliquam habent ſine tamen juriſdictione, honore, aut præcedentia. Vel promiſcuè prout omnia munera comprehendit ſine diſtinctione inter Perſonatus, Dignitates, & Officia. Quæ latiſſima eſt ejuſdem vocis acceptio: & tunc

13

Officium in Religionibus, aut ſumitur prout condiſtinctum

a Dignitate, & Perſonatu, vel promiſcuè.

& tunc tam primi, & ſecundi, quàm tertii generis munia comprehenduntur.

ILLATIO I.

Qualiter decretum Clementis VIII. de reſervatione caſuum, caſu 7. interpretari debeat, dum nomen OFFICIALES *uſurpat?*

BREVIARIUM.

14. *Verba caſus reſervati.*
15. *Portelli ſententia.*
16. *Peyrinis ſententia.*
17. *Lezana ſententia.*
18. *Suares ſententia.*
19. *Authoris ſententia. 1. Concluſ.*
20. *In hac reſervatione qui comprehendantur?*
21. *Et qui non?*
22. *Officialium alii ſigillis utuntur, alii non.*
23. *Magiſtri Novitiorum, & Profeſſorum non intelliguntur in hac reſervatione.*
24. *Nec Sub-Prior, dum Prælatus in Monaſterio adeſt. Secus dum abeſt.*
25. *Portellus rejicitur.*
26. *Generalis, & Provinciales dicuntur quorumlibet Officiales Conventuum, ille totius Religionis, iſti ſuarum Provinciarum.*
27. *Officialis nomen intelligendum eſt de illo, qui cum falſificante de facto in eodem Conventu cohabitat.*
28. *Reſervatio odioſa.*
29. *Odia reſtringenda.*
30. *Officiales particulares Conventuum dicuntur reſpectu hujus reſervationis, Officiales dumtaxat illorum Conventuum, in quibus commorantur.*
31. *Ratio, ob quam hæc reſervatio comprehendat Officiales dumtaxat Conventuum, in quibus falſificans commoratur.*

Portelli ſententia.

PRo pleniori intelligentia præmitto, verba Pontificis, &c. † *Septimo falſificatio manus, aut ſigilli Officialium Monaſterii, aut Conventus.* In quorum intelligentia non prorſus uniformiter Doctores conveniunt. 14

Portellus † *Dub. regular.* verb. *Falſarius, num.* 3. per *Officiales Conventus* intelligi contendit, Prælatum localem, uti Guardianum, vel ſimilem Vicarium Præſidentem, Sacriſtam, Procuratorem, & omnes alios à Prælato alicui miniſterio particulari Conventus deputatos, non verò intelligi Provincialem, vel Generalem Ordinis, quia ii non ſunt *Officiales Conventus*, ſed Provinciæ, vel Familiæ totius Ordinis, & res pænalis reſtringenda eſt ad propriam verborum ſignificationem: *Et quoad Minoritas credo* (verba ſunt illius) *Syndicum Fratrum eſſe Officialem Conventus. Dixi pariter* (proſequitur) *non incurrere iſtum caſum illum Religioſum, qui in hoc Conventu degens falſificavit litteras, vel ſigillum alicujus Officialis alterius Conventus, in quo non exiſtit de facto, neque degit; quia talis propriè non falſificat manum, vel ſigillum Conventus, id eſt, ſui Conventus, in quo ſcilicet exiſtit, & vivit.* Hæc Portellus. 15

Peyrini ſententia.

Laurentius † verò de Peyrinis *vol. 1. Tom. 2. de Prælat. quæſt. 3. cap. 2. nu. 50.* ad incurrendam reſervationem hanc, neceſſarium ducit, quòd Religioſus falſificet 16

Digitized by Google

falſificet manum alicujus Officialis Conventus ut ſic: nimirum Sacriſtæ, Procuratoris, Correctoris, Provincialis, Generalis, Procuratoris Generalis, Secretariorum Generalis, & Provincialis: *Ii enim omnes ſunt Officiales Religionis* (inquit) *& conſequenter Conventuum, licet Portellus in addit. ad Dub. Regul.* verb. *Falſarius, num. 3. putet per Officiales Conventus non intelligi Provinciales, & Generales, nec alios Officiales alterius Conventus, ſed ſolùm illius, in quo falſarius commoratur.*

17 Noſter Lezana † *Regularium qq. Tom. 3.* verb. *Falſarius, num. 4.* aſſerit nomine *Officialium Monaſterii, aut Conventus*, non ſolum venire Superiorem (fortè Sub-Priorem,) Procuratorem, Sacriſtam, & cæteros, ſed etiam maximè juxta intentionem Pontificis, Priorem. ſeu Guardianum, Provincialem, Generalem, imò Procuratorem Generalem, Secretarium, ſeu Socium Generalis: *Ii enim* (ait) *ſunt Officiales Religionis, & conſequenter Conventuum, ut contra Portellum habet Peyr. & ante ipſum Suareus. Quum autem Pontifex dicat: Monaſterii, & Conventus; non vero Monaſteriorum, aut Conventuum, ideo placet, quod idem Portellus habet, ſcilicet ſolum loqui Papam de Officialibus ejus Monaſterii, aut Conventus, in quo falſarius commoratur, non aliorum.* Hucuſque Lezana. *Lezana ſententia.*

18 Tandem Suareus † *Tom 4 de Relig. lib. 2. cap. 18. n. 8.* inquit: *In ſeptimo* (nempe caſu) *interrogari poteſt. qui vocentur Officiales Monaſterii? Ad quod breviter dicitur: Sub illa voce comprehendi, & Prælatum ipſum, & omnes, qui ſub illo habent aliquam adminiſtrationem perſonarum, aut bonorum Conventus, ut ſunt Vicarius, Sub-Prior: vel in Societate Miniſter, Procurator, & ſi qui ſunt alii ſimiles. Addo etiam, comprehendi à fortiori Provincialem, & Generalem juxta mentem Pontificis? quia eo gravior falſificatio eſſet, & magis pernitioſa Religioni. Item, quia quilibet eorum dici poteſt Officialis Monaſterii, vel Conventus, nam licet magis propriè appelletur totius Provinciæ, vel Religionis, tamen ibi à fortiori ſinguli Conventus includuntur.* *Suarecii ſententia.*

19 Dico primò in prædictis Papæ Decretis debere intelligi, † quicunque *Concl. 1.*
20 Officialium *Conventus* nomine ſignificantur: † qui ſive perſonarum, ſive bonorum Monaſterii adminiſtrationem exerceant, ut Prior, Sub-Prior, Procurator (& Syndicus inter Minoritas, uti placet Portello) & ſi qui alii
21 ſimiles, & in hoc Suareum ſequor. † Quibus verò prædicta adminiſtratio non creditur, ut Noviciorum Magiſtris, Æditiis, ſive Sacriſtis, Oſtiariis, &c. non poſſum adduci, ut eos inter Officiales, pro nunc, adnumerari patiar:
22 quandoquidem horum licèt literæ falſificentur (de ſigillis, † quum prædicti publicis non utantur, nulla dubitatio eſt) non par Conventui, ſive Monaſterio ſequuturum exitium timetur, quum nullam prorſus perſonarum, ſeu bonorum adminiſtrationem gerant; ſed ad ſummum bonorum aliquam cuſtodiam, ſive curam ſine adminiſtratione, ut Sacriſta, interque Benedictinos Cellerarius, aut Cellarius. Vel perſonarum aliquod regimen, ſive directio-

nem, † quemadmodum Novitiorum, & Juniorum Magiſtri, ad quos, etſi 23
eorundem cura ſecundariò pertineat, non tamen per ſe primariò, & principaliter, ſicut ad Prælatum localem. † Unde quod Suareus aſſeruit de Sub- 24
Priore noſtro (ſive juxta ſuæ Societatis Sacræ uſum, Miniſtro) intelligendum puto in abſentia proprii Prælati, uti credo Portellum *dict. num. 3.* intellexiſſe, ibi, *Vicarium Præſidem.*

Portellus rejicitur.

Verumtamen aures omnino obturandæ eidem Portello † affirmanti: 25
Officialium nomine prædicto decreto non venire Generales, & Provinciales: *Quia* (ut ille loquitur) *non ſunt Officiales Conventus, ſed Provinciæ, vel totius familiæ.* Et ideo meritò hanc explicationem refellit *ubi ſup.* Suarecius, quòd (ut optimè ipſe argumentatur) à fortiori debent, comprehendi juxta mentem Pontificis. (Addo & juxta verborum corticem:) *Litterarum quippe iſtarum falſificatio longè Religioni exitioſior eſſet, quàm cæterorum:* † *tum quia licet magis* 26
propriè Provinciæ, & totius Religionis Patres appellentur, tamen intra Provinciæ, & totius familiæ limites ſinguli Conventus, ſive Monaſteria includuntur. Bene quidem, Nam ſi Conventuum, etiam ſingulorum Officiales non eſſent, neque illorum eſſent Prælati, & Superiores, & quid, quæſo, minus rationi conſentaneum, quàm aſſerere: Falſificationem litterarum Æditui, Cellarii, & Oſtiarii reſervatam, Generalis verò Præpoſiti, aut Provincialis minimè? Et in hac ſententia nobiſcum ſentit Lezana *ubi ſup.*

Generales, & Provinciales dicuntur Officiales, quorumlibet Conventuum, illi totius Religionis, iſti ſuarū Provinciarum.

Concluſio ſecunda.

Dico ſecundo † nomine Officialis non ſubintelligi in eodem de- 27
creto, qui extra falſificantis Conventum Officialium titulo gaudent: ſed tantum, qui Conventus, quem falſarius incolit, Officiales ſunt. In qua concluſione libenter Portello & Lezanæ adhæreſco; (quidquid, ſine ratione contrarium ſuadente, reluctetur Peyrinis.) Probatur; quia Officiales alterius Conventus haudquaquam, ſicut Provinciales, & Generales univerſalem Juriſdictionem exequuntur, ob quam ſingulorum Conventuum Officiales cenſeantur: At qui decreti Pontificii verba expreſsè de Officialibus Conventus ſeu Monaſterii ſonant, penes quem ſonum ſtrictè † in- 28
terpretari debent, utpote rem concernentia odioſam, † *cap. odia, de reg. jur.* 29
in 6. cum ſimilib. ergo illorum ſignificatum ad alterius Monaſterii Officiales irrationabiliter pertrahitur.

Refutatur Peyrinis, Portelluſque defenditur.

Quod verò Peyrinis in Portellum invehens adverſus traditam doctrinam obtrudere nititur: † Debere ſcilicet, intelligi prædicta verba *de Of-* 30
ficialibus ut ſic, ſeu generatim, quia omnes ſunt Religionis Officiales, ac proinde Conventuum; omnino reſpuitur: aliud enim eſt Officialem Religionis eſſe, aliud Conventus. Et ideo licet in Generalibus & Provincialibus valeat inferri, eo nomine ſingulorum Conventuum eſſe ſuperiores, quia in Religionem univerſali juriſdictione gaudent; non tamen in

aliis,

aliis, quorum juriſdictio ſive poteſtas intra certi alicujus Monaſterii ſepta, concluditur.

31 Ratio ergo † congruens, quæ Pontificem, ut ſolam falſificationem literarum OFFICIALIUM proprii falſificantis Monaſterii reſervabilem decerneret, impulerit; facilè reddi poteſt; ſi dicamus: Falſificatione OFFICIALIUM alterius Conventus raro in alio Conventu degentium intereſſe, atque ideo raro accidere, quæ verò rarò accidunt, leges prætereunt, *l.nam ad ea, cum ſimilib. ff. de legib.* præſertim in re odioſa. *Ratio ad talis falſificationis reſervationem congruens.*

ILLATIO II.

Qualiter Bullarum Pontificiarum Clauſula illa: SUB POENA PRIVATIONIS AB OFFICIO, GRADUUM, DIGNITATUM, ET HONORUM *interpretari debeat?*

BREVIARIUM.

32. *Verba in Bullis apponi ſolita.*
33. *Opinio Lezanæ dicentis, comprehendi omnia officia.*
34. *Conſtitutio Sixti V. contra Regulares illegitimè natos.*
35. *Comprehendit ea ſolum munera, quæ adjunctam habent ſuperioritatem.*
36. *Verba legis ſecundùm communem uſurpationem interpretanda.*
37. *Opinio adſerentium, comprehendi dumtaxat Officia, quæ habent honorificos gradus cum ſuperioritate.*
38. *Diana dicit, Lezanæ opinionem eſſe nimis rigidam.*
39. *Alii Motus proprii declarantur, in quibus reperiuntur prædicta verba.*
40. *Sententia Authoris media diſtinguens inter Officia honoris, & oneris.*
41. *Verba juxta ſubjectam materiam, etiam contra proprium ſignificatum uſurpari debent.*
42. *Verba deſerviunt intentioni, non intentio verbis.*
43. *Commodum ex malitia, non eſt reportandum.*
44. *Excommunicatus tenetur ad penſum Divini Officii.*
45. *In quibus Author cum prædictis Doctoribus ſentiat, & diſſentiat.*
46. *Hoc nomen Officium quomodo in Religionibus circa pœnas uſurpetur?*

CUm ſoleat pro literarum Apoſtolicarum tranſgreſſoribus in ipſis apponi
32 Clauſula: † *Sub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ, Officiorum, Dignitatũ, Honorum, Graduum, &c.* meritò dubitatur: Quibus hic *Officiis* priventur tranſgreſſores? In cujus explicatione duplicem ſibi invicem repugnantem opinionem invenio.

33 Prima, † noſtri Lezanæ *Tom. 1. Regul. qq. cap. 10. num. 32.* adfirmantis: Non modo ſignificari Officia, & Dignitates, quibus ſuperioritas connectitur, ſeu Generalatus, Provincialatus, Prioratus, verùm & alia hujuſmodi ſuperioritate carentia, uti Concionatorum Officium, publica literarum Profeſſio, *Lezanæ opinio.*

ſeu

Digitized by Google

ſeu Lectoratus, Confeſſarii munus & ſimilia: *Ratio* (inquit) *eſt; nam Pontificis verba generaliſſima ſunt: nec leve in ipſis, ut reſtringantur, apparet fundamentum.*

Objectio.

Nec huic ſuæ expoſitioni videtur Lezanæ obſtare † quædam Sixti V. 34
Conſtitutio contra Regulares illegitimè natos: in qua, quum eos omnibus Dignitatibus, Gradibus & Officiis privaſſet, poſtmodum in alia Conſtitutione ſeſe explicuit Pontifex, adſerens, ſolum ibi intelligi debere, & includi munera illa, *quæ adjunctam habent ſuperioritatem*: Ergo quælibet alia tali ſuperioritate carentia, noluit Sixtus comprehendi in prædicta ſua prima Conſtitutione.

Solutio.

Reſpondet enim: † Summum Pontificem in hac declaratione tan- 35
tum loqui individualiter de prædicta prima Conſtitutione contra illegitimos promulgata, non de cæteris à ſe, vel ab aliis Pontificibus editis, ſeu edendis. Probat expendens & trutinans hæc poſterioris verba Conſtitutionis: *Declaramus hac in re, de qua nunc agitur, appellatione Dignitatum, Honorum, &c.* Ubi expreſsè adfirmat Pontifex, ſe loqui de re peculiariter, quæ in illa Conſtitutione tractatur, non de aliis: ergo ſine fundamento talis explicatio ad alias literas Pontificias extenditur; imò repugnantibus verbis trahitur: quum à contrario ſenſu validiſſimè ſententiam prædictam confirment: *Quare* (concludit Lezana) *in tali clauſula: Sub pœna privationis ab Officio, &c. omnia illa neceſſariò intelligenda fore, quibus propriè, & ſecundum communem uſum, ac æſtimationem talia vocabula adaptantur.* † *Verba enim legis ſecundum commu-* 36
nem uſum, & uſurpationem interpretari debent. Hæc Lezana.

Opinio Sanchez.

Diverſimodè opinantur † Thom. Sanch. *ſumm. Tom. 2. lib. 6. cap. 15. nu.* 37
66. Rodriq. *in expoſit.* Motus Pii V. *num. 21.* & Bonacin. *de Clauſur. punct. 4. num. 6. & de largitione munerum, diſp. 3. punct. 5. num. 2.* qui ait: *Sub Officiorum nomine, Graduum, Dignitatum, &c. intelligi honorificos Gradus, cum ſuperioritate, ſeu Officio, quibus adjunctum eſt ſuperioritatis jus, velut Generalatus, Provincialatus, Prioratus, Viſitatorum Officium, & Generalium Commiſſariorum, Vicariatus Monachorum, ſeu Sancti Monialium, Officium Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ: hoc tamen nomine nullatenus venire Novitiorum Magiſtros, Miniſtros, Conſultores, Admonitores, Concionatores, Lectores Theologiæ, Confeſſarios, Præfectos Sacriſtiæ, Diffinitores, Diſcretos.*

Filliucii opinio.

Id ipſum † antea docuerat Filliucius *Tom. 2. tract. 34. cap. 3. num. 77.* 38
referente P. Diana *P. 4. tract. 4. reſolut. 224.* verſ. *Verùm*, qui nimis rigidam pronuntiat opinionem Lezanæ, ideoque ſequendam non judicat. Et ita
etiam Motum proprium † Clementis VIII. *de largit. muner.* eiſdem verbis 39
utentem enucleat Souſa *in explicat. illius, nu. 10.* Idem docent in terminis Motus proprii Pii V. & Gregor. XIII. interdicentium ingreſſum fœminarum in Monaſteria virorum ſub pœna privationis Officii in admittentes Emanuel *loc.*

Digitized by Google

lo[illegible] Sorbus *Compend. Privilegior. Mendicant.* verb. *Ingreſſus Monaſteriorum Monialium, in ſuis additat. num.* 8. Et utrique [illegible] addit, ut quodam ſuo Capitulo Generali explicatum eſſe, comprehendi quoque Viſitatorum, & Commiſſariorum Generalium, Vicariorum Monachorum, ſeu Monialium Officia, non autem Officium Dominorum, aut Diſcretorum: quod addit Sanch. *ubi ſup.* In hac [illegible] varietate tutiorem, & [illegible] mediam viam ducens, ab illa [illegible].

40 Dico opera pretium [illegible], † animadvertiſſe, [illegible] fore, iſſe diſcrimen inter Officia HONORIS, & ONERIS. Unde ſub clauſula, quam in præſentiarum declaramus, [illegible] qualitumque prorſus intelligenda [illegible] non item quæ ONERIS ſunt. Ratio eſt, nam prædictam Clauſulam expreſſe decrevit Summus Pontifex, apponi ad Apoſtolicarum literarum tranſgreſſorum punitionem: at promiſſum indubitabile eſt; illos voluiſſe Officiis tantum privare, quæ HONORIFICA, non verò quæ ONEROSA eſſent: & ideo ad pœnam minimè pertinentia. *Media Authoris ſententia.*

Neque rationem infringes, ſi oppones cum Lezana: verba Clauſulæ Generaliſſima eſſe, nec reſtrictioni aliquod fundamentum præbere, ut modo de illis intelligantur, modo alia ab illis credantur excluſa. Reſpondetur enim: Nullatenus per noſtram explicationem verba Clauſulæ coarctari ſed tantum illa, ne præſcriptos ſibi limites ab intentione Pontificis prætergrediantur, continere; ut extra ſubjectam materiam (hoc eſt, extra pœnalem) non *Objectio.* *Solutio.*

41 divagentur. † Quippe verba juxta ſubjectam materiam, etiam contra propriam ſignificationem, [illegible], debent, ut bene Geminian. *Conſ.* 122 *num.* 3. verſ. *Et ſic*, Alex. *Conſ.* 86. *column.* 2. verſ. *Nec obſtat*, & verſ. [illegible], Card. Tuſch. *Tom.* 8 *lit. V. concluſ.* 91 *num.* 26. & alii communiter. Ergo interpretari prædictam Clauſulam de Officiis ſolummodo HONORIFICIS, non eſt eam reſtringere; ſed in toto ſuo ſignificatu (ut docet) exponere. E contra verò: ſub tali Clauſula, etiam ONEROSA Officia comprehendi credere, tantum [illegible] in Pontificis intentionem explicare, ut potiùs eidem intentioni contraria verba Clauſulæ adſerere, contra

42 receptum in jure axioma. † [illegible] debere, intentionem [illegible], non intentio verbis, *l. non aliter ff. de legat.* 3. [illegible] *ff. de aliment.* [illegible] *cap. ſecundo requiris, de appellat.* [illegible] *verb. ſignific.* Tiraquell. *in l. ſi unquam*, verb. *Libertis*, *a num.* 47. *C. de revocand. donat.* Barbos. [illegible] *locis commun.* verb. *Verba*, *num.* 10. Mantic. *de conject.* [illegible] *num.* [illegible]

43 Et confirmatur. † Nam alter ex [illegible] Apoſtolicarum, [illegible] violator commodum reportaret, contra Text. in *l.* [illegible] *ff. de* [illegible],

44 [illegible] *fullo ff. de furt.* *cap. Cognoſcentes, de Conſtit.* † Cui principio [illegible],

qui

qui probabiliſſimè negant, excommunicatum minimè liberum à Divini Officii ſolutione, aliàs enim pœna illi commodo eſſet.

Lezanæ ſententia aliquo modo approbatur.

Unde patet, † nos Lezanæ veſtigiis inhærere, quatenus dicit: Nomen OFFICIORUM generaliſſime interpretandum: ita tamen, ut in hac generalitate quæcumque Officia cenſentur HONOS, comprehendantur, non verò, quæ ONUS. Ab alteram ſententiam patrocinantibus eatenus diſcedimus, quatenus ipſi in prædicta Clauſula exiſtimant, illa tantum Officia comprehendi, quæ adnexam habent ſuperioritatem. Nos tamen quæcumque HONORIS ſint, ſive ſuperioritatem habeant, ſive non, generaliſſimè comprehendi verius judicamus. Et ideo in Apoſtolicas literas peccantes non modò privationem incurrere (ſi noſtra Clauſula apponatur.) Officiorum *Primi*, & *Secundi* generis, (hoc eſt Dignitatum, & Perſonatuum) verùm, & *Tertii* ſcilicet, quæ nec præeminentiam, nec Dignitatem habent, ſed meritò inter HONORIFICA computantur, qualia ſunt Concionatorium, & Profeſſorium munus: non verò Oſtiarii, Æditui, ſeu Sacriſtæ. In qua dijudicanda re mores, & conſuetudinem receptam in qualibet Religione prorſus obſervare, æquum erit; ne ad minima, & minutula quæque cum diſpendio temporis deſcendamus. 45

Quomodo in Religionibus hoc nomen Officium circa pœnas uſurpetur.

In calce † tamen addo cum Portello *Dub. Regul.* verb. *Officia, num. 2. in addit.* Ex conſuetudine (ſaltem in Ordine Seraphico) quando ſtatuta privant Officio, propriè intelligi de Prælationis Dignitate. 46

ET POTESTATE.

Principium III.

Quid POTESTAS, *& quotuplex?*

BREVIARIUM.

47 *Poteſtas à verbo* Poſſum *ducit originem.*

48 *Poteſtas generaliter [illegible] ſecundùm materiam, cui [illegible] ur.*

49 *Poteſtatis nomen [illegible] [illegible] porum [illegible].*

50 [illegible]

51 [illegible]

52 [illegible]

SAtis ſuperque (prout Inſtituti noſtri brevitas patitur) hucuſque de OFFICIO egimus: recta procedendi methodus poſtulat, ut de POTESTATE ſermonem intexamus.

Poteſtas à verbo Poſſum *dicitur.*

Poteſtas † à verbo *Poſſum* derivatur, quemadmodum, & *Potentia*, uti 47

adnota-

adnotarunt Navarr. *in cap. Novit. de Iudic. notab. 3. num. 81.* & Petr. Gregor. *libr. 11. ſyntagm. Iur. cap. 2. num. 3. & lib. 13 cap. 1. num. 1.* Et ſicut eandem ducunt originem, ſic eandem ſignificationem ſortiuntur.

48 *Poteſtatis* † igitur generaliter acceptæ lattiſſimè patet ſignificatio, & ſolum penes materiem, cui accedit, diverſificatur. Quod benè probat Text. in *l. Poteſtatis 215. ff. de verbor. ſign.* ubi plures hujuſce verbi acceptiones; de quibus Alciat. & Rebuff. *ibid.* Pavin. *de Poteſt. Capit. Sed va. prælud. 4.* Na-
49 varr. *loc. cit.* Donell. *Comment. Iur. lib. 5. cap. 28. verſ. Poteſtatis.* Quanquam † autem *Poteſtatis* nomen antonomaſticos Imperium merum ſignificet, *l. Im-*
50 *perium ff. de juriſdict. omn. jud.* † Frequentius nihilominus jus, & authoritatem aliquid faciendi præſefert, ut innuit Chriſtus Jesus, *Matth. 21. 27*
51 *Neque ego* (inquiens) *dico vobis, in qua* Potestate *hæc facio.* † Hæc verò Authoritas, ſeu Poteſtas in Judicibus, & Prælatis Juriſdictionem importat, uti ex Navarri doctrina *d. num. 81. fine* colligitur. Admiſceturque talis juriſdictioni imperium ex *l. ult. ff. de Offic. ejus, cap. ex literis 29. verſ. Ex qua, de Offic. & Poteſt. Iudic. Delegat.* † Qua ratione Magiſtratuum Poteſtas impe-
52 rium à Jure Conſultis appellari, conſuevit: ut eleganter Paulus in *d. l. Poteſtatis 215.* ibi: *In perſona Magiſtratuum Imperium:* nimirum quatenus imperium in genere ſumptum.

Poteſtas generaliter accepta diverſificatur ſecundum materiã, cui accedit.

Poteſtas jus, & authoritatem aliquid faciendi importat.

Poteſtas Magiſtratuum, Imperium aliquando appellatur.

PRINCIPIUM IV.

Poteſtas Religioſa duplex, & quid Poteſtas Dominativa?

Breviarium.

53. *Poteſtas duplex.*
54. *Dominativa.*
55. *Iuriſdictionalis.*
56. *Dominativa ad quid ſe extendat?*
57. *Prælatus talem Poteſtatem habet in Subditos, qualem Pater Familias erga Domeſticos.*
58. *Prælati Poteſtas ſpiritualia concernit, Patrisfamilias temporalia.*
59. *Sed neutri eſt juriſdictio propriè ſumpta, ita ut gravem pœnam infligere valeant.*
60. *Dominativa Poteſtas in obedientiæ voto fundatur.*
61. *Nemo poteſt alteri abſolutam Poteſtatem concedere.*
62. *Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum Poteſtas qualis?*

53 Relictis aliis Poteſtatis cùm Eccleſiaſticæ, tum Profanæ ſpeciebus; † *Poteſtas*, de qua hic tractaturi ſumus: (Illa ſcilicèt, quæ ſtatui Reli-
54 gioſo eſſentialis, & propria eſt) in duo præcipua membra dividitur. † Alia enim eſt, quæ ex vi ipſius ſtatus, ſeu Profeſſionis, aut Obedientiæ voti
55 procedit: † Alia, quæ Juriſdictionis Eccleſiaſticæ ratione, eidem ſtatui accreſcit,

Poteſtas Religioſa duplex.
Prima.
Secunda.

accreſcit, ſeu ſupervenit. Quam equidem omnes Prælati Regulares illarum Religionum, quæ ab Epiſcoporum juriſdictione exemptæ ſunt (uti hodie fere omnes exiſtunt) ex uſu, Privilegiiſque Summorum Pontificum nanciſcuntur.

Dominativa ad quæ ſe extendat.

Poteſtas † autem, qua Prælatus, *Primo* ex dictis modo pollet, ex 56 vi ſcilicèt voti Obedientiæ à ſubditis in Profeſſione emiſſi (& *Dominativa* communiter appellatur) limites Regulæ, ſive Regularis Obſervantiæ; necnon correctionis Paternæ, aut punitionis charitativæ minime prætergreditur. Quod prudenti ejuſdem Prælati arbitrio relinquitur dijudicantis uſus, moreſque Religionis.

Prælatus talem Poteſtatem habet in Subditos, qualem Pater Familias erga domeſticos.

Probatur. † Nam præcisè Prælatus, ut talis, nulla Poteſtate gau- 57 det, niſi tanquam Paterfam. erga domus ſuæ domeſticos. Eo tamen diffe- runt, † quod illius Poteſtas *ſpiritualia* concernit, iſtius verò *temporalia* mo- 58 deratur. † In hoc autem conveniunt, quod neutri eſt juriſdictio propriè, 59 & rigorosè ſumpta, neuterque judicis perſonam induit, qui gravem pœnam corporalem, ſeu ſpiritualem valeat infligere, ſed tantum illa ad eos correctio pertinet, quam œconomica directio, paternave exigit providentia.

Dominativa fundatur in Obedientiæ voto. *Abbatiſſæ* [illegible]*, en* [illegible]

Ratio eſt; quia *Poteſtas* hæc † velut in baſi unica, in Obedientiæ 60 voto ſtabilitur, ac proinde communem, & regularem voventis intentionem non excedit; imò neque excedere poteſt, niſi à publica Poteſtate deſcendat, † quum nemo ampliorem in ſe poſſit alteri poteſtatem tribuere: 61 cujuſmodi olim Prælatis Religionum Epiſcopis ſubiectarum Poteſtas erat (vel ſi quæ modo ſit) necnon † & Poteſtas, quæ hodie Abbatiſſis, ſeu 62 Prioriſſis, aliiſve Sancti-Monialium Superioribus ineſt, quibus aliqualis coërcitiva conceditur Poteſtas; licèt non juriſdictio ita tamen, ut præfixam, in corrigendo, metam egredi nequeant. De quo videſis Suarezum *de Relig. Tom. 4. lib. 2 cap. 9. n. 2.* Vazquez 1. 2. *Tom. 2. diſp. 166. c. 4. n. 26.*

PRINCIPIUM V.

Quotuplex juriſdictionis Poteſtas?

BREVIARIUM.

63. *Iuriſdictio duplex.* [illegible]

[illegible]

72. *Iuriſdictio Prorogata, quid?*

Duplex

63 DUplex † eſt *Iuriſdictionis* Poteſtas. Altera *Neceſſaria*, ſeu *Contentioſa*: Altera *Voluntaria*. Deſumitur hæc diviſio, ex *l. 2. ff. de Offic. Pro Conſ.* *Poteſtas juriſdictionis duplex.*

64 *Neceſſaria*, † ſeu *Contentioſa*. (Quippe prout inſtituto præſenti deſervit, utraque in idem me... perſonam prærequirit, quæ in judicio contradictorio alteri ſe opponat. Exercetur enim inter partes, ortâ lite ſuper aliqua re, ſtrepitu, formaque judiciali interveniente, citatione ſcilicet, inquiſitione, &c. Quæ quidem *in invitum redditur*, ut liquet per text. in *l. inter ſtipulantem* 83. § 1 *ff. de verbor. obligat.* Vocatur *Contentioſa*, quia in judicio hac ipſa poteſtate ... unus adverſus alterum (Nimirum actor in reum litigat. Et *Neceſſaria*, quia reus in judicium adſcitus, ibi reſpondere *neceſſariò* tenetur. *Neceſſaria.*

65 Alteram † juriſdictionis ſpeciem dici *Voluntariam* aſſerui, eò quòd volentes inter, & conſentientes verſetur. Qualis in profano foro cenſetur *Voluntaria*
66 † Adoptandi, Manumittendi, Emancipandi poteſtas: & in Eccleſiaſtico
67 † Diſpenſandi, aut Commutandi vota, necnon à caſibus, & cenſuris Abſolvendi. Qui actus prorſus ad voluntariam juriſdictionem ſpectant: nam in ipſis *voluntariè* ſubditus Prælato ſe ſubmittit, neque citatus, neque ab alio interpellatus, ſed ſua ſponte: quapropter neutiquam horum actuum exequutio judicem pro Tribunali ſedentem expoſcit. Ita Gloſ. & Scribb. in *d. l. 2. ff. de Offic. Pro-Conſ.* Rebuff. *in l. cenſeri 111. ff. de verbor. ſignif. propè fin.* & cunctis eruditior Robert. Marant. *ſpeculi aurei 4. p. tit. An ſimplex, vel duplex, diſt. 18 n. 1. & 2.*

68 Non autem † hoc ſemper verificatur: quandoquidem Summus Pontifex in impedimentis Matrimonii, & irregularitate poteſt, etiam cum invito, diſpenſare; ut communis fert opinio, idemque in abſolutione ab excommunicatione poteſt accidere. Unde meritò Suar. *Tom. 5. part. 3. diſp. 41. ſect. 2. num. 1.* docuit; diſpenſationem actum juriſdictionis voluntariæ dici, *Summus Pontifex etiam cum invito diſpenſat.*
69 † quia ex natura ſua non ad coactionem, ſed potius ad favorem, atque gratiam pertinet: licet quandoque de juriſdictione coactiva nonnihil participare poſſit; quatenus per Superioris poteſtatem, etiam circa ſubditum invitum exerceri valet. *Actus juriſdictionis voluntariæ eſt Diſpenſatio ex natura ſua*

70 Aliquoties † verò *Voluntaria Iuriſdictio* naturam *Contentioſæ* ſuſcipit, ad illamque reducitur. Quod tunc accidit, quando ſine cauſæ cognitione haudquaquam exerceri poteſt, ut videre eſt in manumiſſione per minorem facienda, neceſſariò judiciali cauſæ cognitione præmiſſa. Tenet Albericus in *l. 1. num. 7. ff. de Off. Conſ. & l. 2. num. 3. ff. de Offic. Pro Conſ.* Mar. Socinus *in cap. licet ratione, num. 1. de For. comp.* Sanc. 3 *de matrim. diſp. 19. n. 7.* *Naturam Contentioſæ Voluntaria induit, quandoque induit:*

71 Aliquando † tamen è converſo evenit: nempe *Contentioſam* voluntariæ juriſdictionis naturam adſumere: necnon ad eandem reduci, ut quando *Contentioſa naturā voluntariæ*

 aliqui

via etiam aliquando ſumit. Juriſdictio Prorogativa, quæ

aliqui judicio alicujus ultrò ſeſe ſubmittunt, cujus poteſtati non ſubjacebant, ut coram eo litigent. † Quæ juriſdictio alia notione *Prorogativa* nuncu- 72
patur, quòd ritè, & rectè facta judicis autoritatem proroget, ita ut poſtmodum, vel in invitum exerceri poſſit, *l. ſi convenerit*, 18. *ff. de juriſdict. omn. judic. l.* 1. *&* 2. *ff. de judic. cap. ſignificaſti, de for. comp.*

ILLATIO I.

Quodnam diſcrimen inter juriſdictionem voluntariam, & Contentioſam;

Breviarium.

73. *Contentioſa juriſdictio diſtinctionem perſonarum requirit: voluntaria non item.*

74. *Summus Pontifex Indulgentias ſibi directè concedere poteſt, ſecumque diſpenſare.*

75. *Apud ſe ipſum quis emancipari, vel adoptari valet.*

Contentioſa juriſdictio Perſonarum diſtinctionem requirit: Voluntaria non item. Summ. Pontifex indulgentias directè ſibi concedere poteſt, ſecumque diſpenſare. Apud ſe ipſum quis emancipari vel adoptari valet.

EX hoc principio, † nec non ex hac juriſdictionum differentia oritur 73
primò, *Contentioſam* perſonarum diſtinctionem requirere; quapropter nemo in ſemetipſum illam quit, exercere, quod ad *Voluntariam* neceſſariò non requiritur; poteſt enim ſecummet nonnunquam exerceri. † Etenim 74
Summus Pontifex (multorum opinione) valet, ſibi indulgentias directè concedere; omniumque conſenſu ſecum in votis, juramentis, cæteriſque hujuſmodi diſpenſare: at indulgentias concedere, diſpenſare in votis, & juramentis ſunt actus juriſdictionis *Voluntariæ*, ut patet. † Item poteſt quis apud ſe 75
ipſum, vel ipſo jus dicenti emancipari, ſive adoptari. Fulcitur text. in *l. ſi Conſul*, 3. *ff. de adopt.* cujus verba: *Si Conſul, vel Præſes filius familias ſit, poſſe eum apud ſemetipſum, vel emancipari, vel in adoptionem dari, conſtat.* Quos omnes nemo addubitabit, actus eſſe juriſdictionis *Voluntariæ*.

ILLATIO II.

Aliud diſcrimen inter utramque præfatam juriſdictionem.

Breviarium.

76. *Juriſdictio Contentioſa non exercetur extra proprium territorium.*

77. *Epiſcopus extra Diœceſim excommunicare nequit.*

78. *Alius*

78. *Actus Contentioſæ juriſdictionis excommunicatio eſt.*
79. *Juriſdictio Voluntaria ubique exercetur.*
80. *Nec requirit judicialem cognitionem, nec judicem pro Tribunali.*
81. *Abſolutio ab Excommunicatione eſt actus Voluntariæ juriſdictionis; & poteſt dari extra propriam Diœceſim.*
82. *Collatio beneficiorum eſt actus juriſdictionis Voluntariæ, ſed exerceri nequit ab Epiſcopis Romæ exiſtentibus, niſi Papa extra Urbem exeat.*
83. *Abſolutio à Cenſuris, vel aliis caſibus occultis Epiſcopis a Tridentino conceſſa, impertiri extra Territorium nequit.*
84. *Probabilis contraria opinio.*
85. *Quando Voluntaria juriſdictio indiget Contentioſa, exerceri poteſt partim intra territorium, & partim extra.*
86. *Contentioſa exercetur in alieno territorio, ſi judex territorii alieni, & partes conſentiant, etiam ſi tacitè, n. 88.*
87. *Judex in territorio alieno licet exercitium non habeat, gaudet tamen habitu ac juriſdictione.*
88. *Et ſufficit tacitus conſenſus.*
89. *Similiter deſideratur partium conſenſus, tacitus, ſive expreſſus.*

76 SEcundò infertur: † *Contentioſam Iuriſdictionem* non poſſe, extra proprium territorium exerceri; ne judici ipſius territorii inferatur injuria; ac proinde *Ius dicenti extra territorium non paretur impunè*, Text. in *l. fin. ff. de juriſ-*
77 *dict. omn.* Ubi DD. communiter. † Hinc fit; non poſſe Epiſcopum extra Diœceſim ſuam exiſtentem ſubditum excommunicationis actu ferire: nam
78 † excommunicatio eſt actus *Contentioſæ juriſdictionis*, quum in invitum feratur.

Iuriſdictio Contentioſa exerceri extra territorium proprium nequit.

79 At † *Voluntaria juriſdictio* ubique poteſt exerceri: Quum † namque
80 cauſæ talis juriſdictionis, nec judicialem cognitionem, nec judicem pro Tribunali ſedentem præexigant; non poteſt judex alieni territorii meritò conqueri, ſi in illo per exterum judicem in exteros ſimiliter ſubditos exerceatur. Tradunt Accurſ. Bart. Alex. Bolognet. & alii, *l. ultim. ff. de juriſd. omn. judic. & l. 2 ff. de Offic. Pro-Conſ.* Accedunt Canoniſtæ in *cap. Novit, de Offic. Legat.* Ex
81 quo ſequitur; Abſolutionem † ab excommunicatione poſſe dari ab Epiſcopo extra propriam Diœceſim degente, eſt enim *Voluntariæ juriſdictionis* actus, quicquid Gloſſ. in d. c. *Novit*, verb. *Terminos* opinetur.

Ubique exerceri Voluntaria poteſt.

82 Excipiunt primo, † nonnulli Beneficii collationem, quæ, etſi inter Voluntariæ juriſdictionis actus cenſeatur, eam tamen non poſſe ab Epiſcopis in Romana Curia exiſtentibus fieri, contendunt, ſi Pontifex inibi commoretur; ſed opus eſt, ut ad beneficia conferenda extra muros ſaltem Urbis ſe conferant. Ita Gomecius in *Regul. Cancellar. de non judic. quæſt. 3.* Covarrub. alios referens, *variar. 3. cap. 20. num. 9.* Gonzalez *ad Regul. 8 Cancellar. Gloſſ. 13. §. 1. n. 16.* & cum Covarrub. ſubdit, hunc ſtylum, qui de facto ſervatur, non adverſari communi juri ex *l. 2. & fin. ff. de Offic. Pro-Conſ.* ubi Pro-Conſul urbem ingreſſus Imperium deponit.

Limitatio prima.

Epiſcopi Romæ degentes, niſi Papa extra Urbem exeat, nequeunt beneficia conferre.

83 Excipiunt ſecundò, † Abſolutionem à cenſuris, vel aliis caſibus occultis Epiſco-

Limitatio ſecunda.

Abſolutio à cenſuris, vel aliis caſibus occultis non eſt impertienda ab Epiſcopis extra territorium.

Epiſcopis à Tridentino conceſſis, *Seſſ.24. cap.6. de Reform.* Volunt namque, ab iſtis, non poſſe extra propriam Diœceſim, abſolvere, eodem Tridentino facultatem hanc reſtringente, & ſolùm proprio in territorio illam impertiendam decernente, ut non obſcurè ex text. præallegato colligitur. Ita Molina *tract.5. de juſt. diſp.4. num.10.* Enriquez *lib.14. de Irregularit. cap.20. num.5.* Rodriq. 2. *part. ſummæ, cap.67. num.1. fin.* Aloyſius Riccius *tom.1. prax. reſol.445. num.7.* Bonac. *de cenſur. diſp.1. q.3. punct.2.* verſic. *Tertio abſolutionem debere,* Sanch. *3 de Matrim. diſp.34.* verſ. *Nec credo.*

Contraria probabilis.

Quæ quidem † opinio valde probabilis eſt, tametſi contraria via gradiantur Suarez 4. *Tom. in 3. p. diſp.30 ſect.2. num 3. fin. & Tom 5. diſp.41. ſect.2. num.11. fine.* Pet. de Ledeſm. 2. *Tom. ſumm. tract.1. cap.6. poſt 20 concl.* Sanchez ſui immemor, *lib.2. ſumm cap.11. n.6.* Coninc Kus *diſp.14. de excomm. dub.6. fine.* Noſter Gabriel à S. Vincentio, Sacr. Theolog. & Controverſiarum, in Seminario Romano Miſſionum Carmelit. Excalceat. Congregationis S. ELIÆ Profeſſor, in ſuo opere de Cenſuris, *diſputat.1. quæſt.15. num.164.* verſ. *unde poteſt.* qui etiam per 12. *ſubſequent. num.* complures curioſas, utiles ac neceſſarias quæſtiones movet, atque ſolidè reſolvit ad contentioſæ juriſdictionis diſcrimen plenius percipiendum, quem Lector non ſine fructu conſulere poterit. 84

Quando Voluntaria juriſdictio indiget Contentioſa: exercita contentioſa intra territorium poterit; Voluntaria extra exerceri.

Si tamen † *Voluntaria juriſdictio* aliqua *Contentioſa* egeat, exercita *Contentioſa* intra territorium, poterit voluntaria, & extra exerceri. Ratio eſt, quia actus iſte diſpenſationis, quum *Voluntariæ juriſdictionis* ſit, licet medijs ad illum, ad *Contentioſam* juriſdictionem attinentibus, perveniatur, poſtea nam nihilominus naturam retinet: ideoque extra Diœceſim fieri valet, juxta Baldi doctrinam, *l. unic. num.11. fin verſ. Ultimò nota ff. de off. Conſul.* Ubi ait: Quòd quando in cauſa Voluntariæ juriſdictionis aliqua cauſæ cognitio emergit, & probatio, excipitur talis cauſa quaſi Contentioſæ juriſdictionis ſecundùm probationem, & ventilationem: attamen in decreti interpoſitione naturam ſuam retinet. Sic docet Lambertin. *de Iur. Patron. lib.2. p.2 q.2. art.6. n.3.* quem ſubſequitur Sanch. *lib.3. de Matrimon. diſp.8. n.6.* 85

Limitatio tertia.

Quod verò ſupra diximus de Contentioſa juriſdictione, ut non poſſit, extra territorium exerceri, Limita, † niſi alieni territorii judex conſentiat. 86 Ratio eſt, nam † externus Judex, licet in alieno territorio ſuſpenſum habeat 87 actualem juriſdictionis uſum, ne proprio alieni territorii judici injuria inferatur † gaudet tamen habituali juriſdictione: quare ejuſdem conſenſu ceſſante tali injuria, nihil proponitur, cur externus judex ab actibus ex juriſdictionis abſtineat. Sic Gloſſ. *in cap. ut litigantes*, verb. *Expenſis*, *de Offic.*

Offic. Ordinar. in 6. Innoc. *in cap. Novit, num.* [illegible] *de Offic. Legat.* & ibi Hoſtienſ. *column. 2. fin.* Idem Innoc. *in cap. licet* [illegible], *num. 91. de for. compet.* Antonius *in d. cap. Novit, num. 16. de judic.* Card. *quæſt.* [illegible]. Panormit. *num. 4.* Anchart. *num. 2.* Immol. *nu. 4 & 5.* Angelus, verb. *Abſolutio 2 num. 5.* Sylveſter, verb. *Abſolutio 1. §. 11, dub. 2.* Navarr. *lib. 1 conſil.* [illegible] *edit. de tempor. ordinat. conſil. 20. num. 3.* [illegible] *eod. lib. tit. de elect.* ac tandem Ugolinus *de cenſur. tabul. 1. cap. 27. § 1. num. 5.*

88 Ad quod † ſufficiens eſt, ſi judex proprii territorii ſciat, &, quum poſſit, [illegible] prohibere, taceat, & non prohibeat, argum. *l. ſæpè, ff. de re judic.* & pluribus probat Alexand. *l. fin. num. 8. ff. de juriſdict. omn. judic.* De-

89 ſiderantur † inſuper partium conſenſus, hoc eſt, tam Actoris, quàm Rei, ipſis ſiquidem reluctantibus, in alieno territorio conveniri non poſſunt, ut deducitur argum. text. *cap. 2. verſ. Niſi vocatus, & cap. Epiſcopus,* verſ. *Niſi cum voluntate 9. q. 2.* & docuere Gloſſ. Navar. & Ugolin. *loc. cit.* neque expreſſum in hoc caſu conſenſum [illegible], tacito contenti, qualis erit, ſi utraque pars ſciens, & [illegible] valens, ad alienum evocetur territorium, & lubens accedat: quod optimè *loc. cit. n. 5.* advertit Ugolinus.

PRINCIPIUM VI.

Juriſdictio in Ordinariam Delegatamque dividitur.

BREVIARIUM.

90. *Juriſdictio duplex, Ordinaria, & Delegata.* [illegible]
91. *Arbitri* [illegible]
92. [illegible]
93. [illegible] Privatorum, [illegible]
94. *Delegatus aliquando poteſt delegare.* [illegible]

90 HÆc juriſdictio, [illegible] vel tanquam *Ordinaria*, vel tanquam *Delegata* Superiori ineſt. Illa [illegible], quæ ex proprio munere, ſive Officio alicui convenit, ſicut Epiſcopo ad excommunicandum, *Delegata* verò, quæ non ex proprio munere, aut Officio, [illegible] commiſſione immediata [illegible], qui illam ex proprio munere habet, [illegible], ſive ex alterius commiſſione mediata. *Juriſdictio duplex. Ordinaria. Delegata.*

91 Dixi. † QUI ILLAM EX PROPRIO MUNERE HABET, ad excludendam Arbitrorum juriſdictionem. Ii enim judicandi poteſtatem non ab eo accipiunt, qui juriſdictione ex proprio munere, propriove potitur Officio, ſed à partibus, quæ ſibi illum judicem delegerunt, ut bene adnotavit Mo- *Arbitri à quo juriſdictionem accipiant?*

92 lin. *Tract. 5. de Juſt. diſp. 33. num. 6.* Licèt † rigoroſiori, propriorique

Sententia Autoris magis propria.

loquutione non tam dici debeat; Judices Arbitros à partibus eoſdem deligentibus juriſdictionem nanciſci, quàm ab ipſo jure, partium conventione ſuppoſitâ, illam habere. † Unde intelligenda venit, *l. Privatorum*, 3. *C. de* 93
juriſdict.omn. judic. cujus verba: *Privatorum conſenſus judicem non facit eum, qui nulli præeſt judicio, nec quod is ſtatuit rei judicatæ continet autoritatem*, Donell. *tom.* 2. *Comment.lib.* 17. *cap.* 10. verſ. *Tertia conditio*, fine.

Delegatus aliquando poteſt delegare.

Subdidi: SIVE EX ALTERIUS COMMISSIONE MEDIATA, nam (ut infra dicetur) non ſolùm Ordinarius delegare poteſt juriſdictionem, † ſed 94
etiam aliquando Delegatus: qui quidem inter Ordinarium, & nullam juriſdictionem habentem, medius cenſetur: atque ideo illius juriſdictio mediata nuncupatur.

PRINCIPIUM VII.

Quænam Ordinaria juriſdictio?

BREVIARIUM.

95. *Ordinaria juriſdictio à Principe Supremo emanat.*
96. *Et ab ipſo ſicuti à primordiali fonte in cæteros derivatur.*
97. *Vel profluit à lege, ſive conſuetudine.*
98. *Quod dupliciter evenire poteſt.*
99. *Quando juriſdictio competit per Collegii electionem ad aliquod Officium, cui ex natura ſua eſt adnexa juriſdictio, ſic electo, ipſa lex juriſdictionem defert.*
100. *Epiſcopus non valet juriſdictionem Ordinariam concedere.*
101. *Vicarii Generales accipiunt juriſdictionem ex ſcientia, & Pontificis tolerantia.*
102. *Princeps alicui abſolutum dominium concedens, concedit conſequenter facultatem Ordinarios creandi.*
103. *Judices à Marchionibus, Ducibus, ſeu Comitibus hujus regni conſtituti in ſuis Villis, ſeu Oppidis, Ordinarii ſunt.*
104. *Dominium abſolutum* [illegible] *exemptionem in Generalem tranſlatum eſt. Et* [illegible]
105. *Generalis Præpoſitus poteſt Ordinarios conſtituere.*
106. *Juriſdictio Ordinaria* [illegible] *Electionem conferatur.*
107. *Poteſt tamen* [illegible] *ejus, qui* [illegible] *vel alterius, qui* [illegible] *habet.*
108. *In Generali Præpoſito* [illegible]
109. *Quæ* [illegible] *Generalis Præpoſiti.*
110. [illegible]
111. [illegible] *Epiſco-pi.*
112. [illegible] *poteſtatem.*
113. *Vicarium à Provinciali* [illegible] *Delegatam juriſdictionem* [illegible]
114. *Pr* [illegible]

115. *Vicarius Provincialis nominatus juxta ſtatutorum præſcriptum, gaudet jurisdictione Ordinaria.*

116. *Jurisdictio Ordinaria etiam ab homine committi poteſt, ſi ſit Supremus Prælatus.*

95 ORDINARIA † juriſdictio dicitur, *quæ à Principe Supremo* (qualis Eccleſiaſticis eſt Romanus Pontifex, ſæcularibus Imperator, Rex, ſive alius potens ſimilem juriſdictionem concedere, ut Reſpublica libera, aut quicumque non agnoſcit ſuperiorem) *deſcendit.* Probatur expreſsè ex *text. in cap. Quidam 2. quæſt. 6. ibi; Ordinarii ſunt, qui ab Apoſtolicis, vel Eccleſiaſticis, vel ab Imperatore, vel ſæcularibus, legitimam poteſtatem accipiunt.* Et tenet Gloſſ. communiter approbata in *Rubr. C. de Offic. ejus, qui vicem alter. ger.* Bartholus in *l. ſolemnis, num. 1.* Paul. *num. 3. C. eod.* Cagnol. *in l. 1. num. ſf. de Offic. ejus,* Mill. *Repertor.* verb. *Iuriſdictio*, verſ. *Iuriſdictio Ordinaria*, Roman. *conſil. 3:8.* Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 1. cap 25. num. 11. & 12.* & communiter DD. Ratio hujus eſt, quia omnis plenaria juriſdictio in Principe radicatur, & ei originaliter ineſt, ut probat *l. 1. ff de Conſt. Princip.* ita ut Dignitates omnes,

96 Gradus, & Officia ab ipſo Principe, † ſicut à primordiali fonte illi cæteros quoque tanquam rivuli deriventur, ut dixit Angel. *in Rubr. ff de juriſd. omn. judic.* in quo multus, & elegans eſt *Oſvald. in enucl. ad Donell. lib. 17. Comment. cap. 7. not.* fine.

Ordinaria jurisdictio, quæ?

97 Vel profluit † juriſdictio hæc à lege, ſive conſuetudine. Convincunt verba *text. in l. & quia 6. ibi: Nec ipſa lex defert, ff. de juriſdict. omn. judic.* Ad ſtipulantur ex jure noſtro Regio *l. 2. & 18. tit. 4. part. 3. l. 1. tit. 9. lib. 3. Compilat.*

98 † Quod dupliciter evenire poteſt: vel enim lex expreſsè decernit juriſdi-

99 ctionem alicui, vel † competit talis Juriſdictio per Collegii, vel Univerſitatis ad aliquod Officium electionem, cui muneri talis juriſdictio ex natura ſua ſit adnexa; quo caſu ipſa lex juriſdictionem defert canonicè, ſeu legitimè electo, eo ipſo, quod electus eſt. Conſonant Suarez, & plures apud illum. *4. de Relig. lib. 2. cap. 2. num. 7. & 8.* Ad quod facit notabile dictum Pauli relatum ab Anchar. *Clem. 2. num 9. de reſcript. Facta,* inquit, *proviſione de Dignitate, intelligitur facta de juriſdictione ei adnexa. Ita enucleandum Caput 2. Ne Prælati vices ſuas. Et ſic habet Dignitatem à conferente; juriſdictionem verò à lege.*

Iuriſdictio, quæ profluit à lege, ſive conſuetudine, quotuplex?

Et adeo verum eſt, ab uno Principe Supremo, ſeu Republica libera juriſdictionem Ordinariam dimanare debere, ut neque Epiſcopus Judices Ordinarios creare valeat: docet Gloſſ. verb. *Statuuntur, c. 2. ne Prælati,*

100 Ordinarios creare valeat: docet *Gloſſ.* verb. *Statuuntur, c. 2. ne Prælati, vices ſuas.* DD. que in *l. More, ff. de juriſdict. omn. judic.* Specular. *tit. de Offic. Ordinarii, § videamus, quid dicitur,* Alexand. *Rubr. ff. de Offic. ejus, num. 17.* Pet. Gregor. *Syntagm. lib. 47. cap. 22. num. 1.* Doct. D. Joannes à Narbona digniſſimus nunc Vicarius Madritienſis pro Eminentiſſ. Toletano, *de appellat. Vicarii, p. 1. num. 74.* Barbol. *de Poteſt. Epiſcopi, 3. part. allegat. 54.*

Epiſcopus Ordinarios creare non valet.

A quo juriſdictione accipiant Vicarii Generales Epiſcoporum.

num. 36. & probatur *ex text. ind. cap. à Judicibus*, junctis *cap. nonne, de præſumpt.* & iis, quæ tradidêre Narb. & Barboſ. citati. Et † licet Vicarii Ge- 101
nerales ab eiſdem Epiſcopis nominati Ordinariam habeant juriſdictionem,
non tamen ex vi Epiſcopalis nominationis, ſed ex ſcientia, & tolerantia
Pontificis hoc provenire, credendum eſt. De quo latiùs infra tracta-
bitur.

Princeps alicui dominium abſolutum concedens, concedit conſequenter facultatem Ordinarios creandi.

At † ſi Imperator, Rex, aut Supremus Princeps abſolutum alicui [illegible] 102
Caſtri, Oppidi, ſeu Villæ dominium quibuſvis concederet, tunc eſſe [illegible] fa-
cultatem mandari, Ordinarios Judices inſtituendi (ſeu Principis conceſ-
ſione expreſſa in Titulis contenta, vel tacita, ac permiſſiva, & conſuetu-
dine recepta) planum eſt: ut ipſorum loco, aut vice eam juriſdictionem
exerceant, qua ipſi Domini jure Dominii gaudent. Illuſtrationem [illegible]
[illegible] P. Molin. aſſignavit *Tract.* 5. *de juſt. diſp.* 12. *n.* 1. *fin.* loquens de Præfe-
[illegible] Nobilibus Regni, uti ſunt Duces, Marchiones, Comites, &
[illegible], qui Dominium [illegible], ac [illegible] ſæcularem habent.
† *Hos autem omnes* (intellige qui creati ſunt à ſupradictis Principibus, ſeu 103
Nobilibus) *non eſſe dubitandum arbitror* (inquit Molina) *Judices eſſe Ordi-
narios. Quippe enim Principis autoritate, à quo id Dominium [illegible]
Dominorum [illegible], ad univerſitatem cauſarum, ad [illegible] Ordinarium
[illegible] ab eis Dominis, quales à Princi[illegible]
conſtitui poſſent, ſi penes ipſum Principem illud idem [illegible]
privatos Dominos translatum, perſeveraret.* Et conſonant [illegible]
Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 12. *verſ. Contraria*.

Dominium abſolutum [illegible] ſummi in Generales Præpoſitos translatum eſt.

Unde fit, † quod, quum jam Summus Pontifex Sacris Religioni- 104
bus exemptionis Privilegium indulſerit, ac abſolutum, [illegible]
Dominium in earundem Religionum Præpoſitos Generales [illegible],
gubernium que univerſale [illegible] vigilantiæ [illegible],
& commiſſione ſuppoſitis, neceſſarium moraliter fuit, * eidem ſufficien- 105
tem juriſdictionis poteſtatem mandari, Judices Ordinarios creandi, ut
ſic rectè proprium munus obirent, & ad eam participationem Epiſcopalis
admitterentur.

Generalis Præpoſitus poteſt Ordinarios [illegible]

Comm[illegible] [illegible] Communitas [illegible] per [illegible]

Tradita doctrina (quam forte nullus dum ſatis [illegible]) eleganter
[illegible] P. Suarez [illegible] *Tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 8. [illegible]
[illegible] animadvertens, * regulariter, ſeu communiter eſſe neceſſarium ad 106
Ordinariam juriſdictionem, quod per electionem habeatur. * Nam ipſe- 107
[illegible], vel authoritate Prælati Superioris [illegible] Re-
ligione [illegible] ab [illegible]
& [illegible]. Ex [illegible] nullum eſt [illegible], vel [illegible] neceſ-
ſariò [illegible] electionem. [illegible] ejuſdem Authoris [illegible]
ex

108 ex *cap. 6. num. 1.* adnectes. † Loquens quippe de Regularibus Prælatis præter Præpoſitum Generalem docet : omnes illos poſſe per electionem creari, non tamen eſſe in omnibus æque, ac in Generali neceſſarium ; & ſe explicans, inquit : *Poſtquam tota Religio habet unum Supremum caput internum, ſeu præter Pontificem, ab illo poteſt ſatis commode accipere inferiores Prælatos tam medios, quàm infimos : ſive utroſque immediatè providendo ſive ſolum medios, ac ſibi proximos, & per eos inferiores reliquos.* (Et ni fallor in ſua Sacra Societate ſola Præpoſiti Generalis nominatione ex eis inferiores præficiuntur) Quæ quidem omnia, & ſi ab eodem Authore ſolita dexteritate explicentur, non tamen penitiorem difficultatis nodum diſſolvunt. Ex quo ſcilicet capite Præpoſito Generali Judices Ordinarios conſtituendi incumbat poteſtas, ut nos modulo pro noſtro conati fuimus elucidare.

In Generali Præpoſito per neceſſaria electio, in aliis non item.

Nec obſtare, ſi obijcies : doctrinam ſuper hoc à nobis traditam redundantem videri. Non Generalis Præpoſitus, Supremus ut ſupra optimo haberi poteſt : igitur non abſolvo ejus facultatem poteſtatem Ordinarios creandi, emendicare. † Reſpondetur enim : Præpoſitum Generalem non poſſe dici ſimpliciter Supremum, quia nulli ſubjectus ſit ; ſic enim uni Pontifici SUPREMI, nomenclatura adaptari, poteſt ; quum ipſe ſolus SUPREMUS ſit ; & proprius omnium Religionum Prælatus, ſive (ut benè loquitur P. F. Gregorius Martinez 1. 2 *q.* 90 *art. 4. dub. 2. verſic. Notandum, Tom. 3.*) *Eminens Generalis cujuſcumque Ordinis.*

Objectio prima.

109 *Solutio.*

Nec tamen obſtabit, ſi opponas. † Regulares Prælatos poſt conceſ-
110 ſum ab Epiſcopali juriſdictione exemptionis indultum, in Poteſtatem, & eandem Epiſcopalem Juriſdictionem ſucceſſiſſe ; atqui Epiſcopi nequeunt Judices Ordinarios creare, ut dictum eſt, ergo neque id poterunt Generales Præpoſiti.

Objectio ſecunda.

Reſpondetur enim negando conſequentiam, quod licet Præpoſiti Generales [illegible] ab Epiſcopali exemptionem, corundem Epiſcoporum loco ſubrogati fuerint, habent nihilominus abſolutum à Romano Pontifice dominium, ratione cujus [illegible] in eoſdem Poteſtas, quæ antea in uno erat Pontifice (& modo eſt) ad Ordinariorum creationem ; quæque Epiſcopis nunquam conceſſa eſt, nec illi [illegible] indiguerunt, quum ante exemptionem Regulares Prælati omni prorſus juriſdictione vacui forent, quæ tunc temporis in Epiſcopis reſidebat.

Solutio.

111 [illegible] † Præpoſitos Regulares Generales, præcisè quoad Ordinariorum Judicum Inſtitutionem [illegible] ampliorique Poteſtate vigere, quàm Epiſcopos : [illegible] † non modo
112 ampliorem, ſed longè [illegible], & [illegible] Poteſtatemque habere dicantur ; non enim [illegible] comparatio-

Collatio inter Generales circa modi Ordinariorũ Inſtitutionem præſtant Epiſcopis.

 ficti,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fieri, quum Generales Præpoſiti nullam inaugurationem, aut conſecrationem accipiant, quemadmodum Domini Epiſcopi.

Refutatur Rotbericus.

Secundò infertur; † parum conſentaneè retro ſtabilitis principiis Emanuelem docuiſſe 2. *Regular. q.* 76. *art* 1. Vicarium à Generali, ſeu Provinciali ſuffectum, *habere juriſdictionem Ordinariam, non Delegatam.* Et poſt illum expreſſius tenet Hieronymus Rodriq. in *Comp. Reg. qq. verb.* Vicarius, princ. ibi: *Niſi conſtituantur à Provincialibus propter abſentiam, aut carentiam Guardianorum: tunc enim juriſdictione Ordinaria pollent.* Quia, etſi hoc de Vicario à Generali inſtituto dici poſſit, imò debeat; ſi Provincialis eundem nominet, minimè tolerari poteſt. Nam neque in Provinciales, neque in alium præter Præpoſitum Generalem poteſtas conſtituendi Ordinarios collata, † 113 imò Provincialium inſtitutio ſimilis quodammodo in Religionibus Epiſcopali cenſetur; quatenus ſcilicèt inter Summum, & infimos Prælatos media: Ideoque nec abſolutè, nec reſpectivè Suprema dici poteſt, qualis dicitur Generalis Præpoſiti Poteſtas. 114

Portelli ſententia magis conſona.

Conſultius igitur Laurentius Portellus ex eadem Seraphica Familia, *in Dub. Regular.* verb. *Guardianus, n.* 3. Vicarium à Provinciali inſtitutum Delegata juriſdictione pollere abſolutè adſeruit, ſed non adeò conſultè, tanquam huic doctrinæ faventem eundem Emanuelem adducit *loc. ſup. cit. art* 3. Ubi nec verbum de hac re, imo apertè contrarium ſequitur, *d. art.* 1. † Quod verò addit ipſe Portellus, verbo *Provincialis in addit num.* 4. *juxta* 1. Nempe Vicarium loco defuncti Provincialis electum juxta Regularium inſtitutorum præſcriptum Ordinaria juriſdictione gaudere; quia habet Poteſtatem à lege, valde conſonum à nobis huculque dictis eſt. Sicut etiam adſerere, Vicarium à Provinciali inſtitutum extra Provinciam exeunte ſui loco ſuffectum non Ordinaria, ſed Delegata juriſdictione fungi: ſed infirmo nititur fundamento. At enim: hoc inde provenire, *quia illam juriſdictionem accepit ab homine.* † Quod quidem incongrue redditur, quum non modo lex, verum & Princeps, aut Supremus Prælatus ſive Dominus, Ordinarios creandi nanciſcantur Poteſtatem. Genuina ergo prædicti diſcriminis ratio eſt, quia Vicarius à Generali nominatus, à Supremo Prælato creatus eſt, ſive ab habente Vicem Supremi, ut diximus: non item, qui à Provinciali creatur, qui minimè Suprema, ſed media tantum juriſdictione potitur. Et ita videtur. 115

Portelli ratio non admittitur, & vera adſignatur.

116

Refutatur Leander.

Unde nec aſſentiendum eſt Leandro *tract.* 5 *de Pœnit diſp* 11. *dub.* 35. dicenti; Vicarios Conventuales non ſolum à Provinciali, ſed & à Prælatis localibus ſuffectos ad hoc, ut eorum vices ad eam munus in ipſorum abſentia exerceant, juriſdictione ordinaria, in primum etiam foro potiri. Et citat Rotheric. ubi ſup. qui, ut vidimus, de Prælato locali hoc non adſerit, ſed ſolum de Provinciali.

PRIN-

PRINCIPIUM VIII

Quanam ſit Delegata Iuriſdictio?

BREVIARIUM.

117. *Ordinarius propriam habet juriſdictionem: Delegatus alienam.*

DIximus initio ſexti principii: *Delegatam* Juriſdictionem diſcriminari ab *Ordinaria*, quia hæc ex proprio munere, ſeu Officio alicui convenit,
117 ſecus illa, ſed alterius commiſſione, qui ipſam ex proprio munere habet. † Ex quo ducit originem percelebris differentia inter utramque Juriſdictionem, nam Ordinarius habet propriam juriſdictionem, jureque ſuo illam exercet, Delegatus beneficio utitur alieno. Diſcrimen totidem verbis traditum in *l. More 5. ff. de juriſd. omn. judic.* *Ordinarius habet propriam juriſdictionem, Delegatus alienam.*

Ordinarios juriſdictionem habere ſuo jure, ſubdidimus; quia eam habent ita publice conſtitutam, ut habeant propriam, & quam pro ſuo Imperio exerceant, non alieno. Unde, qui hanc juriſdictionem mandant, dicuntur, mandare propriam juriſdictionem, *l. Cognitio 4. ff. de Offic. ejus*, & hac nota ſecernuntur ab iis, qui mandatam habent, quod ii pro ſuo Imperio non agant, *l. etſi Prætor 3. ff. eod.* Alieno Delegatus beneficio dicitur juriſdictionem habere, quia habet eam mandatam ab habentibus ipſam propriam, & ex ſuo jure: & ille non ſuam juriſdictionem, ſed alienam habet, in qua obeunda alieno beneficio, & permiſſu utitur, *l. 1. §. qui mandatam, d. l. & ſi Prætor ff. de Offic. ejus, l. & quia 6. l. ſolet 16. ff. de juriſd. omn judic.* Sic Donellus *lib. 17. Comment cap. 7. princ. tom 2.* Qua ex diviſione venit cum eodem Donello enucleandus text. in *l. 1 ff. de judic.* qui verba illa: *Vel aliam juriſdictionem habet*, de *Delegata* interpretatur.

ILLATIO I.

A quonam Iuriſdictio Delegata deſcendat?

BREVIARIUM.

118. *Juriſdictio Delegata a quolibet Ordinario procedit.*

119. *[illegible] tam Ordinarium, quam [illegible] Et quo pacto hoc [illegible]?*

120. *Tales [illegible] Prætorem [illegible] juriſdictionem.*

121. *Alia [illegible] ſuam juriſdictionem transfundit. Concilian-*

[illegible]cibantur hæ ſententiæ

122. *Delegatus poſſidet juriſdictionis ſubſtantiam, etſi illius proprietatem non habeat.*

123. *Interpretatio textus in l. Cognitio §. fin. ff. de Offic. ejus. Et textus in l. 1. §. qui mandatam, ff. eodem.*

Delegata juriſdictio à quolibet Ordinario deſcendit.

Primò ergo infertur † Delegatam Juriſdictionem non ſolùm à Principe Supremo, populo, lege, & conſuetudine concedi poſſe, ſed & à quolibet Ordinario, ut notat Gloſſ. in *d. l. & quia.* Quin & à Delegato Principis, *l. à Iudice*, *C. de Iudic.* Necnon à Delegato ad Univerſitatem cauſarum, *l. 1. §. ab eo*, & ibi Bart. & Scribb. *ff. quis, & à quo*, Marant. *ſpec. aur. 4. p. diſt. 5. num. 23.* Metolla *Theolog. Moral. tom. 3. diſp. 7. cap. 3. dub. 1. num. 2.* 118

Confutatio.

Sententia Alphani.

IN ſuperius principium inſurgit † Pyrrhus Alfanus *Rubric. numer. 32. ff. de Offic. ejus*, exiſtimans: tam *Ordinarium*, quàm *Delegatum* habere proprietatem juriſdictionis: hac una differentia, nempe Ordinarium ille jure ſuo fungi: Delegatum non, niſi alieno beneficio. Id verò, quod Alpinianus ſcripſit, *in l. 1. dict. §. qui mandatam, ff. de offic. ejus*, ſic *[illegible]* 55. interpretatur: *Qui mandatam juriſdictionem ſuſcepit, [illegible]*, id eſt. *Iuriſdictionem non exercet jure ſuo, l. etſi Prætor, ff. de Offic. ejus.* Ad quod explicandum adſerit: ſubjunxiſſe Jure Conſultum illa verba: *Sed ejus, qui mandavit, juriſdictione utitur*, id eſt, *exercet juriſdictionem mandantis, nomine mandantis, non ſuo.* Cui opinioni favere videtur Bart. [illegible] *l. Cognitio, ff. de Offic. ejus*, ibi: *Quum propriam juriſdictionem [illegible]*, & *d. §. qui mandatam*, ibi: *Non habere propriam*, id eſt (explicat ipſe) *Ordinariam, Delegatam verò ſic. Vel dicitur non habere propriam, quia fingitur, non habere propriam, et quod ſtatim ponitur [illegible].* Eidemque opinioni ſubſcripſiſſe videtur, Alciat. *in l. Notionem, ff. de verbor. ſignific.* 119

Probatur.

Probat Pyrrhus ſuam ſententiam huic præcipuè rationi inter alias innixus, quia nil aliud eſt juriſdictionem mandare, quam in exequenda juriſdictione inſtituere Procuratorem, ut is, cui demandatur, tanquam Procurator exerceat mandantis nomine *d. l. etſi Prætor, & l. & quia.* Atqui Procurator, cui à Domino ſunt actiones mandatæ, ut nomine ipſius illas exerceat directas habet actiones, & non utiles, *Gloſ. in l. 3. verb. [illegible] ff. [illegible]*. Coploſe Venutin. in *Comment. l. ſi Ador. ff. de Procurator.* Ergo ſimiliter, quum is, cui mandata eſt juriſdictio, illam mandantis nomine exerceat, & Procuratoris inſtar ſe gerat, directam habebit juriſdictionem, ejuſque proprietatem, non tantum

120 tum uſum, & exercitium: † quia benè valet argumentum de mandato Procuratoris, ad mandatum juriſdictionis, *l. judicium ſolvitur, ff. de judic. adjunctæ l. ſi quis cum Procuratorio Officio, §. fin. ff. de Procurat.* Barboſ. *de loc. commun. argument.* verb. *à mandato loc.* 69.

121 Econtra verò † alii proprietatem juriſdictionis tantum in Ordinario, ſeu Magiſtratu vigere putant, à quo nunquam divellitur: in Delegatum verò ſolùm uſum ſeu juriſdictionis exercitium transfundi. Quamobrem prææallegata verba Papinianæa: *Proprium nihil habet*, ſic ediſſerunt, id eſt *proprietatem non habet.* Sequentia: *Sed ejus, qui mandavit, juriſdictione utitur*, declarant, id eſt *juriſdictionis mandantis habet uſum.* Docuere interpretationem hanc *Angelus, l. more majorum, num. 1. ff. de juriſd. omn.* & inibi Paul. de Caſtr. *num.* 1. Alexand. *num.* 2. Jaſon. *num.* 1. Curtius *num.* 6. Decius *cap. cum cauſam fin. de appellat.* qui communem opinionem teſtatur, Bellonius *tract. de Offic. ejus*, ubi etiam Cagnol *num.* 8. Riminald. *num.* 54. Et ſatis eidem ſententiæ favet, Bart. *l. Imperium, num.* 25 *ff. de juriſdict. omn.* ubi juriſdictionem Delegatam, tenet ab Ordinaria neutiquam differre, licet exercitium diverſum ſit: quum Delegatus Delegantis juriſdictionem exequatur. *Aliorum opinio.*

Hæ tamen duæ ſententiæ (quæ ſibi invicem corticetenus adverſari videntur) facili amicitiæ fœdere ſe copulaſſe aliqui credidêre, dicentes: Nullo modo habere Delegatum ſubſtantiam ipſam juriſdictionis in ſe, ſeu juriſdictionem in actu primo, ſed tantum illius exercitium, hoc eſt, in actu exercito, ſive in actu ſecundo. Attamen hoc manifeſtæ falſitatis convincitur, ſi enim verum eſſet Delegatus, à juriſdictionis exercitio, ſomno interveniente, vel alicua occaſione ſuſpenſus, ſive interceptus, non poſſet dici juriſdictionem *Cöciliantur hæ ſententiæ.*

122 habere, quod nemo ſano cerebro affirmabit. † Tu ergo dicito: Delegatum ſubſtantiam quidem juriſdictionis poſſidere, eam nihilominus non eſſe propriam ipſi, ſed illi, à quo in Delegatum derivata eſt. Quod veriſſimum eſt. Ita ſentit Beroius *Rubr. de Offic. Deleg. num.* 46. Vantius *de nullitatib. tit. de nullitat. ex defectu juriſdict. num.* 24. Ludovicus Crader, *tract. de feud. part.* 10. *ſect.* 4. *n.* 94. & planè elicitur ex *Gloſſ. in Clem.* 2. verb. *Volumus, de Offic. Ordinarii.* *Juriſdictionis ſubſtantiam Delegatus poſſidet.*

Maneat ergo, controverſiam hanc potiùs de nomine eſſe, quàm de re. Certum quippe eſt. Delegatum non ſolùm habere exercitium juriſdictionis in actu ſecundo, ſed etiam jus obeundæ juriſdictionis Delegantis (nomine Delegantis) in actu primo. Et hoc jus in ipſum Delegatum ab Ordinario per delegationem transfundi: quod quidem juriſdictio Delegata nominatur.

123 Quare † verba Text. *in l. Cognitio 4. Quum propriam juriſdictionem Legatis tuis dederis, ff. de Offic. ejus.* Exponenda ſunt, ita ut idem ſit dare propriam iuriſdictionem Legatis, ac dare illis ius exercendi propriam iuriſdictionem. Verba autem Papin *d. §. qui mandatam*, ibi: *Nihil proprium habent*: non ita intelligenda ſunt, quaſi Delegatus minimè habeat in ſe verè, ac propriè iuriſdi-

ctionem ſecundum ſubſtantiam, verè enim illam ab extrinſeco habet, hoc eſt per Delegationem Ordinarii, & non per Officium, ſeu munus in eodem exiſtens, tanquam formam intrinſecè inhærentem.

ILLATIO II.

Ordinarium poſſe Delegare.

BREVIARIUM.

124 *Ordinarius habet in ſe radicatam juriſdictionem, & eam poteſt delegare.*

125 *Sive Magiſtratus Romanus ſit, ſive Provincialis.*

126 *Sive ſit major, ſive infimus Magiſtratus.*

127 *Quæcumque jure Magiſtratus competunt, delegari poſſunt. Et quid ſit jure Magiſtratus aliquid competere?*

128 *Cæterorum appellatione omnes [illegible] duntur.*

129 *Habens juriſdictionem Ordinariam ex privilegio, non poteſt eam Delegare.*

130 *Ordinarius inconſulto Principe [illegible] ſuam juriſdictionem mandare [illegible] poteſt.*

131 *Cauſæ meri, mixti que imperii, an delegari poſſint? Remiſſive.*

Ordinarius delegare poteſt. EX hoc principio (nempè; Ordinarium propriam iuriſdictionem exercere, Delegatum alienam, ita ut nihil proprium habeat) pro indubitato, ſecundo infertur, Ordinarium poſſe delegare.

Ratio eſt, quia † Ordinarius in ſe radicatam habet iuriſdictionem, ideoque rectè, illam mandare poteſt: ut habetur expreſſe *in l. More 5. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Ubi Bart. & Scribb. communiter, omiſſo Barbo. *a. l. cum Prætor. 12. §. 1. ff. de Iudic. num. 81. cum ſeqq.* † Qui conſtituit differentiam inter Magiſtratus 124
Romanos, ac Provinciales, quòd in illis verificetur, poſſe delegare, niſi ſpecialiter inveniantur prohibiti: at in iſtis contrarium dici debeat: ſcilicet eos delegare poſſe, quibus id lege invenitur permiſſum. Nam noſtra generalis Regula in quolibet Ordinario indiſcriminatim vera eſt. 125

Etiam ſi infimus ſit. Quod non ſolum de maioribus Magiſtratibus verificatur, ſed etiam de minoribus, ac proinde quemvis Ordinarium etiam infimum poſſe delegare, compertum eſt, Gloſſ. *in l. 1.* verb. *Quæ verò iure Magiſtratus, ff. de Offic. eius.* Cynus, Raynald. Guillelm. Bald. *l. à iudice, C. de Iudic.* Alexand. *l. More, num. 27. ff. de iuriſdict.* Jaſon *l. eum qui, princ. eod. tit.* & ibi Angel. Alfan. *l. 1 num. 16. ff. de Offic. eius,* Sanch. *3. de matrim. diſp. 31. nu. 1.* Et hanc communiorem fatetur Fulgoſius *l. à iudice, C. de iudic.* & ab ea non eſſe in praxi recedendum, inquit Bolognet. *l. 1. ff. de Offic. eius, num 40.* verſ. *In practica tamen.* 126

[illegible] Probatur primo, ex *l. 1.* verſ. *Quæ vero iure Magiſtratus ff. de Offic. eius.* † Ubi expreſſe traditur, poſſe mandari quæcumque iure Magiſtratus competunt: ergo nullus excluditur. Probatur conſequentia; nam id dicitur iure Magiſtratui competere, quod competit Magiſtratui eo ipſo, quod Magiſtratus eſt, ut 127

al-

ait Gloſſ. *in d. l.* 1. & per conſequens in quolibet etiam infimo Magiſtratu id procedit. Favetque *l. eum qui*, ibi: *Magiſtratus autem eſt, qui in Poteſtate aliqua ſit*, *ff. de iuriſd. omn.* At dictio *aliqua* de minima quavis re intelligitur, Gloſſ. in *Clem.* 1. verb. *Aut earum parte aliqua, de foro comp.*

Probatur ſecundò, ex *l. cum Prætor. §. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud.* ubi dicitur: *Iudicem* dare poſſe, quibus id more conceſſum eſt, ſicut *Præfectus Urbi, cæterique* *Probatio ſecunda.*
128 *Romæ Magiſtratus.* † At cæterorum appellatione omnes includuntur, *l. cæterorum. ff. de verbor. ſignificat.* Ergo omnes Magiſtratus tam maiores, quam minores delegare poſſunt.

129 Sed limita primò † cum Navarro *tom. 3. tit. de conſtit. conſil.* 1. *num.* 88 *edit.* 1. Niſi quis iuriſdictionem Ordinariam ex privilegio habeat: tunc enim illam non poterit delegare. *Limitatio prima.*

130 Limita ſecundo, † ut non valeant totam ſuam iuriſdictionem inconſulto Principe delegare, *l. penult. ff. de Offic. Præſidis*, & uniformiter docent Scribb. niſi ex aliqua neceſſaria, & iuſta cauſa ad breve tempus, de quo infra fuſiori calamo tractabitur. *Secunda.*

Dixi: OMNEM JURISDICTIONEM ORDINARIAM DELEGABILEM *Cauſæ meri, mixtiq; imperii an delegari poſſint? Remiſſivè.*
131 ESSE, quæſtione relicta; † Num cauſæ meri, mixtique Imperii delegabiles ſint, & ſi forte aliqua circa hoc differentia ſit inter ius Canonicum, & Civile, quippe in his immorari, nihil noſtra intereſt: videſis Covarruviam 3. *variar. cap.* 20. *per tot.* egregiè controverſiam hanc utrinque diſputantem, Maraut. *ſpec. aur. p.* 4. *diſt.* 5. *n.* 66. Molin. *tom.* 6. *tract.* 5. *diſp.* 17. *de iuſt. & iur.*

ILLATIO III.

Delegatum ſubdelegare non poſſe.

BREVIARIUM.

132 Delegatum non ſubdelegat. Et qua ratione?
133 Excipitur Delegatus Principis.
134 Delegatus à lege civili poteſt delegare.
135 A lege Prætoria Delegatus, non item.
136 Delegatus ad univerſitatem cauſarum habetur ut Ordinarius, & poteſt delegare.
137 Quis dicatur Delegatus ad univerſitatem cauſarum?
138 Delegatus generalis quoad cauſas, limitatus verò quoad perſonas, non eſſe dicitur ad univerſitatem cauſarum.

132 PLuries in iure expreſſum reperitur, † Delegatum ſubdelegare non poſſe, *l. Cognitio*, verſ. *Cum propriam l. fin. ff. de Offic. eius*, *l. à iudice, C. de iudic.* Ratio autem eſt, quia Delegatus nihil proprium habet, ſed utitur aliena iuriſdictione, *d. l.* 1. *§. qui mandatam, ff. de Offic. eius.* Ac proinde nequit iuriſdictionem ſibi commiſſam ſubdelegare. Eſt communis DD. & relictis ex vetuſtioribus plu- *Non ſubdelegat Delegatus de iure.*

rimis,

rimis, id docet Thom. Sanch. 3. *de matrimon. diſp.* 31. *num.* 1. Sylvius *in addit. ad* 3. *part.* S. Thom. q. 8. *art.* 5. Ioann. à Cruce *Director.* 2. *p. de Sacram. Pœnit. q.* 5. *dub* 6. *concl.* 1. Barboſ *in l. cum Prætor* §. 1. *n.* 52. *ff. de iudic.* Portell. *Dub. Reg.* verb. *Prælatus, in Addit. n.* 6. & noviſſimè N. Gabriel à S. Vincent. *Tom.* 3. *diſput.* 9. de pœnitent. *quæſt.* 2. verſ. *concedunt omnes.*

Exceptio in Delegato Principis

133 Excipitur primò † à regula propoſita Delegatus Principis, qui cauſam ſibi commiſſam delegare poteſt, quoniam hoc illi à iure conceſſum eſt, *l. à iudice, C. de iudic. & cap. cum cauſam, de appellat. cap. fin. de Offic. Deleg.* ubi additur: *Eſto iudex Delegatus datus ſit à Principe ex partium conſenſu, poſſe alium invitis partibus ſubdelegare.* Affirmat Gloſſ. & Panormit. ibi, Molin. *Tract.* 5. *de iuſtit. cap.* 15. qui ait: Quod quamvis iudex aliquis eſſet Delegatus à Principe, ut cum aliis cognoſcat de aliqua cauſa, poſſet is ſubdelegare alium, qui unà cum illis aliis de eadem cauſa cognoſcat, uti habetur inibi: nec aliorum iudicium ſine tali ſubdelegato conſtaret.

Delegatus à lege Prætoria, delegare non poteſt.

134 Hoc † autem, quod aſſerimus de Delegato Principis, aſſerere etiam oportet de Delegato à lege Civili: ſecus verò, ſi † à lege Prætoria. Sic aliis relatis docet Ripa *in l. cum res, num.* 8. *ff. de damn. infect.* 135

Exceptio ſecunda

136 Excipitur ſecundò. Delegatus † ad univerſitatem cauſarum: hic enim tanquam Ordinarius habetur. Colligitur ex *l.* 1. §. *ab eo, ff. qui, & à quo,* ubi Gloſſ. verb. *Non ipſe, &* verb. *Ab eo,* & docet expreſſe Gloſſ. *in c. cum cauſam,* verb. *Delegatus, de appellat.* & aliis omiſſis Marant *ſpec. aur. part* 4. *diſt.* 1. *num.* 27. *&* 55. Covarruv. 3 *variar. cap.* 20. *num.* 11. Molin. *Tract.* 5. *de iuſtit. diſp.* 5. *num.* 4. Sanchez 3. *de matrim. diſp.* 31. noſt. Gabriel à S. Vincentio in ſuo *de Cenſuris* opere *diſput.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 56. & eſt communior, quicquid refragetur Curtius *in l. More, ff. de iuriſd. omn. num.* 67. Decius *in cap. cum cauſam, num.* [illegible] *de appellat. & alii.*

Delegatus ad univerſitatē cauſarum, quis?

137 Et vocatur † DELEGATUS AD UNIVERSITATEM CAUSARUM, quando ei genus cauſarum ſub nomine collectivo mandatur, quanquam generaliſſimum non ſit, ſed ſubalternum, *& ad tempus aliquod reſtrictum,* ut ſi committantur cauſæ per biennium occurrentes: *Vel quoad quantitatem,* ut cauſæ centum aureorum, & infra: *Vel quoad locum,* ut cauſæ talis loci, Bart. *in l. Legatus, num.* 4. *ff. de Offic. Pro-Conſ.*

De Delegatione Generali quoad cauſas, limitata quoad perſonas quid ſit ſentiendum

138 An † autem quando Delegatio Generalis eſt quoad cauſas, limitata verò quoad perſonas, dicatur ad univerſitatem cauſarum, ut ſi committantur omnes cauſæ, quæ inter Titium, & Seium agitantur; probabiliorem autumo negativam ſententiam cum Guillelmo de Cun. *in l. ſi à iudice, C. de iudic.* ubi Bald. *numer.* 4. Salicetus *numer.* 3. Nam quum reſtringuntur tempus, locus, vel quantitas, univerſalior cognitio remanet, quam quum perſonæ limitantur. Siquidem in priore caſu plura poſſent eſſe negotia, tam eodem loco, tempore, quantitateve occurrentia, non autem, quando reſpectu perſonarum arctatur iuriſdictio.

ILLA-

ILLATIO IV.

Poſſitne Delegatus alteri partem ſuæ commiſſionis ſubdelegare?

Breviarium.

139. *Prima opinio abſolutè negat.*
140. *Generalis prohibitio etiam minima comprehendit.*
141. *Secunda abſolutè affirmat.*
142. *Media ſententia verior.*
143. *Delegatus non poteſt ſubdelegare articulum juriſdictionem continentem, ſed tantum in mero facto conſiſtentem.*

139 RAtio dubitandi eſt, † quia ille, qui ſecundum leges Delegare prohibe- *Prima opinio negativa.*
140 tur, nec unum articulum cauſæ ſibi commiſſæ delegare poterit. † Nam generalis prohibitio etiam minima comprehendit, *cap. major, de præbend. cap. quæritur, §. fin. 22. quæſt. 2.* Hac dubitatione nonnulli abſolutè negant, quorum opinionem communiorem, & veriorem teſtatur Fachineus *lib. 1. controverſ. cap. 46.* Alii, † quos inter Bartol. *l. More, num. 11. ff de juriſdict. omn. judic.* af-
141 firmant, etiam ſi articulus contineat juriſdictionem, argum. Text. *in Clem. 1. de Offic. Deleg. cap. Bertholdus, de re judic.* *Secunda affirmativa.*

142 Nobis verò † media via incedendum eſt: dicendumque cum aliis: Non poſſe Delegatum ſubdelegare articulum juriſdictionem continentem, poſſe *Media ſententia verior.*
143 tamen ſubdelegare † articulum aliquem non juriſdictionalem, ſed in mero facto conſiſtentem. Probat text. *in c. ſuper quæſtionum, princ.* Verſ. *Nos autem, de Offic. Deleg.* Dum enim de articulo in facto conſiſtente loquitur, & nullam requirente juriſdictionalem cognitionem, ſed exequutionem puram, generaliter loquitur, tam in Delegato Principis, quàm Ordinarii. Dum autem de Delegato, qui principium cauſæ, vel medium, vel etiàm finem ſubdelegat, ſermonem inſtituit, ſeſe ad Delegatum Principis reſtringit. Nam hæc cum reſpiciant juriſdictionalem cognitionem, uni Principis Delegato prædictam Delegationem facere conceditur, ut ibi advertit Abb. *num. 9.* & tenet Sanch. *3. de matrim. diſp. 31. num. 10.* per text. *in c. ſuper quæſtionum, cit.* quamvis Merolla non ita expreſſe à textu deductum exiſtimet, *Tom. 3. Theol. Moral. diſp. 7. cap. 4. num. 55.* ſed benè deduci exiſtimat pluribus citatis, Barboſ. *l. cum Prætor, 12. à num. 127. ff de judic.* Dictamque ſententiam cum hac diſtinctione amplectuntur, idem Merolla, Sanch. & Barboſ. citat. cum aliis.

ILLATIO V.

Poſſitne Delegatus Ordinarii alium ſubdelegare, ſi habeat Poteſtatem à Delegante?

Breviarium.

144 *Duplex ſententia: prima negat, ſecunda & probabilior affirmat.*

145. *Media eſt probabilis, & diſtinctione utitur.*

146. *Juriſdictio incertæ perſonæ committi non poteſt.*

Duplex oppoſita ſententia. DUplex † in hac re oppoſita ſententia reperitur. Prima negat, ſecunda & probabilior affirmat, poſſe Ordinarium delegare cum Poteſtate ſubdelegandi. 144

Media probabilis. Quanquam verò † ſententia hæc verior cenſeatur, ſatis tamen probabilis eſt, quæ media graditur via, & diſtinctione utitur. Nimirum poſſe facultatem ſubdelegandi committi: *Primò* ſimpliciter, ut ſi Ordinarius Delegans dicat: *Delego tibi talem cauſam cum ſubdelegandi Poteſtate. Secundò* poteſt hæc facultas concedi Delegato, ut ipſius nomine Ordinarii ſubdelegare poſſit, taliter ut Ordinarius dicat: *Delego tibi talem cauſam, & ex nunc facultatem facio de eadem cauſa cognoſcendi ei, quem tu elegeris.* 145

Ratio. Si Delegatio fit ſecundo hoc modo; validè ab Ordinario in Delegatum ſubdelegandi facultas transfuſa judicatur. Ratio eſt, quia dicto caſu videtur ſubdelegatus Delegatus ab Ordinario ipſo; ac proinde ſola nominatio, ſive perſonæ electio committitur Delegato. Ideoque Delegatus nudum miniſtrum agit, & nullum facit gradum, nec in numero ponit. Ita Authores quotquot primam ſententiam propugnant, quos præter Gemman *in cap. is cui, de Offic. Deleg. in 6.* Rebuff. *praxi tit. Forma Vicariatus, num. 77.* Marchina *deciſ. 3. num. 2. part. 1.* Pavin. *de poteſt. Capituli Sede vacante q. 10. nu. 2.* Garc. *de Benefic. tom. 1. p. 5. c. 8. nu. 1.* Ricc. *collect.* 1599. & alii.

Objectio. Nec traditam doctrinam labefactabis, ſi opponas: † Juriſdictionem incertæ perſonæ minimè poſſe committi: atqui juxta talem ſententiam incertæ perſonæ juriſdictio conferretur. (Non enim aſſignatur quis à Delegato ſubdelegari debeat.) Ergo irrita, & caſſa erit ſimilis ſubdelegatio. Reſpondetur enim negando minorem. 146

Solutio. Nam tempore, quo Delegatus nomine Delegantis perſonam deſignat, cui facultas conceditur, de illa cauſa cognoſcendi, eadem in ſubdelegatum transfunditur juriſdictio, & tunc jam eſt perſona certa, & determinata. Quemadmodum ſi Sacra Pœnitentiaria det facultatem confeſſario legitimè approbato ab aliquo eligendo, ut illum poſſit ab excommunicatione abſolvere, vel cum eo ſuper aliquo diſpenſare, non

dicitur

dicitur talis juriſdictio committi perſonæ incertæ: ergo ſimiliter in noſtro caſu.

Si tamen fiat ab Ordinario Delegatio primo modo ſuprà explicato, tunc invalidè transfertur in Delegatum ſubdelegandi Poteſtas; nam impoſſibile eſt in perſona Delegati ab Ordinario Principe inferiore fundari facultatem ſubdelegandi: ita ut Delegatus faciat gradum, ſeu ponat in numero; quod optimè probant Authores primæ ſententiæ, & jura ab eiſdem allata, quos invenies congerente Merolla *Tom.3.diſp.7.cap.4.dub.8.per tot.* & Barboſ. *ad d.l.cum Prætor, §.1.à num.123.ff.de judic.*

ILLATIO VI.

Subdelegatum ſubdelegare non poſſe.

Breviarium.

147. *Subdelegatus non ſubdelegat.*

148. *Infinitas ſemper vitanda.*

147 SExto infero, † ſubdelegatum ſubdelegare non poſſe, quicumque, & à quocumque ſit, ad devitandam infinitatem, *l.fideicommiſſa* 11.*§.ſi quis de-* *Subdelegatus non ſubdelegat.*
148 *cem ff de Legat.3.* † Rerumque ac negotiorum ut aliquis ſit terminus, *l.fin.C.de Sacroſanct. Eccleſ.* Unde nec datur ſervitus ſervitutis, *l.1.ff.de uſufruct.Legat.* Nec uſurarius uſurarii, Angel.*in l. More.ff.de juriſd.*princ. Nec uſuræ uſurarum, ſive illæ petantur tanquam fructus, ſive tanquam pœna, *l.fin.C.de uſur.l.neque eorum.ff.eod.* Honded.*conſil* 58.*lib.*1.*num.*28.*&* 40. Nec commoditas commoditatis, Federicus Scot.*conſil.*19.*num.*37.*lib.*2. Quod quia clarum, ab ejus probatione libenter ſuperſedemus. *Infinitas ſemper vitanda.*

ILLATIO VII.

Ordinaria juriſdictio favorabilis, Delegata autem Odioſa.

Breviarium.

149. *Delegata juriſdictio reſtringenda, etiamſi à Principe procedat: Ordinaria amplianda.*

150. *Ordinaria juriſdictio Delegata aliquando eſt [illegible].*

151. *Delegatâ juriſdictione Ordinaria infirmatur.*

152. *Delegatus Principis inferior Ordinario.*

153. *[illegible] Ordinarius [illegible] Epiſcopus & Princeps Delegatus [illegible]*

154. *Juriſdictio Ordinaria connaturalis,*

Delegata

Delegata vero accidentalis.
155 *Delegatus removetur ob ſuſpicionem; ſecus Ordinarius,*
156. *Ab Ordinario punitur Delegatus Principis, ſi delinquat: etiam intra cauſam Delegationis.*

Delegata juriſdictio reſtringenda: Ordinaria amplianda.

Voluntaria juriſdictio Delegata aliquando eſt favorabilis.

DIcitur Delegata † juriſdictio Odioſa, eo quod Ordinariæ deroget. Sic *Gloſſ. in cap.* 1. verb. *Proceſſus*, propè fin. *de reſcript. in* 6. Alexand. *l.* 1. *column.* 15. *ff. de Offic. eius.* Unde ſequitur, illam reſtringendam eſſe, iſtam verò ampliandam, *cap. Odia de Reg. jur. in* 6. Quod quidem etiam verificatur quanquam Delegatio ſit emanata à Principe; quia militat eadem ratio; quicquid dicat Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 18. Sermonem autem hic de Delegata juriſdictione contentioſa inſtituimus; † nam voluntaria poteſt favorabilis eſſe, ut de juriſdictione Delegata ad diſpenſandum cum indeterminatis perſonis patet, quam eſſe favorabilem conſtat. 149 150

Delegata juriſdictio Ordinaria infirmior.

Delegatam † item juriſdictionem ſi æquiparemus Ordinariæ, infirmior, ac debilior eſt. Alexand. & recentiores Rubr. *ff. de Offic. eius*, Archid. *cap. ſi Epiſcopus* 2. *q.* 6. Covarruv. 1. *variar. cap.* 2. *num.* 6. Hinc etiam deducitur, Judices Ordinarios majores, ac Nobiliores eſſe Delegatis ſuis; nam ab eiſdem Delegati pendent. 151

Delegatus Principis nobilior Ordinario. Si in eadem cauſa Ordinarius, & Principis Delegatus concurrant, dignior cenſetur Delegatus.

Notanter dixi Delegatis Suis, † quoniam Delegatus Principis Nobilior, ac potior Ordinario cenſetur in cauſa ſaltem ſibi demandata. Merola *Tom.* 3. *diſp.* 9. *cap.* 2. *num.* 22. & colligitur *ex cap. ſanè el.* 2. *de Offic. Deleg.* ibi: *Quia Iudex Delegatus à nobis, vices noſtras gerit, ex cap. ſignificaſti, de Offic. Deleg.* quatenus ibi dicitur: Talem Delegatum poſſe præcipere Ordinario etiam ſub comminatione cenſuræ. Et clarius ex *cap. Paſtoralis, §. propterea, de Offic. Ordinarii,* ibi: *Cùm Delegatus, quantum ad illud, ſit major Ordinario.* † Hinc eſt, quod ſi in eadem cauſa procedat Ordinarius, & Delegatus Principis, ut puta Inquiſitor, & Epiſcopus in cauſa hæreſis, dignior, ac major eſt Inquiſitor, tanquam Delegatus, ut habetur, 3. *part. Direct. Inquiſit. q.* 8. 152 153

Juriſdictio Ordinaria connaturalis: Delegata accidentalis. Delegatus removetur ob ſuſpicionem, ſecus Ordinarius. Ab Ordinario

Licet autem hoc verùm ſit, nihilominus Ordinarius firmiorem dicitur juriſdictionem habere, quàm Principis Delegatus, ut communiter DD. Rubr. *ff. de Offic. eius* Quod ex proximè traditis infertur † Ordinarium ſcilicet ſuo jure juriſdictionem habere, Delegatum verò alieno beneficio. † Hinc Ordinarii juriſdictio connaturalis, Delegati verò accidentalis meritò nuncupatur. Probatur ſecundo, † eo quod Ordinarius ob ſuſpicionem non removetur, ſed aſſignatur illi adiunctus. *Auth. ſi vero contingit, C. de iudic.* At verò Delegatus ob ſuſpicionis cauſam removetur, *l. apertiſſimi, l. fin. C. eod.* Tertiò, quia morte Delegantis exſpirat iuriſdictio Delegati re integra, Ordinarii autem non ſic, ut ſtatim dicetur. † Quod adeò verum eſt, ut ſi Delegatus Principis delinquat poſſit ab Ordinario loci, in quo deliquit, puniri, quia ratione delicti tranſit in ſubditum Ordinarii, *Auth. ſi qua in Provincia, C. ubi de crimine* 154 155 156

agi op-

agi oportet. Et hoc ſive extra officium ſuæ Delegationis delinquat, ut puta aliquem occidendo, ſive intra cauſam Delegationis, abutendo illa. Sic docent Petr. de Bellapert. *princ. Authentica ſi qua in Prov. C. ubi de crimine agi opport. col. pen. fin.* & ibi Cynus *num* 15. Ricc. *collect.* 2585. *p.* 7. *& collect.* 1047. *Punitur Delegatus Principis, ſi delinquat.*

ILLATIO VIII.

Ordinariam juriſdictionem non exſpirare morte concedentis; Delegatam exſpirare.

BREVIARIUM.

157. *Juriſdictio ordinaria concedentis morte non exſpirat.*
158. *Delegata exſpirat re integra.*
159. *Ratio diſcriminis.*
160. *Ordinaria juriſdictio adhæret officiis.*
161. *Id quod [illegible], ſine facto noſtro à nobis [illegible] non poteſt.*
162. *Ordinaria juriſdictio ad nutum concedentis conceſſa, concedentis morte non finitur.*
163. *Conſervatio juriſdictionis Ordinariæ intereſt Reipublicæ.*
164. *Delegata juriſdictio in Delegatum non [illegible] quam qui commiſerit.*
165. *Jure Authoris extincto, extinguitur jus ſucceſſoris.*
166. *Si Delegans [illegible] cœperit juriſdictione, non exſpirat concedentis morte.*
167. *Delegata juriſdictio exſpirat morte civili.*
168. *Captivitas in jure pro morte civili reputatur.*
169. *Mors civilis non æquiparatur naturali quoad juris effectus.*
170. *Bene tamen quando ex qualitate negotii utraque mors eundem ſortiuntur effectum.*
171. *Servus cujuslibet juriſdictionis incapax eſt.*
172. *Per captivitatem ſervus quiſque efficitur.*
173. *Profeſſio in Religione approbata mors civilis dicitur.*
174. *Quoquo modo Delegantis juriſdictio corruat, corruit Delegata.*

157 OCtavò infertur, † Ordinariam juriſdictionem non finiri concedentis fine, etiam re integra, ut conſtat per text. *in l. & quia* 6. *ff de juriſdict. omn.* ſecundum ejus communem intelligentiam & tenent inibi Gloſſ. & DD. Probaturque ex text. *in cap.* 2. *de Offic. Legat. lib.* 6. ubi decernitur, obeunte Pontifice non exſpirare Legati juriſdictionem etiam re integra; eo quod Ordinaria cenſeatur Gloſſ. verb. *Declaramus*, Bartol. *in l. more, num.* 17. *ff. de juriſdict. omn.* Menoch. *de arbit. lib.* 1. *q.* 69. *num.* 2. Pet. Greg. *Syntagm. Iur. lib.* 47. *cap.* 32. *num.* 2. Moll. *Empor. Iur. tit* 2. *num.* 104. *&* 105. Doct. Barboſ. *in l. quia tale, num.* 84. *ff. de judic.* Gregor. Lupus *l.* 20. *tit.* 13. *part.* 2. & tenet *l.* 2. *lib.* 6. *Recop.* Azeved. *num.* 3. Mol. *de Hiſp. primog. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 5. Sanchez 8. *de matrim. diſp.* 28. *nu.* 4. Baſilius Legionenſ. 5 *de matr. c.* 23. *nu.* 12.

Delegata Iuriſdictio morte Delegantis exſpirat re integra.

Juriſdictio † verò Delegata obitu Delegantis exſpirat re integra, hoc 158
eſt, antequam Delegatus exequi commiſſam ſibi juriſdictionem incipiat.
Conſtat ex c. gratum, cap. relatum. cap. licet undique, de Offic. & Poteſt. Iudic. Deleg.
cap. ſi Delegatus 7. cap. fin. §. Officium, eod. tit. in 6 l. eum qui 15. cũ duab ſeqq. ff. de juriſd. omn jud. l. 12. & 20 tit. 4. part. 3. Quod etiam militat in mandatis ad lites, & negotia, l. mandatum 5. C. mandati, §. rectè, cum ſeqq. Inſtit. eod. l. inter cauſas 26. l ſi quis alicui 27. §. Morte, ff eod.

Ratio.

Ratio verò † diſcriminis (relictis aliis) eſt. Nam Ordinaria juriſdictio 159
(ut ſuprà tetigimus) ſuum effectum ſortitur penes illum, cui conceditur, in
eoque radicatur. † Unde immediate per ipſam conceſſionem oſſibus illius 160
adhæret; ac proinde licet, qui conceſſit, obeat, non obit. † Id enim, quod 161
noſtrum eſt ſine facto noſtro à nobis evelli non poteſt, l. id quod noſtrum. ff de
reg. jur. † Quod ſic verum eſt, ut quamvis Ordinaria juriſdictio ad conce- 162
dentis beneplacitum conceſſa fuerit, & beneplacitum morte concedentis exſpiret, cap ſi gratioſe, de reſcript in 6. ipſa tamen minimè deficit, quamquam mors concedentis re integra superveniat. Ratio eſt. † Nam favor pu- 163
blicus, cuius iuriſdictionis Ordinariæ conſervatio intereſt, id æquiſſimum iure poſtulat, Bald. l. meminiſſe, ff. de Offic Pro Conſ. Paril. de Puteo, C[illegible], & Vantius, quos adduxit, & ſequutus eſt Menoch. de arbit. lib 1. quæſt. [illegible] Anton. Gabr. Tom. 3. commun. lib. 6. tit. de Prabend. Gutierr. Tom 3. pract. [illegible] à num. 20.

Ordinaria Iuriſdictio ad nutum concedentis, illius morte non finitur.

Delegata non exſpirat.

Secus in Delegata iuriſdictione contingit. Et ratio potiſſima eſt, † 164
quia per ſolum actum Delegationis non transfunditur iuriſdictio in Delegatum, quouſque ea uti cœperit. Sic expreſſe Bonifacius VIII. c. quamvis, de Offic. Deleg. in 6. ibi: *Quum juriſdictio (ex quo ipſe uſus non extitit) non cenſeatur in eum efficaciter tranſiviſſe.* Unde oritur, quia quum tota iuriſdictio in Delegante reſideat, cuius morte etiam ipſa finitur, conſequenter iuriſdictio
Delegati extinguatur; quandoquidem † extincto iure Authoris extingui- 165
tur ius ſucceſſoris, l. lex vectigalis, ff. de pignor l. ſi ex duobus, § 1. ff. de in diem addict. Doct. Barboſ. l. & quia tale, num. 86. ſin ff. ſolut. matrim. [illegible] Tom. 6. lit. R. concl. 127. † Verumenimverò ſi iam Delegatus [illegible] demandata iu- 166
riſdictione incœperit, tunc in eo radicata cenſetur, & efficaciter in eum transfuſſa. Evincit cit. Text. c. quamvis, à contrario ſenſu. Ideoque licet Delegatus diem obeat, non extinguitur Delegati iuriſdictio. Vide quæ eruditè de hoc diſſerit noſter Gabriel à S. Vincentio in grandi ſuo, Romæ excuſo, de Cenſuris, Opere diſput. 5. quæſt. 6. num. 57. & in alio Opere de Sacramentis Tom. 3. de diſput. 5. de Pœnitentia, quæſt. 2. verſ. [illegible] Octavo.

Delegata non exſpirat re non integra, morte concedentis.

Hoc utriuſque iuriſdictionis diſcrimen traditur ab Abbate, num. 4. in
cap. [illegible]

cap. relatum, de Offic. Delegat. Baſil. *de matrim. lib. 5. cap. 23. num.* 12. Sanchez
167 *lib. 8 diſp. 28. num.* 30. Quo fit, † ut ſi Delegans in captivitatem redigatur,
Delegatus nullum prorſus iuriſdictionis actum exequi valeat. Quippe Ci-
168 vilis mors † Captivitas à iure habetur, *l. Pater 10. fin. principii, l. in omni-
bus 18. ff. de capt. & poſtlimin. re verſ.* Gloſſ. fin. *l. 1. ff. eod.* Ac quemadmo
dum naturali morte Delegantis Delegati iuriſdictio finitur, ſic & civili,
eundem enim apud hoc nanciſcuntur effectum, Text. *in cap ſi Epiſcopus 3. de
ſuppl. neglig. Prelat. lib. 6.* Et accinit Sayrus *de cenſur. lib. 1. cap 7. num.* 39. &
cum Sbroz. eleganter reſolvit Narbon. *de appellat. Vicarii ad Epiſc. num.* 158.
part. 1. Alexand. *conſil.* 110. *à num. 6. volum.* 6. Marian. Socin. *conſil.* 92.
princ. volum. 1. Pavin. *de Poteſt. Capit. Sede vac. part. 1. princ quaeſt. 1. ſub num.*
169 4. † Nam licet mors Civilis non æquiparetur naturali, quoad iuris effe-
ctus ex Text. in *l. ſed ſi mors 13. ff. de donat. inter, & l. cum pater 77. §. hæredita-
tem el. 1. ff. de Legat. 2. & in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de jur. Fiſc.* cum
170 ſimilibus. † Tamen quando ex natura, & qualitate negotii mors Civilis
eundem effectum ſortitur ac naturalis, tunc utraque æquiparabitur, etiam
quoad iuris effectus. Ut conſtat per Text. *in l. actione 65. §. publicatione, ff.
pro ſocio, & l. ſi necem, §. ſi deportatus. ff. de bonis libert. & in cap. 1. §. 1. ne Sede va-
cant. lib. 6* cum aliis, quos adducunt Menchac. *de ſucceſſ. creat. §. 21. numer.*
172. verb. *Eſt tamen verum,* Pelaez *de majorat. p. 2. quaeſt. 3. num.* 36. Molin.
de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 13. num. 94. Tuſch. *tom. 5. lit. M. concl. 393. num.*
24. & 25. Atqui in caſu noſtro mors Civilis ex ſervitute ſuperveniens Dele-
gantis, eundem effectum ſortitur, ac mors naturalis: ergo ſicut per mor-
tem naturalem Delegantis extinguitur iuriſdictio Delegati, ita & per mor-
tem Civilem. Probatur minor, quia effectus à naturali Delegantis morte
ſequutus, eſt finitio, & exſpiratio iuriſdictionis illius; at etiam per acci-
171 dentem captivitatem omnino extinguitur iuriſdictio Delegantis († quum fa-
ctus ſervus nullius ſit capax iuriſdictionis) ergo idem effectus, vel eadem iu-
172 riſdictionis exſpiratio ſequitur ex morte Delegantis civili, ac ex naturali. †
Hæc ultima minor conſtans in iure eſt, quia per captivitatem quemque ef-
fici ſervum, non ſinunt dubitare, Text. in *l. Gallus 19. §. videndum, ff. de li-
ber. & poſthum. l. ab hoſtibus 12. l. jus poſtliminii 4. l. liber 17. C. de poſtlimin. re-
verſ.* & apertius colligitur *ex l. hoſtes 24. l. latrones 27. & l. penult. ff. eod.* Quod
verò ſervus ſit incapax totius iuriſdictionis patet ex celebri Text. *in l. Barba-
rius Philippus 3. ff. de Offic. Prætor.* cum ſimilibus.

Delegati iuriſdictio terminatur, non minus morte Civili, quam naturali.

Mors Civilis quando naturali æquiparatur.

Servus cuiuslibet iuriſdictionis eſt incapax.

173 Et hoc etiam accidit † per Profeſſionem in Religione, hæc enim mors
etiam Civilis nuncupatur *cap. placuit 16 qu. 1.* Ludovic. Zuut. *in conſil. pro u-
xore, num* 892 *cum ſeqq.* Peregrin. *de jure Fiſc. lib. 3. cap. 7. num.* 12. Card. Tuſch.
lit. M, concl. 392.

Profeſſio mors Civilis dicitur.

Similiter, † & per Renunciationem, Depoſitionem, Ceſſionem, Translationem, Relegationem, Permutationem, vel ſi quæ ſunt alia, quorum interventu Delegati iuriſdictio corruat. Ita Narbon. ubi ſuprà (licet non ita explicet.) Par enim in omnibus ratio currit. 174

Extrahente in Delegante juriſdictionem, in Delegato etiam corruit.

CONFUTATIO:

De juriſdictione Vicarii Generalis Epiſcopi; nec non locum-tenentis Correctoris.

BREVIARIUM.

175. *Vicarii Generalis Epiſcopi juriſdictio Ordinaria eſt.*
176. *Morte tamen Epiſcopi extinguitur.*
177. *Quod poſt Epiſcopi mortem a Vicario fit, nullius valoris eſt.*
178. *Quod verum eſt etiamſi res ſit inceepta.*
179. *Deficit juriſdictio Vicarii abeunte, ſeu promoto Epiſcopo.*
180. *Et per revocationem ab Epiſcopo factam.*
181. *Omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur.*
182. *Iudicandi munus, ab eo, qui conſtituit, removeri poteſt.*
183. *Probabile eſt, Vicarium Generalem ſine cauſa ab Epiſcopo removeri non poſſe.*
184. *Epiſcopo excommunicato, ſive ſuſpenſo, licet juriſdictio Vicarii Generalis non extinguatur, ſuſpenditur, quouſque abſolvatur Epiſcopus.*
185. *Vicarii juriſdictio, & Epiſcopi eadem cenſetur, eidemque Tribunali uterque præeſt, & pro eadem perſona reputantur.*
186. *Eadem res diverſis iuribus [illegible] [illegible].*
187. *Vicarii Generalis juriſdictio [illegible] quia acceſſoria eſt.*
188. *Acceſſorium ſequitur naturam [illegible] palis.*
189. *Vicarii creatio profluit [illegible] conſenſu juris, ſive [illegible]*
190. *Conceditur Epiſcopis, ut [illegible] Generales Vicarios conſtituere.*
191. *Conceſſionis ratio.*
192. *Vicarii juriſdictio non ab Epiſcopo, [illegible] à iure profluit.*
193. *Differentia inter Vicarium Generalem Epiſcopi, & [illegible].*
194. *Delegatus accipit [illegible] Ordinario Delegante.*
195. *Correctorum [illegible] & Vicarii Generalis [illegible] Ordinariam habent, & quod de Vicario Generali dictum eſt, [illegible] de eis affirmari [illegible].*
196. *Correctorum [illegible] ceſſam [illegible] caſu, [illegible] Correctoris [illegible] Officio [illegible] ex nova commiſſione.*

In pr[illegible]

175 IN proximè dicta militare videtur, † quod communiter circumfertur de Generali Episcopi Vicario, nempe illius jurisdictionem Ordinariam esse, *Vicarii Generalis Episcopi jurisdictio Ordinaria est.*
176 † morte tamen Episcopi supervenientè [illegible], & extingui. Sic Tho. Sanch. *lib. 3. de matrim. disp.* 29. *n.* 3. & ultra sepuaginta per illum citati Authores, quibus quindecim superaddidit Doct. Narbona *de appellat. à Vicario ad Episc.* 1. *part num.* 78. Convincunt Azorius *Instit. Moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 6. *q.* 12. & *cap.* 43. *q.* 5. Legionensis Basil. *de matrim. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* [illegible] Quibus adstipulantur plures alii, quos novissime aggessit Diana *part.* 10. *tract.* [illegible] *resol.* 3[illegible]. *vers. Verum*, & DD. communiter *in cap. quoniam, de Offic. Ordinarii, & in cap.* [illegible] *de consuet.*
177 *in* 6. † Itaut si post Episcopi mortem aliquem transactæ jurisdictionis actum exequi attentaverit, nullius penitus valoris, & roboris sit (uti de Delegato diximus) Covarruv. *Pract. cap.* 4. *num.* 4. Cuccus *lib.* 2. *Instit. maior. tit.* 8. *num.* 33. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 3. Paz *in praxi tit.* 1. *part.* 1. *Tom.* 1. *n.* 5. Azeved. *lib.* 3. *Recopilat. tit.* 9. *l.* 1. *num.* 13. Sbrozz. *de Vicar. Episcop. lib.* 3. *q.* 18. *num.* 7. *q.* 46. *nu.* 3. Ugolinus *de censur. tabul.* 2. *cap.* 11. §. 3. *num.* 8. Bobadill. *Politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 45. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 30. *num.* 2. Basil. *de matrim.* 5. *cap.* 11. *num.* 8.
178 † Et non modo re integra, verùm, & incœpta Vicarii jurisdictio morte concedentis expirat. Quo casu etiam inferior Delegato censetur; cuius jurisdictio, ut nuper stabilivimus, Delegantis obitu re incœpta non corruit, Sanch. & Legionens. ubi sup. hic *nu.* 8. ille 3. & apud ipsos plures. *Vicarii Generalis jurisdictio etiam re incœpta, morte Episcopi expirat*
179 Deficitque † similiter jurisdictio Vicarii abeunte, seu promoto Episco-
180 po, & multo magis revocatione † per Episcopum facta, quæ ad ipsius nutum
181 fieri valet. Quia nihil magis naturale, & rationi consonum, † ut res per quascumque causas nascitur per easdem dissolvatur, *cap.* 1. *de Reg. iur. in* 6. cum si-
182 milib. Quapropter in hac materia notissimum est, † judicandi munus ab eo, qui constituit, removeri posse, *l. iudicium solvitur*, ibi: *Vetante eo, qui iudicare iusserat, ff. de iudic.* & tenet Gloss. *in Clem.* 2. *de rescript.* Geminian. *in cap.* 1. *de Officio* *Et cum quando cesset Episcopi jurisdictio cesset, & Vicarii*
183 *Vicarii in* 6. & plures apud Dianam *part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 24. † Licet ipse cum DD. Joanne de Solorzano, Larrea, & Machado probabile judicet minime removeri posse sine causa, eaque justa, propter Officii Dignitatem, & personarum, quæ ad illud eliguntur æstimationem. *An possit Vicarius removeri sine causa*

Deficit item Episcopo excommunicato, suspenso, aut interdicto illata Concilii Constantiensis decretum hoc enim casu licet jurisdictio in Vicario Generali radicata non stirpitus evellatur, suspenditur tamen, quousque à censuræ vinculo Episcopus absolvatur, Gloss. *in d. Clement.* 2. *de rescript.* & *in d. cap.* 1. *de Offic. Ordinarii in* 6. Sanchez *dict. disp.* 30. *num.* 6. Basil. *ubi sup. num* 8.
184 Ratio autem † huiusce limitationis est, quia jurisdictio Episcopi, & illius Vi-
185 carii eadem † censetur, eidemque Tribunali uterque præest, & pro eadem persona reputantur. Expresse Textus *in cap. Romana, de appellat. in* 6. & *cap.* 2. *de consuet. eod. lib.* Unde à fortiori, vel Vicarium jurisdictionem habere creden-

Res eadem diverſo iure cenſeri non debet.

dum eſt Ordinariam, vel ea Epiſcopum carere: † quia una, & eadem res diverſo iure cenſeri non debet, *l. eum qui hæres, ff. de uſucap.* 186

Nec ideo iuriſdictionem Ordinariam in eo eſſe principaliter, † docemus; ſed tanquam acceſſoriam alterius; nimirum Epiſcopi: juxta allegatum Text. *in cap. Romana, princ.* Ideo mortuo Epiſcopo exſpirat iuriſdictio Vicarii, non quia Delegata, ſed quia iuriſdictioni Epiſcopali acceſſoria, quum Vicarius Epiſcopo iuriſdictione adiunctus, & adſociatus ſit, ut cum Abbate, Menoch. & Anchar. tradit Sbrozz. *de Offic. Vicarii, lib. 2 q. 51. nu. 27.* Ex eo enim, quod iuriſdictio Vicarii, licet Ordinaria, acceſſoria ſit, pro ea notiſſima iuris militat Regula: † Principali cauſa non ſubſiſtente, quæcumque ex illa ſequuntur non ſubſiſtere, *l. cum principalis 138. ff. de reg. iur. cap. acceſſorium, eod. in 6.* 187 188

Non exſpirat Vicarii juriſdictio quia Delegata, ſed quia acceſſoria.

Ex tacito iuris conſenſu talis Vicarii creatio profluit.

Hic digniſſimum animadverſione exiſtimo, † creationem talis Vicarii Generalis ex tacito quodam Juris Canonici conſenſu profluere. Eo enim ipſo, quod Pontifices Summi nulla ſpecialiter urgente neceſſitate, aut nullo legitimo impedimento intercedente, Epiſcopis Vicarios Generales, † eorundem vices gerentes conſtituere permittunt, ab ipſis Pontificibus putantur electi, argum. Text. *in l. 1. verſ. Omnia enim. C. de vet. jur. enuc.* Tenent Covarruv. *3. variar. cap. 20. num. 4.* Molin. *de iuſtit. & iur. Tom. 6. tract. 5. diſp. 10. num. 6.* Narbon. *de appellat. à Vicar. ad Epiſcop. 1. part. num. 94.* Ratio autem huius condeſcendentiæ eſt (ut benè adnotavit Rebuff. *in praxi tit. Forma Vicariatus, num. 213.*) quia † ſæpè Illuſtriſſimi Epiſcopi, vel non ita ad Forenſia nati, uti Tribunalia exigunt; vel ne forenſibus negotiis impediti, Miniſterio verbi Dei circa oves ſibi commiſſas vacare non poſſint, ut benè etiam Barboſ. *3. part. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat. 54. num. 27. fin.* 189 190 191

Talis conceſſionis ratio.

Solutio Confutationis.

His præjactis fundamentis patet Vicarium Epiſcopi iuriſdictione Ordinaria pollere, non contrariari dictis à nobis ſupra ſolum iuriſdictionem Ordinariam ab uno Principe, Republica libera, lege, ſeu conſuetudine dimanare. Et ideo illam conferendi facultatem Epiſcopis negatam. Quia tametſi affirmemus, Epiſcopos validè, & licitè pro ſuo libitu Generales Vicarios conſtituere, eoſque Ordinarios eſſe; † non tamen ſequitur iuriſdictionem ab Epiſcopis in eoſdem collatam, ſed ab ipſo iure, aut Pontifice Summo, ſuppoſita tanquam conditione ſolummodo Epiſcoporum nominatione. Expreſſus text. *in cap. licet. de Offic. Vicarii in 6.* ibi: *Per commiſſionem Officii iuriſdictio illi transfertur.* Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 25. num. 11.* Loquens de Correctorum Vicariis, quos inter & Epiſcoporum Vicarios par invenitur ratio: utrorumque enim creatio ſcientia, & patientia Principis fit, ut iam iam vidimus, & videbimus. 192

Talis Vicarii juriſdictio nõ ab Epiſcopo, ſed à jure profluit.

Objectio.

Nec doctrinam traditam enervabis: ſi opponas, hinc deduci, Vicarium Epiſcopi non immediatè à iure, ſed Epiſcopo mediante, à lege permittente iuriſdi-

iuriſdictionem accipere. Non igitur Ordinarius cenſendus eſt, alias quilibet Delegatus Ordinaria inſignitus iuriſdictione crederetur, ſiquidem quilibet
193 permittente jure ab Ordinario eligitur, & illi iuriſdictio mandatur. † Reſpondetur enim diſparem utrobique rationem militare. In creatione quip- *Solutio*
pe Vicarii medius Epiſcopus cenſetur, non Delegantis inſtar principalis, ſeu principalis Inſtitutoris, ſed tanquam merus nominator perſonæ, illius, inquam, ſuppoſita nominatione, directè, & immediatè jus ipſum Ordina-
194 riæ iuriſdictionem transfundit. † Quod in Delegatis Iudicibus locum non habet, quippe nullam à iure recipiant iuriſdictionem, ſed ab Ordinario Delegante, utpote, cui non ſolum competit nominatio, ſed etiam collatio iuriſdictionis. Sic Thom. Sanch *lib.3. de matrim. diſp.29. num.13.* Doct. Narbona *l.15. n.98.*

195 Ipſiſſima hæc de Epiſcoporum Vicariis doctrina; de Correctorum locum tenentibus (quos noſtrates *Alcaldes Mayores vocant*) intelligenda venit. Qui quidem licet à Correctoribus, & non à Principe nominentur, ab ipſo tamen Principe, ſeu iure noſtro Hiſpanico iuriſdictionem Ordinariam naneiſcuntur, *l.10. tit.5. lib.3. Comp.* ibi: *Se les mande, y encargue de nueſtra parte, que tengan conſigo Tenientes Letrados.* Cui veriſſimæ doctrinæ acceſſere Covarruv. *3. variar. cap.20. n.4.* Avendagno *de exequendis mandatis, cap.3. num.3.* Azeved. *in d.l.10. num.1.* Morl. *Emptor iur. tit. de iuriſdict.* Ideoque Prætore remoto, ſeu promoto locum tenentis iuriſdictio evaneſcit, ut docet Covarruv. *pract. cap.4. num.4.* Molin. *de primog. cap.25. num.12.* Baſilius *5. de matrim. cap.11. num.5* & conſtat ex *l.7. iuncta l.6. tit.5 lib.3. Compil.* Quo ex iure malè Baſilius *loc. cit.* intulit: Regium Caſtellæ Conventum contrarium ob publicum bo-
196 num approbaſſe. † Lex enim 7. citata caſu, quo Corrector vita, ſeu Officio defungatur locum-tenentibus denuò commiſſionem tribuit, ut munus ſuum proſequantur. Pro nobis igitur lex Regalis militat, exſpiratamque locum tenentis iuriſdictionem cognoſcit, ſiquidem ad illius proſequutionem denuò iuriſdictionem illis mandare inexcuſabile, ſeu neceſſarium ducit.

Id quod de Vicario Generali dicitur, in Correctorum locum tenentibus debet adfirmari. Baſilius refutatur.

PRINCIPIUM IX.

Iuriſdictionem, aut circa perſonas, aut circa res exerceri.

BREVIARIUM.

197 *[illegible] poteſtatis duæ ſunt præcipuè partes, [illegible], & Poſſeſſio.*

198 *[illegible] quibus in rebus ſita ſit?*

199 *Temporalium adminiſtratio extra, & intra Iudicium exercetur, & quibus in rebus?*

200 *Poteſtas Oeconomica quæ dicatur?*

Juriſdi-

Cura ſpiritualium in qua ſita ſit?

IUriſdictio, ſive Poteſtas (de qua ſermonem ordimur) vel circa perſonas, vel circa res exercetur. Nam, ut benè Ariſtotel. 1. OEconomic. cap. 20. duæ ſunt præcipuè illius partes, *Homo* ſcilicèt, & *Poſſeſſio*. Curare igitur Superiorem opportet, tam de Hominibus ſibi ſubditis, quàm de illorum, & rebus & facultatibus. ✝ Cura verò, ſeu adminiſtratio ſpiritualium bonorum in eo ſita eſt ut excommunicare, aliaſque cenſuras inſligere, Sacramenta adminiſtrare, aliiſque eadem adminiſtrandi Poteſtatem facere Beneficia conferre, eligere, confirmare, præſentare, in Monaſticis inſtitutis diſpenſare, vota irritare, & ſuper iis diſpenſare, juramenta relaxare, corrigere, & etiam in virga ferrea graviter punire valeat. Elicitur ex text. *in cap. quærenti, de verbor. ſignific. cap. cum in Eccleſia, cap. venies, cap. ad aures, de ſimon. cap. ad probandum, de re judic. c. Maſſana. & cap. Sacroſancta, de elect. cap. conſtitutum, de Religioſ. dom. cap. ſi judex laicus, de ſent. excommunic. in 6. Clement. Diſpendioſam, de iudic. cap. in ſumm.* 11. q. 1. & ibi Gloſſ. Rebuf. *praxi tit. Forma Vicariatus, n.* 18. Azor. *Inſtit. Mor. 2. part. lib. 3. cap. 43 quæſt. 7.* 197 198

Temporalium adminiſtratio extra & intra iudicium exercetur.

Temporalium ✝ autem adminiſtratio, vel intra iudicium, vel extra ad aliquem pertinere poteſt. Intra iudicium, quando iuriſdictio pertinet pleno iure, cui annexum eſt merum, mixtumque Imperium. Si extra iudicium, in eo talis iuriſdictio conſiſtit, ut illa potitus, alienare, permutare, locare Monaſterii bona, reditus adſervare, & penſiones poſſit, *cap. ſi quis Presbyterorum, de rebus Eccleſ. alienand. vel non, cap. veſtra, de locat. cap. 1. ne Prælati vices ſuas*, Rebuff. *tit. n.* 20. & 21. Azor cit. 199

Poteſtas OEconomica qua dicatur?

Et quia ✝ in hac iuriſdictione obeunda Prælatus ut ſedulus pater familias; ſive providus OEconomus ſe gerit, jure optimo eam OEconomicam vocant N. Thom. à JESU in Regulam noſtram Carmelitanam [illegible] *dub. 3. verſic. Ex his conſtat*, Laurent. de Peyrinis *Tom. 1. de Prælato*, [illegible] 4. ſequutus S. Tho. *quodlib.* 1. Utrum verò quis ſpirituali, [illegible] iuriſdictione utatur, ab ipſa rerum, quas pertractat, natura, petendum erit. Ita Bald. *conſ.* 338. *vol.* 4. Rebuf. *ubi proximè*, & Scribb. *in c.* 2. *de iudic.* 200

PRINCIPIUM X.

Poteſtatem latiùs officio patere.

BREVIARIUM.

201 *In quo Officium, & Poteſtas diſcriminentur?*

202 *Non expedit, omnia, quæ licent, exequi.*

203 *[illegible] Officio [illegible] Poteſtas eſt [illegible].*

204 *Congruè in titulo utſque Officium, & Poteſtas reperiuntur.*

Ex-

201 EXplicatis † jam duabus Prioribus præfixi Tituli particulis animadvertere oportet; POTESTATEM maximè differre ab OFFICIO, quia latius patet. Nam licèt quicquid eſt OFFICII, Judicis etiam POTESTATI ſubjiciatur, non tamen è contra quicquid Judicis POTESTATI permittitur, id ſubjicitur juris neceſſitati, *l. non quicquid*, 40 *ff. de judic.* Valenſ. *ad Jus Canonic. Paratlit. Rubric. de Offi. & Poteſt. Iudic. Deleg. n. 1.*
202 † Unde non ſemper, quod facere poteſt, ut exequatur, expedit juxta illud Apoſt. 1. *Corinth.* 6.
203 12. *Omnia mihi licent; ſed non omnia expediunt.* † Ideò minimè par eſt, OFFICIO uti juxta totius amplitudinem poteſtatis, ſed potius, ut finem OFFICII conſequatur, in OFFICIO continendam, coarctandamque eſſe POTESTATEM.

In quo Officium & Poteſtas [illegible]?

Non expedit exequi omnia quæ licent.

Ex quibus conſequitur (ut plenè intelligatur, quo fine POTESTAS & OFFICIUM collocentur in Titulo noſtro) qualiter eadem verba accipi debeant,
204 † ſine alterutrius redundantia. Namque quum *verbo* OFFICIUM ſignificetur obligatio illa, qua quis tenetur, exercere, quæ ipſi ex proprio munere competunt; ſub verbo autem POTESTAS poſſibilitas, ſive potentia neceſſaria ad idem munus gerendum; utrumque exprimere pretium operæ duxi: quia in OFFICIO non comprehenduntur omnia, ad quæ ſe protendit POTESTAS. Plura quippe ſunt, quæ quis facere poteſt, quamque facere debeat: Pluraque inſpecto OFFICII fine, par eſt omittere, ad quæ alioquin POTESTAS pertingere valebat.

Cur in Of[illegible] Officium & Poteſtas reperiuntur.

Et quia nondum explicuimus; quodnam ſit OFFICIUM ſpeciale, cujus perſonam univerſalis hæc tractatio concernit; ideò inferius latè tractabimus, qua prudenti limitatione, uti POTESTATE ſibi conceſſa, debeat: ne contra proprii OFFICII Originem potiùs, OFFICIAT, quàm PROFICIAT, ut infr. *n.* 252. dicemus.

PRIORIS CLAUSTRALIS.

PRINCIPIUM XI.

De PRIORIS *nomine.*

BREVIARIUM.

205. *Vocula Prior ſumitur pro eo, qui ætate, vel Ordinis antiquitate aliis præcellebat, [illegible].*
206. *Etiam pro primo [illegible] Monaſterii perſona dignitatis [illegible].*
207. *Beatus Petrus vocatur Prior Apoſtolorum.*
208. *In regula noſtra, cap. [illegible] Prior [illegible], ſemper [illegible].*
209. *In S. [illegible] uſurpatur.*
210. *Aliquando Prior pro [illegible] Monaſterii [illegible] pro Sub-Priore.*

211. Poſtea hoc verbum Prior immediatis Prælatis Monaſteriorum attributum fuit.
212. Præterito, præſentique tempore plura Benedictina Monaſteria abſque Abbatibus ſolos agnoſcebant Priores.
213. Et qui antea Priores dicebantur, Subpriorum nomen acceperunt.

QUid PRIORIS notione ſignificetur, & quotuplex illius differentia, ſingillatim explicandum ſupereſt, pro noſtri lemmatis faciliori intelligentia. Triplex ergo huiuſce nominis acceptio occurrit.

Prior, id eſt ſenior. Vit. PP. Primò enim quicumque ætate, Dignitate, † vel Ordinis antiquitate 205 alios præcedebat, PRIOR dicebatur, ideſt, *Senior.* Sic *lib. 1. Vit. Pat.* vita noſtræ admirabilis EUPHRASIÆ dicitur: *Ingreſſa Abbatiſſa Oratorium convocavit* PRIORES *ſeniores.* Deincepſque SENIORES SORORES eædem nuncupantur. *S. Benedict. Reg. c. 63. S. Greg. 2 Dial. c. 16.* Similiter S. Benedictus cap 63. Regulæ: *Iuniores* (inquit) PRIORES *ſuos honorent*; PRIORES *juniores ſuos diligant.* Et rurſus: *Vbicumque ſibi obviant Fratres, Iunior à* PRIORE *benedictionem petat.* Sanctuſque Gregorius eodem ſignificatu vocabulum extulit 2. Dialog. cap. 16. *Quum verò poſt annos multos omnes* PRIORES *illius de hac luce migraſſent, & minores ſuos ſibimet ſuperponi in Sacris Ordinibus cerneret.* Denique antiqui Patres (teſte Smaragdo in cap. 61. Regulæ) dixerunt: *Ille verò Monachus quantos Fratres in alio Monaſterio invenerit, tantos ſe noverit habere* PRIORES.

Prior ſumitur pro prima perſona Monaſterii. Secundò vocula PRIOR accipitur † abſolutè poſita pro prima, & 206 digniſſima in Monaſterio perſona, Abbate ſcilicet, & Prælato. Notat Meurſius *in Gloſſario Græco-Barbaro* Dignitatis nomen eſſe, citatque Baſili-cum *eclog. 29.* Euſtathium *de tempor. intervall.* & Juſtinian. *novell.* 12[illegible]. Quorum teſtimoniis probat, PRIOR ſummi pro Principe, & eo, qui præeſt. Sic quod Chriſtus D. Ioann. 15. ait: *Scitote quia me* PRIOREM *vobis odio habuit.* *S. Ioan. 15.* Franciſcus Lucas exponit: *Primum veſtrum.* Qui primus ſum veſtrum, ſeu PRIOR, quod eſt Dignior vobis. *S. Aug. lib. 1. contra Maximin.* Quem † Titulum Apoſtolorum Principi 207 tribuit Auguſtinus contra Maximinum *lib.* 1. *Non tantum B. Paulum teſtem producimus, verumetiam, & Petrum* PRIOREM *Apoſtolorum.*

S. Petrus Prior Apoſtolorū. Qua ſignificatione noſter Legislator ALBERTUS cap. 1. Regulæ, inquit: *Illud in primis* † *ſtatuimus, ut unum ex vobis habeatis* PRIOREM. Quod 208 de perſona Digniore, & abſolutè in Religione Prima, hoc eſt, de Generali *Thom. à JESU c. 1. Regul.* Præpoſito noſter Thom. à IESU ſolita eruditione commentatus eſt, *3. part. cap. 1 Regulæ.* Eodem modo † S. Benedictus *cap. 6. Reg.* PRIORIS nomen 209 pro Abbate uſurpat: *Si qua* (ait) *requirenda ſunt à* PRIORE, *cum omni humilitate, & ſubjectione reverentiæ requirantur*, ubi Boetius, à PRIORE, id eſt ABBATE.

Tertiò verò, quod ad nos ſpectat, † PRIOR pro ſecunda in Mona- 210 ſterio perſona accipi ſolet. Pro qua notatione extat locus expreſſus S. Gregor.

gor. *lib.* 4. *epiſt.* 4. ubi inquit: *Victoriam audio res Monaſterii diſtrahere, ut ad* PRIORATUS *locum pertingeret, & ipſa poſt Abbatiſſam interim inveniri debuiſſet.* Et S. Petrus Damiani *opuſc* 13. *cap.* 16. Monaſterii Officia ordine deſcribens; ſtatim poſt Abbatem ſubjicit, de PRIORE *Monaſterii*, nulla PRÆPOSITI facta mentione. Quod poſtea intra Benedictinum Ordinem ſervatum eſt, ut ex Ciſtercienſi & Burſfeldenſi Cæremoniali conſtat. Præmonſtratenſes quoque pro ſecunda Monaſterii perſona agnoſcunt Priorem, quorum ſtatuta *diſtinction.* 2. *cap.* 10. de Priore ſic loquuntur: *Abbates aſſumant Priorem, qui poſt ipſos, & ſub ipſis, omnibus præſit, ut unius conſilio omnes ſemper gubernentur, &c.* Et Vallis Oletani ſuis in Conſtitutionibus habent, PRIOREM MAIOREM, & PRIOREM SECUNDUM. Burſfeldenſes: PRIOREM, & SUB-PRIOREM. Lauſiancі ſtatuta meminerunt PRIORIS MAIORIS, & PRIORIS CLAUSTRI, & illi curam intra Clauſtrum primariamque poſt Abbatem tribuunt Dignitatem. Ita refert Benedictus Hæftenus prædictæ Regulæ Benedictinæ eximius Commentator in ſuis *Diſquiſitionibus Monaſtic. lib.* 3. *tract.* 6. *Diſquiſit.* 2. Qui bene ſibi perſuaſum addit; Poſteriores Ordines † humilitatis, vel alia cauſa Abbatis nomen declinantes, cui ſumma Præfectura tribuitur, Superiorem Monaſterii vocaſſe PRIOREM, *ut ſit* (inquit) *apud Carthuſianos, Gulelmitas, Cœleſtinos, Carmelitas, Eremitas Auguſtinianos, & Prædicatores.*
211
212 † Imo & in ſuo Ordine Benedictino plura olim, hodieque Monaſteria abſque Abbatibus ſolos agnoſcere PRIORES teſtatur.

Prior accipitur pro ſecunda perſona Monaſterii.

S. Greg. lib. 4. *epiſt.* 4. *S. Petr. Damian. opuſc.* 13. *c.* 16.

Hinc eſt, quod frequentius hoc nomine applicato Monaſteriorum
213 prælatis, ſeu primis eorundem perſonis, † aliis, qui antea PRIORES dicebantur SUB-PRIORUM nomenclaturam reliquerint, ut ſic inter utroſque diſcrimen agnoſceretur. Ideoque ſolis Monaſteriis illis, quibus Abbates præficiuntur, ſecunda Monaſterii perſona priſcum nomen PRIORIS hodie conſervat.

Qui Priores vocabantur, dicti ſunt Sub-Priores.

ILLATIO I.

Quotuplici ſignificatu hoc nomen Prior efferatur inter Regulares? ubi de Priore Conventuali.

BREVIARIUM.

214 *Prior vel Conventualis, vel Clauſtralis dicitur.*
215 *Prior Conventualis, qui præeſt Monaſterio, dicitur.*
216 *Prioratus Conventualis appellatione venit Eccleſia Collegiata Regularis, non Secularis.*
217 *Pertinet ad Priorem C[illegible] bonorum Monaſterii [illegible] cum juriſdictione [illegible] quam temporali circa [illegible] Monaſterii.*
218 *Habent eandem, ac Abbates, facultatem, etiamſi in aliquibus Religionibus*

Delegata iuriſdictio morte Delegantis exſpirat re integra.

Juriſdictio † verò Delegata obitu Delegantis exſpirat re integra, hoc 158
eſt, antequam Delegatus exequi commiſſam ſibi juriſdictionem incipiat. Conſtat *ex c. gratum, cap. relatum. cap. licet undique, de Offic. & Poteſt. Iudic. Deleg. cap. ſi Delegatus 7. cap. fin. §. Officium, eod. tit. in 6 l. eum qui 15. cũ duab ſeqq. ff. de juriſd. omn jud. l. 12. & 20. tit 4. part. 3.* Quod etiam militat in mandatis ad lites, & negotia, *l. mandatum 5. C. mandati, §. rectè, cum ſeqq. Inſtit. eod. l. inter cauſas 26. l ſi quis alicui 27. §. Morte, ff eod.*

Ratio.

Ratio verò † diſcriminis (relictis aliis) eſt. Nam Ordinaria juriſdictio 159
(ut ſuprà tetigimus) ſuum effectum ſortitur penes illum, cui conceditur, in eoque radicatur. † Unde immediate per ipſam conceſſionem oſſibus illius 160
adhæret; ac proinde licet, qui conceſſit, obeat, non obit. † Id enim, quod 161
noſtrum eſt ſine facto noſtro à nobis evelli non poteſt, *l. Id quod noſtrum. ff de reg. jur.* † Quod ſic verum eſt, ut quamvis Ordinaria juriſdictio ad concedentis beneplacitum conceſſa fuerit, & beneplacitum morte concedentis exſpiret, *cap ſi gratioſe, de reſcript. in 6.* ipſa tamen minimè deficit, quamquam mors concedentis re integra ſuperveniat. Ratio eſt. † Nam favor publicus, cuius juriſdictionis Ordinariæ conſervatio intereſt, id æquiſſimo iure poſtulat, Bald. *l. meminiſſe, ff. de Offic Pro-Conſ.* Paril. de Puteo, Capitius, & Vantius, quos adduxit, & ſequutus eſt Menoch. *de arbit. lib. 1. quæſt. 69.* Anton. Gabr. *Tom. 3. commun. lib. 6. tit. de Præbend.* Gutierr. *Tom 3. pract. [illegible] à num. 20.*

Ordinaria Iuriſdictio ad nutum concedentis, illius morte non finitur.

Delegata non exſpirat.

Secus in Delegata iuriſdictione contingit. Et ratio potiſſima eſt [illegible] 164
quia per ſolum actum Delegationis non transfunditur iuriſdictio in Delegatum, quouſque ea uti cœperit. Sic expreſſe Bonifacius VIII. *c. quamvis, de Offic. Deleg. in 6.* ibi: *Quum juriſdictio (ex quo ipſe uſus non extitit) [illegible] in eum efficaciter tranſiviſſe.* Unde oritur, quia quum tota iuriſdictio in Delegante reſideat, cuius morte etiam ipſa finitur, conſequenter iuriſdictio Delegati extinguatur; quandoquidem † extincto iure Authoris extinguitur ius ſucceſſoris, *l. lex vectigalis, ff. de pignor l. ſi ex duobus, §. 1. ff. de in diem addict.* Doct. Barboſ. *l. & quia tale, num. 86. fin ff. ſolut. matrim.* Tuſch. *Tom. 6. lit. R. concl. 127.* † Verumenimverò ſi iam Delegatus uti demandata iuriſdictione incœperit, tunc in eo radicata cenſetur, & efficaciter in eum transfuſſa. Evincit cit. Text. *c. quamvis,* à contrario ſenſu. Ideoque licet Delegatus diem obeat, non extinguitur Delegati iuriſdictio. Vide quæ eruditè de hoc diſſerit noſter Gabriel à S. Vincentio in grandi ſuo, Romæ excuſo, *de Cenſuris,* Opere *diſput. 5. quæſt. 6. num. 57.* & in alio Opere de *Sacramentis* Tom. 3. de diſput. *9. de Pœnitentia,* quæſt. 2. verſ. *Quæro Octavo.*

165 (beside "Delegati extinguatur")

Delegata non exſpirat re iam cœpta, morte concedentis.

166 (beside "† Verumenimverò")

Hoc utriuſque iuriſdictionis diſcrimen traditur ab Abbate, *num. 4. in cap. 6.*

cap. relatum, de Offic. Delegat. Baſil. *de matrim. lib. 5. cap. 23. num.* 12. Sanchez
167 *lib. 8. diſp.* 28. *num.* 30. Quo fit, † ut ſi Delegans in captivitatem redigatur, Delegatus nullum prorſus iuriſdictionis actum exequi valeat. Quippe Ci-
168 vilis mors † Captivitas à iure habetur, *l. Pater* 10. *fin. principii, l. in omnibus* 18. *ff. de capt. & poſtlimin. reverſ.* Gloſſ. fin. *l.* 1. *ff eod.* Ac quemadmodum naturali morte Delegantis Delegati iuriſdictio finitur, ſic & civili, eundem enim apud hoc nancîſcuntur effectum, Text. *in cap. ſi Epiſcopus* 3. *de ſuppl. neglig. Prælat. lib.* 6. Et accinit Sayrus *de cenſur. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 39. & cum Sbrozz. eleganter reſolvit Narbon. *de appellat. Vicarii ad Epiſc. num.* 158. *part.* 1. Alexand. *conſil.* 110. *à num.* 6. *colum.* 6. Marian. Socin. *conſil.* 92. *prim. volum.* 1. Pavin. *de Poteſt. Capit. Sede vac. part.* 1. *princ. quæſt.* 1. *ſub num.*
169 4. † Nam licet mors Civilis non æquiparetur naturali, quoad iuris effectus ex Text. in *l. ſed ſi mors* 13. *ff de donat. inter, & l. cum pater* 77. §. *hereditatem el.* 1. *ff de Legat.* 2. *& in l. Statius Florus*, §. *Cornelio Felici, ff. de jur. Fiſc.* cum
170 ſimilibus. † Tamen quando ex natura, & qualitate negotii mors Civilis eundem effectum ſortitur ac naturalis, tunc utraque æquiparabitur, etiam quoad iuris effectus. Ut conſtat per Text. *in l. actione* 65. §. *publicatione, ff. pro ſocio, & l. ſi necem*, §. *ſi deportatus. ff. de bonis libert. & in cap.* 1. §. 1. *ne Sede vacant. lib.* 6. cum aliis, quos adducunt Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §. 21. *numer.* 172. verb. *Eſt tamen verum*, Pelaez *de majorat. p.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 36. Molin. *de Hiſp. primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 94. Tuſch. *tom.* 5. *lit. M. concl.* 393. *num.* 24. & 25. Atqui in caſu noſtro mors Civilis ex ſervitute ſuperveniens Delegantis, eundem effectum ſortitur, ac mors naturalis: ergo ſicut per mortem naturalem Delegantis extinguitur iuriſdictio Delegati, ita & per mortem Civilem. Probatur minor, quia effectus à naturali Delegantis morte ſequutus, eſt finitio, & exſpiratio iuriſdictionis illius; at etiam per acci-
171 dentem captivitatem omnino extinguitur iuriſdictio Delegantis († quum factus ſervus nullius ſit capax iuriſdictionis) ergo idem effectus, vel eadem iu-
172 riſdictionis exſpiratio ſequitur ex morte Delegantis civili, ac ex naturali. † Hæc ultima minor conſenſio iure eſt, quia per captivitatem quemque effici ſervum, non ſinunt dubitare, Text. in *l. Gallus* 19. §. *videndum, ff. de liber. & poſthum. l. ab hoſtibus* 12. *l. jus poſtliminii* 4. *l. liber* 17. *C. de poſtlimin. reverſ.* & apertius colligitur ex *l. hoſtes* 24. *l. latrones* 27. *& l. penult. ff eod.* Quod verò ſervus ſit incapax totius iuriſdictionis patet ex celebri Text. in *l. Barbarius Philippus* 3. *ff de Offic. Prætor.* cum ſimilibus.

173 Et hoc etiam accidit † per Profeſſionem in Religione, hæc enim mors etiam Civilis nuncupatur *cap. placuit* 16 *qu.* 1. Ludovic. Zann. *in conſil. pro uxore, num* 892. *cum ſeqq.* Peregrin. *de jure Fiſc. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. Card. Tuſch. *lit. M. concl.* 392.

Delegati juriſdictio terminatur, non minus morte Civili, quam naturali.

Mors Civilis quando naturali æquiparatur.

Servus cujuslibet iuriſdictionis eſt incapax.

Profeſſio mors Civilis dicitur.

Corruente in Delegante juriſdictione, in Delegato etiam corruit.

Similiter, † & per Renunciationem, Depoſitionem, Ceſſionem, 174
Translationem, Relegationem, Permutationem, vel ſi quæ ſunt alia, quorum interventu Delegati juriſdictio corruat. Ita Narbon. ubi ſuprà (licet non ita explicet.) Par enim in omnibus ratio currit.

CONFUTATIO.

De juriſdictione Vicarii Generalis Epiſcopi; nec non locum-tenentis Correctoris.

§

BREVIARIUM.

175. *Vicarii Generalis Epiſcopi juriſdictio Ordinaria eſt.*
176. *Morte tamen Epiſcopi extinguitur.*
177. *Quod poſt Epiſcopi mortem a Vicario fit, nullius valoris eſt.*
178. *Quod verum eſt etiamſi res ſit incœpta.*
179. *Deſinit juriſdictio Vicarii abeunte, ſeu promoto Epiſcopo.*
180. *Et per revocationem ab Epiſcopo factam.*
181. *Omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur.*
182. *Iudicandi munus, ab eo, qui conſtituit, removeri poteſt.*
183. *Probabile eſt, Vicarium Generalem ſine cauſa ab Epiſcopo removeri non poſſe.*
184. *Epiſcopo excommunicato ſive ſuſpenſo [illegible] juriſdictio Vicarii Generalis non extinguatur, ſuſpenditur, quouſque ab[illegible]vatur Epiſcopus.*
185. *Vicarii juriſdictio, & Epiſcopi eadem [illegible], eidemque Tribunali utrique [illegible] eadem perſona reputantur.*
186. *Eadem res diverſo jure [illegible] non debet.*
187. *Vicarii Generalis juriſdictio ex [illegible] quia acceſſoria eſt.*
188. *Acceſſorium ſequitur naturam [illegible] palis.*
189. *Vicarii creatio profluit ex [illegible] conſenſu juris, ſive F[illegible]*
190. *Conceditur Epiſcopis, ut poſſint Generales Vicarios conſtituere.*
191. *Conceſſionis ratio.*
192. *Vicarii juriſdictio non ab Epiſcopo, ſed à jure profluit.*
193. *Differentia inter Vicarium Generalem Epiſcopi, & De[illegible]*
194. *Delegatus accipit juriſdictionem [illegible] Ordinario Deleg[illegible]*
195. *Correctorum [illegible] & Vicarii Generalis [illegible] Ordinariam habent [illegible] quod de Vicario Generali [illegible] de eis affirmari [illegible]*
196. *Correctorum [illegible] ceſſante [illegible] Officio [illegible] ſequuntur ex nova commiſſione.*

875 IN proximè dicta militare videtur, † quod communiter circumfertur de Generali Episcopi Vicario, nempe illius jurisdictionem Ordinariam eſſe,
876 † morte tamen Epiſcopi ſupervenientе ſimiliter everti, & extingui. Sic Tho. Sanch. *lib. 3. de matrim. diſp.* 29. *n.* 5. & ultra ſeptuaginta per illum citati Authores, quibus quindecim ſuperaddidit Doct. Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſc. 1. part num* 78. Convincunt Azorius *Inſtit. Mor. 2 part. lib. 3. cap. 6. q. 12. & cap. 43. q. 5.* Legionenſis Baſil *de matrim. lib. 5. cap.* 11. *num.* 1. Quibus adſtipulantur plures alii, quos noviſſime aggeſſit Diana *part. 10. tract. 5. reſol.* 31. verſ. *Verùm*, & DD. communiter *in cap. quoniam, de Offic. Ordinarii, & in cap. 2. de conſuet.*
877 *in 6.* † Itaut ſi poſt Epiſcopi mortem aliquem tranſactæ juriſdictionis actum exequi attentaverit, nullius penitus valoris, & roboris ſit (uti de Delegato diximus) Covarruv. *Pract. cap. 4 num. 4.* Cuccus *lib. 2. Inſtit. maior. tit. 8. num.* 33. Molin. *de primog. lib. 1 cap. 25. num. 3.* Paz *in praxi tit. 1. part. 1. Tom. 1. n* [illegible]. Azeved. *lib. 3. Recopilat tit. 9. l. 1 num. 13* Sbrozz. *de Vicar. Epiſcop. lib. 3. q* 18. *num. 7. q.* 46. *nu.* 3 Ugolinus *de cenſur. tabul. 2. cap. 11. §. 3 num.* 8. Bobadill. *Politic. lib. 2. cap.* 16. *num.* 45 Sanch. *de matrim. lib. 3. diſp. 30. num.* 2. Baſil. *de matrim. 5. cap 11. num.* 8.
878 † Et non modo re integra, verùm, & incœpta Vicarii juriſdictio morte concedentis exſpirat. Quo caſu etiam inferior Delegato cenſetur, cujus juriſdictio, ut nuper ſtabilivimus, Delegantis obitu re incœpta non corruit, Sanch. & Legionenſ. ubi ſup. hic *nu.* 8. ille 3. & apud ipſos plures.

Vicarii Generalis Epiſcopi juriſdictio Ordinaria eſt.

879 Deficitque † ſimiliter juriſdictio Vicarii abeunte, ſeu promoto Epiſco-
880 po, & multo magis revocatione † per Epiſcopum facta, quæ ad ipſius nutum
881 fieri valet. Quia nihil magis naturale, & rationi conſonum, † ut res per qualcumque cauſam naſcitur per eaſdem diſſolvatur, *cap. 1. de Reg. iur. in 6.* cum ſi-
882 milib. Quapropter in hac materia notiſſimum eſt, † judicandi munus ab eo, qui conſtituit, removeri poſſe, *l. iudicium ſolvitur*, ibi: *Vetante eo, qui iudicare iuſſerat. ff. de iudic.* & tenet Gloſſ. *in Clem. 2. de reſcript.* Geminian. *in cap. 1. de Officio*
883 *Vicarii in 6.* & plures apud Dianam *part. 10. tract. 15. reſol.* 24. † Licet ipſe cum DD. Joanne de Solorzano, Larrea, & Machado probabile judicet minime removeri poſſe ſine cauſa, eaque juſta, propter Officii Dignitatem, & perſonarum, quæ ad illud eliguntur, æſtimationem.

Vicarii Generalis juriſdictio [illegible] morte Epiſcopi exſpirat, & quocumque modo ceſſat Epiſcopi juriſdictio, ceſſat & Vicarii.

An poſſit Vicarius removeri ſine cauſa.

Deficit item Epiſcopo excommunicato, ſuſpenſo, aut interdicto juxta Concilii Conſtantienſis decretum: hoc enim caſu licet juriſdictio in Vicario Generali radicata non ſtirpitus evellatur, ſuſpenditur tamen, quouſque à cenſuræ vinculo Epiſcopus abſolvatur, Gloſſ. *in d. Clement. 2. de reſcript. & in d. cap. 1. de Offic. Ordinarii in 6.* Sanchez *dict. diſp. 30. num.* 5. Baſil. *ubi ſup. num* 8.
884 Ratio autem † huiuſce limitationis eſt, quia juriſdictio Epiſcopi, & illius Vi-
885 carii eadem † cenſetur, eidemque Tribunali uterque præeſt, & pro eadem perſona reputantur. Expreſſe Textus *in cap. Romana, de appellat. in 6. & cap. 2. de conſuet. eod. lib.* Unde à fortiori, vel Vicarium juriſdictionem habere creden-

Res eadem diverſo jure cenſeri non debet.

dum eſt Ordinariam, vel ea Epiſcopum carere: quia una, & eadem res di- 186
verſo iure cenſeri non debet, *l. eum qui heres, ff. de uſucap.*

Non expirat Vicarii juriſdictio quia Delegata, ſed quia acceſſoria.

Nec ideo iuriſdictionem Ordinariam in eo eſſe principaliter, † docemus; 187
ſed tanquam acceſſoriam alterius; nimirum Epiſcopi: juxta allegatum Text.
in cap. Romana, princ. Ideo mortuo Epiſcopo exſpirat iuriſdictio Vicarii, non
quia Delegata, ſed quia iuriſdictioni Epiſcopali acceſſoria, quum Vicarius
Epiſcopo iuriſdictione adiunctus, & adſociatus ſit, ut cum Abbate, Me-
noch. & Ancharr. tradit Sbrozz. *de Offic. Vicarii lib. 2. q. 52. nu. 27.* Ex eo enim,
quod iuriſdictio Vicarii, licet Ordinaria, acceſſoria ſit, pro ea notiſſima ju-
ris militat Regula: † Principali cauſa non ſubſiſtente, quæcumque ex illa ſe- 188
quuntur non ſubſiſtere, *l. cum principalis 138. ff. de reg. iur. cap. acceſſorium, eod. in 6.*

Ex tacito iuris conſenſu talis Vicarii creatio profluit.

Hic dignißimum animadverſione exiſtimo, † creationem talis Vica- 189
rii Generalis ex tacito quodam Juris Canonici conſenſu profluere. Eo enim
ipſo, quod Pontifices Summi nulla ſpecialiter urgente neceſſitate, aut nullo
legitimo impedimento intercedente, Epiſcopis Vicarios Generales, † eorun- 190
dem vices gerentes conſtituere permittunt, ab ipſis Pontificibus putantur
electi, argum. Text. *in l. 1. verſ. Omnia enim, C. de vet. jur. enuc.* Tenent Co-
varruv. 3. *variar. cap. 20. num. 4.* Molin. *de juſtit. & iur. Tom. 6. tract. 5. diſp. 10.*
num. 6. Narbon. *de appellat. à Vicar. ad Epiſcop. 1. part. num 94.*

Talis conceſsionis ratio.

Ratio autem
huius condeſcendentiæ eſt (ut benè adnotavit Rebuff. *in praxi tit. Formæ Vi-*
cariatus, num. 213.) quia † ſæpè Illuſtriſſimi Epiſcopi, vel non ita ad Forenſia 191
nati, uti Tribunalia exigunt; vel ne forenſibus negotiis impediti, Miniſte-
rio verbi Dei circa oves ſibi commiſſas vacare non poſſint, ut benè [illegible]
Barbos. *3. part. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat. 54. num. 27. fin.*

Solutio Confutationis.

His præjactis fundamentis patet Vicarium Epiſcopi [illegible] Or-
dinaria pollere, non contrariari dictis à nobis ſupra ſcilicet iuriſdictionem
Ordinariam ab uno Principe, Republica libera, lege, ſeu conſuetudine di-
manare. Et ideo illam conferendi facultatem Epiſcopis negavimus. Quam-
metſi affirmemus, Epiſcopos validè, & licitè pro ſuo libitu Generales Vica-

Talis Vicarii juriſdictio nō ab Epiſcopo, ſed à jure profluit.

rios conſtituere, eoſque Ordinarios eſſe; † non tamen ſequitur iuriſdictio- 192
nem ab Epiſcopis in eoſdem collatam, ſed ab ipſo iure, aut Pontifice Sum-
mo, ſuppoſita tanquam conditione ſolummodo Epiſcopi [illegible] nominatio-
ne Expreſſus text. *in cap. licet. de Offic. Vicarii in 6.* ibi: *Per commiſsionem Officii
iuriſdictio illi transfertur.* Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 25. num. 11.* Loquens
de Correctorum Vicariis, quos inter & Epiſcoporum Vicarios par inveni-
tur ratio: utrorumque enim creatio ſcientia, & patientia Principis fit, ut iam
iam vidimus, & videbimus.

Objectio.

Nec doctrinam traditam enervabis: ſi oppones, hinc deduci, Vicarium
Epiſcopi non immediatè à iure, ſed Epiſcopo mediante, à lege permittente
iuriſdi-

iuriſdictionem accipere. Non igitur Ordinarius cenſendus eſt, alias quilibet Delegatus Ordinaria inſignitus iuriſdictione crederetur, ſiquidem quilibet
193 permittente jure ab Ordinario eligitur, & illi iuriſdictio mandatur. † Reſpondetur enim diſparem utrobique rationem militare: In creatione quippe Vicarii medius Epiſcopus cenſetur, non Delegantis inſtar principalis, ſeu principalis Inſtitutoris, ſed tanquam merus nominator perſonæ, illius, inquam, ſuppoſita nominatione, directè, & immediatè jus ipſum Ordina- *Solutio.*
194 [illegible] iuriſdictionem transfundit. † Quod in Delegatis Iudicibus locum non habet, quippe nullam à iure recipiant iuriſdictionem, ſed ab Ordinario Delegante, [illegible], cui non ſolum competit nominatio, ſed etiam collatio iuriſdictionis. Sic Thom. Sanch *lib.3. de matrim. diſp.29. num.13.* Doct. Narbonus [illegible] *n.98.*

195 Ipſiſſimè hæc de Epiſcoporum Vicariis doctrina; de Correctorum locum-tenentibus (quos noſtrates *Alcaldes Mayores vocant*) intelligenda venit. Qui quidem licet à Correctoribus, & non à Principe nominentur, ab ipſo tamen Principe, ſeu iure noſtro Hiſpanico iuriſdictionem Ordinariam naneiſcuntur, *l.10. tit.5. lib.3. Comp.* ibi: *Se les mande, y encargue de nueſtra parte, que tengan conſigo Tenientes Letrados.* Cui veriſſimæ doctrinæ acceſſere Covarruv. *3. variar. cap.10. n.4.* Avendagno *de exequendis mandatis, cap.3. num.3.* Azeved. *in d.l.10. num.1.* Morl. *Emptor iur. tit. de iuriſdict.* Ideoque Prætore remoto, ſeu promoto locum-tenentis iuriſdictio evaneſcit, ut docet Covarruv. *pract. cap.4. num.4.* Molin. *de primog. cap.2[illegible]. num.12.* Baſilius *5. de matrim. cap.11. num.[illegible]* & conſtat ex *l.7. iuncta l.6. tit.5. lib.3. Compil.* Quo ex iure malè Baſilius *loc. cit.* intulit: Regium Caſtellæ Conventum contrarium ob publicum bo- *Id quod de Vicario Generali dicitur de Correctorum locum-tenentibus debet adfirmari. Baſilius refutatur.*
196 num approbaſſe. † Lex enim 7. citata caſu, quo Corrector vita, ſeu Officio defungatur locum-tenentibus denuò commiſſionem tribuit, ut munus ſuum proſequantur. Pro nobis igitur lex Regalis militat, exſpiratamque locum-tenentis iuriſdictionem cognoſcit, ſiquidem ad illius proſequutionem denuò iuriſdictionem illis mandare inexcuſabile, ſeu neceſſarium ducit.

PRINCIPIUM IX.

Iuriſdictionem, aut circa perſonas, aut circa res exerceri.

BREVIARIUM.

197 *[illegible] poteſtatis duæ ſunt præcipuè [illegible], & Poſſeſſio.*
198 *[illegible] in rebus ſita ſit.*
199 *Temporalium adminiſtratio extra, & intra [illegible], & quibus [illegible]*
200 *Poteſtas [illegible] quæ dicatur?*

Juriſdi-

Cura ſpiritualium in qua ſita ſit?

IUriſdictio, † ſive Poteſtas (de qua ſermonem ordimur) vel circa perſo- 197
nas, vel circa res exercetur. Nam, ut benè Ariſtotel. 1. OEconomic. cap. 10. duæ ſunt præcipuè illius partes, *Homo* ſcilicèt, & *Poſſeſſio*. Curare igitur Superiorem oportet, tam de Hominibus ſibi ſubditis, quàm de illorum, &
rebus & facultatibus. † Cura verò, ſeu adminiſtratio ſpiritualium bonorum 198
in eo ſita eſt ut excommunicare, aliaſque cenſuras infligere, Sacramenta adminiſtrare, aliiſque eadem adminiſtrandi Poteſtatem facere Beneficia conferre, eligere, confirmare, præſentare, in Monaſticis inſtitutis diſpenſare, vota irritare, & ſuper iis diſpenſare, juramenta relaxare, corrigere, & etiam in virga ferrea graviter punire valeat. Elicitur ex text. *in cap. quærenti, de verbor. ſignific. cap. cum in Eccleſia, cap. venies, cap. ad aures, de ſimon. cap. ad probandum, de re judic. c. Maſſana & cap. Sacroſancta, de elect. cap. conſtitutum, de Religioſ. dom. cap ſi judex laicus, de ſent. excommunic. in 6. Clement. Diſpendioſam, de iudic. cap. in ſumm.* 11. q. 1. & ibi Gloſſ. Rebuf. *praxi tit. Forma Vicariatus, n.* 18. Azor. *Inſtit. Mor. 2. part. lib. 3. cap. 43. quæſt.* 7.

Temporalium adminiſtratio extra & intra iudicium exercetur

Temporalium † autem adminiſtratio, vel intra iudicium, vel extra ad 199
aliquem pertinere poteſt. Intra iudicium, quando iuriſdictio pertinet pleno iure, cui adnexum eſt merum, mixtumque Imperium. Si extra iudicium, in eo tali iuriſdictio conſiſtit, ut illa potitus, alienare, permutare, locare Monaſterii bona: reditus adſervare, & penſiones poſſit, *cap. ſi quis Presbyterorum, de rebus Eccleſ. alienand. vel non, cap. veſtra, de locat. cap. 1. ne Prælati vices ſuas*, Rebuf. *dict. tit. n. 20. & 21.* Azor cit.

Poteſtas OEconomica qua dicatur?

Et quia † in hac iuriſdictione obeunda Prælatus ut ſedulus pater familias; ſive providus OEconomus ſe gerit, jure optimo eam OEconomicam 200
vocant N. Thom. à JESU in Regulam noſtram Carmelitanam [illegible] *dub. 3. verſic. Ex his conſtat*, Laurent. de Peyrinis *Tom. 1. de Prælato*, [illegible] *n.* 4. ſequutus S. Tho. *quodlib.* 1. Utrum verò quis ſpirituali, temporalive juriſdictione utatur, ab ipſa rerum, quas pertractat, natura, petendum erit. Ita Bald. *conſ.* 338. *vol.* 4. Rebuf. *ubi proximè*, & Scribb. *in c.* 2. *de iudic.*

PRINCIPIUM X.

Poteſtatem latiùs officio patere.

BREVIARIUM.

201 *In quo Officium, & Poteſtas diſcriminentur?*

202 *Non expedit omnia, quæ licent, exequi.*

203 [illegible]

204 [illegible]

Ex[illegible]

201 EXplicatis † jam duabus Prioribus præfixi Tituli particulis animadver[illegible] [illegible] POTESTATEM maximè differre ab OFFICIO quia [illegible] [illegible]. Nam licèt quicquid eſt OFFICII, Judicis etiam POTESTATI ſubjiciatur, non tamen econtra quicquid Judicis POTESTATI permittitur, id ſubjicitur juris neceſſitati, *l. non quicquid*, 40 *ff. de judic.* V[illegible] *Canonic. Paratlit. Rubric. de Offi. & Poteſt. Iudic. Deleg. n.* 1 † [illegible]
202 per, quod facere poteſt, [illegible] expedit juxta illud Apoſt. 1 *Corinth.* 6.
203 12. *Omnia mihi licent; ſed non omnia expediunt.* † Ideò minimè par eſt, OFFICIUM [illegible] juxta totius amplitudinem poteſtatis, ſed potiùs, ut finem OFFICII conſequatur, in OFFICIO continemus [illegible] quæ eſt POTESTAS.

Non expedit omnia quæ licent.

Ex quibus conſequitur (ut plenè intelligatur, quo fine POTESTAS & OFFICIUM collocentur in Titulo noſtro) qualiter eadem verba accipi debeant,
204 † ſine alterutrius redundantia. Namque quum *verbo* OFFICIUM ſignificetur obligatio illa, qua quis tenetur, exercere, quæ [illegible] proprio muneri competunt; ſub verbo autem POTESTAS poſſibilitas, ſive potentia neceſſaria ad idem munus gerendum; utrumque exprimere pretium operæ duxi; quia in OFFICIO non comprehenduntur omnia, ad quæ ſe protendit POTESTAS. Plura quippe ſunt, quæ quis facere poteſt, quamque facere debeat: Pluraque inſpecto OFFICII fine, par eſt omittere, ad quæ alioquin POTESTAS pertingere valebat.

Juxta Officium [illegible] *Potestas reperiuntur.*

Et quia nondum explicuimus; quodnam ſit OFFICIUM ſpeciale, cujus perſonam univerſalis hæc tractatio concernit, ideò inferiùs latè tractabimus, qua prudenti limitatione uti POTESTATE ſibi conceſſa, debeat: ne contra proprii OFFICII Originem potiùs, OFFICIAT, quàm PROFICIAT, ut infr. *n.* 252. dicemus.

PRIORIS CLAUSTRALIS.

PRINCIPIUM XI.

De PRIORIS *nomine.*

BREVIARIUM.

205 *Vocula Prior* [illegible] *pro eo, qui æta-* [illegible] *antiquitate alios præ-* [illegible]

206 *Etiam pro* [illegible] *per-ſona dig*[illegible]

207 *Beatus Petrus vocatur* [illegible] *Apoſto-lorum.*

208 *In regula noſtra, cap.* [illegible] *Prior* [illegible]

209 *In* [illegible]

210 [illegible] *Sub-Prior.*

F 211. *Priſca*

gor. *lib.* 4. *epiſt.* 4. ubi inquit: *Victoriam audio res Monaſterii diſtrahere, ut ad* PRIORATUS *locum pertingeret, & ipſa poſt Abbatiſſam interim inveniri debuiſſet.* Et S. Petrus Damiani *opuſc.* 13. *cap.* 16. Monaſterii Officia ordine deſcribens; ſtatim poſt Abbatem ſubjicit, de PRIORE *Monaſterii*, nulla PRÆPOSITI facta mentione. Quod poſtea intra Benedictinum Ordinem ſervatum eſt, ut ex Ciſtercienſi & Burſfeldenſi Cæremoniali conſtat. Præmonſtratenſes quoque pro ſecunda Monaſterii perſona agnoſcunt Priorem, quorum ſtatuta *diſtinction.* 2. *cap.* 10. de Priore ſic loquuntur: *Abbates aſſumant Priorem, qui poſt ipſos, & ſub ipſis, omnibus præſit, ut unius conſilio omnes ſemper gubernentur, &c.* Et Vallis Oletani ſuis in Conſtitutionibus habent, PRIOREM MAIOREM, & PRIOREM SECUNDUM. Burſfeldenſes: PRIOREM, & SUB-PRIOREM. Lanfranci ſtatuta meminerunt PRIORIS MAIORIS, & PRIORIS CLAUSTRI, & illi curam intra Clauſtrum primariamque poſt Abbatem tribuunt Dignitatem. Ita refert Benedictus Hæftenus prædictæ Regulæ Benedictinæ eximius Commentator in ſuis *Diſquiſitionibus Monaſtic. lib.* 3. *tract.* 6. *Diſqui-*
211 *ſit.* 2. Qui bene ſibi perſuaſum addit; Poſteriores Ordines † humilitatis, vel alia cauſa Abbatis nomen declinantes, cui ſumma Præfectura tribuitur, Superiorem Monaſterii vocaſſe PRIOREM, *ut ſit* (inquit) *apud Carthuſianos, Gulielmitas, Cœleſtinos, Carmelitas, Eremitas Auguſtinianos, & Prædicatores.*
212 † Imo & in ſuo Ordine Benedictino plura olim, hodieque Monaſteria abſque Abbatibus ſolos agnoſcere PRIORES teſtatur.

Prior accipitur pro ſecunda perſona Monaſterii.

S. Greg. lib. 4. *epiſt.* 4. *S. Petr. Damian. opuſc.* 13. *c.* 16.

Hinc eſt, quod frequentius hoc nomine applicato Monaſteriorum
213 prælatis, ſeu primis eorundem perſonis, † aliis, qui antea PRIORES dicebantur SUB-PRIORUM nomenclaturam reliquerint, ut ſic inter utroſque diſcrimen agnoſceretur. Ideoque ſolis Monaſteriis illis, quibus Abbates præficiuntur, ſecunda Monaſterii perſona priſcum nomen PRIORIS hodie conſervat.

Qui Priores vocabantur, dicti ſunt Sub-Priores.

ILLATIO I.

Quotuplici ſignificatu hoc nomen prior efferatur inter Regulares? ubi de Priore Conventuali.

BREVIARIUM.

214 *Prior vel Conventualis, vel Clauſtralis dicitur.*

215 *Prior Conventualis, qui præeſt Monaſterio, dicitur.*

216 *Prioratus Conventualis appellatione venit Eccleſia Collegiata Regularis, non Secularis.*

217 *Pertinet ad Priorem C[illegible] bonorum Monaſterii [illegible] cum [illegible] quilibet tempore di[illegible] Monaſterii.*

218 *Habent eandem, ac Abbates, facultatem, etiamſi in aliquibus Reli-*

 gionibus

gionibus alio nomine nuncupentur.

219 Dicuntur habere dignitatem.

220 In nonnullis Religionibus exercent, inſtar Abbatum, Pontificalia.

Prior Conventualis, quis?

EX hinc duplex emergit PRIORATUS differentia. Vel enim eſt Con- 214
ventualis, vel Clauſtralis. PRIOR † CONVENTUALIS dicitur ille, qui 215
Conventui Monachorum, ſive Religioſorum præficitur, nempe in Mona-
ſteriis, in quibus non eſt Abbas, *Clement. ne in agro, §. cæterum, de ſtat. Monach.*
capit. niſi eſſent, de præbend.

Hujuſmodi PRIORES CONVENTUALES dicuntur præeſſe Conventui,
vel Collegio, ut habetur *cap. ſcriptum, de elect.* † Adeo, ut abſoluta priora 216
tus Conventualis appellatione veniat Eccleſia Collegiata Regularis; non
autem ſæcularis, ut advertit Geminianus *conſil. 13. num* 4. Oldrad. *conſ.* 281.
princ. Nihilominus priores Conventuales † ſunt, ut diximus, qui Reli- 217
gioſorum Conventui præficiuntur cum bonorum, juriumque adminiſtra-
tione, necnon juriſdictione, in his, quæ Regulam concernunt, & Mona-
ſticum inſtitutum, & univerſalem curam tam ſpiritualem, quàm tempora-
lem Monaſterii. De quibus agit text. *in cap. nullam 18. quæſt. 2.* ubi Navarr.
num. 4. & in d. cap. niſi eſſent, & in Clement. 1. §. Cæterùm. de ſtat. Monach. Pet.
Gregor. *ſyntagm. jur. lib. 18. cap* 18. Rebuff. *in praxi, tit. Regulare beneficium,*
Gonzal. *in Reg. 8. Cancell. gloſſ. 8. n.* 103. Corraſius *de Sacerd. p. 4. c. 3. n. 3.*
Gilganet. *de jur. publ. lib. 3. tit. 40. n. 2.*

Priores Conventuales diverſimode nuncupantur, & quam poteſtatem habeant?

Hic animadvertendum † eſt; PRIORES CONVENTUALES (quos ali- 218
quibus in Religionibus vocant præpoſitos, ſeu Guardianos, Rectores, Mi-
niſtros, ſeu Correctores) eandem facultatem erga Monachos, & Mona-
ſterii adminiſtrationem habere, ac Abbates: eiſdemque privilegiis ſpectan-
tibus ad eandem poteſtatem, & adminiſtrationem potiri, & etiam † Digni- 219
tatem habere dicuntur, ex *Clementin. etſi principalis, 2. de reſcript.* Quin † & 220
in nonnullis Religionibus eiſdem prærogativis, & præeminentiis gaudent,
quibus pollent Abbates, ut puta, uti Mitra, Annulo, Baculo, Sandaliis,
Chirothecis; ac etiam exercent pontificalia inſtar Abbatum. Federicus de
Senis *conſil. 25. num.* 4. Tuſch. *tom. 6. lit. P. concl.* 708. *num.* 11.
Odradus *conſil.* 257. *num.* 57. verſic.
Certum eſt.

ILLATIO

ILLATIO II.

De Priore Clauſtrali; deque huiuſce nominis origine, & quibus aliis nominibus æquipolleat?

BREVIARIUM.

221 *Prior Clauſtralis ideo Prior dictus, quia poſt Abbatem eſt primus Conventualium.*

222 *Clauſtralis dicitur à Clauſtro.*

223 *Clauſtrum à claudendo emanat.*

224 *In Monaſteriis Clauſtrum ita appellatur, quia qui in ipſis degunt, clauſi commorantur.*

225 *Prior Clauſtralis eſt, qui Clauſtro præficitur, & Abbati ſubeſt.*

226 *Dicitur Clauſtralis, quia habet curam Clauſtri.*

227 *Et ut Monachi in Clauſtro ad lectionem reſideant.*

228 *Quid obſervetur in Calatravenſi Conventu?*

229 *Prior Clauſtralis in Clauſtro debet ſemper eſſe.*

230 *Huius officii eſſentiale eſt, ut Conventus primaria perſona ſubiiciatur, & ſit primus ab eo: accidentarium vero, ut hoc, vel illo nomine ſignificetur.*

231 *Præpoſitus dicebatur, qui quandam Fratrum curam habebat, & alii Prælato erat ſubiectus.*

232 *Quod Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis accommodari ſolet, ubi Dignitates reperiuntur, quæ Epiſcopo dumtaxat ſubiectæ toti Capitulo præferuntur, ut ſunt Archi-Diaconi, Archi-Presbyteri, & Decani.*

233 *Ex pene omnibus antiquioribus regulis, Præpoſitum fuiſſe primum ab Abbate, conſtat.*

234 *Præpoſiti nomen, in Auguſtini regula, pro eo, quem nunc Sub-Priorem dicimus, accipitur.*

235 *Nomen Præpoſiti abiit in deſuetudinem, & eius loco nomen Prioris Clauſtralis ſucceſſit.*

236 *Succeſſu temporis Prioris nomen principi Prælato eſt attributum, & Sub-Prioris nomen ſecundarii Prælati vocari cœperunt aliquibus in Religionibus.*

237 *In aliis circa hoc diverſis nominibus utuntur.*

221 PRIOR CLAUSTRALIS (de quo fit mentio *Clem. 2. de reſcript.*) ideo PRIOR dicitur, † quia aliis poſt Abbatem Prior omnino eſt, Abbati ſoli ſubeſt, reliquis omnibus præeſt, horum Prior, illo dumtaxat poſterior; medius igitur inter utroſque. Colligitur *ex cap. cum ad Monaſterium, §. Prior, de ſtat. Monach.* ibi: *Prior præ cæteris poſt Abbatem potens eſſe debet in opere, & ſermone.* Quod vel ipſum nomen clariſſime innuit, ſic eleganter explicatum noſtro municipali jure, *l. 10 tit. 7 p. 1.* ubi Rex Alphonſus: *Prior (inquit) tanto quiere dezir, como primero: e es en el lugar donde ay Abad, es el primero deſpues del, e mayoral de todos los otros.* *Prior dicitur quia primus.*

222 *Clauſtralis* † verò dicitur à Clauſtro; quod nomen à Claudendo duxit originem: ſignificatque id, quo aliquid clauditur, ſeu intra quod aliquid circumſcribitur. Inde Catullus *Epigramm.* 56. *Clauſtri origo à Clau-* [illegible]

—— *Ianua Clauſtra pandere.*

 Mar-

Clauſtrū à claudendo.

Martialis lib. 10.

Ferrea perpetua Clauſtra tuere ſera.

Tullius 7. in Verr. *Iis Clauſtra loci committenda non exiſtimari.* † Licet autem 223
generaliter Clauſtra illa, quibus aliquid clauditur, dicantur; † antonoma- 224
ſticos tamen Monaſteria, & Conventus Clauſtri nomine intelliguntur; quia in ipſis commorantes, utpote à ſæcularibus ſequeſtrati clauſi degunt, & in ſocietate ſolitudinem adfectant.

Monaſteria Clauſtri nomine intelliguntur.

Prior ergo Clauſtralis non alius eſt, † niſi qui Religioſis in Clauſtro, & 225
Monaſterio præfectus eſt, & Abbati ſubjicitur, ut Tambur. *de jur. Abbat Tom.* 3. *diſp.* 19. *quæſt.* 3. *num.* 18.

Quis ſit Prior Clauſtralis?

Sanè quum *Prior Clauſtralis* (inquit Benedictina c. 30.) *Eſſe debeat potens in opere, & ſermone, inſtituatur ipſe providus, & diſcretus, prout in Congregatione aptior poterit inveniri; ſitque talis, qui continuo in Capitulo, ſeu Conventu reſideat, Clauſtrique curam, & regimen exercere aſſiduè teneatur.* † Quibus poſtremis verbis per bellè ratio innuitur hujus appellationis. 226
Quum † enim in aliqua 227
parte Clauſtri, ſive Peryſtilii, aut ambitus Monachi una ſimul ad lectionem reſiderent, (Quod † ipſe ſæpius ſingulis Dominicis poſt recitatam Nonam 228
obſervari vidi, & obſervavi in Obſervantiſſimo Sacro Calatravenſi Militari Conventu, qui Benedictinam Regulam amplectatur; ubi & ſingulis diebus ante completorium conveniunt omnes in Clauſtro, & ibi pro aliquo ſpatio temporis ad lectionem aſſiſtunt) ne ſine licentia Clauſtrum egrederentur, conſtitutus eſt, qui ex officio illis intenderet, dictuſque *Prior Clauſtri, vel Clauſtralis.* Hinc † Lanfranci ſtatuta c. 3. *Prior Clauſtri quocumque Major Prior eat, ſi fieri poteſt in Clauſtro, vel circa Clauſtrum debet ſemper eſſe, & Ordinem Clauſtri in omni ſollicitudine ſervare.* 229
Igitur † ex dictis infertur, eſſentiale in 230
Clauſtrali Priore eſſe, quòd ſubjiciatur Prælato, ſuperiori principali, aut primariæ Conventus, ut jam jam amplius videbimus; accidentarium verò, ut hoc vel illo nomine ſignificetur. Ideo plura reperimus nomina, quorum aliqua antiquitus in uſu erant, aliqua vero modoque vigent.

Conventus Calatravenſis obſervat Regulam S. Benedicti.

Priores *Præpoſiti* dicebantur. † *Quamvis enim* (verba Aquiſgranenſ. Con- 231
cilii *Canon* 197.) *omnes, qui præſunt, Præpoſiti ritè dicantur, uſus tamen obtinuit, eos vocare Præpoſitos, qui quandam Prioratus curam ſub aliis Prælatis gerunt.* Verba aurea, quæ licet † non modo perſonis, quæ in Monaſterio uni Prælato ſub- 232
jectæ, cæteris præferuntur, accommodari valeant, verum etiam Archi-Diaconis, ſeu Archi-Presbyteris, aut Decanis (qui Epiſcopo tantummodo ſubjecti toti Capitulo ſimiliter præferantur) apud Monachos tamen potiſſime locum haberit: quibus *Præpoſitus* eſt † ſecundus ab Abbate, ut ex omnibus 233
pene Regulis patet. Sic Regula Machar. *num.* 27. Qui *de Fratribus prius eum hoc dixiſſe audierit, referat Præpoſito, & Præpoſitus Abbati.* Orientalis Regula (de qua Hæftenus, *Diſquiſit. Monaſt. tract.* 4. *diſquiſit.* 4.) *Hæc obſervabit Senior Monaſterii,*

Sub Priore primo dictus fuit Præpoſitus, Concilium Aquiſgranenſe.

Regula Macharii n. 27.

naſterii, qui Fratribus præpoſitus eſt, referens ad Abbatem omnia, & alibi: *præpoſitus nihil faciat, niſi quod pater juſſerit.* Quod ſumptum eſt ex Angelica Regula, S. Pachomii *art.127.* & ne pluribus paginam ſuffarcinemus, Regula Ternatenſis, Iſidori, Ferreoli, Aureliani, Cæſarii Arelatenſis ad Virgines, Columbarii, Fructuoſi Epiſcopi omnes poſtponunt *præpoſitum Abbati.* Atque ita accipitur in Regula S. Benedicti *c.65.* Quem ſicut vita, ſic dicendi caractere imitatus Magnus Gregorius 2. *Dialog.cap 22. Deputatis* (inquit) *Fratribus patrem conſtituit, & quis ei ſecundus eſſet, ordinavit.* Hunc autem *ſecundum* paulò poſt vocat *præpoſitum.*

Regula S.Pachomii.

Gregor. Magn.

Accedat pro coronide authoritatis Auguſtini, qui *c.9 ſuæ Regulæ*, inquit: *præpoſito tanquam patri obediatur, multo magis presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit*, & ſtatim: *Ad præpoſitum pertinebit, ut ad presbyterum (cujus eſt apud vos major Authoritas) referat, quod modum, vel vires ejus excedit:*

Regula S. Auguſt.

234 † Et licet in horum verborum eruendo medico plures Commentatores fatigentur, ut Sylveſter verb. *Religio* 1. §. 2. Humbert. *cap.150 in Reg. S. Auguſt.* Servatius Lairuelz. *in opt. reg. ſpec* 99. Proſper Stellart. *nucl. Hiſtor. Reg. S. Aug. num.144.* Navar. tamen *Comment. 3 de Regularib. num. 4. præpoſiti nomine intelligi pro-priorem, ſive Sub priorem*, planum exiſtimat. Quod certè contextui valdè conſonum autumo.

Navarri expoſitio.

235 Secundo ſæculis poſterioribus dicti ſunt *priores*, † qui ante nomine *præpoſiti* vocitabantur. Unde Lanfrancus *ſtatut. cap.3 Servata Abbati in omnibus reverentia prior (qui, & præpoſitus in Regula nominatur) honorabilior eſt reliquis miniſtris domus Dei.* Ipſumque jus Pontificium, ac Regium hoc nomen uſurparunt. Ut Innoc. III. *cap cum ad Monaſterium* verſ. *prior autem*, de *ſtat. Monachor.* ibi: *prior præ cateris poſt Abbatem potens eſſe debet in opere, & ſermone:* & tanquam Pontificia verba aſſumens Rex noſter Alphonſus dicta *l.16. tit. 7. part.* 1. ibi: *prior tanto quiere dezir, como primero, ca en lugar donde ay Abad es el primero deſpues del, è Mayoral de todos los otros:* & *Clem.2. de reſcript.* ibi: *Seu priori Clauſtrali.* Cui Caſinenſes accedunt in *d.cap.65. Benedict. Reg. præpoſitus Monaſterii ſecundum morem noſtrum prior Clauſtralis vocatur*, & Caramuelus in ejuſdem *Comment. n.1567. præpoſitum* [illegible] *Lyrurgus nominat, quem nos priorem. Nomen præpoſiti in aliquibus cœnobiis* [illegible] *retinuit propter venerabilem antiquitatem: in pluribus jam omninò exolevit.*

Sub-Prior dictus fuit Prior Clauſtralis.

Ultimo ſucceſſit nomen Sub-Prioris.

236 Tertio (hoc nomine † ut ſupra diximus ad primarios Monaſterii, ſive Prælatos veluti commigrato) qui ſecundam in Monaſterio perſonam ſuſtinent, *Sub-Priores* vocati cœperunt, quaſi *pro-priores*, ut benè Navarr. 3. *Comment. de Regular. num.4.* & ideo *Sub-prioris* nomen, relictis aliis, utpote uſitatius deinceps uſurpabimus majoris claritatis gratia.

Nomen Sub-Prioris in hoc tractatu deinceps uſurpatur. Sub-Prior diverſis nominibus hodie nuncupatur.

237 Unde in aliis Religionibus, † quæ Rectores, pro immediatis Conventuum Prælatis, aut Præpoſitis agnoſcunt, Vice-Rectorem, ſive Miniſtrum ſe-

cundum

cundum à Prælatis prædictis nuncupantur, Azor *inſtit moral.2.part.lib 3.cap. 17.quæſt.7.* Suarez *de Religione Tom.4.lib 2.cap 2 num.2 & Tom 2.lib.7.cap.7 n. 17.* Rodriq. *Tom. 3. quæſt. 38. art.1* Navarr. *Tom.1.conſil tit de elect conſil 12. num. 2.* Qui etiam in aliis Religionibus Vicariorum nomine ſecernuntur, licet non adeo propriè, ut poſtea videbimus cum Navarr 3. *Comm. Regular. num.22. verſic. ad prius.* Sentiente eos metaphorice Vicarios appellari.

ILLATIO III.

Quibus differat Prior Clauſtralis à Conventuali?

BREVIARIUM.

238 *Prior Conventualis præficitur Monaſterio, & eſt verus Prælatus.*

239 *Clauſtralis poſt Abbatem ad adminiſtrationem clauſtri deputatur.*

240 *Priores Clauſtrales idem, ac Sub-Priores, ſeu Vicarii Conventuum, ſunt.*

241 *Iam ſolum in Religionibus, quæ per Abbates gubernantur, nomen Prioris Clauſtralis retinetur.*

Prior Clauſtralis à Conventuali differt.

EST unum diſcrimen, & maximum inter utrumque priorem, † *Conventualis* 238
enim præficitur toti Monaſterio, ſive Conventui, uti verus Prælatus,
† *Clauſtralis* autem poſt Prælatum immediatum Monaſterii ad regimen, & 239
adminiſtrationem Clauſtri adſciſcitur. Tenent DD. in *Clement. 2. de reſcript.* Zabarel. *num.2.* Ancharr. *num 9.* Benedict. Capræ *num 4.* Et habetur in *Clement. ne in agro §. cæterum, de ſtat. Monach. cap. cum ad Monaſterium eod. & cap. nullam 18. q. 2.* Navarr. inibi *num.4.* Gonzal. *in Reg. 8 Cancell. gloſſ. 8 nu. 113. & 118.* Tamburin. *de jur. Abbat. tom.3. diſp. 9. quæſit 3.* † Ideo prædicti 240
Priores Clauſtrales iidem videntur eſſe, ac *Sub-Priores*, ſeu *Vicarii* Conventuum habentes ſupra ſe in iiſdem Conventibus alios ſuperiores. Lezana *Regular qq. part. 2. cap. 11. num. 4. in fin.* & Tamburin. *Tom. 2 de jur. Abbat. diſp 1. n. 4.* inquit, † quod huiuſmodi *Vicarii*, ſive *Sub Priores* in Monachalibus 241
Religionibus, quæ per Abbates gubernantur, *Priores Clauſtrales*, ſeu Præpoſiti, ut in plurimum nuncupantur.

PRIN-

PRINCIPIUM XII.

Quodnam Sub Prioris munus, & cui fini in Religionibus inſtitutum?

BREVIARIUM.

242 *Proprium Sub-Priorum munus eſt, coadjuvare Prælatos immediatos.*

243 *Ex proprio munere, quod regulariter ad illum pertinet, cura eſt domeſtici regiminis intra clauſtrum.*

244 *Prior, & Sub-Prior quaſi unam gerunt perſonam.*

245 *Quid ſpecialius Sub-Prior committatur?*

246 *Diverſimode hoc in Religionibus receptum eſt.*

242 SVb-*prioris* officium (quod peculiare totius noſtræ tractationis ſubjectum eſt) ideo in Religionibus à majoribus inſtitutum creditur, † ut immediatos Monaſteriorum Prælatos in regiminis onere coadjuvaret, humeroſque tantæ moli ſupponeret, ne gubernandi onus intolerabile ſine adjutorio Prælatis redderetur, ut docet DD. communis opinio, Thom. Sanch. *in Decalog. Tom.1. lib.4 cap.33. num.16.* princ. Molin. *de juſtit. & jur. tract. 5. diſp. 10. num. 1 fin.* Suareus *de Relig. 2. lib 6. cap 7. num.17.* Lezana *1. part. cap. 18. numer. 3. cum Rodriq. & part. 2, cap. 13. num. 40. & part. 4.* verb. *Vicarii*, princ. Unde in Regul. Ferreoli *cap. 17.* decernitur: *Sub Abbate perſonam ſtrenuam, & diſciplinæ valde amantem, quæ dignam curam præpoſiti, nomenque ſuſcipiat, pro ſolatio Abbatis inſtitui, ut honor illi minus ſit oneroſus, dum labore diviſo, à duobus quotidiana ſolicitudo ſuſcipitur.* *Sub-Prior Coadjutor eſt Prioris.*

243 Quod regulariter eidem *Sub-Priori* conceditur ex proprio munere; † cura eſt domeſtici regiminis intra Clauſtrum, ut ſupra diximus, & colligitur ex *d. c. cum ad Monaſterium*, verſ. *cæterum, de ſtat. Monach.* Card. Zabar. *in clement. 2 de reſcript. num. 2.* *Habet curam ſingularum perſonarum Clauſtri*, Petr. Ancharr. ibid. *num. 9.* *Quia ad curam animarum, & ad Regulares obſervantias eriguntur.* Benedict. Capræ (qui extat *Tom. 6. Repet. Canon.*) cum Immol. *d. Clem. 2.* *Quia ipſe prior Clauſtralis eligitur ad curam animarum*, D. Alvinus *de poteſtat. Epiſcopi, cap. 2. num. 11.* (ex Victorino Manſo *in cap. 2. de modo proced. in cauſis Regular. num. 74.*) *Similes* (ait) *ſunt Abbas, & prior, ut vult Sylveſt.* verb. *Vicarius, num. 4. ambo enim ea, quæ ad Regulam ſpectant, curare ſtudent, tametſi primas in his partes Prælatus meritò exerceat, proximas autem Prior.*

Hinc Navarrus *3. Comment. de Regul. num. 4.* (S. Auguſtini verba *cap. 3.* Regulæ interpretans, ibi: *Præpoſito, tanquam Patri, obediatur: multo* *Navarrus*

magis

magis Presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit) ait: † *Quod Præpoſitus, qui* 244
eſt Pro-Prior, ſive Sub Prior Clauſtralis, eſt quaſi Vicarius Presbyteri, qui eſt Prior
Conventualis, & ambo quaſi unam perſonam gerunt. Nempe *circa res ſpecialiter*
ſibi commiſſas, ut Thom. Sanchez inquit, *loc. cit.* & taliter communibus, ut
ex proprio munere agat. Quæ omnia brevi, & eleganti verborum illiga-
vit ſynopſi Aſcan. Tamburin. *de jur. Abbat. diſp. 1. quæſit 4. num 4. Tom. 3. Pro-*
Tambur. *prium eorum † munus eſt (de Sub-Prioribus loquitur) curare, ut Regularis Obſer-* 245
vantia in Conventu habeatur, Fratrum Confeſſiones audire, Monaſterii Officinas
horis competentibus viſitare, Fratrum exceſſus corrigere, niſi tamen ita graves extite-
rint, ut Abbati reſerventur, & his ſimilia, circa quæ dici poteſt, eorum munus Or-
dinarium eſſe. † Quod diverſimode in Religionibus receptum eſt, pro ſin- 246
gularibus cujuſque ſtatutis.

ILLATIO I.

Præcipuum Sub Prioris Officium Prælato Monaſterii eſſe ſubſidio.

Breviarium.

247 *Sub-Prioris munus præcipuum eſt, ut in omnibus Priori auxilium præſtet.*

248 *Quaſi altera Prioris manus eſſe debet.*

249 *Omnium membrorum præter capitis uſurpet officium.*

250 *Monaſteria bene ordinata unum videntur eſſe corpus, & invicem membra.*

251 *Coadjutor Prælati coadjuvati ſolatium nominatur.*

Fructuoſ. c. 11. Reg. EX proximo principio infertur; optimè Fructuoſum Epiſcopum, *cap. 11.* *Regulæ* dixiſſe: *Præcipuum Sub-Prioris munus*, † *ut Abbatum curarum onera* 247
per *Præpoſitos ſubleventur.* Nempe ut in omnibus Abbati auxilium præſtet: in
advigilando ei ſit Oculus, in diſcurrendo Pes, in exequendo Manus, in
anxietate Refrigerium, in puſillanimitate Suſtentaculum, in adverſis ſo-
latium. Quippe, † ut benè Bursfeldenſes *diſt. 5. cap. 2. Ipſe ex Officio debet eſſe,* 248
Bursfeldenſes. *quaſi altera manus Abbatis, præcipuè in ſpiritualibus; & eandem juxta caſuum di-*
verſitatem, nunc quidem adjuvare, nunc verò prorſus relevare in conſolandis tentatis,
concordandis diſcordantibus, dirigendis, & emendandis Officialibus, & cæteris
Fratribus.

Omnium † igitur membrorum præter capitis uſurpet Officium, quia 249
ut ſcitè S. Doroth. ſerm. 6. inquit: *Cœnobia benè † ordinata unum videntur eſſe* 250
S. Doroth. *corpus, & invicem membra. Qui autem adminiſtrant, & gubernant, Capitis loco*
habentur; qui verò ſpeculantur, & corrigunt, oculorum vicem tenent: At qui ſer-
mone

Digitized by Google

mone proſunt, oris munere funguntur. Qui obediunt, aurium loco putantur. Qui opera exercent, manibus comparantur. Qui reddunt reſponſa, & huc, atque illuc ad
251 *miniſteria diriguntur, vicem exequuntur pedum.* * Neque abs re conſilium Magnj Gregor: lib. 9. epiſt. 42. *Volumus, ut Dominicus Presbyter Abbas eſſe debeat, ei-* Gregor. Magn.
que præpoſitus Lucifer Monachus fiat, in cujus requieſcere ſolatio valeat. Phraſis non ſemel à S. Benedicto uſurpata, Auxilia, & Coadjutores ſolatia nominare.

ILLATIO II.

Quanam prudentia debeat uti Sub-Prior, ut dignum ſe præbeat Priori Coadjutorem & Adminiſtrum, ſicque ſuo muneri ſatisfaciat.

BREVIARIUM.

252 *Sub-Prior nihil contra Prioris voluntatem, & ordinationem faciat.*

253 *Invigilet Clauſtrali pacis, & communitatis unanimitati.*

254 *Hæc pax provenit ex ſententiarum, dictaminumque conformitate.*

255 *Caveant, ne ſecundos Abbates ſe eſſe, præſumant.*

256 *Cum Priore Sub-Prior innumero non ponit: Reputanturque ambo pro una, eademque perſona.*

257 *Raro continget, ut expediat, Sub-Priorem à ſententia Prioris deviare.*

258 *Leges Religionum principaliter integritati invigilant Regularis Obſervantiæ.*

259 *Priori Sub-Prior tenetur obtemperare, quamvis probabiliter judicet, iniquum, quod præcipit, etiam in opinione adſerentium ſubditum tali præcepto obtemperare non debere.*

260 *Poteſt quis cedere juri ſequendi opinionem probabilem, ut in Conceptionis Marianæ controverſia laudabiliter plures facere videmus.*

261 *Sub-Prior, cum officium admiſit, ceſſit juri habendi indifferentiam opinionum cum Priore.*

262 *Quare in noſtra Religione ſit ſtabilitum, in abſentia Prioris ne Sub-Prior aliquid innovare præſumat.*

263 *Sub-Prior Fratres in Abbatis dilectione confirmet convertens corda filiorum ad Patrem, & è contra.*

264 *Neque in Prioris abſentia ſe exhibeat mitem, ut Priorem faciat apparere crudelem.*

SIt primum, utpote principale documentum, quod Prudentiſſimus Legiſlator Sanctus Benedictus *capit. 65. Regulæ* tradidit, *ut,* * ſcilicet, *ni-*
252 *hil contra Abbatis voluntatem, & ordinationem faciat.* Idipſum quoque tradunt S. Bened. c. 65. Reg.
ſtatuta renovata Candidiſſimi & Canonici Ordin. Præmonſtratenſis *diſt.* 2. *cap* 10. *num* 36. his verbis: *Cæterum præſente & abſente Abbate, ratus & foris, de omnibus & in omnibus ſecundum voluntatem Abbatis, prior ſe habeat, neque illam ullo pacto tranſgrediatur.* Sanctiſſimum planè ſtatutum. Sic enim finem, cu-

jus reſpectu Sub-Prioratus inſtitutus eſt, ut æquitas poſtulat, conſequetur.
Quum autem media Scopun aliquem ſpectantia eò collimare debeant, ne
ab ipſo aberrent, ideo ſemper ob oculos debet SUB-PRIOR habere, ut
adminiculo, ſolatioque PRIORI ſit. Quod nulla compendioſiori aut re-
ctiori via adſequetur, † quam ſi totis viribus Clauſtrali Paci, & Congre- 253
gationis unanimitati ſedulo invigilet. Cujus documenti chordam ſupra pul-
ſavimus à *num.* 202. dum diximus; illum debere poteſtatis amplitudinem
cum officio dimetiri, non verò ſecundum totam poteſtatis plenitudinem
Officium exequi.

Hæc ergo pax prorſus nutrienda, & fovenda eſt † ſententiarum, & 254
dictaminum conformitate; ne (ut bene S. Benedict. cit.) *Dum contraria ſibi
invicem Abbas, Præpoſituſque ſentiunt ipſorum neceſſe ſit ſub hac diſſenſione animas pe-
riclitari, & ii qui ſub ipſis ſunt, dum adulantur partibus, eant in perditionem.* Qua-
Fulgentius te me ito Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus apud Surium 1. *Ianuarii cap.* 27.
ap. Suriũ. *Sine conſilio ſuo neque eum Fratrem, qui* SUB-PRIORIS *gerebat officium, ſinebat ali-
quid agere.*

Rationem hujus eleganter reddit ipſe Benedictus *cap.* 65. *Regulæ: Sæpius*
(inquit) *contingit, ut per Ordinationem Præpoſiti ſcandala gravia in Monaſteriis
oriantur. Dum ſint aliqui maligno ſpiritu ſuperbia inflati, qui æſtimantes ſe ſecun-
dos Abbates eſſe, ac ſumentes ſibi tyrannidem ſcandala nutriunt, & diſſenſiones in*
Anton. *Congregatione faciunt.* † Ubi argute Ant. Perly *ſecundos Abbates* expendens, 255
Perez in ait: *Quare vitio Divus Pater in Præpoſito vertit, quod ſe ſecundum Abbatem ſom-*
Reg. S. Ben *niet, non autem quod Abbatem?* Quia † *cum Abbate Præpoſitus non ponit in* 256
c. 65. *numero; ſed eſt Coadjutor Abbatis, & Vicarius illius. Unde ſicut Coadjutor Ca-
nonici proprietarii, & Canonicus ipſe non ſunt duo, ſed unus Canonicus, & pro uno
tantum habentur; ſic Abbas, & Præpoſitus in Monaſterio pro uno Prælato compu-
tantur.* Nec pigeat verba D. Alvini, & Navarri ſup. citat. n. 244. & 274. re-
colere, ut hîc illa tranſcribere, opus non ſit.

Sub-Prior Unde rarò † continget, ut expediat, SUB-PRIOREM à ſententia, ſen- 257
deviare nõ ſuque PRIORIS deviare (Quanquam poſſit inſpectata Poteſtatis latitudine)
debet à di- niſi quum clare contra præſcriptum Regulæ, vel evidenter peccaminoſum
ctamine aliquid PRIOR attentaverit. Tunc enim, ſi illi prudenter non acquieſcat, le-
Prioris. gum intentioni acquieſcet, * ut quæ Regularis Obſervantiæ integritati 258
præcipue invigilant, alioſque jubent ter invigilare.

Ioan. Ca- Quam doctrinam nervoſe confirmat alia notabilis Caramuelis *d. cap.*
ramuel. 65. *Regulæ, num.* 1582. Aſſerentis, quod licet probabile ſit; ſubditum poſſe
Prælato non obtemperare præcipienti aliquid probabiliter bonum, quod
etiam probabiliter, ſubditus judicat iniquum; (Quod ipſe refero, mini-
me ſequor, alia ſequor, & refero) hoc tamen in PRIORE CLAUSTRALI
† non

† non eſt admittendum, ſed omnino tenetur obſecundare, non obſtanti probabilitate iniquitatis. † quia poteſt cedere quis juri ſequendi alterutram opinionem; & poteſt ſe ad unam obligare partem: *Sic in Conceptionis Marianæ controverſia, licèt utraque pars ſit probabilis, laudabiliter ſe multi obſtringunt juramento, & vovent ſentire, & docere ſecundùm pientiorem opinionem. In probabili vitæ diſcrimine, etiam ſi lucrum ſit, ſibi proſpicere, hoc tamen non poſſunt facere Miles, Magiſter infirmorum, Abbas, Medicus, & alii ſimiles, qui ceſſerunt ſuo juri. Ideoque Miles tenetur adverſarios, aut exſpectare, aut adoriri, etiam cum probabili periculo vitæ: Magiſter infirmorum, & Medicus, quum Officium admittunt, etiam immunitati ſuccedunt, debentque aſſiſtere ægrotis graviter laborantibus. Abbas etiam tenetur, aut Mitram deſerere, aut nullum deſerere, imitans Archimandritam Chriſtum, qui ex-*
261 *poſuit vitam ſuam pro ovibus ſuis.* † *Sic ſimiliter* PRIOR, *quum Officium admiſit, ceſſit Iuri habendi indifferentiam opinionum, & obligavit ſe, ad ſubſcribendum Abbatis ſui ſententiis. Primò, quia Abbas, &* PRIOR *moraliter ſunt una perſona: & qui admittit* PRIORIS *Officium, invehere non debet in unam, & eandem perſonam contradictionem voluntatum. Secundò, quia* PRIOR *tenetur obedire Antiſtiti ſecundùm Regulam, & hæc præcipit; Ne* PRIOR *habeat dictamen diverſum à dictamine Abbatis.* Hæc omnia Caramuel, & certè veluti ad noſtrum propoſitum circinata.

Hac etiam ratione ducta noſtra Sacra Religio ſancivit (Quod poſtea *Noſtra*
262 latiùs tractabimus) ut SUB PRIOR † in abſentia PRIORIS aliquid INNOVARE non præſumat. Quibus verbis authoritatis plurimum ſuperaddunt alia S. Pachom. *artic.* 127. *Regul.* itidem decernens: *Ipſe autem Præpoſitus nihil faciat præter id, quod Pater juſſerit, maximè* IN RE NOVA. *Conſtitutio. S. Pachom. Reg.*

263 Sit ſecundum documentum; † ut tanquam Optimus inter patrem, & filios ſequeſter corda filiorum ad patrem ſtudeat convertere; & cor patris ſimiliter ad filios. Quod noſtra Conſtitutio 3. *part. cap.* 13. *num.* 10. his verbis præſcripſit: *Qui ſciat, & valeat inter* PRIOREM, *& ſubditos prudentis Mediatoris vices præſtare.* Et Petrus Damiani *opuſ.* 15. *cap.* 16. PRIOR *Monaſterii*, inquit, *omnium Fratrum animos, quantum in ſe eſt, in ejuſdem Abbatis ſyncera dilectione confirmet. Sicut enim Abbas per omne quod agit, ad amorem Chriſti debet filios provocare: ita etiam* PRIOR *ne qua (quod abſit) Zelotypia generetur, in dilectione Abbatis ſui Fratres ſtudeat unanimiter confovere.* Ita ſcilicet ut PRIOR Abbatis regimen non modo tueatur, & promoveat, ſed omnes alios ad eum eodem ſentiendum alliciat. Quò ſpectat, quod in S. Juſtinæ Cæremoniali habetur, *Ut quantum ſanâ veritate poteſt*, *illum* (Abbatem) *apud omnes excuſet.* *N. Conſtit. S. Petrus Damian. Congreg. S. Iuſtinæ Ceremoniale.*
264 Aurea Clavi obſeret idem Petrus Damiani ubi ſup. † *Non circa delinquentium culpas ſe exhibeat mitem, ut Abbatem faciat, apparere crudelem, ſed ſic, illo abſente, parva quæque redarguat, ut is poſtmodum rediens, velut in tranquilli portus ſinu, ſic in ſpiritualium Fratrum jucundantium lætitia requieſcat.*

PRINCIPIUM XIII.

A quonam Sub Priorem eligi oporteat?

BREVIARIUM.

265 *Sub-Priorem de facto diverſimodè eligi contingit [illegible] Religionum ſtatuta.*

266 *Quæ Sub-Prioris electio, ſive nominatio [illegible] tior erit?*

267 *Prima [illegible] dicens Sub-Priorem à Priore debere nominari.*

268 *D. D. Barnabas de Horozco laudatur.*

269 *Alia ſententia adſerit, minimè debere à Priore nominari.*

270 *Media ſententia decernit, ut Prior Sub-Priorem ſimul cum Provinciale eligat.*

271 *Quæ ſententia valde conſonat uſui, qui tempore S. Gregorii vigebat.*

Sub-Prior diverſimodè nominatur, ſeu eligitur.

NON inquirimus: à quo de facto † SUB PRIOR eligatur; hoc enim 265
juxta diverſorum Ordinum conſuetudinem contingit: & modo à PRIORE, modò à PRIORE ſimul, & Conventu, modo Conventus, & PRIORIS electioni accedente conſenſu provincialis, modò immediatè ab ipſo provinciali, vel ſine provincialis, aut PRIORIS interventu à Capitulo Conventuali eligitur. Navarrus 3. *Commentar. de Regular. n.* 22. *verſ. Ad prius* Molin. *Tract.* [illegible] *de juſt. diſp.* 10. *n. fin.* Aſcan. Tamburin. *de jur. Abbat. Tom.* 3. *q.* 1. *diſp.* 1. *quæſit.* 4. *n* 5. *fine.*

Et ideo, quod inquirimus, eſt: † Quænam harum nominationum 266
conſequenda, ſive probanda ſit; ut convenientior, & [illegible] Officii conſulendo utilior? Duplicem ex diametro oppoſitam ſententiam reperio.

S. Benedict. Reg.

Prima S. P. Benedicti Regulæ, *cap.* 65. ubi ait: † *Illum* (Sub PRIO- 267
REM ſcilicet) *Abbatem de conſilio Fratrum* [illegible] *Deum ordinare debere; nam ſi ab eis, à quibus ordinatus Abbas, & ille ordinatur, ab ipſo initio Ordinationis materia ei datur ſuperbiendi: dum ei ſuggeritur à cogitationibus ſuis exutum eum eſſe à poteſtate Abbatis ſui: quia ab* [illegible] *à quibus & Abbas.* Nam

Barnab. de Reſſa.

ut optimè ex ipſis Regulæ verbis collegit D. D. Barnabas de Reſſa Ho-
rozco † Rector Collegii Militiæ [illegible] apud Salmanticenſes, nec 268
non Decretalium Cathedræ dignissimus [illegible] in ſua ſupplici informatione ad Catholicum N. Regem Philippum IV. pro adipiſcenda [illegible] Dignitate R[illegible] Conventui [illegible] Militiæ, §. 4. *num.* 5. (Opus certè omnibus numeris abſolutum, & vel eo tantum ingenii validiſſimi argumentum, quod in arenam proſilire non refugit, ſingulare certamen

initurus

initurus cum ſtrenuo litterarum Gygante Illuſtriſſ. D. D. Angelo Manriquo Epiſcopo Pacis Juliæ, qui ex adverſo pro ſuo Ciſtercienſi Ordine pugnabat) ibi: *Porque fuera abſurdo, que Abad, y Prior de un meſmo Monaſterio fueſſen nombrados por una meſma perſona.* Hanc quoque ſententiam amplectitur Candidiſſimus S. NORBERTI ſeu Præmonſtratenſis Ordo, ut liquet ex ejus SS. Statutis *diſtinct. 2. cap. 10. n. 28.*

269 Secunda ſententia eſt Navarri 3. *Comment. de Regular.* opinantis: † æquum eſſe ut non à PRIORE, ſed à Superiore, vel Conventu deligatur, & ad ſummum ſolius PRIORIS ſit confirmare electum, non eligere. Sentit enim, quòd ſi ab uno PRIORE in ſua electione dependeat, proprio muneri pravè ſatisfaciet. *Nam veriſimile eſt* (ait ille) *quòd* PRIOR, *ſi ei hæc facultas competeret, potius faceret* PRO-PRIOREM *eum, quem ſciret ſibi morem geſturum, ejuſque nutui pariturum, quod continuam diſcordiam produceret.* Cujus verbis favere videtur, quod ſup. diximus: nimirum SUB PRIOREM inter prælatum, & ſubditos ſequeſtris, & mediatoris vicem præſtare debere: ergo non omnino debet adhærere prælato; ſed inter ipſum, & ſubditos velut in æquilibrio perſiſtere. Quò reſpexiſſe videtur noſtra Conſtitutio, perſonam SUBPRIORIS graphice deſcribens, his verbis: *Qui* SCIAT, *&* VALEAT *inter Prælatum, & ſubditos prudentis Mediatoris vicem præſtare.* Non inquit tantum, SCIAT, ſed VALEAT. Nam ſæpiſſimè, quod optimum quis reſcivit, non exequitur, quia, id exequi minimè prævalet, nec audet: ergo, ut audeat, & valeat, non adeo debet eſſe ſubjectus, ac ille, qui ab ipſo omnino pendet in ſua nominatione. Plurimumque auxilii huic ſententiæ videtur ſuppeditare Rebuf. *praxi tit. Forma Vicariatus, n. 198.* dum ait: Neutiquam expedire, ut SUB PRIOR à PRIORE ſolum, vel nominari, vel amoveri poſſit: *alioquin ſemper revocaret utilem Religioni, niſi eidem adularetur: quod eſt abſurdum.*

Navarr.

Conſtitutio noſtra.

270 Inter † harum oppoſitarum opinionum extrema noſtra Sacra Religio medium, rationi maximè conſonum adinvenit 3. *part. cap. 10. num. 13.* PRIOR *ſimul cum Provinciali eligat* SUB PRIOREM; ut ſic, ne ab ipſis, à quibus PRIOR, conſtituatur; & ideo *et à ſuis cogitationibus ſuggeratur, exutum eſſe à poteſtate* PRIORIS. Nec à ſolo PRIORE prorſus dependeat: ne, ſi PRIORI tantum SUB PRIORIS nominandi facultas competat, potius nominet eum, *quem ſciat ſibi morem geſturum*, & qui non valeat *prudentis Mediatoris vicem præſtare.*

Quod verò SUB PRIORIS nominatio non ad ſolum immediatum prælatum pertineat, ſed interventus Superioris prælati exquiratur, valde con-
271 ſonat uſui, † qui tempore S. Gregorii Papæ vigebat, ut ipſe teſtatur, reſcribens Joanni Abbati *lib. 2. epiſt. 44.* his verbis: *Petiit dilectio tua, ut Frater Bonifacius in Monaſterio à te debeat ordinari Præpoſitus. Quod ego valde miror:* quia

S. Gregor. Magn.

Digitized by Google

quia ante factum non eſt : quia ex quo illum tibi dari feci : jam ordinare debuiſti.

PRINCIPIUM XIV.

Sitne Sub-Prioris Officium arbitrarium?

BREVIARIUM.

272 *Ex Regula S. Benedicti colligi videtur, eſſe arbitrarium Sub-Prioris Officium.*

273 *Sed praxis in Religione ipſa Benedictina, & in cæteris omnibus hoc officium ſtabilitum communiter viget.*

S. Benedict. Reg. c. 65. HUic dubitationi anſam præbuit S. Benedictus *d. cap. 65. Regulæ*, dum ſubjungit: † *Quod ſi, aut locus expetit, aut Congregatio petierit, & Abbas* 272 *judicaverit expedire, quemcunque elegerit, cum conſilio Fratrum timentium Deum ordinet ipſum ſibi Præpoſitum. Qui tamen Præpoſitus illa agat cum reverentia, quæ ab Abbate ei injuncta fuerint.* Et paulò ante dixerat: *Si fieri poteſt per Decanos ordinetur omnis utilitas Monaſterii, prout Abbas diſpoſuerit, ut dum pluribus committitur, unus non ſuperbiat.*

Quibus verbis luce clarius videtur non præcipi præpoſiti, ſive *Sub-prioris* ordinationem; tantumque Abbatis, ſive Prioris arbitrio relinqui.

At reſolutoriè dico: (Quicquid ex vi articuli Benedictinæ Regulæ dicendum ſit) † neque in ipſa Benedictina Familia (quòd ego ſciam) arbitrio 273 *Conclusio.* Abbatis relinqui præpoſiti, ſive *Sub prioris* ordinationem; ſed cunctarum Religionum conſenſu ratam, & ſtabilitam communiter urgere. Non adſciſcam aliunde teſtes; ex eadem Familia eos compellabo. Primus eſt Victorinus Manſus Monachus Caſſinenſis Abbas S. Severini Neapolis *cap. 2.* *Vict. Manſus.* *de modo, & ordine proced. in cauſ. Regular. ſub num.* 4. *An verò* (ait) *Cænobiorum* *Præpoſiti* (qui vulgo *Priores Clauſtrales* nuncupantur) *authoritatem ordinariam habeant; ſunt, qui dubitant. Ego verò, id nulla indigere declaratione exiſtimo. Latius autem de re tali loqui, non judico utilitate vacare. Primum igitur ſcire oportet; quæ* Præpoſitus, *aut* Prior, *aut quilibet proximè ad ſuperiorem Prælatum accedens (Vicarium nonnulli vocant) exequitur, bipartita eſſe. Nam quædam proprio munere agit; quædam verò, ut Prælati ſucceſſor proximus. Agamus noſtris exemplis. Ajunt Patres noſtri: Declaramus, ad Officium* Prioris Clauſtralis *pertinere, eſſe ſollicitum, quod Regularis obſervantia teneatur in Monaſterio, audiat Fratrum Confeſſiones, viſitet Officinas Monaſterii horis competentibus, corrigat Fratrum exceſſus, niſi notabiles fuerint, reſervandique* Prælato; *habeat rationem, ut cæremoniæ Congregationis, & ordinata per*

per Capitulum, ſeu Prælatum, obſerventur, &c. De quibus colligitur, ea omnia jure quodam, & ex [illegible] *noſtræ legibus ad* Priorem Clauſtralem *pertinere. Quo circa in his habere* Priorem Clauſtralem *Ordinariam juriſdictionem reƈte dixeris.* Hæc Vict. Manſus.

Conteſtatur A[illegible] Tambur. Monachus Vallis Umbroſæ, & in Romana Curia Procurator Generalis: *Tom. 2. de iur. Abbat. diſp.* [illegible] *quæſt. 4. num* 4. *cum ſeqq.* Qui addit: *Ita communiter in omnibus fere Religionibus* [illegible]*, ut de Congregatione Caſſinenſi patet ex cap.* [illegible] *5. Conſtit. & teſtatur Victorinus Manſus eius alumnus, & in Congregatione Vallis Umbroſana, certum mihi eſt.* In aliis verò Religionibus [illegible] non eſt. Omnes enim, ni fallor, Officium Sub-Prioris, ſeu Præpoſiti leg[illegible] peculiaribus inſtitutum habent. Et ideo [illegible] Canonicum, quam ſcribentes de illo, ut taliter ſtabilito loquuntur. Si tamen forſan in aliqua Religione Officium *Sub-Prioris* non lege ſancitum, ſed arbitrarium ſit, [illegible] illam Tractatio noſtra concernit. *Tambur.* *Officium Sub-Prioris* [illegible] *in Religionibus.*

ET DE VICARIO RELIGIOSO.

BREVIARIUM.

27[illegible] *Sub-Prior ra*[illegible] *Officii Ordina*[illegible]

27[illegible] *Prior non* [illegible] *Sub-Priorem* [illegible] *ſui loco conſtituere, dum abeſt, niſi id lege, aut Conſtitutione ſit ſtabilitum.*

VT plenam Tituli noſtræ Opellæ præfixi explicationem perficiamus, ultima ſupereſt explicanda particula. Quam ideo ſubjungimus, quia interea, quæ Sub-Prior noſter exercet, alia præſtat proprio munere, ſive prætextu ratione ſui Officii, nullo ad id vices ſuas illi mandante, ſeu committente, [illegible] ab ipſa lege propriam recipit Poteſtatem, ut exequatur ea, quæ eidem Officio ſuo [illegible] competunt, tanquam Coadjutori, & principalis Præ-

274 lati Adminiſtro, † [illegible] *habere Priorem Clauſtralem ordinariam juriſdictionem* (melius Poteſtatem [illegible]*, cum* Victor-Manſio, quem refeci, & ſequitur D. Alvinus *de poteſt. Epiſcop.* [illegible] loquitur Tamburin. *de iur. Abbat. Tom. 2. diſp.* [illegible] Ordinariam [illegible] Navarrus verò 3. *Regular. num. 4.* [illegible] in his, quæ domeſticum regimen concernunt, *unam perſonam* [illegible] *Sub-Priorque* quaſi Vicarium [illegible]. *Sub-Prior* [illegible] *poteſt.*

Alia autem, quæ non proprio munere [illegible] tanquam [illegible] Prælati ſucceſſor, ut hoc nomine frequentiſſimè Commiſſus [illegible] & gubernatio demandatur. † Non quidem illum Vicarium [illegible] principalis Præ-

275 lati loquitur, ut docet Tamburin. *Tom. 3 diſp. 2 quæſt.* [illegible] Nam, quum potiatur Ordinaria juriſdictione, liber eſt, cui libuerit, vices ſuas committere valet,

tis Vicarii denuntiantur, *cap. 1. de Offic. Archi-Diac.* Ibi. *Ut Archi-Diaconus poſt Epiſcopum ſit, ſe Vicarium eſſe in omnibus.* Et ibi: *Ad vitam ſui Epiſcopi corrigat, & emendet. cap. ut ſingulæ, de Offic. Archi-Presbyt.* Ubi ultra Ordinarios in præcitat. juribus, Mandoſius *Regul. 14. Cancell. q. 6. num. 16.* Marant. *de Ordin. iud. part. 4. diſt. 5 princ. num. 7.* Rebuff. *prax. Beneficiali, tit. de Forma Vicariatus, num. 19.* Zerola *praxi. Epiſcopali, part. 1. verb. Archi-Diaconus*, Azor *inſtit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 8 quæſt. 2. & 6 cap. 15. verſic. Alter verò*, Franciſc. Leo *Theſaur. For. Eccleſiaſt. p. 1. c. 10. num. 2. verſ. Sexta.* & alii quamplures.

280 Secundum. Illorum, † qui conſtituuntur à Principe, ſive Supremo, ſive Superiore potenti eundem Ordinarium conſtituere, quemadmodum ille cuius vices gerit, in cuiuſque locum ſubrogatur, Ordinarius eſt, *l. 2. C. de Offic. eius, l. 1. § a Præfectis, ff. de Legat. 3.* Qui quidem ſicut, & primi, iuriſdictionem adipiſcuntur Ordinariam. Quando enim lex, Supremuſve Prælatus (Qui æque iuriſdictionem Ordinariam concedere valent) aliquem ad univerſitatem cauſarum deſignant, ſive alicui Conventus Præfecturam, aut loco principalis Prælati abſentis, impeditive præſidentiam concedunt, niſi clauſula. *Ut procedat authoritate deſignantis*, ſive alia ſimilis, apponatur; Ordinarium conſtitui credendum eſt. Sic Gloſſ. & Barth. *in l. 2. ff. de Offic. eius.* Idemque Barth. *in l. Necquicquam, §. ubi decretum ff. de Offic. Pro-Conſ.* Alexand.

Vicarius à Principe conſtitutus.

281 *Rubr. num. 3. ff. de Offic. eius*, Alciat. *Rubr. de Offic. Ordinar.* Ratio eſt, † quia quotieſcumque iuriſdictionem Ordinariam aliquis poteſt concedere, in dubio id facere creditur, *cap. ſua*, & ibi per DD. *de Offic. Vicarii.* Expendentes illud verbum *iuriſdictio* quæ in dubio de Ordinaria interpretatur, ſecundum Panormitanum inibi Marant. *Spec. aur. 4. p. diſt. 5 n. 9.* Molin. *tom. 6. tract. 5. de iuſt. diſp. 14. n. 13.*

Tertium. Quando quis ab aliquo, ſui ipſius loco, conſtituitur. Quocirca diſtingui oportet. Vel enim conſtituitur à Principe, utputa Pro-Rex à Rege, Legatus à latere à Pontifice. Et tunc proculdubio talis Vicarius Ordinaria viget iuriſdictione. Quoniam, ut vidimus, Princeps juriſdictionem

Vicarius ab Ordinario quolibet ſuffectus.

282 Ordinariam concedere valet; idque facere ſemper in dubio cenſetur † Si verò talis Vicarius conſtituatur ab aliquo inferiore, tunc Delegata juriſdictione contentus erit. Cuius Vicarii meminit Text. in *Authentic. de Collator. §. ad hoc prohibemus, & in Authentic. ut nulli Iudicum, principio.* Quibus adhæſit Barthol. *in l. Obſervare, ff. de Offic. Pro-Conſ.* Et tam iſti, quam ſecundi Vicarii ſupra relati dati, ſive conſtituti dicuntur, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part. 3. allig. 54 num. 5.* Sbrozz. *de Offic. Vicarii, lib. 1. quæſt. 3. num. 1.* Narbona *de appellat. à Vicar. ad Epiſcop. part. 1. num. 21.*

Vicarii dati, qui?

Præter hæc Vicariorum genera, alterius meminit Molin. *tractat. 5. de iuſtit. diſp. 10. num. fin.* (Quò peculiariter Tractatio noſtra ſpectat) nimirum

283 † quando aliquis conſtituitur ſub principali Priore, aut Abbate Conventus,

qui

Sub-Prior metaphoricè, & impropriè dicatur Vicarius. Navarr. Layman.

qui una cum eodem Abbate Conventum regat, & caput ſit Conventualium. Quod munus inſtitui à Religione ſolet, uti latè diximus à *num.* 2[illegible] ut adjutorium Prælato principali ſit. Verùm enimverò [illegible] neque 284
dici debet propriè Vicarius, ſed metaphoricè, ut benè Navarrus [illegible] *de Regular. num. 22. verſ.* [illegible], Suarez [illegible] *de Relig. lib. 2. capit. 22.* quem vide. Sed [illegible] quoque non Laymani hæc verba exſcribere *lib.* [illegible] *tractat.* [illegible] *cap. 7. §* [illegible] *num.* [illegible]. *Præter propriè dictos* (inquit) *Epiſcoporum; Prælatorum, aliorumque Præſidum, ac Rectorum Vicarios, qui ab illis conſtituuntur, ut ipſorum loco jurisdictionem exerceant, ab eiſdemque omnino pendeant, & plerumque pro arbitrio deponuntur: alios eſſe minus propriè dictos Vicarios, qui in ſubſidium principalis Prælati conſtituuntur; ut proprium, atque Ordinarium munus exerceant; & appellantur* [illegible], *verbi gratia, Sub-Priores, Vice-Rectores, Vice-Guardiani.* Hæc Layman. Ideo nos merito tantum prædicta tria Vicariorum genera enumeravimus. Et ob hanc etiam rationem, dum Authores in controverſiam vocant, EXSPIRETNE SUB-PRIORIS OFFICIUM MORTUO PRINCIPALI PRÆLATO? diverſas capiunt ratiocinandi vias, (ne illos paſſim impingere, ſeu cæſpitare dicamus) in qua difficultate infra latè mentem propriam aperiemus. Et hæc pro integra totius noſtri tituli explanatione.

PARS SECUNDA.

DE POTESTATE, QUÆ RATIONE ſui Officii Priori Clauſtrali, ſive Sub-Priori in Conventu competit.

DUplici via poſſumus Sub Prioris munus perveſtigare. Primà, inquirentes; QUID POSSIT? Secunda, QUID NON POSSIT? Et quia ab iſthac clarius ad illam deſcendemus; prius indagabimus; QUID ILLI NEGATUM SIT? Poſtmodum; QUID CONCESSUM?

PARTIS

PARTIS SECVNDÆ.

PRINCIPIUM I.

Quænam Poteſtas Sub-Priori præſente Priore in Conventu competat?

Breviarium.

1. *[illegible] Sub-Prior nullam [illegible] in Conventu [illegible].*
2. *[illegible]*
3. *Tota Conventus gubernatio [illegible] Abbatem, an Priorem [illegible].*
4. *[illegible] eorum eidem Tribunali præeſt.*
5. *Prælatum eſt [illegible] Vicarium aſſignare [illegible] juriſdictionem.*
6. *Hic [illegible] eſt [illegible] Epiſcopi cum Canonico, & Ceremoniali [illegible].*
7. *Abbates ſive Priores poſſunt aliquam cauſam [illegible] Sub-Priori, ſive alteri commendare.*

1 CLauſtralis Prior, aut Sub-Prior præcisè ratione ſui muneris, † aut nominationis nullam in Conventu juriſdictionem ſpiritualem, temporalemve ſortitur. Doctrina eſt communis, quam tractatu de Pœnit. tradunt DD [illegible] Scribb. [illegible] lem 2. [illegible] ubi Benedict. Capræ ibi: *Quia tota Poteſtas eſt [illegible] Abbatem, [illegible] ipſum.* Quod prius totidem verbis docuerat Zabarela ibid. *num. 2. per text. in cap. quorundam, & in cap. ſi Religioſus, de elect.* ſecundum Stephan. & Pet. de Ancharr. *nu. 9.* Gloſſ. *in Extravag. execrabilis,* verb. *Prioratus de præbend. inter commun.* Sylveſt. verb. *Confeſſor. 2. qu. 8. dicto 3.* Sotus *in 4. [illegible]* & alii vetuſtioribus, ex Neothericis verò Azor. *Inſtit. Mor. 2 part. cap. 13 quæſt. [illegible] cap. 20. [illegible].* Sanch. *in Decalog. Tom. 1. lib. 4. cap. 33. num. 16. & cap. 29. num. 6. & [illegible] num. 75.* Suarez *2. de Relig. lib. 6. cap. 7. num. 17. & Tom. 4. lib. 2. cap. 2. num. 2.* Tambur. *de jur. Abbat. Tom. 2. diſp. 1 quæſit. 4 num. 4.* ibi: *Nihil quidem poſſe quoad ea, quæ ad Poteſtatem [illegible] pertinent. & Tom. 3. diſp. 9 quæſit. [illegible] num. 19.* Peyrinis *Tom. 1. de Prælat. [illegible] 4. § 4 num. 74 & qu.*
2 *[illegible] cap. 4 num. 16.* Quod omni modo verificatur, † quando à ſolo Priore electus eſt Sub-Prior, ſed etiam, quando à Provinciali aſſentiente, vel diſſentiente Priore, ſive à toto Capitulo, aut alio quovis modo [illegible]. Quandoquidem nihil refert, à quo [illegible] ut juriſdictionem habeat, aut non. Colligitur ex Molin. *Tract. [illegible] diſp. 10. num. ult.* Sub-Prior præſente Priore nullam habet juriſdictionem.

3 Probatur. Totalis † enim juriſdictio gubernativa tam ſpirituale quam tempo- Concluſionis ratio.

temporale Conventus ſpectans, tanquam in immediato Prælato cum adminiſtratione bonorum, & jurium in iis, quæ Regulam concernunt, in Priore adæquatè reſidet. Text. expreſſ. *in cap. nullam 18. qu. 2. ibi: Ad quem Poteſtas tota pertinere convenit*, ubi Navarr. 3. *Comment. de Regular num.* 4. cui conſonant, *cap. niſi eſſent, de præbend. & Clem.* 1. §. *cæterum, de ſtat. Monach.* & tradit Rebuff. *praxi tit. Regularia beneficia, num.* 4. Corraſ. *de Sacerdot. part.* 4 *cap.* 3 *num* 4. Pet. Gregor. *ſyntagm. lib.* 18. *cap.* 18. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 8. *num.* 103. Atqui una, & eadem juriſdictio ſimul, & ſemel in duobus nequit reperiri: ergo Sub-Priori nequit ineſſe.

Objectio. Nec rationem iſtam eludes, ſi paritatem Epiſcopi, † & Generalis Vicarii in medium producas: quorum quilibet ſimul, eidemque Tribunali præeſt: nec utrius juriſdictio alterius juriſdictioni impedimento eſt, ſed quaſi conſertis manibus alter ab altero juvatur. Non igitur inconveniens erit, ut etiam juriſdictio ad Conventus regimen neceſſaria, & in Priore reperiatur, & in Sub-Priore. 4

Reſponſio. Reſpondetur enim; abſolutè, & indiſſerenter. † Ordinariis omnibus aſſignandi Vicarios poteſtatem, qui una cum illis in eodem Tribunali, & loco juriſdictionem exerceant, prohibitam eſſe à jure, *Authentic. de Collatoribus, §. ad hæc prohibemus, juncto Authentico ut nulli judicum, princip.* Niſi fortaſſis tales Vicarios nominandi, † ſive à Principe, ſive à jure permiſſio peculiariter facta ſit, ut ſupra diximus conceſſum fuiſſe Epiſcopis jure Canonico, & civitatum Correctoribus jure Regio. Quod nulli Abbatum, aut Priorum conceſſum reperies. 5 6

Nihilominus Priores, † ſeu alii Prælati ad aliquos peculiares caſus poterunt, etiam ipſis præſentibus, eidem Sub-Priori ſuam juriſdictionem mandare; ut docet Suarez 2. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 17. Sed hoc nullam arguit Sub-Prioratus prærogativam ad juriſdictionem obeundam, quum cuivis Religioſorum mandari poſſit. 7

ILLATIO I.

Sub-Priorem neque excommunicare, neque abſolvere poſſe, aut ſimilem juriſdictionalem actum obire.

BREVIARIUM.

8 *Sub-Prior ratione ſui muneris nullum actum juriſdictionalem exercere poteſt, neque ſibi, neque aliis licentiam aliquam præbere.*

9 *Auguſtinum Barboſam impropriè loquutum fuiſſe notatur.*

10 *Quo pacto intelligendus* [illegible] *us dum ait, ad Sub-Priorem œconomicam adminiſtrationem pertinere.*

Pro

8 PRo maiori Tituli claritate infero: Sub-Priorem præcisè ratione ſui muneris; † neque excommunicationem ferre, nec cenſuras promulgare, præcepta imponere diſpenſare, audiendi confeſſiones licentias præbere, à reſervatis abſolvere, Regularem obſervantiam, ſive in toto, ſive in parte laxare, punire cum ſtrepitu iudiciali, aut extraiudicium, graves pœnas pro delictis imponere poſſe. Neque ſimiliter quicquam donare, alienare, ſeu permutare de bonis Conventus nec ſibimet, nec aliis aliquid indulgere ex iis, quæ, ut fiant, præcedentem principalis Prælati conſenſum poſtulant. *Quæ non poteſt Sub-Prior, adnumerantur.*

9 Ex quo apparet, † non ita propriè loquutum Auguſt. Barbol. *in Collectan. Tom 3 Clement 2. de reſcript.* verb. *Seu Priori Clauſtrali*, aſſerens: *Clauſtrales Priores, aut Sub-Priores Monaſterio, & Clauſtro præfici cum adminiſtratione* JURISDICTIONIS *tantum circa ea, quæ ad Regulam Monachalem ſpectant:* Cuius verba commendato [illegible] Aſcan. Tambur. *Tom 3. de iur. abbat. diſp. 9. qu. 3 nu. 19.* propterea quòd nulla prorſus iuriſdictione potiatur: uti ex dictis elucet, & tenet Suarez *4. de Relig. lib. 2. cap. 2. num. 2. fine.* ibi: *Quia non habet iuriſdictionem propriam, & Ordinariam, aut enim nullam habet, ſed ſolum OEconomicam adminiſtrationem.* Licet non magis propriè OEconomicam adminiſtrationem Sub- *Barboſ. reiicitur.*

10 Priori tribueris; † quaſi temporalium ſolummodo curam illius Poteſtas reſpiciat, & non potiùs ſpiritualium, ut ſunt Regularis Obſervantia, Diſciplina Clauſtralis, Confeſſionum auditio, Moderatio Chori, & his ſimilia. Niſi benignè OEconomicam interpreteris Domeſticam, ſeu familiarem: quia reſtringitur ad Clauſtrum, & continetur *intra limites domeſticæ Gubernationis*, ut benè Sanch. citandus. Sed de hoc infra redibit ſermo.

ILLATIO II.

Sub-Priorem non eſſe Prælatum.

BREVIARIUM.

11 *Prælatura* [illegible] *nem in foro externo.*

12 *Sub-Prior ex* [illegible] *non gaudet* [illegible] *Prælatis* [illegible]

11 RAtio eſt, quia Prælatura † Ordinaria ſupponit in foro externo iuriſdictionem, uti DD. communiter, & videre eſt apud Soarcum 4. *de Relig. lib. 2. cap. 2. num. 8. princ.* Ergo cui non eſt talis iuriſdictio Prælati nomenclatura nullatenus convenit. Et ideo tanquam veram noſtram rationem tenentur Scribentes ſuper *Clem. 2. de reſcript.* ubi Anchar. *num. 2.* Zabar. *num. 9.* & plures recentiores paſſim.

12 Ex quo fit; † privilegiis Prælatis conceſſis Sub-Priorem minimè gaudere præ-

re præciſè, ut talem. Advertit Pellizz *Tom. 2. Manual. Regul. tract. 8. cap. 2. ſect. 1. numero 48.*

ILLATIO III.

Non poſſe Delegatum Apoſtolicum agere.

BREVIARIUM.

13. *Sub-Prior neque à Sede Apoſtolica, neque à Legato ipſius poteſt delegari.*
14. *Delegatum Apoſtolicum agere nequit, niſi qui in Dignitate Eccleſiaſtica eſt conſtitutus.*
15. *Sub-Prior non gaudet Eccleſiaſtica Dignitate ratione ſui officii.*
16. *Nec poteſt eſſe Procurator, Exequutor, Judex, aut Advocatus.*
17. *Per Sub-Prioratum non liberatur à Monachatu, nec dicitur in dignitate conſtitutus.*
18. *Nec [illegible]*
19. *[illegible]*

Sub-Prior litteras Pontificis, vel ejus Legati expedire non poteſt.

QUod intelligitur ita ut non ſolum nequeat Delegatione Sedis Apoſtolicæ fungi, † verumetiam neque Legati ab ipſa Sede miſſi, Text. expreſſ. 13 *in Clement. 2. de reſcript.* ibi: *Seu Priori Clauſtrali,* [illegible] Azor *inſtit. moral. 2. part. lib. 3. cap. 13 quæſt. 7 & cap. 20. fin. Maſſ*[illegible] *cap. 4.* [illegible] *13. num. 40.* Sanch. *Tom. 2 in Decal. lib 6* [illegible] Tambur. *de jur. Abbat. Tom. 3. diſp 9. qu. 3. num. 19. fine.* † Ratio, [illegible] eſt, nam ad id requirebatur, ut eſſet in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutus, Text. *in c. ſtatutum* [illegible] *de reſcript. in 6.* Quod Trident. *Seſſ. 25 de Reform* [illegible] roboravit. [illegible] 14
Duennas *Regul 83.* Menoch. *de arbitrar* [illegible] *decis. 104. in 1 edit. reſol. 89. in 2. edit.* Atqui Sub-Prior [illegible] Conventui non præſit; † ſed ſub Abbate, vel Priore ſit, [illegible] Eccleſiaſtica Dignitate 15
conſtitutus Azor, Sanch. & Maſſobrius citati. Rodriq. 1 [illegible] *art. 3.* Filliuc. *Tom 3 de beneſic cap. 1 num. 11.* [illegible] *conſil. 30.* [illegible] Tom. 3. *de jur. Abbat. diſp. 9 quæſt 3 num. 19 fin.* Ex hoc [illegible] non poſſit ſimiliter agere Procuratorem, † Exequutorem, [illegible] patrocinari, aut agere judiciales cauſas, ut declarat [illegible] *num. 2* 16
fin. verſ. Si volumus, relatus à Tulch. [illegible]
Quoad hoc enim cæteris Clauſtralibus [illegible] quia per Sub-Prioratum non liberatur à Monachatu, [illegible] Nec dicitur [illegible] in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutus, Oldrad. *conſ.* [illegible] *prælc.* [illegible] Senis, & Tulch. ubi proximè. 17 18

Sub-Prioratus non eſt Dignitas.

Propterea † Sub-Prior non dicitur habere Officium à Monaſterio diſtin- 19

diſtinctum : quamobrem quicquid illi relinquitur, acquiritur Monaſterio, quemadmodum ſi alteri Monacho eſſet relictum, Tamburin. *d. num.* 19.

Limita, niſi ex certa ſcientia Pontifex contrarium decreverit: tunc enim quilibet ſimplex Religioſus, & potiori jure Sub-Prior, cui literarum Apoſtolicarum expeditio mandatur, Delegatum agere poterit. Ut conſtat *ex cap. cum olim* 14 *de privileg.* ibi: *Abbati, & Fratri Monacho*, & ex iis, quæ tradidit Vantius de nullit. *tit. ex defectu juriſdictionis Deleg. num.* 39. Poſſe autem hac ſpeciali, & ex certa ſcientia commiſſione uti, quum non Officium, ſed perſonam concernat, non poteſt dici, alicui ex munere convenire. Ideo nihil peculiare tribuit Poteſtatis, quum omnibus evenire, queat.

Pontifex ex certa ſcientia cuilibet Monacho ſuas literas delegare poteſt.

ILLATIO IV.

Nequit eligere Confeſſarium.

BREVIARIUM.

20. *Sub-Priorem non poſſe eligere Confeſſarium, contra Paſqualigum defenditur.*

22. *Subrogatus in locum alterius fruitur eiſdem privilegiis. Et quo pacto hoc intelligendum?*

20 HUic illationi addendæ occaſionem præbuit Paſqualigus *deciſ.* 103. *nu.* 2. qui aſſeruit: † Non modò abſente principali Prælato (de quo fuſius 3. *part.* tractaturi ſumus) ſed etiam eodem præſente poſſe ſibi Sub-Priorem, Confeſſarium eligere: quia verè (inquit) Superior eſt, etiam Priore præſente. Deinde, quia ſubrogatus in locum alterius, eiſdem, quibus ipſe, gaudet Privilegiis.

Sed fallitur Paſqualigus. Nam, ut vidimus, præſente principali Prælato Sub-Prior, nec Prælatus eſt, nec Superior dici poteſt: quum nullam prorſus habeat juriſdictionem, nec ſubrogatus in locum alterius, hoc eſt Prioris, cenſeatur. Nam, ut ſcitè Bordon. *in conſil. Regular. reſolut.* 34. *num.* 30. quem refert
21 Anton. Dian. 6. *part. tract.* 8. *reſolut.* 15. axioma: † QUOD SUBROGATUS IN LOCUM ALTERIUS FRUITUR EISDEM PRIVILEGIIS, tantum verificatur, quando quis propriè ſubrogatur in locum non exiſtentis. Et ideo præter ipſum Dian. qui nominatim adverſus Paſqualigum decertat, noſtram ſententiam amplectuntur apud eundem Sylveſt. verb. *Confeſſor* 1. *num.* 8. (quem meritò Caſuiſtarum vocat Principem) Bartholomæus à S. Fauſto *de Sacram. Pœnit. lib.* 6. *q.* 92. ubi docet: Sub-Priorem, licet aliis præferatur, præſente Priore, non poſſe eligere ſibi Confeſſarium, Scropha. *Regular. quaſt.* 33. *num.* 2.

Subrogatus fungitur privilegiis ejus in cujus locum ſubrogatur.

PRINCIPIUM II.

De Poteſtate, quam ad puniendum, & corrigendum Sub-Prior intra clauſtrum ſortitur.

Breviarium.

23 *Sub-Prior poteſt juxta res ſibi commiſſas, præcipere, corrigere, & leviter punire.*

24. *Ad Sub-Priorem non pertinet abſolutè omnimoda poteſtas Dominativa, benè tamen partialiter.*

25. *Poteſtas Sub-Prioris omninò dependens eſt à Priore.*

EGimus jam de iis, quæ Sub-Priorali Poteſtati denegantur. Et omiſſis aliis, de quibus nulla rationabilis poteſt excitari dubitatio, An Eidem Liceant Nec Ne? procedimus ad declarandum illa, quæ ipſius Poteſtati ſubduntur.

Sub-Prior igitur primus à Priore cæteris Conventualibus antefertur: & intra regiminis ſibi commiſſi limites † eis poteſt, præcipere, corrigere, & levibus pœnis juxta Religionis morem etiam punire. † Non quia Sub-Prio- 23
ri abſolute Dominativa Poteſtas incumbat, quam ſupra diximus, ex vi Pro- 24
feſſionis, & obedientiæ voto deſcendere, in Prælatoque propriè reperiri. Sed quia eo ipſo quòd conſtitutus ſit, ut Prælatum adjuvet, ſufficiens illi Poteſtas in ſua nominatione tribuitur, ut intra Clauſtrum illa poſſit obire, quæ ſuæ curæ, & ex proprio munere committuntur. Colligitur ex Suareo 4. *de Relig. lib. 2. cap. 2. num. 2. & cap. 9. num. 2.* inquit: *Eodem modo in Religionibus virorum Vicarius, licet juriſdictionem non habeat, poteſtatem aliquam coercivam habet, quæ ultra leves, & Ordinarias pœnas non ſe extendit.*

Quam Poteſtatem habere, Sub-Priorem expreſsè docet Text. *in cap. cum ad Monaſterium, verſ. Prior autem, de ſtat. Monach. Prior autem*, inquit, *præcæteris poſt Abbatem potens ſit in opere, & ſermone, ut exemplo vitæ, verboque doctrinæ Fratres ſuos inſtruere poſſit in bono, & à malo etiam revocare. Zelum Religionis habens ſecundum conſcientiam, & delinquentes corripiat, & caſtiget, obedientes foveat, & confortet.* Quæ verba tranſcripſit l. 6. tit. 7. part. 1. *Prior* (ait) *tanto quiere dezir, como primero. Ca en logar donde ay Abad, es el primero deſpues del, è Mayoral de todos los otros. E do non lo ay, à el tienen en logar del Abad. E por ende conviene, que faga buenas obras, è que ſea de buena vida, è de buena fama, è de buena palabra. Aſſi, que por exemplo de ſus caſtigos, è de ſus buenas coſtumbres, pueda enſennar à ſus Frayles bien, è tollerlos del mal: habiendo amor de ſu orden, è ſabiduria, para enderezar à los que erraren en ella, è dar conorte, è ayuda a los que la guardaren, è la toviere n.*

Cap. cum ad Monaſterium. Verſ. Prior de ſtat. Monach. Lex 6. tit. 7. p. 1.

Sic Thom.

Sic Thom. Sanch. *Tom.1.in Decal.cap.33.nu.16.lib.4. & Tom.2.lib.6 cap.* *Tom. Sanch.*
*13.num.75.*ubi ait: *Sub-Priores aliqualem in Monaſterio ſuperioritatem habere, Coadjutoreſque Prælatorum ad res quaſdam ſibi commiſſas eſſe.* Et paucis interjectis: *Quippe habent jus præcipiendi intra limites ſuæ domeſticæ gubernationis.* Nec diſſentit Rodriq. *1. Regul. qu.34. art.1.* his verbis: *Prior Clauſtralis dicitur, qui Religioſis in Clauſtro, & Monaſterio Præfectus eſt.* Cujus veſtigia preſſit Filliucius *Tom.3. de benefic.cap.1.num.11* *Prior Clauſtralis* (ait) *Præfectus eſt Religioſus in Clauſtro.* Et inferius: *Conſtituitur, ut curam habeat Monaſticæ diſciplinæ.* Molin. verò *d.tract.5.diſp.* *Rodrig.* *Fillius.* *Molina.*
10.fine, affirmat: *Sub Prioribus regimen Conventus incumbere, Caputque aliorum Conventualium haberi*, Azor. *Inſt. Moral.2.part.lib 3.cap.20.fin.* aſſerit: *Ideo illos in tali Officio conſtitutos, ut Clauſtri, & Monaſterii curam habeant juxta Regulam, & Monaſticam diſciplinam.* Denique Auguſtin. Barboſ. in Collect. ad jus Canon. *Tom.3. Clem.2. de reſcrip. verb. Seu Priori Clauſtrali*, docet: *Priores Clauſtrales, ſeu Sub Priores Monaſterio, & Clauſtro præfici cum adminiſtratione juriſdictionis tantum circa ea, quæ ad Regulam Monachalem ſpectant.* Et Tamburin. *de jur. Abbat. Tom.3. diſp.9.qu.3.num.19.* id ipſum tenuit. *Azor.* *Barboſa.*

25 Hæc autem † Poteſtas omninò dependenter à Priore Sub-Priori ineſt, ut communiter DD. *in Clem. de reſcript.* Abb. *num.6.* Ancharr. *9.* Zabarel. *2.* Sanch. in Decal. *Tom.2.lib.6.c.13.num.75.* ſequutus Azorium *Inſtit. Moral. 2. part. lib. 3. cap.13. quæſt.7. & cap.20. fin.* Accedunt Filliuc. *Tom.3. cap.1. num. 41.* Molin. *diſp. 10. fin.*

ILLATIO I.

Sub-Priorem poſſe ea, quæ ſuum munus ſpectant, Religioſis injungere.

Breviarium.

26. *Poteſt Sub-Prior, quæ ſui muneris ſunt, ordinare. Et Religioſi tenentur in illis obſequium illi præbere.*
27. *Poteſtas Sub-Prioris in iis rebus dimetienda eſt juxta cujuslibet Religionis ſtatuta.*
28. *Sub-Prior Calatravenſis Conventus qualem Poteſtatem habeat?*
29. *Juſſa Sub-Prioris ſubordinata principali Prælato manent.*
30. *Prior non poteſt iis, quæ ſui Officii ſunt, privare Sub-Priorem.*
31. *Præceptum inferioris licet non indigeat confirmatione Superioris, indiget tamen, ut ipſe non contradicat.*
32. *Rationabili cauſa exiſtente poteſt Prior juſſa Sub-Prioris revocare: ſine cauſa tamen non erit licitum.*
33. *Non licet Superiori Ordinem ob commune bonum inſtitutum, ſine cauſa pervertere.*
34. *Inferior nihil poteſt contra legem Superioris.*

Diximus Sub-Priorem Prælati principalis Adminiſtrum, Coadjutoremque intra domeſticæ, ſeu Clauſtralis gubernationis metas. Hinc deſcendit, poſſe ea, † quæ ſui muneris ſunt, diſponere, & ordinare, & Religio- 26

ſis, ut ipſa exequantur, pro ſuo libitu injungere: tenerique quoſcunque Conventuales eidem morem gerere; tanquam jus præcipiendi habenti intra eoſdem limites; ac defectuoſos poterit, ut dictum manet, levibus pœnis caſtigare. Conſtat *ex d.c. cum ad Monaſterium*, verſ. *Prior autem*, *& d.l.16.tit.7.p.1.*

Sub-Prior Calatravenſis Conventus.

27 Hoc tamen, † vel ampliatur, vel limitatur juxta cujuſque Religionis conſuetudines, ſive ſtatuta. Namque † in perilluſtri Calatravenſi Conventu 28 (ex quo non modo tanquam ex Trojana machina Heroes Militiæ Clariſſimi prodiêre, indieſq; prodeunt, verùm, & Regularis Obſervantiæ, ac litterarum ſtudioſiſſimi) tanta Sub-Priori authoritas conceditur, ut ſingulis hebdomadibus præſenti in Conventu principali Prælato (quem Adminiſtrationem vocant) bis poſſit cogere Conventuale Capitulum, & eidem præeſſe, culpas, & exceſſus corrigere, ac pœnitentias imponere, quæ tum inibi, tum in Refectorio inviolabiliter adimplentur. Aliaque per plura illi committuntur, quæ hic recenſere, opus non eſt.

Poteſtas Sub-Prioris ſubordinata.

29 Quia tamen † tota, & adæquata Monaſterii Poteſtas in Abbate, ſeu Priore reſidet, quicquid Sub-Prior aliis, ſeu præceperit, ſeu diſpoſuerit cum ſubordinatione, & ſubjectione Prælato principali debita exequendum eſt. Ideoque, ſi Prior contrarium in aliquibus caſibus juſſerit; iis quæ à Sub-Priore diſpoſita erant, ſtandum erit Prioris præcepto, non illius.

Prior nec præeminentiis, nec loco deturbare Sub-Priorem poteſt.

30 Dixi In Aliquibus Casibus: † Nam abſolutè nequaquam Prioris Poteſtati ſubjicitur, ſi ei omnino prohibere velit, ne ſe in ea quæ ſui muneris ſunt, intromittat, aut illum loco ſibi debito deturbare, aut præeminentiis, quibus pro ſuo munere gaudet, privare. Ratio utriuſque eſt, quia licet inferioris præceptum † ad inducendum obligationem nulla egeat confirmatione 31 Superioris Prælati, debet tamen non fieri eodem Prælato reluctante, ſeu reſpuente. Namque cujuſcunque Prælati, ſive inferioris Officialis voluntas efficax adverſus Superioris voluntatem nequaquam erit. Superior enim, † vel 32 inferioris Poteſtatem coarctare, vel hic & nunc ejus juſſa revocare poterit, vel immediatè ſubditis præcipere; ne inferiori in iſto, vel illo caſu pareant rationabili cauſa ſuppoſita, ut non modo validum, ſed licitum tale præceptum ſit. Si enim abſque rationabili cauſa feratur; illicitum prorſus erit, & irregulare, † ordinem ob commune bonum inſtitutum pervertere; ut advertit Suarez 4 *de Relig. lib.2.c.2.nu 22. & 23.* 33

Inferior legem Superioris alterare nequit.

Secundum autem (nempe abſolutè prohibere, ne ſuum munus exequatur, &c.) haudquaquam poterit. Nam illa, quæ Sub-Priori ratione muneris competunt, & præeminentiæ, quæ illi à lege conceduntur, majoris Poteſtatis ſunt, quam ut poſſit ipſa inferior Prælatus infirmare, utpote ſubditus legi, & obſtrictus etiam ſervare, quæcunque ab illa ſtabilita ſunt. Conſtans quippe † eſt ſententia, inferiorem non poſſe tollere, aut alterare legem Superioris, *l. Formam, C. de Offic. Præfect. Prat. l.1.C. de leg. cap. cum inferior, de majorit. & obedient.* 34

Clement.

Clement.ne Romani, de electione, cap. propoſuit, de conceſ. prabend. cap. dilectus: de tempor. ordin. cap. inferior 21. *diſt. cap. ſi quidam*, & *cap Ideo* 25. *q.* 1. Gloſſ. *cap. fin. de haret.* verb. *Figura, lib.* 6. Gloſſ. verb. *Mandamus, Clem. ſapè, de verb. ſign.* Bart. *l. omnes populi, col* 4. verſ. *Sed hic dubitatur. ff de iuſt. & iur.* Brunor. à Sole *in locis commun.* verb. *Inferior* 4. Baſil. 8. *de matrim. c.* 6.

Huiuſce doctrinam Illationis optimè roboravit Molin. *Tract.* 5. *de iuſtit. diſp.* 4. *num.* 11. dum aſſervit: Quod licet Parochi cum beneficio Curato ex Chriſti D. inſtitutione ab Epiſcopis in Eccleſia ſint; & ideo quantum ex ſe eſt, pro ſuo munere illis conveniat Ordinariam, ac plenam iuriſdictionem in foro conſcientiæ reſpectu ſuorum Parochianorum habere; tametſi Epiſcopi in illos exercere per ſe ipſos poſſint, quicquid Parochi poſſunt, & ex rationabili cauſa licitè valeant Parochorum reſtringere iuriſdictionem, non tamen illi ex toto adimere ipſam in ſibi ſubditos: imò neque plus iuſto reſtringere, tot caſus abſque rationabili cauſa reſervando, ut in iniuſtam reſtrictionem Parochialis iuriſdictionis vergat.

ILLATIO II.

Cuiuſnam natura Sub-Prioralis Poteſtas ſit, quamque in ſubditos obligationem inducat?

BREVIARIUM.

35 *Sub-Prioris Poteſtas à Dominativa Poteſtate, qua Pralatis competit, derivatur; & utraque eaſdem circa res tendit.*

36 *Dominativa Poteſtas in Obedientia voto fundatur.*

37 *Poteſtas Dominativa in Prælato eſt ad inſtar Poteſtatis Patris-Familias in domo ſua.*

38 *Differunt, quia Patris-Familias circa temporalia, Prælati verò circa ſpiritualia verſatur.*

39 *Inſuper, quia Patris-Familias Poteſtas ex parentibus debita obedientia profluit, Prælati vero ex obedientia voto.*

40 *Quomodo interpretandi ſint Doctores, adſerentes, votum obedientia non reſpicere Abbatiſſas, ſive Prioriſſas, Sub-Priores, ſive Vicarios*

41 *Votum obedientia rigoroſè ſumptum elevat ratione finis, qua natura ſunt levia, ad gravitatem culpa.*

42 *Qui parvi pendent juſſa Sub-Priorum, ſeu Abbatiſſarum, peccant contra obedientia votum ſecundum gravitatem materia.*

43 *Religioſi ex Obedientia voto tenentur illi obedire, cui à Prælato delegata eſt Poteſtas.*

44 *Non tamen Officialibus Conventus.*

45 *Sed Sub-Priori. Ratioque differentia adſignatur.*

35 SUb Prioralem Poteſtatem † participatam eſſe ab eadem Dominativa, quæ principali Prælato ineſt, perſpicuum eſt. Ut enim ſupra ex Victorino Manſo animadvertimus, Abbas, & Prior, ſive Prior, & Sub Prior ſimiles *Sub-Prioris poteſtas, qual*

 ſunt.

ſunt. Ambo quippe ea, quæ ad Regulam ſpectant, curare ſtudent. Ideo Navar. dixit 3. *Comment. n.* 22. *verſ. Ad prim.* Ambos quaſi unam perſonam gerere. Quæ Poteſtas proculdubio in Obedientiæ voto fundatur. Nam (ut benè Suarez 3. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 11. *num.* 7. Poteſtas Dominativa promanat ab ipſomet Religioſo ſe tradente, & promittente Obedientiam. † Et licet hæc 36
Poteſtas, prout in Priore, vel prout in Sub-Priore (præciſa iuriſdictione)
non ſit, niſi illius ad inſtar, quam pater familias † in ſua domo ſortitur, ac 37
proinde ad illam tantum ſe poſſit correctionem extendere, quæ paternæ providentiæ, ſeu domeſticæ curæ limites non tranſit.

Poteſtas Sub-Prioris differt à Poteſtate patris-fam.

Differunt tamen *primò* † quia patris familias cura providet tempora- 38
libus, Prioris verò, ſive Sub-Prioris circa ſpiritualia verſatur, Suareus 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Ideo Sub Prioris Poteſtatem notavimus ſupra minus propriè OEconomicam dici; ſi per OEconomicam ſolummodo temporalem eſſe, ſignificetur. Quandoquidem, uti pluribus ſupra docuimus Sub-Prioralis Poteſtas Regularem obſervantiam concernit, & alia, quæ verè, & rigoroſè ſpiritualia cenſentur. *Secundò*: † Quia illa Poteſtas oritur ex Obe- 39
dientia parentibus debita juxta quartum Decalogi: Hæc verò Poteſtas ex Obedientiæ voto.

Unde doctrina communiter à Doctoribus tradita pro præceptis Ab-
batiſſarum, † necnon Sub-Priorum, Vicariorumque, VOTUM SCILICET 40
OBEDIENTIÆ NON RESPICERE SIMILES PERSONAS; NEQUE ILLO SUPPOSITO, ALIQUID PRÆCIPERE POSSE IN VIRTUTE, OBEDIENTIÆ; hoc intelligendum eſt
de præcepto rigoroſe, & formaliter ſumpto, † quatenus à iuriſdictione ſpi- 41
rituali (quæ eiſdem perſonis denegatur) emanat, & id peculiariter operatur, ut ſuapte natura levia elevet ratione finis ad gravitatem culpæ. Non verò intelligi oportet, Doctores ullatenus renuere, tales perſonas poſſe præcipere illa, quæ ſui muneris ratione curare tenentur; & conſequenter, non te-
neri ſubditos ad parendum ex vi voti Obedientiæ, à quo Poteſtas Domina- 42
tiva in Prælatos derivata eſt; ita ut juſſa ipſorum parvipendentes, in Religionem peccent; graviter, ſi materia fuerit gravis, & ad illam jubens graviter obligare intendat: leviter vero, ſi levis. Sic interpretor Vaſquium *Tom.* 2. *in* 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *n.* 26. *cum duob. ſeqq.* Sanch. *in Decalog. Tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 21. & 22. Qui de Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis agunt. Suarecium 3. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 11. *num.* 19. & noviſſime Pellizz. *Manual. Regular. Tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *ſect.* 4. *n.* 116. de Vicariis, & Sub Prioribus tractantes.

Vazquez. Sanchez. Suarez. Pelliz.

Probatur. Nam obligatio obſequendi dictis perſonis non provenit à ſubjectione, quam liberi erga parentes habent, conſanguinei erga conſanguineos, ſervi erga Dominos, erga Patronos liberti: igitur provenit ex vi voti Obedientiæ. Siquidem nullum aliud apparet caput, à quo talis Poteſtas credatur profluere.

Et

43 Et confirmatur. Quia Regulares † ex Obedientiæ voto, ei, cui à Prælato principali delegatur Poteſtas, parere tenentur: ut benè Pellizz. *loc. cit. num.* 119. Ergo potiori iure hoc in Sub-Prioribus locum habebit, qui ab ipſa lege Poteſtatem nanciſcuntur. Ideo expreſſe P. Suareus hanc ſententiam amplectitur 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. *fin.* Qui de Poteſtate Dominativa tam Priorifſis, & Abbatiſſis, quàm Vicariis, & Sub-Prioribus, necnon Abbatibus, & Prioribus communi loquendo ſubjungit: *Denique hæc Poteſtas ſolum fundatur in voto Obedientiæ; & ab illo quodammodo manat: & ideo non excedit communem, & regularem intentionem ſic voventium. Imò fortaſsis ipſi non poſſent dare majorem Poteſtatem erga ſe ipſos, niſi à publica Poteſtate deſcenderet.* *Suarez.*

44 Si vero tibi in mentem venerit; ex hac doctrina poſſe inferri, † cuiuslibet Officialis Conventus iuſſu indifferenter Conventuales adſtringi, ſiquidem omnibus Officialibus à Prælato delegatur poteſtas, ut ſibi injuncta, debitæ exequutioni mandentur: ergo tenebuntur ſimiliter illis obſequi circa ſibi commiſſa. *Obiectio.*

45 Reſpondeo, † inſufficienter à Sub Priore ad alios Officiales argumentum tranſire. Nam Sub-Priori, ut dictum eſt, cura perſonarum committitur, cæteris rerum dumtaxat. Ideo, tametſi Sub-Prior juriſdictione ſpirituali non fungatur, gaudet tamen poteſtate coercitiva in Religioſos: ac proinde ut Prælati principalis Coadjutorem in potiori ſui muneris parte (hoc eſt in ſpirituali cura & regimine) ſe gerit: Alii verò Officiales, ut puri temporalium Curatores, OEconomi, ſive Penatores. *Diluitur.*

CONFUTATIO.

Breviarium.

46 *Caramuel refutatur, dum adſeris, Conventuales non teneri obedire Sub-Priori, niſi in exteriori Foro, & hanc obligationem ad quartum Decalogi pertinere.*

47 *Tam patri-familias, quam Sub-Priori obediendum erit in Foro conſcientiæ.*

48 *Qui Sub-Prioris iuſſa tranſgreditur, contra Religionem peccat.*

46 Illuſtriſſimus D. Ioannes † Caramuel in Reg. S. P. Benedicti, *num.* 739. & 740. & 1576 tenet Priori Clauſtrali, ſive Sub-Priori non debere Conventuales deferre, aut obedire, niſi in foro exteriori. Fundamentum eſt. Quia in omnibus, quæ Sub Prior iniungit, non niſi patrem familias imitatur. Unde inquit: Sub-Priores poſſe præcipere ſub præcepto ad quartum Decalogi pertinente omnia illa, quæ ordinantur ad utilitatem, authoritatem, & pacem communitatis. Ita ut, qui talia præcepta (intellige ſimplicia mandata) in materia gravi violaverit, non peccet mortaliter contra votum, ſed

contra

contra quartum Decalogi: Conſequenterque non teneri in confeſſione aperire, ſe Religioſum eſſe. Peccat enim (concludit) ut filius familias ſæcularis.

Caramuel refutatur. Sed fallitur. Tum, quia (ut luce clarius ex dictis hucuſque patet) Sub-Prior poteſtatem habet ſpiritualem, hoc eſt, circa ſpiritualium curam, ut probavimus 1. *part. à num.* 247. & hac 2. *part. à num.* 37. Pater verò familias non item. Et licet ultrò, gratiſque ipſi concederemus penes utrunque poteſtatem parem currere curſum, non ideo ſequeretur, † Obedientiam tantum in foro fori à Conventualibus Sub-Priori præſtandam: quandoquidem etjam in foro Poli patri familias Obedientia à filiis præſtari debet; aliàs Decalogi præceptum non obligaret, niſi in foro exteriori, quod neque ipſe Caramuel, neque ullus concedet. 47

Quare, qui Sub-Prioris juſſa † in materia gravi tranſgreditur, minimè contra pietatem, ſed contra Religionem peccat, atque ideo in confeſſione tenetur, omnium opinione, ſe Religioſum manifeſtare, quum violatio emiſſi voti non tantum circumſtantia aggravans, ſed peculiaris ſit ſpecies. 48

ILLATIO III.

De Poteſtate Sub-Priorali circa votorum irritationem.

BREVIARIUM.

49 *Dominativa Poteſtas eſt ſufficiens ad irritanda vota.*
50 *Sub-Prior Conventualium vota irritare poteſt.*
51 *Poteſtas Dominativa non ineſt Sub-Priori abſolutè, ſed partialiter.*
52 *Sub-Prior aliquando poteſt vota Subditorum indirectè irritare.*
53 *Similiter Novitiorum Magiſtri.*

SUb-Priori ineſſe poteſtatem irritandi vota videtur. † Quia Dominativa poteſtas, quæ illi conceditur, ſufficiens eſt ad vota irritanda, ut communiter Doctores, & plures infra citandi 3. part. At dicendum † eſt minimè hanc poteſtatem ad illum pertinere: nec neceſſarium fuiſſe, à lege indulgeri. Ratio eſt: Nam quamvis ad irritanda vota ſufficiat Dominativa poteſtas, & hanc Sub-Priori concedamus, † non tamen illi abſolute, ſed partialiter ineſſe fatemur. Ad illa nimirum ſignatè exercenda, quæ pro ſuis functionibus obeundis committuntur. Inter quæ nullo jure votorum irritatio recenſetur. 49 50 51

Sub-Prior indirectè poteſt vota irritare. Limita: non poſſe irritare vota irritatione directa, † nam indirectè bene poterit, ſi ſubditum occupet tempore illo, quo votum aliquod impleturus erat; tali caſu ſolutio voti impedietur, & per accidens obligatio, quam inducit, 52

ducit, ceſſabit. Si verò præcisè tantum pro illo tempore obliget, protſus extinguetur: ac verè irritum manebit. Adeſt opportunè Thom. Sanch. *in Decalog. lib. 4. cap. 33. num. 16.* & rationem hiſce verbis reddit: *Quum habeant jus præcipiendi intra limites ſuæ domeſticæ gubernationis, nec ſit ad hoc neceſſaria Poteſtas Dominativa* (intellige totalem) *ſed ſatis ſit Æconomica* (ideſt circa domeſtica, licet ſpiritalia) *poterunt id facere. Neque enim poteſt ſubditus ſuis votis Poteſtati horum præjudicare, idque eſſet rectè Conventus gubernationi adverſum.*

53 Idem dicito † de Magiſtro Novitiorum, nam utrobique eadem ratio militat. *Magiſter Novitiorum.*

ILLATIO IV.

Sub-Priorale munus inter Perſonatus connumerari.

BREVIARIUM.

54 *Sub-Prior ratione ſui Officii habet præcedentiam ſine juriſdictione, taleque Officium ad* Perſonatum *reducitur.*

55 *Quod communiter, & communi jure ſtabilitum eſt.*

Officii latè ſumpti trimembrem diviſionem, in Officium ſcilicet, Perſonatum, & Dignitatem prima parte tradidimus, num. 11. Ex dictis *Officium Sub-Prioris ad Perſonatum reducitur.*
54 verò hucuſque ſatis liquet, † hoc Sub-Priorale munus ad Perſonatum reduci: illum namque cæteris poſt Abbatem præcellere, juriſdictionem haud quaquam habere, ſæpiuſculè repetiimus. Perſonatus quippe (ut jam pridem diximus) eſt præeminentia, ſeu præcedentia ſine juriſdictione, ut benè Lezana cum communi *Tom. 2. Regular. qq. cap. 3. num. 2.* Tametſi ille inibi ad Officium *ſtricte ſumptum*, nempè ut à Dignitate, & Perſonatu diſtinguitur, Sub-Priorale munus reducat: illumque Cellariis, Oſtiariis, & Sacriſtis adnumeret.

Nihilominus *num. 40.* idem in dubium vocat. Ait enim. *Quod ſi tales juxta ſuarum Religionum ſtatuta præter adminiſtrationem, qua funguntur, habeant aliquam præeminentiam, ſeu præcedentiam ultra eam, quæ ipſis competit ratione ſuæ profeſſionis; dicendi erunt Perſonatus. Si autem illam non habeant, dici debent Officium, ſeu Adminiſtratio. Credo tamen* (adjicit) *in Ordine noſtro eſſe Perſonatus, quia habent præeminentiam, ſeu præcedentiam ſine juriſdictione.* Quo loco noſtram ſententiam dilucidè confirmat. Verùm mihi diſplicet, quod aſſerat,
55 hoc valde pendere ex diverſis ſtatutis Religionum, † quum Sub Prioris munus non modo jus Canonicum, ſed noſtrum Regium agnoverint. Et utrunque eminentem poſt Abbatem locum Sub-Priori tribuerint, cæteriſque Conventualibus antetulerint. Unde patet illius præcedentiam, & præeminen-

Præcedentia Sub-Prioris à jure communi deſcendit. eminentiam non à peculiari iſtius, vel illius Religionis inſtitutione, ſed à communi jure modò deſcendere, ſive jus Religionum ſtatutis ſe accommodaverit, ſive ab ipſo jure ſacræ Religiones acceperint. Cæterùm ſi aliqua ſit Religio, quæ Sub-Prioris agnomine aliquem condecoret, illique talem præcedentiam deneget, tunc minimè cenſebitur Sub-Prior (qualis eſt ille, in cujus munere explicando tota præſens Tractatio deſudat) ſed vacuum Sub-Prioris nomen portabit.

ILLATIO V.

Illegitimos ad Sub-Prioratum evehi non poſſe.

BREVIARIUM.

56 *Illegitimi ad Prælaturas evehi non poſſunt.*

57 *Sub-Prior illegitimus eſſe non poteſt, non ſolum quia* Perſonatus *eſt, ſed quia frequenter in Prælati abſentia Conventui præeſt.*

ILlos † enim in Religionibus non poſſe ad Prælaturas, Dignitates, & Perſonatus, ſive Beneficia curam perſonarum habentia promoveri: conſtans eſt in iure doctrina, *c. 1. & fin. de filiis Presbyt.* Etenim *dict. c. 1.* ſermo de Prælaturis inſtituitur, *finali* verò de Dignitatibus, Perſonatibus, & aliis beneficiis curam animarum habentibus. † Quare planum eſt, Sub-Priores minimè poſſe illegitimos eſſe, non modo, quia, quum præeminentiam habeant ſunt Perſonatus, verùm quia in Prælatorum abſentia frequenter eorundem vice funguntur, & Conventuum Præſides deputantur, rationemque (tunc temporis) induunt Dignitatis; ut fusè inferiùs explicabitur. Lezana *Tom. 2. Regul. qq. c. 13. num. 50.* 56 57

Illegitimus ad Sub-Prioratum nō evehendus.

ILLATIO VI.

Quibus debeat prælucere virtutum ornamentis, qui ad Sub-Prioratum promovetur?

BREVIARIUM.

58 *Sub-Prior talis debet eligi, qualis ipſe Prior, ſeu Abbas.*

59 *S. Benedictus conſtituit S. Maurum Præpoſitum, ſive Sub-Priorem Caſinenſis Monaſterii.*

60 *Sub-Prior præ cæteris poſt Abbatem potens debet eſſe opere, & ſermone.*

61 *Villalobos rejicitur.*

62 *Ad Sub-Prioratum dignior eſt eligendus; & quando?*

In

Digitized by Google

58 IN primis Ferreoli Regula, *cap.* 17. requirit, † *Perſonam ſtrenuam, & diſciplina valde amantem.* Conſonat Regula Orientalis; *Omnem ad ſe curam de diſciplina Fratrum, & diligentia Monaſterii revocabit.* S. P. Benedictus *cap.* 65. *Regulæ*: *Quanto prælatus eſt cæteris* (inquit) *tanto eum oportet, ſollicitius obſervare præcepta Regulæ.* Breviter, & benè Fructuoſus Epiſcopus *cap.* 11. *Reg. Tales præpoſiti eligantur, quales, & ipſi Abbates dignoſcuntur*: Ita ſcilicet, ut vitæ merito, & ſcientiæ doctrina, ſi fieri poſſit, his ſint quam maxime æquales; dignitate, & authoritate inferiores quidem, ſed proximi. Nec mireris, ſimiles, & proximos dici, quos S. Benedictus percupivit æquales. Quum enim fusè de Decanis, Cellaris, Oſtiaris, aliiſque graduatis, & Miniſtris egiſſet, non appoſuit Præpoſiti, ſive Sub-Prioris qualitates. Ecquur? *Quia quum Præpoſitus, aut Sub-Prior ſit Vicarius Abbatis* (reſpondet inibi Antonius Perezius) *ſuperſit de Præpoſito dicere, contentus abundè dixiſſe requiſita ad Abbatem.* *Regula Ferreoli.* *Fructuoſus.* *Anton. Perez.*

59 Aſt è nullo capite certiùs quid † S. Benedictus ſenſerit de perſona ad Sub-Prioratum promovenda colligere poſſumus, quam ex ejuſdem Patriarchæ electione conſtituentis (ut Boëtius teſtatur teſte Hæfteno *lib.* 3. *ſuarum Diſquiſit. Monaſticar. tract.* 6. *diſq.* 3. verſ. *Eundem porrò*) non alium, niſi ſanctiſſimum Maurum Præpoſitum, ſeu Sub-Priorem Caſinenſis Monaſterii, quo neminem ſanctiorem, neminem graviorem inveniebat. *S. Maurus Prior Clauſtralis Caſinenſis Monaſterii.*

Quare eadem ornamenta virtutum, quæ ad ordinandum Abbatem, & cætera, quæ ab illo jam ordinato (ad dignam muneris ſui functionem) prærequiruntur, pro ordinando Præpoſito, & ab illo jam Ordinato requirenda eſſe, ut certum relinquitur. Quam interpretationem amplexus eſt Aſcan. Tambur. *Tom.* 3. *de jur. Abbat. quæſit.* 2. *n.* 2. *diſp.* 2.

60 Innocentius verò III. quibus † virtutibus, & qualitatibus ornatum eſſe oporteat Clauſtralem Priorem explicat, *cap. cum ad Monaſterium*, §. *Prior autem, de ſtat. Monach.* his verbis: *Prior autem præ cæteris poſt Abbatem potens ſit in opere, & ſermone, ut exemplo vitæ, verboque doctrinæ Fratres ſuos, & inſtruere poſſit in bono, & à malo etiam revocare, zelum Religionis habens ſecundum ſcientiam.* Et *l.* 16. *tit.* 7. *part.* 1. dicitur: *Conviene, que faga buenas obras, è que ſea de buena vida, è de buena fama, è de buena palabra.* Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 8. *n.* 118. Barboſ. *Tom.* 2. *Collect. ad Decretal. d. c. cum ad Monaſterium, num.* 10. *Cap. cum ad Monaſterium, verſ. Prior autem, de ſtat Monachor. L. 16. tit. 7. p. 1.*

61 † Ideo rejiciendus eſt Villalobos in *ſumm. Tom.* 2. *tract.* 8. *diſ.* 3. *num.* 6. dum ait: *Que para eſte officio pue de el Prelado eſcoger al que quiſiere, como no ſea canſado, y penoſo à la Communidad.*

62 Quinimo † ſi ex vi Conſtitutionis, aut Regulæ, ſive conſuetudinis deberet Sub-Prior abſente principali Prælato præeſſe Conventui; ita ut penes ipſum pro tunc totius Conventus gubernatio maneret, exiſtimo non ſufficere ad Sub-Priorale munus dignum eligere, ſed debere digniorem, *Villalobos rejicitur.*

Digitized by Google

ſicut debet dignior digno præferri in cæterarum Prælationum electione in tutiori ſententia, quam pluribus propugnat Antonin. Dian. *2.p.tract.15.reſol.61.& 5.p.tract.15.reſolut.11.* Quia in utroque eædem qualitates deſiderantur. Quas verò noſtra Sacra Religio in Sub-Priore qualitates expoſcat, ſuo loco opportunius trademus.

Statuta Præmonſtratenſ. valde notanda.

Interim lubet hic pro coronide adducere, appoſita quædam verba, ex ſtatutis Canonici Candidiſſimique Ord. Præmonſtrat. quibus manifeſtè inſinuatur in Sub-Priorem ſeu Priorem Clauſtralem eligendum eſſe digniorem, & quibus illa naturæ, gratiæ ac virtutum donis ac talentis prȩditus eſſe debeat, &c. *Abbates ſolum Deum, ſuorumque ſalutem & profectum ſpectantes, eum in Priorem aſſumant, quem inter omnes maximè aptum idoneumque judicant: qui ſibi committendarum animarum curam ſtrenue gerat, ad regimen prudens ſit & diſcretus: ſuavis in Converſatione, in moribus gravis & modeſtus: & qui cum ſuo Prelato uno eodemque ſpiritu, & in una concordia, dominicum gregem ex animo paſcat, & cui Prelatus in ſua abſentia, ſpirituale regimen, tutò committere queat.* Hæc ſtatuti illa, *diſt.2.cap.10.num.28.* quæ etiam *num.* 30. ſequent. adjungunt: *Caveat*, Prior, *ne vel in minimo, quem ſub obſervantia regularis infringat, vel immutet: quia tota diſciplina diſſolvitur, ſi à ſuo vindice violetur.* Aurea ſanè verba, & omni ponderatione digniſſima.

ILLATIO VII.

Quam ſtudioſi Clauſuræ teneantur eſſe Sub-Priores.

BREVIARIUM.

63 *Prior Clauſtralis dicitur, quia ad curam Clauſtri conſtituitur.*

64 *Vera decidendi ratio ad Text. in Clem. 2. de reſcript.*

65 *Sub-Prior in Clauſtro, vel circa Clauſtrum debet ſemper eſſe.*

NOmen Prioris † Clauſtralis ſive Sub-Prioris dum ſupra explicabamus, diximus: illos ſignificare, qui Clauſtri curam, & regimen exercere tenentur; quibus verbis (à Benedictina mutuatis) rationem hujus appellationis innuimus, totoq; operis excurſu ſæpè ſæpiùs inculcavimus, Sub-Priorem ad curam Clauſtri primitùs inſtitutum; atque ideo illius Poteſtatem Clauſtri ſeptis, & limitibus circumcludi. 63

Vera aſſignetur ratio decidendi ad text. in Clement. 2. de reſcript.

Hinc congruentem rationem decidendi autumo ſumpſiſſe † Textum in *Clem. 2. de reſcript.* in qua aſſignanda maximè laborant Scribentes. Ecquur ſcilicet Sub Prior à Delegatione arceatur Apoſtolica; nec illi poſſit Pontificiarum expeditio litterarum committi, quum ſit Abbati proximus, cæteriſq; antelatus? Ratio enim, quæ apud nonnullos reperitur; quia nimirũ in Clauſtro debet eſſe ſilentium, *c. placuit 16.q.1.* quod turbaretur litigio, & cauſarum cognitio- 64

Digitized by Google

cognitione, non quadrat, ut viſum fuit Anchar. ibi, *n.* 9. Nam eadem ſimiliter viget in Priore Conventuali. Unde, relictis aliis, illa ſemper mihi interpretatio perplacuit, quæ ex ipſius viſceribus Officii deſumi poſſe videtur.

65 † Nempe quia, quum Clauſtro ſemper curam Sub-Prior impendere teneatur, ab illo digredi ſine urgenti neceſſitate nullatenus debet. Quo credo reſpexiſſe Lanfrancum *ſtatut. c.* 3. dum dixit: *Prior Clauſtri quocunque Major Prior eat (ſi fieri poteſt) in Clauſtro, vel circa Clauſtrum debeat ſemper eſſe; & Ordinem Clauſtri omni ſolicitudine ſervare.* Et pulchrè accinunt verba Benedictinæ ſupra relata, *n.* 215. *Sitque talis, qui* CONTINUÒ *in capitulo, ſeu Conventu reſideat, Clauſtrique curam, & regimen exercere aſſiduè teneatur.* Nec diſſonant ſtatuta Præmonſtrat. *diſtinct.* 2. *cap.* 10. *n.* 30. *Nunquam*, inquiunt, *à templo, menſa, aliiſque Conventualibus exercitiis, niſi juſta ſubſiſtente cauſa, ſe abſentet, ſed in omnibus ſe primum exhibeat.* *Lanfranc. ſtatut. Regul. Bened. ſtatut. Præmonſtrat.*

Hinc percipies rationem, cui Conſtitutio noſtra innixa eſt ad præcipiendum, *c.* 9. *p.* 1. *n.* 5. *fine*, quod *Prælato egrediente ad oppidum, qui ejus loco præeſt, nullatenus poſſit exire.*

ILLATIO VIII.

Priore vita, ſive Officio defuncto non exſpirare Sub-Prioris munus.

BREVIARIUM.

66 *Emanuel, Portellus, & Pellizzarius non bene ſe explicant.*

67 *Officium Sub-Priorale non exſpirat Prioris morte, quando à Religione eſt inſtitutum.*

68 *Secus ſi ad arbitrium Prioris relicta ſit, non ſolum nominatio, ſed etiam creatio talis Officii.*

69 *Prioris Clauſtralis creatio in Regula D. Benedicti arbitrio relinquitur Abbatis.*

70 *In praxi tamen aliter eſt receptum.*

71 *Caramuelis doctrina rejicitur.*

72 *Suſpenſo Priore devolvitur Poteſtas ad Sub-Priorem.*

73 *Monaſterium nunquam dicitur deſtitutum aliquo Superiore, qui in Monachos Ordinariam juriſdictionem exerceat.*

66 INſufficienter ſanè iſtius nodum difficultatis explicuère † Emmanuel 3. *Regular. q.* 76. *art.* 3. *& Tom.* 1. *q.* 12. *art.* 6. Portel. verb. *Guardianus, Dub. Regul. n.* 3. aſſerens: Officium Vicarii, ſeu Sub-Prioris exſpirare mortuo Priore, vel Guardiano, ſi Sub Prior, aut Vicarius ab eiſdem nominati ſint. Eadem via gradiri videtur Pellizz. *Tom.* 2. *tract.* 7. *c.* 2. *n.* 46. dum ait: *Quod ſi contingat, Priorem, aut Rectorem eſſe excommunicatos vitandos, eo ipſo ipſe Vicarius, ponuntur.* *Mannuel, Portel. & Pelliz. explicant*

Vicarius, aut Miniſter manent privati juriſdictione: (ſi detur ut aliquam habeant) nam Vicarius, & Prior, Miniſter, & Rector faciunt unum, ac idem tribunal eo modo, quo illud faciunt Epiſcopus, & Vicarius.

Quod porrò ſic abſolute † dictum falſum eſt, ſi enim Sub-Priorale munus, ac Vicariatus à tota Religione (ut diximus) in inferiorum Prælatorum adminiſtraculum deſtinatum eſt; licet perſonæ nominatio ad tale Officium evehendæ uni Priori competat, & ab illo independenter ſufficiatur; nihilominus non ideo munus ipſius credendum eſt exſpirare: quia nominans, aut eligens defunctus ſit, ſive vita, ſive munere. Rationem hujus reddit Molin. *Tract. 5. de juſt. diſp.* 10. *nu. fin.* *Nam* (inquit) *habet poteſtatem, & quacunque illam committantur ex proprio munere, ſive ad illius electionem interveniat etiam Abbas, ſeu principalis prior, ſive non.* 67

Si verò † Sub-Priorale Officium non à Religione inſtitutum eſſet, ſed arbitrio ſolius Prioris relinqueretur illud erigere, aut non: ut vices illius ſubeat, ab ipſoque omnino pendeat, tum ut id munus habeat, tum etiam ut illud exerceat: eo caſu omnino à Priore dependeret, ac proinde non modo hìc & nunc illius Poteſtatem limitare poſſet, ſed vel totaliter, vel partialiter adimere; ſicut id poteſt facere cum alio quolibet Officiali Conventus; ipſoque exſpirante exſpiraret, ut bene Molin. *loc. cit.* 68

Hinc † (quum ex Regula S. P. Benedicti c. 65. arbitrio Abbatis relinquatur: ut Priorem Clauſtralem habeat, nec ne, ut ſup. 1. *p.* tetigimus, à *n.* 272. R. P. Joannes Caramuel inibi *diſp.* 126. *n.* 1586. rectè infert: *Mortuo Antiſtite ceſſare totam prioris authoritatem, quia ab ipſo defuncto Delegata.* Et certè inſpectis Regulæ verbis id clarè colligitur. Sed poſtea ſubjicit: *Hæc contra Sylveſtrum, & Llamas aſſerentes: Vicarios, & priores mortuo Abbate ſuccedere tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus.* Quod tamen concedit, locum habere in aliis Ordinibus, qui habent Priores (Nos vocamus Sub Priores) ſuffragii deciſivis electos, & habentes Ordinariam juriſdictionem, ſed de Benedictinis (excepto Acquicinctenſi) affirmat, nullum extare Monaſterium, cujus Prior habeat autoritatem ab alio, quam à ſolo Abbate, & Delegatam quidem, ac revocabilem ad Delegantis voluntatem. 69 *Caramuel*

Profecto in iis, † quæ de Benedictina Familia inquit, eidem tanquam domeſtico teſti clauſis oculis fidem adhiberemus, niſi ex eadem ſacra Religione alios habuiſſemus, qui expreſsè affirmant: jure quodam ipſius Religionis, ſive ex propriis legibus pertinere ad Priorem Clauſtralem quæcunque ratione ſui muneris exercent. Unde conſtat, tam lege ſpeciali, ſive conſuetudine introductum Officium Prioris Clauſtralis, & illius exiſtentiam non à ſolo Abbate pendere, & latè tradidimus 1. *p. n.* 272. & 273. ſubinfert Caramuel: doctrinam Sylveſtri, & Llamas locum habere in aliis Religionibus, quæ per ſuffragia, & deciſiva vota Sub-Priores deligunt. Quibus eo 70

præciſè,

Digitized by Google

præciſè, quod taliter deliguntur, ſucceſſionem concedit in locum demortui Abbatis tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus. Verùmtamen quoad
71 hoc diſſentior Caramueli; quia † ſuccedere Sub-Priorem in locum demortui Prioris non provenit ex eo, quod in Sub-Prioratum per ſuffragia deciſiva cooptatus fuerit, vel non; ſed ex eo, quòd ab ipſa Religione ejus Officium inſtitutum ſit, licèt perſona ad ipſum hoc vel illo modo adſumatur. Ut enim colligitur ex *Clem. ne in agro*, §. *ſi quis autem*, verſ. *Abbate, de ſtat. Monachor.* deficiente Abbate ad Clauſtralem Priorem tota illius devolvitur Poteſtas. *Caramuel refutatur.*

Quam doctrinam optimè Aſcan. Tambur. ejuſdem Familiæ alumnus *Tamburin.*
72 corroborat *To. 2. de jur. Abb. diſp. 13. q. 11. fine*, dum ait: † *Abbate ſuſpenſo devolvitur poteſtas ad Priorem Clauſtralem ex Clem. ne in agro, &c. vel ad Vicarium*
73 *Monaſterii, quia Monaſterium nunquam † dicitur deſtitutum aliquo Superiore, qui in Monachos Ordinariam juriſdictionem exerceat: aliàs Monachi peioris eſſent conditionis, quàm ſubditi Epiſcopi.* & adfert Dian. & Joannem de Cenedo.

ILLATIO ULTIMA.

Priori amovere Sub-Priorem non permittitur.

Breviarium.

74 *Prior amovere Sub-Priorem pro ſuo libitu nequit, quomodocunque nominatio acciderit.*
75 *Poterit tamen, ſi tam electio, quàm conſtitutio Sub-Prioris aliquando ad Priorem pertinere contingat.*
76 *Vicarius ad nutum ejus, cujus Vicarius eſt, amoveri poteſt. Et quomodo intelligendum?*
77 *Licet Sub-Prior à Priore nominetur, ejus Officium ab eo non pendet.*
78 *Qui non poteſt aliquem revocare in totum, nec in partem revocare poteſt.*
79 *Sicut valet argumentum affirmativè de majori ad minus, quando minus in majori continetur, ſic valet è contra de minori ad majus.*
80 *Vicarius conſtitutus de beneplacito Pontificis non poteſt ab Abbate removeri, licet ipſe illum elegerit.*
81 *In Officio Sub-Prioris frequenter illius durationis tempus præfinitur.*
82 *Qui non obſervat legis tempus, non dicitur formam legis obſervare.*
83 *Sub-Prior quando præficitur à Priore Vicarius in ejus abſentia, poteſt ab ipſo Priore removeri à Vicariatu, ſed non à Sub-Priorali Officio.*
84 *Quod quum à Doctoribus plerunque non explanetur, generat confeſſionem.*

74 Ratio, quæ antecedenti deſerviit Illationi, & huic ancillatur. † Si enim Sub-Prioratus à Religione, (ut diximus) inſtitutus ſit; licet perſonam ad tale munus promovendam Priori permittatur nominare, non tamen

ut ſemel promotam pro libitu ſuo amoveat. (Hoc nota contra Rodriq. 1. *Regul.d.q.76.art.3.fin.* Portell. *loc. cit.*) † Licebit tamen, ſi non modo Sub- 75
Prioris perſonæ electio, ſed etiam Officii conſtitutio, & creatio à Prioris deſcendat arbitrio, ut optimè ubi ſup. Molin.

Vicarius ad nutum ejus, cujus Vicarius eſt, perdurat:

Probatur primò: Nam, † tametſi Vicarius ad nutum ejus, cujus Vi- 76
carius eſt, loco cedere poſſit, ut conſtat *ex l. ſolet, §. 1. ff. de Offic. Pro-Conſ. c. quamvis, c. ſi Delegatus, de Offic. & Poteſt. judic. Deleg.* hoc intelligendum erit caſu, quo totam Poteſtatem ab eodem habeat, Ut bene Navar. *tit. de elect. lib.1. conſ.*10. *n.*1. Atqui in noſtro caſu; licet Sub-Prior † in ſua nomina- 77
tione à Priore dependeat; non tamen ullo modo ejus Officium: quum à Religione inſtitutum ſit, nec relictum ſit Priori Sub-Prioratum extare, nec ne. Ergo nequaquam pro ſuo arbitrio ſemel nominatum tollere poterit.

Et confirmatur. Quia ſi ſemel ſuffectum nequit Prior loco, † aut 78
præeminentiis ſibi debitis privare, ut diximus, multo minus Officio. Bene quippe valet argumentum. Qui poteſt, aliquem revocare in totum, poterit, & in parte, *arg. Text. in c. Paſtoralis, §. item quum totum, de Offic. Deleg.* † At- 79
qui ſimiliter valet è contra negativè de minori ad majus, ſicut affirmativè de majori ad minus, quandocunque in majori minus continetur, ut ſciunt Logici, & docet Tho. Sanch. 8. *de matrim. diſp.* 2. *n.*15. Ergo, ſi Prior partem Sub Prioratus (qualis eſt præeminentia, aut locus) non poteſt minuere; neque in toto ab ipſo Sub-Prioratu aliquem amovere poterit.

Secundò probatur, † quia, ſi Pontificis beneplacitu Vicarius Reli- 80
gioſus conſtituatur ab Abbate commendatario, ipſe Abbas, quem ſemel

Rebuffus.

Vicarium elegerit, nequibit Officio privare: ut tenet Rebuf *praxi tit. Forma Vicariatus.* Qui ſubdit: *Sic determinatum eſſe contra Abbatem de Chaige anno* 1514. *die* 18. *Iulii.* Ergo à fortiori nequibit Prior Conventualis. Nam plus eſt, jubere, aliquod Officium inſtitui, quàm licentiam præbere, ut aliquis in eo jam conſtituto nominetur.

Tertiò probatur. Nam eadem lex, quæ jubet tale Officium inſtitui,
† frequenter tempus durationis illius præfinit: Ergo non relinquitur talis 81
duratio cujuſcunque inferioris Prælati arbitrio. Probatur conſequentia, quia inferior juri Superioris nequit (ut diximus n.34.) derogare. Item: † 82
Qui non obſervat legis tempus, non dicitur formam legis obſervare, *l. Obſervare, §. poſthac, ff. de Offic. Pro-Conſ.* Gamm. *deciſ.*357. *n.*4. Cardoſius *prax.* verb. *Tempus, n.*1.

Qui tempus legis non obſervat, non ejus formam obſervat.

Non eo inficias, Priorem non poſſe Sub Priorem amovere, non ſolum in caſu dicto (quando ſcilicet tam electio illius, quàm Sub Prioratus à ſua voluntate dependet) ſed etiam quando ipſe Sub-Prior in Prioris abſentia, Vicarii induit perſonam, ejuſdem nominatione Prioris. † Si enim 83
Vicarius (non repugnante lege, vel conſuetudine) ab ipſo Priore deputetur,

verum

Digitized by Google

verum erit arbitrio ipſius Prioris amoveri poſſe: At in hoc caſu non amovebitur formaliter quà Sub-Prior eſt, ſed quà Vicarium agit. † De illo
84 autem indifferenter, indiſtinctèque loqui, modo prout illa, modo prout iſta formalitate diſtinguitur, ſpiſſas legentibus tenebras obfundit. Et ideo ſi Authores, quorum ſententiam ſupra refutavimus, tam in præſenti, quàm ſuperiori Illatione in re nobiſcum ſentiant, diſſentire tamen videntur, quia ſine diſtinctione debita loquuntur.

Vicarius à Priore cō-ſtitutus ab ipſo poteſt removeri.

PARS TERTIA.

DE OFFICIO, ET POTESTATE PRIORIS CLAUSTRALIS.

Quando in abſentia, ſive defectu principalis Prælati ab ipſo, vel ſupremo Prælato, vel à lege Vicarius conſtituitur.

HUcuſque tractavimus: Quid Prior Clauſtralis poſſit præcisè ſui muneris ratione, & tanquam immediati Prælati, ſive Adminiſter, ſive Coadjutor. Quia tamen frequenter evenire ſolet, ut ipſe in Prioris abſentia, aut ejuſdem defectu in illius locum ſubrogetur, cum totali Conventus Præſidentia; ea propter, quid in hoc caſu poſſit, ut gerens principalis Prælati vices, utque illius proximus ſucceſſor, pro tenuitate noſtra tractabimus.

Digitized by Google

mus. Igitur operæpretium eſt, illa recolere, quæ ſupra ex profeſſo diſquiſivimus 1. *part. à num.* 276. Triplici ſcilicet nominatione poſſe Sub-Priorem in Vicarium cooptari. PRIMA à lege ipſa. SECUNDA à Supremo Prælato. TERTIA ab eódem cujus vices geſturus eſt. Vt autem clarius procedamus Partem hanc ſubſecare, utile erit. Prima ſectione trademus, QUID TALI SUB-PRIORI CONVENIAT, SI VEL À LEGE, VEL À SUPREMO PRÆLATO SUFFICIATUR? In poſteriori autem: QUID SI AB INFERIORI IN LOCUM SUI IPSIUS SUBROGETUR?

SECTIO PRIMA.

De Poteſtate Prioris Clauſtralis, quando vel decernente Lege, *vel* Supremo Prælato *nominante, in locum immediati Prælati ſubrogatur.*

PRINCIPIUM I.

Quænam juriſdictio Priori Clauſtrali inſit, dum abſente, vel deficiente proprio Prælato loco illius Conventui præficitur A LEGE?

BREVIARIUM.

1 *Sub-Prior Vicarius à lege deputatus, in abſentia Prioris, Ordinaria gaudet juriſdictione.*

2 *Iuriſdictio Delegata aliquando ab ipſa lege profluit, ut videre eſt in Dominis Inquiſitoribus.*

3. *Sub-Prior*

3 *Sub-Prior in defectu Prioris à lege deputatus Vicarius habet Officium à Religione adprobatum, cui juriſdictio neceſſariò eſt adnexa.*
4 *Officio Prælati tam intrinſeca videtur juriſdictio, ut vix ſine ea exerceri poſſit.*
5 *Ordinaria juriſdictio non ſolùm electione habetur in Prælatis Religionum, ſed etiam à Supremo Prælato obtineri poteſt.*
6 *Archidiaconus in abſentia Epiſcopi ipſo jure ejus Vicarius eſt deputatus.*
7 *Vices gerens alterius aliquando potitur juriſdictione Ordinaria.*
8 *Delegatus, & Vicarius, ſeu Vices gerens differunt.*
9 *Rubrica Decretalium, de Offic. & Poteſt. Iudic. Deleg. & Pandect. ff. de Off. ejus differunt à Rub. C. de Off. ejus.*
10 *Iuriſdictio Vicarii ſub ratione Officii continetur.*
11 *Vicarii Generales Epiſcoporum differunt à Sub-Prioribus.*
12 *Authores adſerentes Sub-Priorem à lege Vicarium Ordinaria pollere juriſdictione, referuntur.*

1 QUotieſcumque † decernit LEX, ut præſit Sub-Prior Conventui, Prælato proprio vel abſente, vel impedito, vel deficiente; & à fortiori eodem vita functo: (Denique quovis modo principalis Prælatus, ne ſuum munus obire poſſit, prohibitus maneat) Sub-Prior eo tempore juriſdictione Ordinaria potitur. *Habet juriſdictionem Ordinariam.*

Hoc principium ab illo deſcendit, quo ſtabilivimus; *ſupra 1. p. à num.* 95. Ordinarium judicem eſſe, qui ab ipſa lege conſtituitur. Quod quidem SPECIALIUS militat, dum alicui Officio, ſeu Dignitati ſignatè deputatur: quibus vel ſuapte natura, vel ex vi legis talis juriſdictio connectitur, ut ibi-
2 dem diximus *num.* 99. Nam & juriſdictio Delegata † ab ipſa lege nonnunquam oritur, ut in D D. hæreticæ pravitatis Quæſitoribus, ut advertitur à Suareo 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 8. Atqui noſtro caſu Sub-Prior
3 † eo præcisè, quòd illi totum Conventus regimen demandetur, immediatè ad inſtar Prælati, talis ad eum juriſdictio pertinet (utpote paſtorale munus habentem in Religione approbata) cui (ut optimè Suarez ipſe notat) tam
4 † intrinſeca videtur juriſdictio, ut ſine illa vix poſſit intelligi, vel ſaltem non poſſet exequutioni demandari: Ergo Ordinaria præfulget juriſdictione.

5 Dixi SPECIALIUS: † Nam nullum eſt jus, vel ratio, quæ ad Ordinariam juriſdictionem capeſſendam neceſſariò electionem prærequirat. Quia ſpeciali jure, vel Supremi Prælati authoritate (hoc nomine ad idipſum Poteſtatem habentis) etiam conferri ſolet, *cap.* 2. *de Offic. Archi-Diac.* & nos jam ſupra inſinuavimus, 1. *part. num.* 106. & 107. *Iuriſdictio Ordinaria confertur etiam ſine electione.*

Secundò probatur ex text. in *cap.* 1. *de Offic. Archi-Diac.* ubi ſancitur:
6 † Archidiaconum abſente Epiſcopo Vicarium nuncupari. Quia verò Vicariatus iſte ipſo profluit à jure, ſine aliquo facto hominis, Ordinaria juriſdictione eo temporis gaudet Archidiaconus, ut ſequutus Alexandrum, & alios, affirmat Marant. *ſpec. aur.* 4. *p. diſt.* 5. *num.* 7. & 9. ſubſequitur Mol. *tract.* 5.

Digitized by Google

de juſt. diſp. 14. *num.* 13. dicens: Cenſeri juriſdictione Ordinaria exornatum; quando ab ipſa lege quis conſtituitur Vicarius, niſi aliud exprimatur. Et nos jam vidimus 1. *p. num.* 279. In Religionibus ergo, quæ peculiari ſuo iure Sub-Priorem pro deficiente Priore Vicarium deſigunt; non eſt dubium eadem illum juriſdictione inſigniri.

Nec probatio dicta elumbis remanebit, ſi opponas: Dicto caſu Prioris vices, ut ex ſe conſtat, Sub-Priorem gerere (quod vel ipſo Titulo in Operis fronte fatemur.) Atqui vices alterius gerens, dicitur mandata juriſdictione uti, ut ait Papinianus, *l.* 1. §. *Qui mandatam, ff. de Offic. ejus.* Ergo eo caſu Sub-Prioris juriſdictio demandata erit.

Aliquando juriſdictione potitur Ordinaria, qui gerit vices alterius.

Reſpondetur enim: † Non ex eo præciſè, quod quis alterius vicem 7
gerat, ab Ordinaria juriſdictione detrudi. Namque Legatus Papæ ejus vices gerit, *c.* 1. *de Off. leg.* & nihilominus Ordinaria pollet juriſdictione, *c.* 1. *eod. tit. in* 6. & ibi communiter Scrib. teſte Sagahun *Rubr. de Offic. Deleg. num.* 11.
† Quamvis autem tam Judex Delegatus, quàm Vices gerens, ſeu Vicarius 8
alterius vice fungantur, inter utrumque tamen, ac proinde inter Tit. † *de* 9
Offic. & Poteſtat. judic. Deleg. & Tit. *ff. de Offic. ejus, cui mandata eſt juriſdict.* & inter Tit. *C. de Offic. ejus, qui vicem alicujus judic. obtinet*, magna intercapedo invenitur. Delegatus enim, de quo in Tit. *de Offic. Deleg.* & Tit. *ff. de Offic. ejus.* Vice Delegantis fungitur in juriſdictione, ſine ullo tamen Officio, cui adhæreat Ordinaria juriſdictio; ſed ex pura commiſſione: † E contra verò, 10
Vicarius, ſeu Vices-gerens, de quo d. Tit. *C. de Offic. ejus, &c.* Licet alterius vice fungatur; eſt tamen ſub ratione Officii, & Tituli Vicariatus, ratione cujus eidem juriſdictio defertur: Quod utique pulchrè inſtituto noſtro quadrat.

Rodriq.

In hoc principio pro nobis eſt Rodriq. 3. *Reg. q.* 38. *art.* 1. *princ.* † Ait 11
enim: Plurimum differentiæ inter Epiſcoporum Vicarios, & prædictos Sub-Priores intercedere; illi quippe ab Epiſcopis juriſdictionem capiunt; atque ideo Epiſcopis à Fidelium Communione ſegregatis, vel defunctis, illorum juriſdictio diſparet, quòd quidem in Sub-Prioribus locum non invenit; qui non à Prælato, ſed à jure recipiunt juriſdictionem. Quod à Navarro mutuatus eſt, *lib.* 1. *de elect. conſ.* 12 *num.* 2. Qui prædictam differentiam inter Vicarium Epiſcopi, & Sub-Priorem ſtatuit. An verò abſolutè hæc ratio debeat admitti, ſuo loco reſervamus.

Navarr.

Portell.

Nec diſſentit † Portell. *Dub. Regul.* verbo, *Provincialis in prim. add.* 12
num. 4. dum ait: *Vicarium ad formam ſtatutorum electum* (de Vicariis, prout in ſuo Seraphico Ordine loquitur) *habere Ordinariam juriſdictionem: quia habet eam à lege.* Et verbo, *Prælati poteſtas, etiam in prim. addit. num.* 3. idem reſumit, *& num.* 20. abſolutè affirmat (id colligens ex doctrina Thom. Sanch.) Sub-Priores, quum præſunt Conventui, juriſdictionem habere

Digitized by Google

habere Ordinariam. Et Azor 1. *p. Inſt. Mor. lib. 11. cap. 18. quæſt. 3. fin.* tenet: Prædictis Sub-Prioribus eo tempore poſſe juriſdictionem convenire, ſive Legis, ſive Canonis, aut Conſtitutionis authoritate, vel Principis, ſeu cujuslibet legitimi Superioris, cujus vice funguntur, & juriſdictionem hoc ultimo modo collatam, Delegatam vocat. Adſtipulantur Sylveſt. verb. *Prælatus, num. 2.* & verb. *Confeſſor, 1. q. 8. dicto 3.* Villalob. *In Summa, Tom. 2. tract. 36. diff. 18. numer. 8.* Tandem Miranda, *Tom. 2. Manual Prælat. q. 2. art. 1. concl. 2.* inquit: *Vicarios, qui,* Mirand. *ut abſentibus Guardianis præſideant, deputantur,* (Quos in ſuo Ordine Præſidentes vocant) *ſi Guardianus ſit abſens, Vicarius in utroque foro ipſo facto habet eandem authoritatem, quam Guardianus habebat. Nam in eorum abſentia Vicarii cenſentur eſſe præſidentes beneficio legis, ut non remaneat Conventus ſine Prælato.*

ILLATIO UNICA.

Ad dignoſcendam Sub-Prioris in abſentia Prioris juriſdictionem; non debet attendi nominatio, ſive electio penes Officium Sub-Priorale, ſed penes Præſidentiam, ſeu Vicariam.

BREVIARIUM.

13 *Iuriſdictio, quæ ad Sub-Priorem Vicarium in abſentia Prioris ſpectat, dignoſcitur ex ejus nominatione in Vicariatum.*

14 *Doctores communiter non diſtinctè loquuntur de hac nominatione.*

EX præjactis proximo principio fundamentis infertur, non debere attendi Nominationem penes Sub-Priorale Officium, hoc eſt; ſi ad illud à Generali, Provinciali, aut Priore evecti ſint, ut illorum juriſdictio dignoſcatur: ſitne Ordinaria, vel Delegata. Præciſe enim prædicti muneris ratione nulla pullulat juriſdictio; ſed tantum quædam Clauſtralis Poteſtas de-
13 rivata (ut iterum, atque iterum diximus) à Dominativa. † Igitur Nominatio in Præſidentiam, aut Vicariam inſpectanda eſt, à quo nimirum nuncupatus ſit Sub-Prior, ut defectu, abſentiavè principalis Prælati Conventui præſit: ab hac enim Nominatione formaliter provenit juriſdictio, quam in prædictis caſibus habet. Nam, ſi lex (exempli gratia) aut Statutum Religionis jubeat, Sub-Priores deficientium Prælatorum loco ſubrogari, proculdubio juriſdictione Ordinaria potientur, quamvis à Priore ſolo in munus Sub-Priorale delecti fuerint. E contra verò, licet à Generali, Provinciali, ſive Capitulo Officium acceperint; ſi tamen lex non juſſerit, eos defectu Prælatorum principalium præſidere ut præeſſent Conventui, neque Supremus Prælatus

Digitized by Google

latus illos deſtinavit, ut præeſſent, ſed hoc Inferiorum Prælatorũ diſpoſitioni relictum fuit, minimè juriſdictione pollebunt Ordinaria, ſed Delegata. 14
† Quod non rectè Scribentium aliqui diſcriminantes, utrumque, ut ſupra diximus, confundunt, & pluribus ſe difficultatibus implicant.

PRINCIPIUM II.

Sub-Priorem, quandiu defectu principalis Prælati Conventui præeſt ex vi legis, verum haberi Prælatum debere.

Breviarium.

15 *Prælatus dicitur, ad quem in foro externo Ordinaria juriſdictio pertinet.*
16 *Sub-Prior à lege Vicarius, verus Prælatus eſt.*
17 *Doctores referuntur, quibus hæc doctrina fulcitur.*
18 *Sub-Priores Vicarii Officium habent in perſonas Monachorum abſente Priore.*
19 *Prior Clauſtralis Caſſinenſis Monaſterii tempore Capituli habet poteſtatem regiminis Conventus.*
20 *Poteſtas, quæ competit Sub-Priori à lege Vicario, non indiget aliquo Privilegio.*

AD hujus principii probationem, ſuperioris principii complanato itinere, facili greſſu perveniemus. † Quippe ſtabilivimus, Sub-Priorem 15 eo caſu Ordinariam juriſdictionem habere: Atqui propria, & rigoroſa nomenclatura Prælati donatur à jure quicumque talem habet juriſdictionem, Gloſſ. in *cap. decernimus, de judic. fine*, Abb. indidem, *num.* 16. Ergo eſt verus Prælatus. Qua ex veriſſima doctrina hanc conſequentiam infert Azor, 2. *p. Inſt. Mor. lib.* 3. *cap* 2. *Hinc aparet* (ait) *propriè in jure dici Prælatos eos Religioſos, qui Monaſtici Conventus, ſive Cœnobii totam curam, & adminiſtrationem, cum juriſdictione Ordinaria habent.* † Atqui Sub-Prior dicto modo ſuffectus eandem 16 habet, cum juriſdictione Ordinaria adminiſtrationem; (ut ex dictis liquet, ampliuſque liquebit ex authoritatibus, quibus hanc doctrinam communiemus) ergo propriè, & rigoroſè dici Prælatus debet.

Qui dicãtur Prælati? *Azor.*

His ipſis terminis, † ſeu aliis ſimilibus id affirmant DD. Gloſſ. enim 17 in *Extravag. execrabilis*, verb. *Prioratus, de prabend.* inter comm. inquit: † *Quod* 18 *habent juriſdictionem ſpiritualem, ſeu* Officium *in perſonas Monachorum Abbatibus abſentibus, & in eorum defectu*, Sylveſter, verb. *Prælatus, num.* 2. Priore mortuo, vel amoto, Sub-Prior videtur Prælatus. Et reddit rationem: Quia habet juriſdictionem Ordinariam, & verb. *Confeſſor*, 1. *q.* 8. *dict* 3. inquit: *Mortuo Abbate, vel Priore, Sub-Priores ſunt quaſi Ordinarii.*

Gloſſa. *Sylveſter.*

Azor. Et Azorius 1. *p. lib.* 7. *cap.* 18. loquens de poteſtate, quam Prælati habent,

Digitized by Google

bent, ad diſpenſandum ſuper jejuniorum obligatione, affirmat, eam non habere Sub Priores, vel Sub-Miniſtros Rectori ſubjectos, quia non toti Collegio præſunt: At verò Vice-Rectores, & alii, qui vi ſtatuti, conſuetudinis, vel authoritate Superiorum funguntur Vice, & Officio Præpoſitorum abſentium, eandem authoritatem, & poteſtatem habere. Et aſſignat rationem; *Quia funguntur Vice, & Officio præpoſitorum abſentium.* Et *lib.*11.*cap.*18.*q.*3 *fin.* agens de poteſtate ad irritanda vota, aſſerit; *Illos qui vice aliorum Superiorum funguntur, poſſe ea ſubditorum vota irritare, quæ poſſent Superiores, ſi adeſſent.* Eadem Clavi concinit Sayrus in *Clavi Regia, lib.*6.*cap.*10.*dub.*6. in exem- Sayrus.
19 plumque adducit † Caſſinenſis Monaſterii Clauſtralem Priorem, qui Comitiorum tempore abſente Priore vota Monachorum irritare poteſt, *ſicut poſſet Abbas, ſi adeſſet. Quia* (loquitur) *pro eo tempore poteſtas regiminis penes Priores Clauſtrales Monaſteriorum remanet.*

Accedit Rodriq. 1.*Regul.q.*20.*art.*3. loquens de Sub-Prioribus, quum Prælatorum defectu Conventui præſunt. *Tunc enim* (ſunt illius verba) *habent vices Priorum plenariè.* Et *q.*29 *art.*2. *Quarum abſolutiones ipſis Vicariis in abſentia Priorum, ſicut habent ipſi Priores, remanent.* Et *Tom.*3.*q.*76.*art.*1. refert cujuſdam Generalis Capituli declarationem, qua definitur. *Authoritatem Guardianorum à Provinciali conceſſam remanere, ſemper penes eorum Vicarios, ſeu Vicariorum Vicarios ipſis Guardianis ſuum Conventum, pro ſuis negotiis exeuntibus.* Thom. Sanch. in *Decalog.Tom.*1.*lib.*4.*cap.*24.*num.*23. tractans de irritatione votorum, ait: *Qui Superiorum vice funguntur, poſſunt ea vota irritare, quæ poſſunt Superiores.* Et aſſignat rationem: *Quippè ſunt tunc plenè Superiores, eademque illorum authoritate funguntur.* Et *cap.*33.*num.*16. quum prædictam poteſtatem Sub-Priori præſente Priore denegaſſet, immediatè ſubjunxit: *Quando tamen Prælatus eſſet abſens, atque adeò tota Conventus gubernatio ad ipſos ſpectaret, tanquam vices illius gerentes, poſſent utique; quia tunc verè Prælatorum vice funguntur, & ſic ſunt verè Prælati.* Idem colligitur ex doctrina, quam ipſe tradidit, *cap.*39.*n.*6. pro votorum diſpenſatione. Suareus 2. *de Religione, lib.*6.*cap.*17.*num.*7. ait: *Illos poſſe irritare vota, quando in abſentia Prælati vices illius gerunt cum tota juriſdictione.*

Rodrig. Sanch. Suarez. Diana.

Quibus adnectito Dianam 3.*p.tract.*2 *de dub.Regular.reſol.*28. ubi ait: *Vicarium abſente Præpoſito eſſe tunc ſolum, & abſolutum Superiorem domus.* Cujus rationem reddiderat, *reſol.*1.*fin.* inquiens: Quia ſubrogatus in locum alterius in ejus quoque jura, & privilegia ſubrogatus cenſetur, *l. ſi autem, §. qui injuriarum, ff. ſi quis cautionib.* & inſtituit Sermonem de Vicario ab inferiore Prælato nominato, à quo idem hauſit Tamburin. *de jur. Abbat. Tom.*2 *diſp.*13.*q.*8. *n.*2. dum dicit cum Beia, Naldo, Homobono; quòd Vicarius relictus à Superio-

Superiore eſt tunc in abſentia Superioris *abſolutus Superior domus.* Verumtamen horum DD. ſententiam infra examinabimus.

Tambur. Idem Tamburin. *Tom. 2. diſp. 2. quæſt.* 18. dicit: Ad Priorem Clauſtralem devolvi totam iuriſdictionem in ſubditos Conventus, mortuo, vel abſente Abbate, vel per eius Officii ceſſationem. Et *diſp.* 13. *quæſt.* 11. *numer.* 1. *Quia Sede vacante Prior Clauſtralis vices Abbatis gerit, & ſub illius cura Monaſterium gubernatur, cap.* 1. *Ne Sede vac.* Et ſubdit: *Abbate ſuſpenſo devolvi poteſtatem ad Priorem Clauſtralem, ex Clem. ne in agro, §. Abbate, de ſtat. Monach. vel ad Vicarium Monaſterii; quia Monaſterium nunquam dicitur deſtitutum aliquo Superiore, qui in Monachos Ordinariam juriſdictionem exerceat.* Et *diſp.* 18. *quæſt.* 11. *num.* 2. loquens de Prioribus Clauſtralib. ait: *In Abbatis abſentia omnimodam illius authoritatem comparari,* Pellizz. *Tom.* 2. *Manual. Regul. tract.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. Sub-Priorem poſſe approbare ſubditos, pro confeſſionibus audiendis, *quia revera eſt Superior totius Monaſterii.* Et *num.* 41. ſuperaddit: *Et ſic videntur habere totam illam facultatem, quæ competit Prælatis.*

Hac poteſtas competit non ex vi privilegii, ſed jure Ordinario. Sed quod ſubiicit: Id provenire ob privilegium conceſſum Ordini Prædicatorum teſte Rodriq. *Tom.* 1. *q.* 20. *art.* 2. quem refert, & ſequitur Suarezius, *Tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 6. cum S. Antonino, *part.* 1. *tit.* 19. *cap.* 2. ita † intelligendum eſt (quicquid ſit de conceſſione talis privi- 20
legii) ut non indigeat Sub-Prior, quando à lege in locum principalis Prælati ſubrogatur tali privilegio: nam, quum verè iuriſdictionem Ordinariam à iure recipiat, & verè ſit Prælatus, omnia poteſt, facere iure proprio, quæ poſſet Prælatus, ſi adeſſet, ut multis iam probatum eſt.

Pellizz. Unde Pellizz. *ubi ſupr. num.* 50. fatetur: ſufficere abſentiam unius diei, ut ſic Vicarius evadat abſolutus Superior Monaſterii. Necnon *Peyrinis.* Peyrinis, *part.* 1. *tom.* 2. *de Prælato, quæſt.* 1. *cap.* 4. §. 4. *num.* 74. dicit: *Habent eandem authoritatem, quam illi, in quorum loco ponuntur.* Et noſter *Lezana.* Lezana, *Tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 41. *Eo tempore prædicti Præſidentes Monaſterii, vel ſunt Prælati, vel quaſi Prælati, vel gerentes munus Prælati: non enim pro eo tempore Monaſteria, ſine capite ſunt.* Quæ verba ſic percipio, ut *Prælati ſint,* quando deputantur Vicarii à lege, vel Supremo Prælato, *quaſi Prælati, vel gerentes vices Prælati:* ſi ab inferiore Prælato.

* * *

PRIN-

PRINCIPIUM III.

Sub-Prioris poteſtatem deſtinati à lege Vicarii defectu Prioris eſſe, quaſi Epiſcopalem.

BREVIARIUM.

21 *Plures ſunt gradus in iure Ordinariorum judicum.*
22 *Poteſtas competens Sub-Priori à lege Vicario, eſt quaſi Epiſcopalis.*
23 *Poteſtas Prælatorum Regularium, quaſi Epiſcopalis cenſetur.*
24 *Dictio, Quaſi, quid in hoc caſu importet?*
25 *Poteſtas competens Religionum Prælatis, non ex æquo omnibus quadrat.*
26 *Prælatorum Regularium poteſtas dimetienda eſt ex cujuslibet Religionis variis ſtatutis.*

IGitur ex caſu tanquam in verò Prælato in Sub Priore cùm dominativa poteſtas, tùm iuriſdictionalis plenariè reſidet. Nam, ut conſtat ex dictis; in Regularibus Prælatis hæc utraque poteſtas dominii, & juriſdictionis reperitur; & hanc ultimam omnino dicimus Ordinariam. † Quum verò plures ſint Ordinariorum judicum gradus in jure, ut notavit Maranta, *ſpec. aur.* 4 *part. diſt.* 5, *num.* 3, *fin.* perveſtigare oportet; ad quemnam revocanda ſit juriſdictio Sub-Priori conveniens eò temporis quo Vicarium à lege agit. *Hæc poteſtas eſt, quaſi Epiſcopalis.*

21

22 Dico ergo: † Talem juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem fore. Sic Thom. Sanch. 8. *de Matrim. diſp.* 3. *n.* 9. Legionenſis Baſil. *eod. tract. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 11. referens Suarezum, *de legib. lib.* 6. *cap.* 12. Qui quidem, quum explicuiſſent; Regulares Prælatos partiri in Generales, Provinciales, Superiores locales, qui toti domui præſunt; ipſorumque Vices-gerentes in eorundem abſentia, ut Vice-Rectores, Vice-Priores; ſubjungunt: *Hi omnes juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, nec non Ordinariam ſortiuntur. Qui* (ait Thom. Sanch.) *ſunt Paſtores Ordinarii ſuorum Religioſorum, ſicut Epiſcopus ſæcularium.* *Sanchez. Baſilius. Suarez.*

23 Probatur: † Nam hæc poteſtas, quaſi Epiſcopalis ad omnes Prælatos Regulares pertinet, Generales nimirum, Provinciales, & locales, ut unanimiter Scrib. in *Clem.* 1. *de Reb. Eccl. non alienand.* verb. *Propriis.* Quam doctrinam expiſcati ſunt, ex *cap. Abbates, de privileg. in* 6. ibi: *In quos Eccleſiaſticam, & quaſi*

24 *Epiſcopalem juriſdictionem obtinent.* Ubi Gloſſ. † QUASI Epiſcopalem vocari, animadvertit, *quia non ſe extendit ad actus, ad quos poteſtas Ordinis, ſeu Epiſcoporum conſecratio eſt neceſſaria.* Et eruditè P. Suarez, 4. *de Rel. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 13. & 14. Atqui Sub Prior in noſtro caſu verè eſt immediatus Prælatus, ſicut eſt Prior, in cujus locum ſupponitur, ut probavimus: ergo Epiſcopali prælucet juriſdictione. *Dictio, Quaſi quid importet*

25 Sed advertè † hanc poteſtatem non ex æquo cunctis Superioribus convenire. Quò enim Prælatus Superior eſt, eò altiores, & Epiſcopali Dig-

 nitati

nitati priores actus obire poteſt. Nam inferiorum poteſtas Prælatorum alicubi limitata cenſetur plus, minusvè, prout cuiuslibet Religionis fert uſus. Quamobrem Sub-Prior, ultra talis limitationis lineam poteſtatem ſuam exerere nequibit. Et cum hac circunſpectione plerique Doctorum loquuntur, quos ſuperiori principio retulimus; eademque interpretandi ſunt cæteri, etiam inibi adducti, ut benè Suarez, *2. de Relig. lib. 6. c. 17. n. 17. fin.*

Statam † verò, & firmam non poſſumus ad hoc aliam adſignare regulam, quàm varias conſuetudines in Religionibus receptas introſpicere; quum maxima hac in re inveniatur varietas. Alibi enim ad has, vel illas functiones poteſtatem concedunt, alibi negant. Noſtri autem inſtituti præcisè intereſt indifferenter, & ut ſic explicare, quam poteſtatem Sub-Priori. Vicario à lege deputato convenire iudicemus, contenti iis, quæ infra dicturi ſumus, dum de tali poteſtate iuxta peculiares Sacræ noſtræ Religionis conſuetudines, & leges tractationem ordiemur. Ex quibus, quid unicuique Religioni adaptari poſſit lectores ſtudioſi poterunt decerpere. 26

ILLATIO I.

Poteſtatem directivam, & coërcitivam ad Sub-Priorem ſpectare.

BREVIARIUM.

27 *Poteſtas directiva pertinet plenariè ad Sub-Priorem à lege Vicarium deputatum.*

28 *Similiter, & coërcitiva non ſolum ratione dominativæ poteſtatis, ſed etiam, & iuriſdictionis.*

29 *Pœna corporalis quid, & quid ſpiritualis?*

30 *Excommunicatio ferri non poteſt in totam communitatem, benè tamen in ſingulos ſeorſim.*

31 *Sub-Prior poteſt excommunicare.*

32 *Emannuel Rodriquez, contrarium adſerens, notatur.*

33 *In Religione Ciſtercienſi ſublata eſt talis poteſtas.*

34 *Sub-Prior Vicarius à lege habet poteſtatem circa temporalia, ac ſi eſſet Prior.*

35 *Poteſt ea omnia, quæ ad rectam adminiſtrationem Conventus ſunt neceſſaria.*

POteſtatis natura (quam Sub Prior Vicarius à lege factus, defectu principalis Prælati ſortitur) genericè cognita, levi gradu ad illius ſingularia deſcendemus. Quia verò in quovis regimine prima, & potior poteſtas directiva eſt.

Poteſtas Directiva. Subinfero, † Sub Priorem noſtro caſu poſſe dirigere, ordinare, & iubere, quæcumque ad bonum regimen, & inſtituti Religioſi obſervantiam expediens judicarit; quoſque etiam ſibi ſubditos præceptis illigare, quemadmodum, & ipſe Prælatus proprius, ſi adeſſet, poſſet. † Quia tamen poteſtas hæc ſine coercitione nequicquam, & inutilis eſſet; ac proinde in quolibet 27 28

Prælato

Digitized by Google

Prælato huiuſmodi coercitio neceſſaria eſt; (ut ſupra tetigimus) liquidum
fit, eandem poteſtatem Sub-Priori (quo tempore Conventui præeſt) com-
petere. Quod non modo intelligas, competere ex vi voti obedientiæ, unde *Coercitiva.*
oritur, poſſe Patris-fam, inſtar corrigere, & leviter punire, ut ſupr. diceba-
mus 1. *part. à num.* 58. Verum ratione juriſdictionis Eccleſiaſticæ, quæ, ut ex
proximè dictis patet, eidem plenè ineſt, qua utendo cùm pœnis corporali-
bus, tum ſpiritualibus, ſibi ſubditos affligere poterit.

29 Nomine pœnarum † corporalium intelligo quodlibet corporis caſti- *Pœna corporales.*
gationi deſerviens, ſive publicam objurgationem, incarcerationem, aut ali-
cuius notabiliter humilis, ac laborioſi Operis occupationi ſubditum addice-
30 re. Spiritualium verò Claſſi remitto excommunicare, ſuſpendere, † non *Spirituales.*
totam communitatem (ut advertit Suareus 4. *de Relig. lib.* 6. *num.* 6. loquens
de Prioribus localibus) ſed ſingulos ſeorſim, aut illos inhabilitare ad quæli-
bet ſpiritualia bona, iura, ſeu miniſteria, prout huiuſmodi poteſtas, vel am-
pliata, vel reſtricta ſit in immediatis Prælatis, quorum loco Sub-Priores ſuc-
31 cedunt pro diverſis moribus, aut legibus cuiuſcumque Religionis. † Quòd *Sub-Prior excommunicare poteſt.*
verò tali caſu Sub Prior excommunicationem ferre valeat, tenet non malus
Author Avila, *de Cenſuris* 2. *part. cap.* 3. *diſp.* 1. *verſ. Ex dictis.* Ubi, quum id eidem
Sub-Priori denegaſſet, non habenti totale, & abſolutum regimen Conven-
tus, id ipſum concedit vacante Sede principalis Prælati; & hanc teſtatur eſ-
ſe mentem Sylveſtri, & Dominici Soti. Unde meritò in Rodriq. *Summ. Tom.* *Rodriq.*
32 2. *cap.* 30. *concl.* 4. *num.* 5. maiorem conſequentiam deſiderabis, † quum ibi
renuat poſſe Vicarios, ſeu Sub Priores cenſuras imponere, concedens illis
Ordinariam iuriſdictionem, & poteſtatem imponendi præcepta; niſi for-
ſam ſpeciali ſtatuto imponendi cenſuras poteſtas Vicariis adempta ſit in S.
33 Franciſci Religione, † quemadmodum ſublata eſt in Religione Ciſtercien-
ſi, teſte Llamas 1. *part. Meth. cap.* 14.

34 Poteſt ſimiliter † Sub-Prior temporalia Monaſterii bona, quemad- *Poteſtas circa bona temporalia.*
modum, & Prælatus proprius adminiſtrare. Ratio eſt, quia ſuæ Præſidentiæ
tempore verum Prælatum Conventus cum Ordinaria iuriſdictione, tam
ſpirituali, quam temporali agit. Atqui omnia hæc, ut dictum eſt, Ordinariam
iuriſdictionem concernunt: ergo cui talis iuriſdictio competit, & competit
eadem exercere.

Et confirmatur. Nam eo tempore Sub Prior unus, & abſolutus Mo-
35 naſterii Superior deſtinatur, ut diximus: † Ergo omnia illa exequi, poterit,
quæ ad rectam adminiſtrationem iniuncti, ſibi muneris requiruntur, arg.
text. *in l. penult. ff. de uſufruct. l.* 2. *ff de iuriſdict. omn. cap. Præterea* 5. *de Offic. & pot. iud. deleg.*

Digitized by Google

ILLATIO II.

Ad Sub-Priorem pertinere poteſtatem diſpenſandi, cum ſibi ſubditis, & circa quæ talis poteſtas verſetur?

Breviarium.

36 *Sine poteſtate diſpenſandi humanum regimen moraliter ſubſiſtere non poterat.*

37 *Sub-Prior à lege Vicarius diſpenſare poteſt.*

38 *Poteſtas diſpenſandi in Prælatis, vel provenire poteſt à jure communi, ſeu proprio, vel privilegio.*

PRælato Regulari exempto (qualem noſtra Tractatio ſpectat) poteſtas diſpenſandi convenit. † Sine illa namque ſubſiſtere humanum regimen 36
moraliter impoſſibile eſt. Communis huic ſententiæ Doctorum favet authoritas. Et ideo ex principiis ſtabilitis rectè infertur, hanc poteſtatem † Sub- 37
Priori congruere, ut enim probatum reliquimus, verè, & rigoroſè Prælati nomen poſſidet, juriſdictioneque tempore ſuæ Præſidentiæ inſignitur, non utcumque, ſed quaſi Epiſcopali: Cui proinde poteſtas diſpenſandi nequit non eſſe connexa.

Sed in lucem propalare, oportet, ad quid hujuſcemodi poteſtas ſeſe extendat, qualiaque pro objecto reſpiciat. † Quoad primum, regula Doctori- 38
bus probata eſt; unumquemque Religioſum Prælatum id tantum poſſe in hac materia diſpenſationum, quod à jure tum proprio, tum communi, vel privilegio conceſſum eſt. Quoad ſecundum verò dico: poſſe Sub-Priori dictam poteſtatem competere, circa omnem materiam Eccleſiaſticis diſpenſationibus ſubjectam, dummodo Religioſo cum ſtatu compatiatur, quod ad quinque capita optimè revocatur. *Circa vota*, ſcilicet, *irregularitates*, *Eccleſiaſtica præcepta*; *Regulares Obſervantias*, *& pœnas à Religione taxatas.* Quibus ſuper omnibus diſpenſare poterit, licet non in ſingulis generum, ſed in generibus ſingulorum: ut jamjam §§. ſeqq. explicare aggredimur.

§. I.

Ecquid circa Votorum irritationem, & diſpenſationem dicendum ſit?

Breviarium.

39 *Competit Sub-Prior à lege Vicario, tam Dominativa, quam Iuriſdictionalis poteſta-*

40 Ex

40. *Ex vi Dominativa poteſt pro eodem tempore vota irritare.*
41. *Pellizzarii ſententia.*
42. *Peyrinis explicatur.*
43. *Pellizzarius rejicitur.*
44. *Sub Prior Vicarius poteſt irritare vota, etiamſi ſint emiſſa cum licentia Prioris abſentis.*
45. *Par in Parem non habet imperium.*
46. *Ille, qui per Parem vult aliquid facere, non illi jubet, ſed innuit.*
47. *Prælatus nequit poteſtatem ſucceſſoris impedire.*
48. *Votum emiſſum de Prælati licentia, qui juravit ſe non revocaturum, poteſt à ſucceſſore irritari.*
49. *Sub-Prior tempore ſuæ Præſidentiæ, poteſt diſpenſare ſuper quibuslibet votis.*
50. *Non poteſt tamen in votis Pontifici reſervatis.*

39 SUb-Prioris † poteſtas, circa Votorum diſpenſationem dividitur in Do-
40 minativam, & Juriſdictionalem. † Dominativa conſtat illum poſſe ſubditorum Vota irritare, utpotè verum eorundem Prælatum: cui hoc nomine dicta poteſtas congruit. Tenet expreſsè Azorius *1. part. Inſtit. Moral lib. 11. cap. 11. & cap. 18. qu. 3. fin.* Sayrus, *Clavi Regia, Tom. 1. lib. 6. cap. 10. num. 16.* Suareus *2. de Relig. lib. 6. cap. 7 num. 17.* Sanch. *Summ. lib. 4. cap. 24. num. 23. & cap. 33. nu. 16.* Villalob. *Tom. 2. Summ. tit. 36. diff. 18. num. 8.* Noſter Philippus à Sanctiſſima Trinitate in ſuo Curſu Theologico, *Tom. 3.* in 22. S. T. *Tract. 3. diſp. 3. dub. 8.* & plures alii. *Vota irritare poteſt.* *Philippus à SS. Trin.*

41 Neq; † obſtat Pellizzar. doctrina *Manual. Regular. Tom. 2. tract. 9. c. 3. ſect. 4. nu. 151.* Qui quũ quæſiſſet; utrũ Sub Priores, Vicarii, Miniſtri, & ſimiles poſſint hanc poteſtatem exercere, erga Religioſos, abſente Guardiano; reſpondet cum Laurentio de Beyr. *1. part. de Prælato, quæſt. 3. cap. 3. num. 16.* Non poſſe. Quia non poteſt dari caſus adeò urgens, quin poſſit ad talem effectum exſpectari Superior Prælatus, niſi periculum eſſet in mora, aut Prælatus diu eſſet abfuturus. *Pellix.*

42 Sed † Laurentius de Peyrinis (aut ego fallor) loquitur in diverſo caſu; quando ſcilicet, Prælatus abſens ſtatim eſt reverſurus. Quod profectò libenter, & nos fatemur. Tunc enim, ſicut & Peyrinis inquit, neque Sub-Priores ſunt Prælati; neque poteſtatem ad hoc habent Dominativam. Quippe illa brevis abſentia inſufficiens eſt. Nam abeſſe non dicitur, qui brevi eſt reverſurus, *l. Divortium 3. ff. de divort.* *Peyrinis explicatur.*

Quod ſi Pellizzarius in legendo Peyrinis non ſubſiſteret; ſed aliquantulum progrederetur, proculdubio, vel nobiſcum ſentiret, vel non adduceret illum pro ſe,
43 † ille enim immediatè ſubjicit: *Si autem Sub Priores in abſentia Prioris habeant eandem authoritatem, quam Prior, tunc, quum ſint verè ſubſtituti ad omnia genera cauſarum, puto, quod hac facultate potiantur.* Et note, Peyrinis loqui de Sub-Priore, quando ſola Delegata poteſtate fungitur ad omnia genera cauſarum; ergo à fortiori in noſtro caſu idem cenſere debet, quum Ordinariam habeat.

Digitized by Google

Imò licet † ſubditus habita abſentis Prælati facultate Votum emiſerit, 44
id poterit Sub-Prior irritare,ac ſi abſens Prælatus copiam non feciſſet. Ratio eſt: Nam Sub Prior eo tempore in abſentis Prælati, qui talem facultatem vovendi dederat, locum ſuccedit cum pari poteſtate, & in hoc alter alteri prorſus æquiparatur, ut poſtea dicemus. † Atqui par in parem non habet 45
imperium, *cap. innotuit, cap. quamvis, de elect. cap. inferior, cap. denique, diſt. 2. cap. 1. de locato, l. Nam Magiſtratus, ff. de arbitr. l. ille à quo, §. intempeſtivum, ff. ad Trebellian. l. 2. tit. 7. partit. 3. & l. 15. tit. 1. part. 7.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu* 438. Rebuff. *tit. 1. ad leg. Gallia, tit. de Evoc. num.* 46. Cotta *in Memorabilib.* verb. *Par*, Surdus *conſil.* 46. *num* 10. & *conſ.* 167. *num.* 16. Scaccia *de Appellat. qu.* 2. *num.* 10. Aldrete *in allegat. juris, part.* 3. *cap.* 4. *num.* 28. Quum † verò per Parem vult 46
aliquid facere, non illi jubet, ſed innuit, *l. Digna vox, C. de legib. cap. fin. de reſcript. in* 6. Ergo facultas Prælati abſentis poteſtati præſentis nequibit derogare; ut pro ſua voluntate non poſſit, ſubditorum Vota irritare.

Par in parem non habet imperium.

Notanter dixi: *Ac ſi abſens Prælatus copiam non feciſſet.* Nam licet præbendo licentiam, ipſe Prælatus præbens, poteſtatem ſibi quodammodo ademerit, ne poſſit Votum à ſubdito, ſuo conſenſu emiſſum, irritare; † non ideo 47
Prælati in ejuſdem locum ſucceſſuri potuit quoquo modo coarctare poteſtatem, qui nullatenus in emiſſione Voti ſe intromiſit: nec aliqua erga Deum obſtrinxit promiſſione, quemadmodum ille, qui licentiam præbuit; † qui, 48
ſi juravit ſe non revocaturum, minimè poterit irritare tale Votum, quin cenſeatur reus ſacrilegii: Poterit tamen Sub-Prior abſentis loco ſuccedens; quia poteſtatem omnino habet expeditam, & nullo Sacramento ligatam. Hanc ſententiam, loquentes de ſucceſſore pari in dignitate, tenent Petr. de Ledeſma, *Tom. 2. Summ. tit.* 10 *cap.* 7. *dub. ult. dict.* 11. Suareus 2. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 8. *num. fin.* Sanch. in *Decalog. lib.* 4. *c.* 28. *num.* 36. Noſter Philippus à SS. Trinitate *loco citat. pag.* 715. *edition. Colon. verſ. Denique ſuperior ſucceſſor.* & alii. Quod neceſſario de N. Sub-Priore coguntur concedere, quum utrobique eadem ſit ratio.

Ledeſma. Suareus Sanch. Philip. à SS. Trinit.

Ad † poteſtatem igitur juriſdictionis, qua decurſu ſuæ Præſidentiæ 49
Sub-Prior potitur, pertinet, diſpenſare poſſe in quibuslibet Votis Summo Pontifici non reſervatis. Tunc enim temporis, ipſi ineſt Ordinaria, & quaſi Epiſcopalis in utroque foro poteſtas ratione ſui muneris. Cui ex vi juriſdictionis datur diſpenſatio ſuper prædictis, ut compertum eſt, & loquens in ſpecie de Sub-Priore, docet Thom. Sanch. *lib.* 4. *cap.* 39. *num.* 6. *in Decalog.* & 8. *de Matrim. diſp.* 3. Saytus in *Clavi Reg. lib.* 6. *c.* 11. *verſ.* 3. *num.* 89. & alii.

Quid ſpectet ad Sub-Priorem ratione poteſtatus juriſdictionis?

Dixi: *Summo Pontifici non reſervatis*; nam Regularium † Prælatorum po- 50
teſtas ad reſervata Papæ, nec jure communi, nec privilegio ſe extendit. Imò illam haberent inutiliter, aut repugnanter eorundem ſtatui, ut benè probat Suare-

Digitized by Google

Suarezius 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 10. Quare neque illis conceditur, nec moraliter concedi poteſt.

§. II.

Ecquid de poteſtate diſpenſandi ſuper irregularitatibus?

Breviarium.

51. *Irregularitas immediatè profluit à poteſtate Pontificis.*
52. *Sub-Prior diſpenſare poteſt ſuper irregularitatibus, in quibus à jure communi Epiſcopus poteſtatem habet.*
53. *Circa diſpenſationem irregularitatum plura ſunt conceſſa Prælatis Regularibus, quam Epiſcopis.*
54. *In irregularitate ex homicidio voluntario occulto contracta Sub-Prior poteſt diſpenſare.*
55. *Quod eſt intelligendum, modo homicida in foro contentioſo nequeat convinci.*
56. *Sub-Prior ſuccedit in his, quæ Priori jure Ordinario licet ſpeciali competunt. Secus in his, quæ jure ſpeciali delegato.*
57. *Dupliciter aliquid poteſt Dignitati Priorali competere.*
58. *Monaſterium Vallis-Oletanum S. Benedicti olim non Abbatiali, ſed Priorali dignitate vigebat.*
59. *Poteſtas Prælatis conceſſa ad in homicidio voluntario diſpenſandum, eſt intelligenda non ſolum de diſpenſatione ad Ordines, ſed etiam ad Prælaturas.*
60. *Poteſt Sub-Prior diſpenſare ſuper quibuſcumque pœnis, & ſuper quavis irregularitate.*
61. *Privilegium conceſſum Benedictinis Vallis-Oletanis ad diſpenſandum ſuper quibuſcumque pœnis, & irregularitate quavis.*
62. *In hoc indulto comprehenditur quavis irregularitas, & etiam (ſecundum aliquos) Bigamia.*
63. *Privilegium conceſſum Epiſcopis per Tridentinum diſpenſandi ſuper irregularitatibus ex occulto delicto, non competit Prælatis Religionum.*
64. *Poſſunt tamen diſpenſare in dictis caſibus ex ſpeciali privilegio Pii V.*
65. *Et talis poteſtas ad Sub-Priores extenditur.*
66. *Sub-Prior à lege Vicarius verè dici debet Prælatus Conventus.*

Nullus hucuſque dubitavit, Prælatis Regularibus non licere ex vi juris communis ſuper irregularitatibus diſpenſare, quum id vel Epiſcopus
51 nequeat. † Ratio: Quia irregularitas immediatè à Pontificia profluit poteſtate: Ergo nullus inferior Pontifice per ſe, & ex natura rei ad in illa diſpenſandum poteſtatem habebit.

52 Quia tamen † ſuper aliquibus irregularitatibus (quarum ſeriem hic exprimere operoſum erit) jus concedere ſolet Epiſcopis facultatem ad diſpenſandum; conſequenter affirmo: poſſe ſuæ Præſidentiæ tempore ſuper eiſdem diſpenſare Sub-Priorem, quum verus ſit Prælatus; & verè poteſtatem habeat ad diſpenſandum cum ſuis ſubditis ſuper omnibus, quæ Epiſcopo reſpe- *Quid poſſit Sub-Prior tempore, quo præeſt.*

Ctu ſuo-

ctu ſuorum ſubditorum ſubjacent ſecundum jus commune, & in eo ſiſtendo.

Quod ſuperaddidi: Nam ex vi privilegiorum, † ſeu ſpecialium jurium pleraque Religionibus conceduntur, quæ minimè Epiſcopis conceſſa ſunt, & horum gratia ad plura ſe extendit Regularium Prælatorum poteſtas, in ſimilibus caſibus, ad quæ Epiſcoporum Venerabilis Dignitas non pertingit. 53

Plura quam Epiſcopis, Religionibus conceduntur.

Poſſunt † ergo Sub-Priores virtute privilegiorum Regularibus conceſſorum diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario occulto. Indulſit Martinus V. Priori Benedictino Vallis-Oletano, ut refert Rodriq. 1. *Regul qu.* 24. *art.* 12. Quod privilegium, uti Collector notat in *Compend. tit. Abſolutio Ordinis quoad Fratres*, § 4. poſtmodum ad cæterorum Monaſteriorum Abbates ampliatum eſt. Et intelligitur de quolibet homicidio, tum voluntario, tum caſuali directè, vel indirectè commiſſo. Ita tamen † ut homicida in foro contentioſo convinci nequeat, ut advertit Corduba in *Addit, ad Compend.* verb. *Diſpenſatio*, §. 24. 54 55

Neque obſtat tale privilegium ſigillatim conceſſum fuiſſe Priori, Sub-Priorem verò non ſuccedere in iis, quæ ſpeciali jure reſervantur Priori.

Reſpondetur † enim, hoc locum habere in iis, quæ jure ſpeciali delegato Priori reſervantur, ſecus in iis, quæ illi Ordinario, licet ſpeciali, jure conceduntur, ut multis probat Sanchez 8. *de Matrim. diſp.* 2. *num.* 10. 56

Vel ſecundò reſpondetur, † hoc privilegium non eſſe conceſſum Dignitati Priorali, hoc eſt, Priori reduplicativè, ſed Officio immediati Prælati in favorem animarum. Quum ergo Sub-Prior, licet Priorali Dignitate non fungatur, ſit verè Prælatus immediatus illius Monaſterii, hinc eſt, quod perfrui debeat eo privilegio. 57

Vel dices tertiò, tale privilegium non fuiſſe conceſſum Abbati, ſed Priori Benedictino. Unde directè convenit Sub-Priori, ut Sub Priori, qui in S. Benedicti Religione (ut latè diximus) Prior dicitur, ſive Præpoſitus, ſic Rodriq. citatus.

Quæ ſolutio num ſatisfaciat, ipſe viderit: mihi profectò animum parùm ſedat. Quia (ni mens fallatur) memini, † me legiſſe olim Vallis-Oletanum Monaſterium non ſub Abbatiali, ſed Priorali Dignitate militaſſe. Quod, ſi verum eſt, rationem Rotherici omnino infirmat. Et certè incredibile videtur: Præpoſito, ſive Priori Clauſtrali, aut Sub-Priori hujuſmodi privilegium directè conceſſum, quando Abbati, ſeu Priori ſubeſt, quum eo caſu neutiquam Religioſorum Prælatum agat, nec ad ipſum animarum cura ſpectet. Ideo tu tene ſecundam ſolutionem. 58

Rejicitur Rotherici limitatio.

Intelligit † inſuper ipſe Rodriq. *d. qu.* 24. *art.* 16. hocce privilegium de diſpenſatione ad Ordines, non verò ad Prælaturas, ſed perperam. Nam voluntariè fit talis reſtrictio. 59

Virtu-

60 Virtute alterius † amplioris privilegii à quibuſcumque pœnis (quas in- *Poteſtas Sub-Prioris amplia-tur.*
ter, quælibet inhabilitas ad Officia, ſeu privatio illorum recenſetur) poteſt
Sub-Prior abſolvere, & ſuper quaque irregularitate contracta, ſecluſa omni
61 limitatione homicidii voluntarii, caſualis, occulti, vel publici. Hoc † indul-
tum conceſſit Benedictinis Vallis-Oletanis Paulus III. cujus tenore Abbati-
bus, Prioribus, & Præſidentibus illius Religionis indulgetur, poſſe prædi-
ctam poteſtatem exercere erga ſuos Religioſos, & Religioſas. Imò, & quaſ-
cumque perſonas in oppidulis, ſeu grangiis ſibi ſubjectis commorantes, quos
Familiares, ſeu Vaſſallos vocant, ut refert, & expendit Portellus, verb. *Diſpen-
ſare, Addit. art. 1. uſque ad* 8. ubi advertit, hoc privilegio per communicatio-
nem aliarum Religionum Prælatos perfrui, ii ſcilicet, qui reſpondent prædi-
ctis Officiis, & Dignitatibus Benedictorum. Officio autem Priorali in Reli-
gione Benedictina Sub Prior, de quo loquimur æquipollet. Unde ipſi tale
privilegium conceſſum, indubitabile eſt, quum non præciſè immediato Præ-
lato, quemadmodum antecedens privilegium, directum ſit; ſed Abbatibus,
Prioribus, & Præſidentibus.

62 Et rurſus advertit Portellus inibi, *num. 5.* Ex † vi illius clauſulæ: *Quavis
occaſione contracta.* Nullam excipi irregularitatem, licet ſit illa, qua bigami affi-
ciuntur, & hanc opinionem practicè conſulit ſequendam Diana 4 *p. tract. 2.
reſolut.* 63. licet contraria illi tutior videatur, & Pontificum menti conformi-
or: Quia ſemper juxta Curiæ ſtylum excipitur bigamia. Quod ſumpſit à Hie-
ronymo Rodriq.

Hic celebris quæſtio ſe offert, de poteſtate diſpenſandi ſuper irregulari-
tatibus, quæ proveniunt ex occulto delicto Epiſcopis Tridentini largitione
conceſſa, *ſeſſ.* 24 *cap. 6. de reform.* Utrum † ſcilicet ad Regulares Prælatos de- *Quæſtio notatu digna.*
63 beat extendi, vel ſaltim poſſit ratione Ordinariæ juriſdictionis, & quaſi Epi-
ſcopalis, ac perconſequens ad Sub Priorem N, quem tempore ſui Vicariatus
eandem juriſdictionem habere conſtat? Qua in re reſolutoriè dico: Quod ſi
fiat ſermo præciſè, inſpectis verbis decreti, excluſiſque privilegiis; tutius ju-
dico: non extendi talem conceſſionem ad Regulares Prælatos, quamvis Præ- *Reſolutio.*
poſiti Generalis ſint. Sic Thom. Sanch. in *Decalog. lib. 2 cap. 11. num. 7.* Suarezi-
us *in 3. part. Tom. 4. diſp. 30. ſect. 2 num. 7. & 4. de Relig. lib. 2. cap. 12. num. 8.* & alii
contra Rodriq. 1. *Regular. quæſt. 61. art. 9.* qui tenet: dictam facultatem ex vi
præciſè decreti Trident. Regularibus Prælatis competere.

Sed ratio noſtra huic innititur fundamento. Nimirum quia in prædi- *Ratio.*
cto decreto Epiſcoporum nomine non quicumque Ordinarii, & quaſi Epi-
ſcopalem juriſdictionem habentes comprehenduntur; ſed illi dumtaxat,
qui aliqua in Diœceſi talis juriſdictionis actum exercere valent. Ut patet in-
de: *Quoſcumque ſibi Subditos in Diœceſi ſua.* Atqui Regulares Prælati, de quibus

Digitized by Google

loquimur, nullam habent Diœceſim : ergo non ſpectat ad illos tale decre-
Indultum Pii V. tum. Ideo † Pius V. ſpeciali Bulla in forma Brevis expedita illud in favorem 64
Religionum extendit, Ut refert Emmanuel, *loc. cit.* Quòd non fit, declarando, illis prædictam conceſſionem antea competiiſſe ; ut contendit Rodriq. ſed extendendo illud, ut ex ipſiſſimis Bullæ verbis conſtat, ut videtur Suareo, & Sanch. citatis.

Unde, quum prædicta Bulla, ſolum de Prioribus Conventualibus, & Superioribus Prælatis mentionem faciat, ibi: *Priori Conventuali, & Superioribus Prælatis*, minimè ad Sub-Priores pertrahi poſſe, apparet. Qui revera nec ſunt
Priores Conventuales, nec Superiores Prælati, † & verba privilegii tantum 65
valent, quantum ſonant. Sed his non obſtantibus.

Dico etiam ad Sub-Priores pertinere prædictam poteſtatem, non modo ſi opinionem ſequamur affirmantem : ſub Tridentini decreto comprehendi Regulares Prælatos ; (Hac enim ſententia ſuppoſita nulla eſt difficultas, quum verè Sub-Priores Prælati ſint, & Ordinarii, quaſi Epiſcopalem
Pii V. privilegium ad Sub-Priores ſpectat. juriſdictionem habentes) verum inſpecta vi verbòrum ipſius Bullæ. † 66
Quamquam enim Sub Prior Conventui Præſidens *Nomine* Prior Conventualis non ſit, *Re ipſa* id eſſe minimè ambigendum exiſtimo, quum Superior Conventus Solus, & abſolutus ſit, ut diximus, & tempore ſuæ Præſidentiæ verus Prælatus, gaudens juriſdictione Ordinaria, ut in ſimili docet Suarezius 4. *de Relig. lib. 2. c. 22. num. 5.* Summum verò Pontificem tale indultum Conventualibus Prioribus, conceſſiſſe, proculdubio nil aliud oſtendit, quam ipſum voluiſſe, nominatis his, qui communiter Monaſteria regunt, omnes Prælatos immediatos (qualis eſt N. Sub-Prior) indifferenter, & promiſcuè comprehendere.

§. III.

Ecquid de Poteſtate diſpenſandi, circa Eccleſiaſtica Præcepta?

BREVIARIUM.

67 *Sub-Prior à lege Vicarius, circa Eccleſiaſtica Præcepta diſpenſare poteſt.*

68 *Poteſtas Inferiorum Prælatorum ad diſpenſandum verſatur regulariter circa ea, quæ frequentia ſunt, & paſſim occurrunt.*

69 *Hæc poteſtas pertinet ad Sub-Priorem Vicarium non ratione alicujus privilegii, ſed ratione Officii.*

70 *Privilegia circa aliqua, ad quæ alias ſe extendebat poteſtas Prælatorum, conceſſa, quo pacto intelligenda ſint?*

TErtium Diſpenſationum genus, quod diximus Sub Priorali Poteſtati ſubjacere (quando Sub-Prior Conventui præeſt à lege deſignatus) circa
Eccleſiaſtica præcepta verſatur. Igitur † recolere oportet Regulam ſupra tradi- 67
tam,

Digitized by Google

tam, Sub-Priorem ſcilicet in hac materia reſpectu ſuorum ſubditorum id poſſe, quod Epiſcopus in ſua Diœceſi, quia juriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem; quæ ad diſpenſationum hoc genus ſummopere neceſſaria eſt.

68 Probatur, † quia hæc Poteſtas circa ea regulariter verſatur, quæ ultrò, citroque paſſim occurrunt. Ad quorum expeditionem non facilè recurrere eſt ad Sedem Apoſtolicam. Difficultas autem hujuſmodi (ſicut in aliis) habet in Religioſis locum: Ergo eo ipſo, quod ab Epiſcoporum juriſdictione eximantur, debet talis Poteſtas ab illis in Regulares tranſire Prælatos, qualis Sub-Prior, dum Vicarium agit, eſt. Aliàs nec rectè poſſent gubernare, & eſſent deterioris fortunæ, quàm ſæculares. Hanc ſententiam ſpecialiter pro Sub-Prioribus tuentur Thom. Sanchez, *lib.8. de Matrim. diſp.3. num.9. & Tom. 2. conſilior. lib.5. cap.1. dub.5. num.20.* Azor. *Inſtit. Moral.1. part. lib.7. cap. 8. qu.6.*

Poteſtas diſpenſandi verſatur circa ea quæ paſſim occurrunt.

69 † Et hoc affirmant, non ratione alicujus privilegii illis competere, ſed ratione muneris, & Officii, quo funguntur, inſtar Epiſcoporum cum ſuis ſubditis. Et ſubdit Sanch. *d. lib.5. num.2. Hoc eſſe valde notandum pro multis caſibus; in quibus per privilegia Religionum contingit; eſſe aliquem ſcrupulum ad diſpenſandum.* Accedit Leander in *5. Præcepta Eccleſ. tract.5. diſp.10 qu.14.* loquens de Diſpenſatione in jejunio.

70 Hinc eſt, † quòd ſi aliquarum Religionum Prælati peculiarium privilegiorum indulgentia ſuper his valeant diſpenſare, talia privilegia interpretari debeant, ita ut ſolum expedita fuerint ad clariorem hujuſce juris explicationem: quòd ſcilicet exemptione ſuppoſita naneiſcuntur, vel ut aliquid denuò concedant, utputa poſſe faciliori modo, vel leviori ex cauſa diſpenſare, ut adnotat Suarez *4. de Relig. lib.2. cap 12. num.19.* & Lezana *Tom.1. Reg qq. cap.18. num.55. cum ſeqq.* quem vide: Qui fusè tractat, quid in hac re poſſint Regulares Prælati. Verum nobis dicta ſufficiant.

§. IV.

Ecquid de Poteſtate Diſpenſandi circa Regulares Obſervantias?

BREVIARIUM.

71 *Poteſtas diſpenſandi circa Obſervantias Regulares, ad Sub-Priorem pertinet.*

72 *Talis poteſtas magis neceſſaria eſt immediatis Prælatis, quam Superioribus.*

73 *Iuriſdictio Ordinaria, quam jus concedit, reſpectu immediatorum Prælatorum conceditur.*

74 *Ad has diſpenſationes requiritur juſta cauſa.*

75 *Et quæ hæc ſit: Remiſſivè.*

VLtimum Diſpenſationum genus diximus Obſervationes Regulares,

 tan-

tanquam objectum reſpicere. Quod † verò ſuper illis diſpenſandi poteſtas 71
ſit, evincit Gloſſ. ult. in *cap. fin.* 20 *quæſt. ult. & in cap. Carnem, de Conſecrat. diſt.* 5. Sylveſt. *verb. Diſpenſatio, num.* 20. Angelus *eod. verb. num.* 8. Lezana *Tom.* 1. *Regular. qq. cap.* 7. *num.* 29. *& c.* 18. *num.* 54. *& Tom.* 4. *verb. Prælatus num.* 13. *&* 14. Et colligitur *ex cap. cum ad Monaſterium fin de Stat. Monach.* Argumento à contrario ſenſu deducto, ibi: *Nec æſtimet Abbas, quòd ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare; quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia Caſtitatis adeo eſt adnexa Regulæ Monachali, ut contra eam, nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere.*

Cap. cum ad Monaſterium. *fin.* de ſtatu Monach.

Diſpenſandi facultas pernecesſaria.

Probatur: Nam ſi Prælati diſpenſare valent ſuper Eccleſiæ præceptis, ut diximus, à fortiori ſuper Regularibus Obſervantiis id valebunt. Et confirmatur: Quia tali diſpenſatione frequentiſſimè opus eſt, pro bono Religionum regimine: Ergo expedit, ut illam exercere valeat Prælatus ad debitam ſui muneris exequutionem.

Sed forraſſis dices hoc intelligendum fore de Supremis Ordinum Capitibus, quales ſunt Generales, & Provinciales; non verò de infimis, qualis eſt Sub Prior, & ſi ſuæ Præſidentiæ tempore Conventui præficiatur cum juriſdictione Ordinaria.

Poteſtas diſpenſandi omnibus Prælatis convenit.

Cui objectiunculæ reſpondeo, indifferenter intelligi oportere doctrinam traditam, de quibuſvis Prælatis. Probatur: Quia prædicta poteſtas ex vi juris communis Prælatis convenit; quatenus ſcilicet jus ipſum illis quaſi Epiſcopalem juriſdictionem concedit. Inde provenit, quemvis illorum totam poteſtatem habere ratione iſtius juriſdictionis, quæ ſtatui Religioſo poſſit congruere attento eodem communi jure: Atqui talem poteſtatem, quaſi Epiſcopalem Sub Priori convenire probavimus: Ergo in prædictis Obſervantiis poterit diſpenſare.

Præterea ratio, ob quam jus talem poteſtatem Regularibus Prælatis conceſſit, tam militat reſpectu Sub-Prioris in noſtro caſu, quam quorumlibet Superiorum Prælatorum, propter frequentiſſimam diſpenſandi exigentiam; † imo potius magis neceſſaria in immediatis Prælatis (qualis eſt Sub-Prior) eſt talis poteſtas ad diſpenſandum, quum immediatum regimen habeat. Unde inconveniens eſſet, hanc poteſtatem ſolis Superioribus Prælatis ineſſe, qui ſæpe longè diſtant; nec facilis aditus ad illos patet. Et ideo valde congruum fuit hanc ad inferiores uſque Prælatos diffluere, ut Conventuum gubernium debitè exequerentur. Si verò hujuſmodi facultas circa aliqua ſit reſervata Superiori, in illis diſpenſare inferior Prælatus nequibit; ut cum Suarez tenet Lezana 1. *Tom. Regular. qq. cap.* 18. *num.* 54. *fin.* 72

Juriſdictio quam jus concedit Prælatis, reſpectu immediatorum concedit.

Sed ultra progreditur Suarez 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. prænotans, † omnem ferè Juriſdictionem Ordinariam, quam Regularibus Prælatis jus concedit reſpectu immediatorum concedi: Atqui noſter Sub-Prior, quo 73

tempo-

tempore Conventui præeſt, verus eſt immediatus Prælatus, ut pluſquam probatum reliquimus: Ergo ſortitur poteſtatem diſpenſandi ſuper Monaſticis Obſervantiis. † Ad has tamen diſpenſationes juſta requiritur cauſa, quum poteſtas Prælatorum ſit eis data in ædificationem & non in deſtructionem 2. *Corint*. 10. S. Thom. 2. 2. q. 88. *art*. 2. *ad* 2.

75 Quales † verò juſtæ cauſæ cenſeantur ad huiuſcemodi Diſpenſationes, vide apud Lezan. *Tom*. 1. *cap*. 7. *num*. 29. Adi illum: nec pœnitebit.

§. V.

Ecquid de Poteſtate diſpenſandi circa pœnas à Religione taxatas, ſeu ab homine impoſitas?

BREVIARIUM.

76 *Poteſt Sub-Prior diſpenſare circa pœnas à Religione taxatas.*

77 *Quando pœna non eſt reſervata, cuilibet Ordinario eius relaxatio conceditur.*

78 *Quod intelligendum eſt, juſta cauſa interveniente. Et quæ ſint cauſæ juſtæ?*

79 *Sub-Prior Vicarius à lege non poteſt diſpenſare ſuper pœnis à Superiore impoſitis.*

80 *Nec Superior Prælatus poteſt pœnas ab Inferiore impoſitas minuere, ſeu auferre.*

81 *Poterit tamen, ſi Inferior jam functus ſit vita, ſive Officio, vel Subditus legitimè appellarit.*

82 *Contrarium tamen probabiliſſimum judico.*

IDem dicendum eſt de diſpenſatione ſuper pœnis taxatis per Conſtitutio-
76 nes, ſeu ſtatuta Religionum. † Nam in iis ſimiliter poterit Sub-Prior di-
77 ſpenſare. Probatur: † Quia quando talium pœnarum relaxatio non eſt reſervata cuilibet Ordinario integrum eſt illam exequi. Generaliter enim loquendo Prælati Ordinarii ea omnia poſſunt, circa quæ illorum poteſtas ſpecialiter limitata non eſt, *cap. Nuper, de ſent. excom.* Rodriq. 1. *Regul. quæſt*. 22. *art*. 8.
78 Miranda *Tom*. 2. *Manual*. *q*. 30. *art*. 11. *concl*. 1. † Quod juſta interveniente cauſa intelligi oportet, ut ſunt pueritia, ſenectus, doli defectus; quando ex pœnæ diminutione ſperatur emendatio delinquentis; quando poſt commiſſum delictum, magnum aliquod intervallum tranſiit, ſpontanea criminis confeſſio abſque incuſſione metus, & quævis alia circumſtantia, quæ delictum minuat. Imò, & merita delinquentis Sanch. *lib*. 6. *Conſil. Moral. cap*. 1 *dub*. 21. *num*. 11. Peyrin. *in formulario, litera P. c*. 16. *num*. 8. Lezana *Tom*. 4. *Regul. qq*. verb. *Prælatus Regular. num*. 15. *Quæ ſint juſtæ cauſæ?*

79 In pœnis autem † taxatis, ſeu poſitis ſpecialiter à Prælatis Ordinariis, ut ab homine non poſſunt Prælati diſpenſare, illas minuendo, quod non ſolum in Prælatis Inferioribus reſpectu Superiorum locum habet, quum Inferior *Superior nō relaxat pœnas ab Inferiore impoſitas.*

contra voluntatem Superioris nil poſſit, *cap. Inferior, diſt.* 21. *Clem. Ne Romani, de elect.* † Verum, & in Prælatis Superioribus reſpectu pœnarum impoſitarum ab Inferioribus. Ita enim colligitur ex Trident. *Seſſ.* 14 *de Reformat. cap.* 1. 80

Ratio eſt, quod aliàs facilè ſubditi contemnerent ſuos Prælatos Ordinarios, Rodriquez & Miranda ſup. Portellus, *dub. Regul.* verb. *Prælatus, num.* 12. & nervosè Caſtro Palao 1. *part. Oper. Moral. tract.* 3. *diſp.* 5. *punct.* 6. *num.* 13. & Lezana ubi ſupra.

Extenditur hæc doctrina ad pœnas non ſolum temporaneas, ſed etiam perpetuas, ex declarat: Sacr. Congregat. quam refert Barboſ. in eum loc. Concilii.

Limita tamen † caſu, quo Prælatus imponens jam eſſet mortuus, vel defunctus ſuo Officio, vel quando Subditus legitimè appellavit. Nam tunc Superior poteſt remittere pœnas impoſitas ab Inferiori, quum tali in eventu Ordinarii autoritas non contemnatur; ſic Doctores ſupra citati. Verum † quia contrariam partem noviſſimè tuetur ſtrenuè ex Sacra Prædicatorum Familia graviſſimus Alumnus, ac legitimus Angelici Doctoris Diſcipulus, ſcilicet eruditiſſimus Magiſter P. F. Ioannes Martinez de Prado in *quæſtionibus Theolog. Moral. cap.* 4. *q.* 4. §. 4. *per totum*; cuius authoritas mihi (imo & apud omnes) magni ponderis eſt: eam indeciſam relinquo, quia vigilans Lector præfatis in Autoribus diſcuſſam reperiet; nec pigebit illos conſulere, ut veriorem eliciat reſolutionem. 81 82

P. F. Ioan. Martinez.

§. VI.

Ad quid ſe extendat prædicta poteſtas diſpenſandi?

BREVIARIUM.

83 *Poteſtas Prælatorum Religionum ad diſpenſandum, qualis?*

84 *Poteſtas, quæ ad Sub-Priorem Vicarium pertinet, ad omnia illa ſe extendit, ad quæ ſe extendebat Epiſcopalis poteſtas ante exemptionem.*

85 *Poteſtas Prælatorum Regularium ad diſpenſandum, non eſt reſtricta per jus commune, ſed per Religionum ſpecialia ſtatuta.*

86 *Poteſt Sub-Prior Vicarius diſpenſare cum ſibi ſubditis ſuper quibuſcumque non limitatis.*

87 *Circa diſpenſationes elargiendas à Prælatis Regularibus ſtandum eſt præſcripto legis, ſive conſuetudinis in qualibet Religione recepto.*

88 *Diſpenſandi poteſtas cuivis Prælato incumbit, niſi à Religione, vel Superiore limitetur.*

89 *Non poteſt licitè Superior Inferioris poteſtatem abſque iuſta cauſa limitare, & contrarium faciens peccabit, ac pro eo puniri poterit.*

Diximus (reducentes ad quatuor capita poteſtatem diſpenſandi) illam in Sub-Priore non vigere pro ſingulis generum; ſed pro generibus ſingulorum,

Digitized by Google

lorum. Ideò explicatis jam ipſis generibus; ut ad ſingula ſub iiſdem contenta, deſcendamus, recta methodus poſtulat. Quo circa ad Regulam, quam ſupra
83 tetigimus confugiendum eſt: † Nempe Unumquemque Prælatum Religioſum id tantum poſſe in hac Diſpenſationum materia, quod à jure cùm proprio, tum communi, vel privilegio conceſſum eſt.

84 Enimverò pro prædictæ Regulæ explicatione † ſuppono ad N. Sub-Priorem poteſtatem diſpenſandi ſuper iis omnibus pertinere, ad quæ ſe extendebat Epiſcopalis poteſtas cum Religioſis ante exemptionis privilegium. Ratio eſt: Nam Sub-Prior in caſu, quo loquimur, ex vi juris communis juriſdictione Epiſcopali fruitur ad omnes caſus cujuſcumque materiæ: Atqui hanc poteſtatem nulli Prælato à jure limitari, compertum eſt: Ergo nequaquam limitatam cenſeri oportet penes Sub Priorem inſpecto jure communi. *Qualis poteſtas ad Sub-Priorem pertineat, circa diſpenſationes.*

85 Unde † oritur, prædictam poteſtatem, ſi aliquam patiatur reſtrictionem, non provenire ex eodem jure communi, ſed limitante aliqua peculiari
86 Religionis lege: Quamobrem (loquor intra latitudinem juris communis) † dico, poſſe Sub-Priorem cum ſibi Subditis diſpenſare ſuper quibuſcumque non limitatis à Regula, privilegiis, ſeu ſtatutis, conſuetudinevè Religionis. Ita, ut quicquid eius poteſtati non ſit prohibitum, cenſeatur conceſſum. Hæc ſententia communiter recipitur à Doctoribus loquentibus de Prælatis infimis, & in ſpecie de Sub-Priore docent plures, quos ſupra retulimus *hac 3. part. principio 2.* ubi aſſerentes, Sub Priorem, tempore ſui Vicariatus, eadem cum juriſdictione præeſſe, quæ abſenti Prælato competeret, ſubjungunt nonnulli,
87 *niſi à lege vel Superiore limitata ſit.* Et quo ad hoc † Rodriq. 1. *Regular. q. 17. art. 5.* Suareus 2 *de Religione, lib. 6. cap. 17. num. 17.* tenent: *Stari, oppor tere praſcripto legis, aut conſuetudinis recepto in qualibet Religione.*

88 Probatur: Nam † Diſpenſativa poteſtas ex vi Prælationis cuivis Superiori competit; ergo quilibet Prælatus habet totam iuriſdictionem, quæ in ſua Religione reſpectu Subditorum vigere quit, ſi ab eadem Religione non minuatur aliquo ex prædictis modis. Idem dicito caſu, quo Prælatus Superior limitaret, aut ſibi aliquod reſervaret juſta interveniente cauſa, ut proximè diximus cum Lezana, & Suareo. *Diſpenſandi poteſtas cuilibet Prælato competit.*

89 Dixi: Justa interveniente causa. Namque † ſi voluntariè, & nulla cauſa juſta intercedente limitet, quamquam factum teneat, peccabit proculdubio, poteritque à Superioribus eo nomine ſyndicari, & puniri. Ratio eſt, quia quum tales Prælati ſint Ordinarii, ſuamque authoritatem, & juriſdictionem beneficio legis accipiant, & jure proprio poſſideant; injuria illis in re magni momenti irrogaretur, ſi nulla exigente cauſa ab ipſis quomodolibet adimeretur juriſdictio, ut cum communi tenet Rodriquez loc. citato.

§. VII.

Digitized by Google

§. VII.

In huiuſmodi Diſpenſationibus juſtam prærequiri cauſam: Et in quo differant Diſpenſatio, & Licentia?

Breviarium.

90 *Inferior diſpenſans in lege Superioris, in alienis bonis diſpenſat.*

91 *Ut validè diſpenſet, juſta cauſa debet intervenire.*

92 *Diſpenſatio, & licentia differunt.*

93 *Ea quæ indigent licentia Superioris, non ſunt abſolutè prohibita, neque ſuper illis cadere poteſt diſpenſatio.*

94 *In his quæ licentiam prærequirunt non eſt neceſſaria ſpecialis cauſa.*

95 *Sufficiet tamen quilibet rationabilis titulus.*

NOn utcumque, † ſed juſta cauſa præſuppoſita eæ Diſpenſationes elargiri debent; aliter enim omnino redderentur invalidæ. Quum enim 90
Sub-Prior circa prædicta diſpenſans, in Superioris lege diſpenſet, planum eſt, in alienis bonis diſpenſare, alienaque voluntate conſenſu Superioris rationabiliter præſumpto. Ea propter, † ut valide Diſpenſatio fiat, neceſſariò juſta 91
cauſa debet intercedere; qua deficiente Superior (qui talis obligationis creditor cenſetur) minimè rationabiliter præſumi debet præbere conſenſum. In hanc ſententiam conſpirant Theologi *in 4. diſt.* 38. & cum S. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *ad* 2 Omneſque Canoniſtæ cum Gloſſ. in *cap. Non eſt*, verb. *Adimplere, de Voto.* Quibus recenſendis nec tempus, nec inſtituti noſtri brevitas patiuntur, quum proprium ſit materiam Diſpenſationum ſpecialiter tractantium.

In quo diſpenſatio à licentia differat?

Unum tamen † adverto, plurimum ſcilicet inter ſe differre Diſpenſare, 92
& licentiam ſeu facultatem præbere. Quum enim Superior, ut faciat aliquid, copiam ſubdito facit, utputa eleemoſynam egeno erogandi, ſeu alterius cellam ingrediendi, per Clauſtrum vel quaquaverſus ſpatiandi (ubi id ſine licentia fieri non permittitur) domo egrediendi, vel alia ſimilia; non eſt propriè cum Subdito Diſpenſare, ut benè Thom. Sanch. *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 3. *princip.* Ratio eſt: † Nam hæc omnia abſolutè à lege non ſunt prohibita, ſed 93
tantum cavetur, ne ſine licentia fiant. Ideò, quum hæc licentia præſupponatur, non fiunt diſpenſante Prælato, ſed ipſa lege permittente, quum præſcriptum illius omnino ſine aliqua tergiverſatione exequatur.

Unde ſubinfertur, † quòd licet ad Diſpenſationis validitatem ſpecialis 94
(ut dicebamus) prærequiratur cauſa; id tamen locum non habet in iis, quæ ut fiant, Prælati conſenſu bona fide, ac ſimpliciter obtenta, ipſa lex præſtat conſenſum: Sufficitque, † ut juxta intentionem legis talis licentia præbeatur, nul- 95
lum ex ipſa licentia, ſive actione virtute illius facienda hic & nunc ſubori-

ri in-

Digitized by Google

ri incommodum; nec prudenter timeri ſuboriturum, quia licentia à verbo liceat derivatur, & ſic importat facultatem rationi conſentaneam, ut benè tradit Thom. Sanch.cum aliis, *lib.8.de Matrim. diſp.8.num.* 12. Et ſufficiet etjam, ut licitè talis actio à ſubdito fiat, concedi licentiam à Prælato ob honeſtam eiuſdem ſubditi corporis, vel animi recreationem. Imò ut Prælatus illi licentiam præbeat, ſufficiet præcavere, ne, ſi deneget, nimis auſterus habeatur, aut rigidus audiat. Quæ omnia inſufficientia erunt ad Diſpenſationis valorem, niſi juſta cauſa interveniat, ut optimè adnotarunt Suarezius 4. *de Relig.cap.*12.*num.*45 *lib.*2.*& cap.*9.*num.*13. Baſilius, *lib.*8.*de Matrim.cap.*1.*num.* 15. citato Salas.

§. VIII.

Sub-Priorem poſſe cum ſubdito diſpenſare, & licentiam eidem præbere; etiamſi utrumque Subditus à Superiore ante petierit, neque impetraverit.

Breviarium.

96 *Diſpenſatione ſemel petita, nec impetrata, an videatur in ea cauſa per Superiorem fuiſſe præventum? & n.* 100.

97 *Poſtquam Superior aliquem condemnavit, Inferior non poteſt illum abſolvere.*

98 *Superior negans diſpenſationem, ſive licentiam non auſert circa illum caſum Inferiori juriſdictionem.*

99 *Subditus adeundo Superiorem, non ceſſit juri Inferiorem adeundi.*

100 *Adire Superiorem pro alicuius rei petitione, nullum præventionis effectum operatur in uſu iuriſdictionis voluntariæ.*

101 *Quod etiam, & in reſcriptis juſtitiæ admittitur.*

102 *Condemnatio fit per ſententiam, imponentem obligationem, quæ ab Inferiore auferri nequit.*

103 *Prælatus Conventualis potens diſpenſare, adhuc poterit, etiamſi Generalis, aut Provincialis diſpenſationem denegaverint.*

104 *Diſpenſatio, ſive licentia ab abſente Prælato negata poteſt à Sub-Priore Vicario concedi.*

105 *Quod in hac Quæſtione dictum eſt Diſpenſatione, à fortiori de licentiis affirmari debet.*

NOn inſubtilis præſens difficultas eſt, nec inutilis, ſiquidem ſæpè evenire poteſt, ut à Sub-Priore Præſidente Subditus Diſpenſationem exigat, quam à Superiore petiit, & non obtinuit.

96 Non poſſe tali caſu † diſpenſare, ſuadetur, quia ea diſpenſatione ſemel à Superiore petita, videtur jam in ea cauſa per Superiorem præventum, & ſic nil poſſe circa illa Inferiorem; quia eo ipſo quod Superior diſpenſationem denegavit, videtur facultatem abſtuliſſe Inferiori diſpenſandi cum illo
97 ſingulari, † ſicut poſtquam Superior aliquem condemnavit, non poteſt Inferior eundem abſolvere, licet fortaſſe potuiſſet, ſi cauſa fuiſſet ad ſe delata. Verum hoc non obſtante.

Licentia à Superiore petita, & non obtenta poteſt ab Inferiore impetrari.

O Dicen-

ctu ſuorum ſubditorum ſubjacent ſecundum jus commune, & in eo ſiſtendo.

Plura quam Epiſcopis. Religionibus conceduntur.

Quod ſuperaddidi: Nam ex vi privilegiorum, † ſeu ſpecialium jurium 53
pleraque Religionibus conceduntur, quæ minimè Epiſcopis conceſſa ſunt, & horum gratia ad plura ſe extendit Regularium Prælatorum poteſtas, in ſimilibus caſibus, ad quæ Epiſcoporum Venerabilis Dignitas non pertingit. Poſſunt † ergo Sub-Priores virtute privilegiorum Regularibus conceſſo- 54
rum diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario occulto. Indulſit Martinus V. Priori Benedictino Vallis-Oletano, ut refert Rodriq. 1. *Regul. qu.* 24. *art.* 12. Quod privilegium, uti Collector notat in *Compend. tit. Abſolutio Ordinis quoad Fratres*, § 4. poſtmodum ad cæterorum Monaſteriorum Abbates ampliatum eſt. Et intelligitur de quolibet homicidio, tum voluntario, tum caſuali directè, vel indirectè commiſſo. Ita tamen † ut ho- 55
micida in foro contentioſo convinci nequeat, ut advertit Corduba in *Addit. ad Compend.* verb. *Diſpenſatio*, §. 24.

Neque obſtat tale privilegium ſigillatim conceſſum fuiſſe Priori, Sub-Priorem verò non ſuccedere in iis, quæ ſpeciali jure reſervantur Priori.

Reſpondetur † enim, hoc locum habere in iis, quæ jure ſpeciali delega- 56
to Priori reſervantur, ſecus in iis, quæ illi Ordinario, licet ſpeciali, jure conceduntur, ut multis probat Sanchez 8. *de Matrim. diſp.* 2. *num.* 10.

Vel ſecundò reſpondetur, † hoc privilegium non eſſe conceſſum Dig- 57
nitati Priorali, hoc eſt, Priori reduplicativè, ſed Officio immediati Prælati in favorem animarum. Quum ergo Sub-Prior, licet Priorali Dignitate non fungatur, ſit verè Prælatus immediatus illius Monaſterii, hinc eſt, quod perfrui debeat eo privilegio.

Vel dices tertiò, tale privilegium non fuiſſe conceſſum Abbati, ſed Priori Benedictino. Unde directè convenit Sub-Priori, ut Sub Priori, qui in S. Benedicti Religione (ut latè diximus) Prior dicitur, ſive Præpoſitus, ſic Rodriq. citatus.

Quæ ſolutio num ſatisfaciat, ipſe viderit; mihi profectò animum parùm ſedat. Quia (ni mens fallatur) memini, † me legiſſe olim Vallis-Oleta- 58
num Monaſterium non ſub Abbatiali, ſed Priorali Dignitate militaſſe. Quòd, ſi verum eſt, rationem Rotherici omnino infirmat. Et certè incredibile videtur; Præpoſito, ſive Priori Clauſtrali, aut Sub-Priori hujuſmodi privilegium directè conceſſum, quando Abbati, ſeu Priori ſubeſt, quum eo caſu neutiquam Religioſorum Prælatum agat, nec ad ipſum animarum cura ſpectet. Ideo tu tene ſecundam ſolutionem.

Rejicitur Rotherici limitatio.

Intelligit † inſuper ipſe Rodriq. *d. qu.* 24. *art.* 16. hocce privilegium de 59
diſpenſatione ad Ordines, non verò ad Prælaturas, ſed perperam. Nam voluntariè fit talis reſtrictio.

Virtu-

Digitized by Google

60 Virtute alterius † amplioris privilegii à quibuſcumque pœnis (quas inter, quælibet inhabilitas ad Officia, ſeu privatio illorum recenſetur) poteſt Sub-Prior abſolvere, & ſuper quaque irregularitate contracta, ſeclusa omni *Poteſtas Sub-Prioris ampliatur.*
61 limitatione homicidii voluntarii, caſualis, occulti, vel publici. Hoc † indultum conceſſit Benedictinis Vallis-Oletanis Paulus III. cujus tenore Abbatibus, Prioribus, & Præſidentibus illius Religionis indulgetur, poſſe prædictam poteſtatem exercere erga ſuos Religioſos, & Religioſas. Imò, & quaſcumque perſonas in oppidulis, ſeu grangiis ſibi ſubjectis commorantes, quos Familiares, ſeu Vaſſallos vocant, ut refert, & expendit Portellus, verb. *Diſpenſare, Addit. art. 1. uſque ad* 8. ubi advertit, hoc privilegio per communicationem aliarum Religionum Prælatos perfrui, ii ſcilicet, qui reſpondent prædictis Officiis, & Dignitatibus Benedictorum. Officio autem Priorali in Religione Benedictina Sub Prior, de quo loquimur æquipollet. Unde ipſi tale privilegium conceſſum, indubitabile eſt, quum non præcisè immediato Prælato, quemadmodum antecedens privilegium, directum ſit; ſed Abbatibus, Prioribus, & Præſidentibus.

62 Et turſus advertit Portellus inibi, *num.* 5. Ex † vi illius clauſulæ: *Quavis occaſione contracta.* Nullam excipi irregularitatem, licet ſit illa, qua bigami afficiuntur, & hanc opinionem practicè conſulit ſequendam Diana 4 *p. tract.* 2. *reſolut.* 63. licet contraria illi tutior videatur, & Pontificum menti conformior: Quia ſemper juxta Curiæ ſtylum excipitur bigamia. Quod ſumpſit à Hieronymo Rodriq.

Hic celebris quæſtio ſe offert, de poteſtate diſpenſandi ſuper irregularitatibus, quæ proveniunt ex occulto delicto Epiſcopis Tridentini largitione conceſſa, *ſeſſ* 24 *cap.* 6. *de reform.* Utrum † ſcilicet ad Regulares Prælatos de- *Quæſtio notatu digna.*
63 beat extendi, vel ſaltim poſſit ratione Ordinariæ jurisdictionis, & quaſi Epiſcopalis, ac perconſequens ad Sub Priorem N, quem tempore ſui Vicariatus eandem juriſdictionem habere conſtat? Qua in re reſolutoriè dico: Quod ſi fiat ſermo præcisè, inſpectis verbis decreti, excluſiſque privilegiis; tutius judico: non extendi talem conceſſionem ad Regulares Prælatos, quamvis Præpoſiti Generalis ſint. Sic Thom. Sanch. in *Decalog. lib.* 2 *cap.* 11. *num.* 7. Suarezius *in* 3. *part. Tom.* 4 *diſp.* 30. *ſect.* 2 *num.* 7. & 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 8. & alii contra Rodriq. 1. *Regular. quaſt.* 61. *art.* 9. qui tenet: dictam facultatem ex vi præcisè decreti Trident. Regularibus Prælatis competere. *Reſolutio.*

Sed ratio noſtra huic innititur fundamento. Nimirum quia in prædicto decreto Epiſcoporum nomine non quicumque Ordinarii, & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentes comprænduntur; ſed illi dumtaxat, qui aliqua in Diœceſi talis juriſdictionis actum exercere valent. Ut patet inde: *Quoſcumque ſibi Subditos in Diœceſi ſua.* Atqui Regulares Prælati, de quibus *Ratio.*

N loqui-

Digitized by Google

loquimur, nullam habent Diœceſim: ergo non ſpectat ad illos tale decretum. Ideo † Pius V. ſpeciali Bulla in forma Brevis expedita illud in favorem Religionum extendit, Ut refert Emmanuel, *loc.cit.* Quòd non fit, declarando, illis prædictam conceſſionem antea competiiſſe; ut contendit Rodriq. ſed extendendo illud, ut ex ipſiſſimis Bullæ verbis conſtat, ut videtur Suareo, & Sanch. citatis. 64

Indultum Pii V.

Unde, quum prædicta Bulla, ſolum de Prioribus Conventualibus, & Superioribus Prælatis mentionem faciat, ibi: *Priori Conventuali, & Superioribus Prelatis*, minimè ad Sub-Priores pertrahi poſſe, apparet. Qui revera nec ſunt Priores Conventuales, nec Superiores Prælati, † & verba privilegii tantum valent, quantum ſonant. Sed his non obſtantibus. 65

Dico etiam ad Sub-Priores pertinere prædictam poteſtatem, non modo ſi opinionem ſequamur affirmantem: ſub Tridentini decreto comprehendi Regulares Prælatos; (Hac enim ſententia ſuppoſita nulla eſt difficultas, quum verè Sub-Priores Prælati ſint, & Ordinarii, quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentes) verum inſpecta vi verbòrum ipſius Bullæ. † 66
Quamquam enim Sub-Prior Conventui Præſidens *Nomine* Prior Conventualis non ſit, *Re ipſa* id eſſe minimè ambigendum exiſtimo, quum Superior Conventus Solus, & abſolutus ſit, ut diximus, & tempore ſuæ Præſidentiæ verus Prælatus, gaudens juriſdictione Ordinaria, ut in ſimili docet Suarezius 4. *de Relig. lib.2.c.22.num.5.* Summum verò Pontificem tale indultum Conventualibus Prioribus, conceſſiſſe, proculdubio nil aliud oſtendit, quam ipſum voluiſſe, nominatis his, qui communiter Monaſteria regunt, omnes Prælatos immediatos (qualis eſt N. Sub-Prior) indifferenter, & promiſcuè comprehendere.

Pii V. privilegium ad Sub-Priores ſpectat.

§. III.

Ecquid de Poteſtate diſpenſandi, circa Eccleſiaſtica Precepta?

BREVIARIUM.

67 *Sub-Prior à lege Vicarius, circa Eccleſiaſtica Precepta diſpenſare poteſt.*

68 *Poteſtas Inferiorum Prælatorum ad diſpenſandum verſatur regulariter circa ea, quæ frequentia ſunt, & paſſim occurrunt.*

69 *Hæc poteſtas pertinet ad Sub-Priorem Vicarium non ratione alicujus privilegii, ſed ratione Officii.*

70 *Privilegia circa aliqua, ad quæ alias ſe extendebat poteſtas Prælatorum, conceſſa, quo pacto intelligenda ſint?*

TErtium Diſpenſationum genus, quod diximus Sub-Priorali Poteſtati ſubjacere (quando Sub-Prior Conventui præeſt à lege deſignatus) circa *Eccleſiaſtica precepta* verſatur. Igitur † recolere oportet Regulam ſupra traditam, 67

tam, Sub-Priorem ſcilicet in hac materia reſpectu ſuorum ſubditorum id poſſe, quod Epiſcopus in ſua Diœceſi, quia juriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem: quæ ad diſpenſationum hoc genus ſummopere neceſſaria eſt.

68 Probatur, † quia hæc Poteſtas circa ea regulariter verſatur, quæ ultrò, citroque paſſim occurrunt. Ad quorum expeditionem non facilè recurrere eſt ad Sedem Apoſtolicam. Difficultas autem hujuſmodi (ſicut in aliis) habet in Religioſis locum: Ergo eo ipſo, quod ab Epiſcoporum juriſdictione eximantur, debet talis Poteſtas ab illis in Regulares tranſire Prælatos, qualis Sub-Prior, dum Vicarium agit, eſt. Aliàs nec rectè poſſent gubernare, & eſſent deterioris fortunæ, quàm ſæculares. Hanc ſententiam ſpecialiter pro Sub-Prioribus tuentur Thom. Sanchez, *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 3. *num.* 9. & *Tom.* 2. *conſilior. lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 20. Azor. *Inſtit. Moral.* 1. *part. lib.* 7. *cap.* 8. *qu.* 6. *Poteſtas diſpenſandi verſatur, circa ea quæ paſſim occurrunt.*

69 † Et hoc affirmant, non ratione alicujus privilegii illis competere, ſed ratione muneris, & Officii, quo funguntur, inſtar Epiſcoporum cum ſuis ſubditis. Et ſubdit Sanch. *d. lib.* 5. *num.* 2. *Hoc eſſe valde notandum pro multis caſibus; in quibus per privilegia Religionum contingit; eſſe aliquem ſcrupulum ad diſpenſandum.* Accedit Leander in 5. *Præcepta Eccleſ. tract.* 5. *diſp.* 10 *qu.* 14. loquens de Diſpenſatione

70 in jejunio. Hinc eſt, † quòd ſi aliquarum Religionum Prælati peculiarium privilegiorum indulgentia ſuper his valeant diſpenſare, talia privilegia interpretari debeant, ita ut ſolum expedita fuerint ad clariorem hujuſce juris explicationem: quòd ſcilicet exemptione ſuppoſita naneiſcuntur, vel ut aliquid denuò concedant, utputa poſſe faciliori modo, vel leviori ex cauſa diſpenſare, ut adnotat Suarez 4. *de Relig. lib.* 2. *cap* 12. *num.* 19. & Lezana *Tom.* 1. *Reg qq. cap.* 18. *num.* 55. *cum ſeqq.* quem vide: Qui fusè tractat, quid in hac re poſſint Regulares Prælati. Verum nobis dicta ſufficiant.

§. IV.

Ecquid de Poteſtate Diſpenſandi circa Regulares Obſervantias?

BREVIARIUM.

71 *Poteſtas diſpenſandi circa Obſervantias Regulares, ad Sub-Priorem pertinet.*

72 *Talis poteſtas magis neceſſaria eſt immediatis Prælatis, quam Superioribus.*

73 *Iuriſdictio Ordinaria, quam jus concedit, reſpectu immediatorum Prælatorum conceditur.*

74 *Ad has diſpenſationes requiritur juſta cauſa.*

75 *Et qua hæc ſit? Remiſſivè.*

VLtimum Diſpenſationum genus diximus Obſervationes Regulares, tan-

tanquam objectum reſpicere. Quod † verò ſuper illis diſpenſandi poteſtas 71
ſit, evincit Gloſſ. ult. in *cap. fin. 20 quæſt. ult. & in cap. Carnem, de Conſecrat. diſt. 5.* Sylveſt. *verb. Diſpenſatio, num. 20.* Angelus *eod. verb. num. 8.* Lezana *Tom. 1. Regular. qq. cap. 7. num. 29, & c. 18. num. 54. & Tom. 4. verb. Prælatus num. 13. & 14.* Et colligitur *ex cap. cum ad Monaſterium fin. de Stat. Monach.* Argumento à contrario ſenſu deducto, ibi: *Nec æſtimet Abbas, quòd ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare; quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia Caſtitatis adeo eſt adnexa Regulæ Monachali, ut contra eam, nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere.*

Cap. cum ad Monaſterium. fin. de ſtatu Monach.

Diſpenſandi facultas perneceſſaria.

Probatur: Nam ſi Prælati diſpenſare valent ſuper Eccleſiæ præceptis, ut diximus, à fortiori ſuper Regularibus Obſervantiis id valebunt. Et confirmatur: Quia tali diſpenſatione frequentiſſimè opus eſt, pro bono Religionum regimine: Ergo expedit, ut illam exercere valeat Prælatus ad debitam ſui muneris exequutionem.

Sed fortaſſis dices: hoc intelligendum fore de Supremis Ordinum Capitibus, quales ſunt Generales, & Provinciales; non verò de infimis, qualis eſt Sub Prior, & ſi ſuæ Præſidentiæ tempore Conventui præficiatur cum juriſdictione Ordinaria.

Poteſtas diſpenſandi omnibus Prælatis convenit.

Cui objectiunculæ reſpondeo, indifferenter intelligi oportere doctrinam traditam, de quibuſvis Prælatis. Probatur: Quia prædicta poteſtas ex vi juris communis Prælatis convenit: quatenus ſcilicet jus ipſum illis quaſi Epiſcopalem juriſdictionem concedit. Inde provenit, quemvis illorum totam poteſtatem habere ratione iſtius juriſdictionis, quæ ſtatui Religioſo poſſit congruere attento eodem communi jure: Atqui talem poteſtatem, quaſi Epiſcopalem Sub Priori convenire probavimus: Ergo in prædictis Obſervantiis poterit diſpenſare.

Præterea ratio, ob quam jus talem poteſtatem Regularibus Prælatis conceſſit, tam militat reſpectu Sub-Prioris in noſtro caſu, quam quorumlibet Superiorum Prælatorum, propter frequentiſſimam diſpenſandi exigen-
tiam; † imo potius magis neceſſaria in immediatis Prælatis (qualis eſt Sub- 72
Prior) eſt talis poteſtas ad diſpenſandum, quum immediatum regimen habeat. Unde inconveniens eſſet, hanc poteſtatem ſolis Superioribus Prælatis ineſſe, qui ſæpe longè diſtant; nec facilis aditus ad illos patet. Et ideo valde congruum fuit hanc ad inferiores uſque Prælatos diffluere, ut Conventuum gubernium debitè exequerentur. Si verò hujuſmodi facultas circa aliqua ſit reſervata Superiori, in illis diſpenſare inferior Prælatus nequibit; ut cum Suareo tenet Lezana 1. *Tom. Regular. qq. cap. 18. num. 54. fin.*

Juriſdictio quam jus concedit Prælatis, reſpectu immediatorum complit.

Sed ultra progreditur Suarez 4. *de Relig. lib. 2. cap. 13. num. 14.* prænotans,
† omnem ferè Juriſdictionem Ordinariam, quam Regularibus Prælatis jus 73
concedit reſpectu immediatorum concedi: Atqui noſter Sub-Prior, quo tempo-

Digitized by Google

tempore Conventui præeſt, verus eſt immediatus Prælatus, ut pluſquam probatum reliquimus: Ergo ſortitur poteſtatem diſpenſandi ſuper Monaſticis Obſervantiis. † Ad has tamen diſpenſationes juſta requiritur cauſa, quum poteſtas Prælatorum ſit eis data in ædificationem & non in deſtructionem 2. *Corint.* 10. S. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 2. *ad* 2.

75 Quales † verò juſtæ cauſæ cenſeantur ad huiuſcemodi Diſpenſationes, vide apud Lezan. *Tom.* 1. *cap.* 7. *num.* 29. Adi illum: nec pœnitebit.

§. V.

Ecquid de Poteſtate diſpenſandi circa pœnas à Religione taxatas, ſeu ab homine impoſitas?

Breviarium.

76 *Poteſt Sub-Prior diſpenſare circa pœnas à Religione taxatas.*

77 *Quando pœna non eſt reſervata, cuilibet Ordinario eius relaxatio conceditur.*

78 *Quod intelligendum eſt, juſta cauſa interveniente. Et quæ ſint cauſæ juſtæ?*

79 *Sub-Prior Vicarius à lege non poteſt diſpenſare ſuper pœnis à Superiore impoſitis.*

80 *Nec Superior Prælatus poteſt pœnas ab Inferiore impoſitas minuere, ſeu auferre.*

81 *Poterit tamen, ſi Inferior jam functus ſit vita, ſive Officio, vel Subditus legitimè appellarit.*

82 *Contrarium tamen probabiliſsimum judico.*

IDem dicendum eſt de diſpenſatione ſuper pœnis taxatis per Conſtitutio-
76 nes, ſeu ſtatuta Religionum. † Nam in iis ſimiliter poterit Sub-Prior di-
77 ſpenſare. Probatur: † Quia quando talium pœnarum relaxatio non eſt reſervata cuilibet Ordinario integrum eſt illam exequi. Generaliter enim loquendo Prælati Ordinarii ea omnia poſſunt, circa quæ illorum poteſtas ſpecialiter limitata non eſt, *cap. Nuper, de ſent. excom.* Rodriq. 1. *Regul. quæſt.* 22. *art.* 8.
78 Miranda *Tom.* 2. *Manual. q.* 30. *art.* 11. *concl.* 1. † Quod juſta interveniente cauſa intelligi oportet, ut ſunt pueritia, ſenectus, doli defectus; quando ex pœnæ diminutione ſperatur emendatio delinquentis; quando poſt commiſſum delictum, magnum aliquod intervallum tranſiit, ſpontanea criminis confeſſio abſque incuſſione metus, & quævis alia circumſtantia, quæ delictum minuat. Imò, & merita delinquentis Sanch. *lib.* 6. *Conſil. Moral. cap.* 1. *dub.* 21. *num.* 11. Peyrin. *in formulario, litera P. c.* 16. *num.* 8. Lezana *Tom.* 4. *Regul. qq.* verb. *Prælatus Regular. num.* 15. *Quæ ſint juſtæ cauſæ?*

79 In pœnis autem † taxatis, ſeu poſitis ſpecialiter à Prælatis Ordinariis, ut ab homine non poſſunt Prælati diſpenſare, illas minuendo, quod non ſolum in Prælatis Inferioribus reſpectu Superiorum locum habet, quum Inferior *Superior nō relaxat pœnas ab Inferiore impoſitas.*

contra voluntatem Superioris nil poſſit, *cap. Inferior, diſt.* 21. *Clem. Ne Romani, de elect.* † Verum, & in Prælatis Superioribus reſpectu pœnarum impoſitarum 80
ab Inferioribus. Ita enim colligitur ex Trident. *Seſſ.* 14 *de Reformat. cap.* 1.

Ratio eſt, quod aliàs facilè ſubditi contemnerent ſuos Prælatos Ordinarios, Rodriquez & Miranda ſup. Portellus, *dub. Regul.* verb. *Prælatus, num.* 12. & nervosè Caſtro Palao 1. *part. Oper. Moral. tract.* 3. *diſp.* 5. *punct.* 6. *num.* 13. & Lezana ubi ſupra.

Extenditur hæc doctrina ad pœnas non ſolum temporaneas, ſed etiam perpetuas, ex declarat: Sacr. Congregat. quam refert Barboſ. in eum loc. Concilii.

81 Limita tamen † caſu, quo Prælatus imponens jam eſſet mortuus, vel defunctus ſuo Officio, vel quando Subditus legitimè appellavit. Nam tunc Superior poteſt remittere pœnas impoſitas ab Inferiori, quum tali in eventu Ordinarii autoritas non contemnatur; ſic Doctores ſupra citati. Verum † 82
quia contrariam partem noviſſimè tuetur ſtrenuè ex Sacra Prædicatorum Familia graviſſimus Alumnus, ac legitimus Angelici Doctoris Diſcipulus, ſcilicet eruditiſſimus Magiſter P. F. Ioannes Martinez de Prado in *quæſtionibus Theolog. Moral. cap.* 4. *q.* 4. §. 4. *per totum*; cuius authoritas mihi (imo & apud omnes) magni ponderis eſt: eam indeciſam relinquo, quia vigilans Lector præfatis in Autoribus diſcuſſam reperiet, nec pigebit illos conſulere, ut veriorem eliciat reſolutionem.

P. F. Ioan. Martinez.

§. VI.

Ad quid ſe extendat prædicta poteſtas diſpenſandi?

Breviarium.

83 *Poteſtas Prælatorum Religionum ad diſpenſandum, qualis?*

84 *Poteſtas, quæ ad Sub-Priorem Vicarium pertinet, ad omnia illa ſe extendit, ad quæ ſe extendebat Epiſcopalis poteſtas ante exemptionem.*

85 *Poteſtas Prælatorum Regularium ad diſpenſandum, non eſt reſtricta per jus commune, ſed per Religionum ſpecialia ſtatuta.*

86 *Poteſt Sub-Prior Vicarius diſpenſare cum ſibi ſubditis ſuper quibuſcumque non limitatis.*

87 *Circa diſpenſationes elargiendas à Prælatis Regularibus ſtandum eſt præſcripto legis, ſive conſuetudinis in qualibet Religione recepto.*

88 *Diſpenſandi poteſtas cuivis Prælato incumbit, niſi à Religione, vel Superiore limitetur.*

89 *Non poteſt licitè Superior Inferioris poteſtatem abſque iuſta cauſa limitare, & contrarium faciens peccabit, ac pro eo puniri poterit.*

Diximus (reducentes ad quatuor capita poteſtatem diſpenſandi) illam in Sub-Priore non vigere pro ſingulis generum; ſed pro generibus ſingulorum.

lorum. Ideò explicatis jam ipſis generibus; ut ad ſingula ſub iiſdem contenta, deſcendamus, recta methodus poſtulat. Quo circa ad Regulam, quam ſupra
83 tetigimus confugiendum eſt: † Nempe Unumquemque Prælatum Religioſum id tantum poſſe in hac Diſpenſationum materia, quod à jure cùm proprio, tum communi, vel privilegio conceſſum eſt.

84 Enimverò pro prædictæ Regulæ explicatione † ſuppono ad N. Sub-Priorem poteſtatem diſpenſandi ſuper iis omnibus pertinere, ad quæ ſe extendebat Epiſcopalis poteſtas cum Religioſis ante exemptionis privilegium. Ratio eſt: Nam Sub-Prior in caſu, quo loquimur, ex vi juris communis juriſdictione Epiſcopali fruitur ad omnes caſus cujuſcumque materiæ: Atqui hanc poteſtatem nulli Prælato à jure limitari, compertum eſt: Ergo nequaquam limitatam cenſeri oportet penes Sub Priorem inſpecto jure communi. *Qualis poteſtas ad Sub-Priorem pertineat, circa diſpenſationes.*

85 Unde † oritur, prædictam poteſtatem, ſi aliquam patiatur reſtrictionem, non provenire ex eodem jure communi, ſed limitante aliqua peculiari
86 Religionis lege: Quamobrem (loquor intra latitudinem juris communis) † dico, poſſe Sub-Priorem cum ſibi Subditis diſpenſare ſuper quibuſcumque non limitatis à Regula, privilegiis, ſeu ſtatutis, conſuetudineve Religionis. Ita, ut quicquid eius poteſtati non ſit prohibitum, cenſeatur conceſſum. Hæc ſententia communiter recipitur à Doctoribus loquentibus de Prælatis infimis, & in ſpecie de Sub-Priore docent plures, quos ſupra retulimus *hac 3. part. principio 2.* ubi aſſerentes, Sub Priorem, tempore ſui Vicariatus, eadem cum juriſdictione præeſſe, quæ abſenti Prælato competeret, ſubjungunt nonnulli,
87 *niſi à lege vel Superiore limitata ſit.* Et quo ad hoc † Rodriq. 1. *Regular. q. 17. art. 5.* Suarez 2 *de Religione, lib. 6. cap. 17. num. 17.* tenent: *Stari, opportere præſcripto legis, aut conſuetudinis recepto in qualibet Religione.*

88 Probatur: Nam † Diſpenſativa poteſtas ex vi Prælationis cuivis Superiori competit; ergo quilibet Prælatus habet totam iuriſdictionem, quæ in ſua Religione reſpectu Subditorum vigere quit, ſi ab eadem Religione non minuatur aliquo ex prædictis modis. Idem dicito caſu, quo Prælatus Superior limitaret, aut ſibi aliquod reſervaret juſta interveniente cauſa, ut proximè diximus cum Lezana, & Suarez. *Diſpenſandi poteſtas cuilibet Prælato competit.*

89 Dixi: Juſta interveniente cauſa. Namque † ſi voluntariè, & nulla cauſa juſta intercedente limitet, quamquam factum teneat, peccabit proculdubio, poteritque à Superioribus eo nomine ſyndicari, & puniri. Ratio eſt, quia quum tales Prælati ſint Ordinarii, ſuamque authoritatem, & juriſdictionem beneficio legis accipiant, & jure proprio poſſideant; injuria illis in re magni momenti irrogaretur, ſi nulla exigente cauſa ab ipſis quomodolibet adimeretur juriſdictio, ut cum communi tenet Rodriquez loc. citato.

§. VII.

Digitized by Google

ri incommodum; nec prudenter timeri ſuborituram, quia licentia à verbo liceat derivatur, & ſic importat facultatem rationi conſentaneam, ut benè tradit Thom. Sanch. cum aliis, *lib.8. de Matrim. diſp.8. num.* 12. Et ſufficiet etjam, ut licitè talis actio à ſubdito fiat, concedi licentiam à Prælato ob honeſtam eiuſdem ſubditi corporis, vel animi recreationem. Imò ut Prælatus illi licentiam præbeat, ſufficiet præcavere, ne, ſi deneget, nimis auſterus habeatur, aut rigidus audiat. Quæ omnia inſufficientia erunt ad Diſpenſationis valorem, niſi juſta cauſa interveniat, ut optimè adnotarunt Suarezius 4. *de Relig. cap.*12. *num.*45. *lib.*2. *& cap.*9. *num.*13. Baſilius, *lib.*8. *de Matrim. cap.*1. *num.* 15. citato Salas.

§. VIII.

Sub-Priorem poſſe cum ſubdito diſpenſare, & licentiam eidem præbere; etiamſi utrumque Subditus à Superiore ante petierit, neque impetraverit.

Breviarium.

96 *Diſpenſatione ſemel petita, nec impetrata, an videatur in ea cauſa per Superiorem fuiſſe præventum? & n.* 100.

97 *Poſtquam Superior aliquem condemnavit, Inferior non poteſt illum abſolvere.*

98 *Superior negans diſpenſationem, ſive licentiam non aufert circa illum caſum Inferiori juriſdictionem.*

99 *Subditus adeundo Superiorem, non ceſſit juri Inferiorem adeundi.*

100 *Adire Superiorem pro alicuius rei petitione, nullum præventionis effectum operatur in uſu iuriſdictionis voluntariæ.*

101 *Quod etiam, & in reſcriptis juſtitiæ admittitur.*

102 *Condemnatio fit per ſententiam, imponentem obligationem, quæ ab Inferiore auferri nequit.*

103 *Prælatus Conventualis potens diſpenſare, adhuc poterit, etiamſi Generalis, aut Provincialis diſpenſationem denegaverint.*

104 *Diſpenſatio, ſive licentia ab abſente Prælato negata poteſt à Sub-Priore Vicario concedi.*

105 *Quod in hac Quæſtione dictum eſt Diſpenſatione, à fortiori de licentiis affirmari debet.*

NOn inſubtilis præſens difficultas eſt, nec inutilis, ſiquidem ſæpè evenire poteſt, ut à Sub-Priore Præſidente Subditus Diſpenſationem exigat, quam à Superiore petiit, & non obtinuit.

96 Non poſſe tali caſu † diſpenſare, ſuadetur, quia ea diſpenſatione ſemel à Superiore petita, videtur jam in ea cauſa per Superiorem præventum, & ſic nil poſſe circa illa Inferiorem; quia eo ipſo quod Superior diſpenſationem denegavit, videtur facultatem abſtuliſſe Inferiori diſpenſandi cum illo
97 ſingulari, † ſicut poſtquam Superior aliquem condemnavit, non poteſt Inferior eundem abſolvere, licet fortaſſe potuiſſet, ſi cauſa fuiſſet ad ſe delata. Verum hoc non obſtante.

Licentia à Superiore petita, & non obtenta poteſt ab Inferiore impetrari.

Dicendum † eſt, poſſe. Quia ex eo quod Superior negavit diſpenſationem, non aufert juriſdictionem, quam habet Prælatus Inferior diſpenſandi in illo caſu, neque negando diſpenſationem, fecit caſum indiſpenſabilem, aut coarctavit Inferioris iuriſdictionem: Ergo adhuc poteſt Inferior diſpenſare, † quia Subditus adeundo Superiorem non ceſſit juri, quod habebat etiam adeundi Inferiorem. 98 99

Ad rationem dubitandi reſpondeo; quòd † adire Superiorem pro alicuius rei petitione, nullum præventionis effectum operatur; ne liceat poſtea eandem ab Inferiori petere, *l.* 1. *& tot. tit.* C. *Quando libellus.* Ratio eſt: Quia in uſu iuriſdictionis voluntariæ non habet locum hæc præventio, quum liberum poſtulanti ſit, à prima petitione recedere, & aliam intentare. † Atque ita generaliter etiam in reſcriptis juſtitiæ tradit Navarr. *lib.* 1. *Conſilior. in* 2. *edit. tit. de Offic. Deleg. conſil.* 1. *num.* 2. 100 101

Neque eſt ſimile id, quod de condemnatione à Superiore facta objectabatur. † Quia condemnatio fit per ſententiam, quæ imponit obligationem, quam Inferior nequit auferre: At negatio diſpenſationis, nec fit per ſententiam, nec præcepti alicuius obligationem inducit, ſed ſolum relinquit præexiſtens vinculum, denegando uſum poteſtatis propriæ: Ergo non eſt cur inde cenſeatur ligata, & diminuta inferioris poteſtas. Hanc ſententiam tuentur Portell. *Dub. Regular. n.* 18. verb. *Diſpenſare*, loquendo de diſpenſatione à Papa denegata † *& num.* 20. idipſum dicendum affirmat, quando Generalis, vel Provincialis negavit Diſpenſationem. Quia, ſi Prælatus Conventualis poteſt diſpenſare, adhuc poterit, non obſtante, quod Generalis, vel Provincialis denegaverit. Eandem doctrinam abſolutè docet noſter Lezana, *Regular qq.* 3. *p.* verb. *Diſpenſare, n.* 2. *fin.* 102 103

Portellus. *Lezana.*

Diſpenſatio à Prælato abſenti negata poteſt à Vicario Sub-Priore concedi.

Sed quicquid ſit de controverſia hac; † certum eſt, Diſpenſationem ab abſente Prælato denegatam poſſe concedi à Sub-Priore Vicario, quum in eius locum ſuccedat cum pari poteſtate. Qua ratione ducti ſupra reſolvimus, poſſe irritare vota de licentia abſentis Prælati emiſſa. 104

Quod verò de largienda diſpenſatione aſſerimus, à fortiori † affirmari debet de licentia, quam denegavit Superior, & poſtmodum ab Inferiori poſtulatur, ſiquidem ad hanc concedendam longè minor cauſa deſideratur. Quid verò in noſtra Religione circa hoc obſervetur, poſtea ſuo loco dicemus. 105

§. IX.

Prædictas diſpenſationes, ſive licentias non exſpirare morte concedentis, aut finitione Officii.

Breviarium.

106 *Licentia, ſive diſpenſatio non exſpirat, extincto jure concedentis.*

107 Etiamſi

Digitized by Google

107 *Etiamſi non acceptetur, neque demandetur exequutioni, niſi poſt mortem concedentis, aut finitionem Officii.*

108 *Gratia conceſſa ad arbitrium, ſeu beneplacitum concedentis, morte illius exſpirat.*

109 *Prælatus, qui à Pontifice facultatem obtinuit diſpenſandi cum Religioſo illegitimo ad Prælaturas, & de facto diſpenſavit; ſi poſtea obierit, durat diſpenſatio.*

110 *Licentiæ omnes abſolutè conceſſæ ſemper durant, dum non revocantur.*

111 *Licentia conceſſa à Prælato Regulari non indiget confirmatione ſucceſſoris.*

112 *Etiam ſi Officium concedentis parum duret.*

113 *In Religionibus ſtrictioribus non præſumuntur licentiæ conceſſæ ſine ſubjectione ad Prælatum ſuperventurum.*

114 *Diſpenſationes, ſeu licentiæ conceſſæ, quæ occultè exequendæ ſunt, poſſunt exequi abſque ſupervenientis Prælati confirmatione; ſecus de illis, quæ palàm exequendæ ſunt.*

115 *Non eſt exiſtimandum, Prælatos licentias, ſive diſpenſationes contra bonum pacis concedere voluiſſe.*

116 *Prælatus ſuccedens non debet abſque cauſa Anteceſſorum juſſa invalidare.*

106 AD huiuſmodi Diſpenſationum pleniorem tractationem reſtat advertendum, † tam ipſas Diſpenſationes, quàm licentias, ſi abſque ulla temporis limitatione concedantur, non exſpirare morte concedentis, ſive finitione Officii, *cap. ſi cui nulla, de Prœbend. in 6. cap. ſi ſuper gratia 9. de Offic. Iud. Deleg. eod lib.* Sanch. *lib. 8. de Matrim. diſp.* 28. *num.* 48. Layman, *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *num.* 18. Naldus, *Summ.* verb. *Gratia, num.* 4. Bordonus, *reſolut.* 39. *num.* 42. Suarcus, *lib.* 8. *de legib. cap.* 71. *num.* 17. Bonac. *de legib. diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 8. *num.* 19. noſter Gabriel à S. Vincentio in ſuo opere *de Sacramentis Tom.* 4. *diſputat.* 9. *quæſt.* 9. *num.* 86. Ratio eſt; non tantum, quia eſt gratia facta, & ſic perfecta in ſe ipſa, ſed quia licentia, ſive diſpenſatio ſic conceſſa eſt quædam donatio: donatio autem non ceſſat ob donantis mortem, vel Officii ceſſationem, ut Nal- *Gabriel à S. Vincentio.*
107 dus, & Sanch. *citat.* † Quod intellige, etiamſi Gratia non acceptetur, aut ad exequutionem uſque non pervenerit, niſi poſt mortem concedentis, aut finitionem Officii, propter eandem rationem, ut Sanchez argumentatur inibi, *num.* 43.

108 Dixi: † ABSQUE ULLA TEMPORIS LIMITATIONE; quia ſi talis Gratia quamtumvis facta, conceſſa fuit uſque ad beneplacitum concedentis, vel arbitrio ipſius duratura, morte illius finitur, quia per mortem definit beneplacitum, arbitrium, aut velle hominis, *c. ſi gratioſe, de reſcript. in 6.*

Ex his autem quoad praxim Regularium infert plura Lezana, *Regular.*
109 *qq. Tom.* 3. verb. *Gratia, num.* 10. PRIMUM: † Quod ſi Prælatus aliquis nactus à Pontifice diſpenſandi authoritatem cum Religioſo illegitimo ad Prælaturas, diſpenſavit cum illo; ſed antequam in Prælatum eligeretur, diſpenſans obiit, durat illa diſpenſatio, quia eſt Gratia facta, Sylveſt. verb. *Gratia,* *Lezana.*
110 *num* 9. † SECUNDUM: Licentias omnes conceſſas à Superioribus quibuſcumque, quando non ad limitatum uſum temporaneum, vel certum tempus, *Licentia non exſpirat morte concedentis.*

Digitized by Google

ſed abſolutè conceſſæ ſunt, eſſe perpetuas, quouſque ab eodem concedente, aut eius ſucceſſore, aut Superiore revocentur, eadem ratione. Sanch. *diſp.* 28. *num.* 85. TERTIUM: † Quod ſi Generalis, vel Provincialis alicui commiſerit 111
peculiariter, & expreſsè diſpenſationem alicuius caſus, vel aliquam Gratiam: non erit opus, poſtquam concedens Officio, vitavè functus fuerit, ab alio Generali, vel Provinciali licentiam repetere, propter aſſignatam rationem. Vide Peyrinis, *Tom.* 2. *Privileg. Minim. ſuper Conſtitutione Pyrrhi* §§. 5. *&* 6. *num.* 14. *&* 15. Idem iudicium eſtò de Gratiis factis à Viſitatoribus vel Commiſſariis tempore Viſitationis, aut Commiſſionis. † Quia, quamvis 112
eorum authoritas citius exſpiret, & parumper duret, hoc tamen non prohibet, quominus, ſi pro eo tempore aliquas gratias, ſive licentias conceſſerint, poſtmodum maneant, & perdurent, ſicut aliæ à Superioribus Ordinariis conceſſæ poſt mortem illorum, ſeu Officii ceſſationem perennant, permanenterque conſiſtunt.

E quibus (proximè dictis præſertim) tu prudens Lector tecum ipſe colligito: quid ſentiendum ſit Prælato redeunte de licentiis, ſive Diſpenſationibus, quas illo abſente Sub Prior Vicarius largitus fuerat.

Limitatio notanda. Ego certè hæc omnia † indiſtinctè probare non auſim pro Religionibus, in quibus Obſervantiæ Regularis viror nondum emarcuit, ubi æquum 113
eſt, præſumere, noluiſſe anteceſſores Prælatos, vel tantillum rigidioris diſciplinæ laxare, & perfectiorem præſentis Prælati ſubjectionem impedire. Unde licentias ab illis conceſſas, hac tacita limitatione conceſſas, intelligendas exiſtimo.

Verumtamen, quidquid ſit de hac limitatione, ut rectè doctrina huc cuſque tradita utaris advertè. † Conceſſa à Sub-Priore tempore ſui Vicariatus (vel à quocumque alio Prælato ſuæ Prælationis tempore) in duplici differentia eſſe. Vel enim exterius, ſive palam preditura ſunt, vel tantum intra 114
conſcientiæ ſcrinium remanſura, ſive occultè exequenda. Hæc ultima, licet abſens Prælatus redeat, aut Succeſſor vacanti ſedi inſideat, poſſunt exequutioni mandari; nec obviat aliquod inconveniens. Prima verò, licet, ex vi prioris licentiæ præcisè poſſint exequutioni mandari, pro bono tamen pacis haudquaquam exequenda ſunt; utpute, egredi Monaſterio, cellas aliorum Fratrum ingredi, per Clauſtra hac illac deambulare, & ſimilia: quæ Prælati ſuccedentis, vel redeuntis cognitionẽ fugere non poſſunt; ideoque nequeunt non, ſi virtute præcedentis licentiæ fiant, plurimum perturbationes parere: & præſentis Prælati, vel contemptum redolere, vel ſubdito taliter operanti notam imperfectioris obſervantiæ inurere.

Imò prorſus à ratione alienũ eſſet, credere † præcedentẽ Prælatũ, ſive Vicarium ſimiles licentias dediſſe: ut cõtra bonum pacis exequutioni mãdarentur, ſed potius intendiſſe, omnia conſenſu præſentis Prælati exequenda, & 115

non

non aliter, qui optimè valet Anteceſſoris licentias, & diſpenſationes quaſ-
que, vel partim moderare, vel omnino è medio tollere: quia alias præjudici-
um illatum eſſet illi, contra jus, quod habet, teſte Rotherico 1. *Regul. quaſt.* 17.
art. 11.

116 At † Succeſſores Prælati debent ſerio penſare, ſine rationabili cauſa,
non oportere, Anteceſſorum juſſa invalidare, ſecundum Regulam juris, *cap.* *Prælati Succeſſores Anteceſſorum juſſa invalidare non poſſunt.*
16. *in* 6. *Decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum.* Sin minus facientes
peccabunt, licet non mortaliter, niſi, quando ex odio, vel malevolentia id fe-
cerint, aut ex eo proveniat ſcandalum. Vide ſis Suarcum, *lib.* 8. *de legib. cap.* 37.
num. 10. Peyrin. ubi ſup. *num.* 17.

ILLATIO III.

Poſſe ſecum diſpenſare Sub-Priorem in illis, in quibus cum ſuis Subditis, &c.

Breviarium.

117. *Prælatus ea omnia, quæ Subditis valet concedere, poteſt & ſibi.*
118. *Prælatus poteſt ſecum diſpenſare.*
119. *Qui poteſt aliis conferre beneficium, non poteſt ſibi.*
120. *Explicatur textus in cap. final, de Inſtitutionibus.*
121. *Actus juriſdictionis voluntariæ non prærequirunt diſtinctionem perſonarum. Secus dicendum de actibus coactivæ juriſdictionis.*
122. *Explicatur textus in cap.* per veſtras, *de jure Patronatus.*
123. *Non poteſt quis ſe ipſum Dignitatibus præſentare.*

117 INferò *tertiò*, poſſe † Sub-Priorem tempore ſuæ præſidentiæ omnia, quæ-
cumque ad ipſum pertinere diximus, & aliis ſibi ſubditis valet concedere,
non modo illa exequendo, quæ aliis ſine ejuſdem conſenſu non licent, verum
diſpenſando ſecum ſuper quibuſcumque poteſt cum cæteris diſpenſare. Ra-
118 tio: † Nam, quum ſit verè Prælatus, poteſt erga ſubditos prædicta omnia ex-
equi; ergo & ſecum, ne pejoris in hoc ſit conditionis. Quod docuit Thom.
Sanch. *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 3. *num.* 9. Baſilius, *eod. tract. lib* 8. *cap.* 4. *num.* 12. Azo-
rius, *part.* 1. *Inſt. Moral. lib.* 7. *cap.* 18. *quaſt.* 6. loquentes in ſpecie de Sub-Priore. *Philip. à SS. Trinit.*
Noſter Philippus à SS. Trinitate in curſ. Theolog. *Tom.* 3. *in* 22. S. Thom. *Tra- Gabriel.*
ctat. 3. *diſp.* 3. *dub.* 12. *in reſponſ. ad* 2. Noſter Gabriel à S. Vincent. *diſput.* 9. de Sa- *Cap. fin. de Inſtit.*
cram. Matrim. *quaſt.* 2. *num.* 20. *& ſeqq.*

119 Nec nobis refragatur *text. in cap. fin. de Inſtit.* ubi deciditur: † Non poſſe
ſibimet conferre beneficium, qui poteſt alteris; nam inter dantem, & acci-
pientem (ratio inibi tradita) debet eſſe diſtinctio perſonalis.

120 Reſpondetur enim cum eodem Thom. Sanch. *num.* 6. † non fieri Ser-

 monem

monem in tali textu generaliter,ſed tantum individualiter pro caſu, qui eodem textu continetur : Ubi ſic decernitur ad vitandum pernitioſum Prælati
exemplum.Ratio hujus eſt: † Nam licet actus coactivæ juriſdictionis diſtin- 121
ctionem Perſonarum prærequirat , quum idem à ſe ipſo cogi non poſſit; quod etiam in ſententia ſive abſolutione,quæ ad inſtar ſententiæ ponuntur, locum habet ; in actibus tamen voluntariæ juriſdictionis (qualis eſt diſpenſatio)minimè id de neceſſitate requiritur: quum in iiſdem actibus nulla coactione opus ſit.Si verò in prædictis actibus, quandoque prohibetur ; ne quis duorum perſonam ſuſtineat (ut in prædicto textu) hoc ſpeciali decreto contingit, ob aliquod peculiare inconveniens, qualis eſſet ambitionis ſuſpicio,
ſi quis ſibimet beneficium conferret. † Idem ſcimus,fuiſſe decretum per text. 122
in cap.per veſtras,de jur.Patron. ubi cavetur ; nequis ſe ipſum præſentare,poſſit
Dignitatibus, & ratio redditur, ibi: † *Quum nullus ſe ingerere debeat Eccleſiaſtica* 123
Prelationis Officiis,quantumcunque idoneus ſit. Niſi dicamus; quod jus hoc ipſum decreverit ad evitandas fraudes,ut colligitur ex text.in *Clement.2.de Reb.Eccl. non alien.l.1 ff de Authorit.Tutor.*& tenet Baſil.*lib.8.de Matrim.cap.*4.*num.*9.pluribus pro eadem ſententia adductis.

Cap. per veſtras *de Iure Patronat.*

ILLATIO IV.

An poſſit Sub-Prior ſecum diſpenſare, aut ſibi licentias præbere exequendas ab illo, poſt ſui Vicariatus finitionem?

Breviarium.

124. *Status Quæſtionis.*
125. *Sententia affirmativa.*
126. *Sententia negativa.*
127. *Media ſententia.*
128. *Prælatus ſecum diſpenſans, poterit uti diſpenſatione poſt ceſſationem ſui Officii.*
129. *Diſpenſatio abſolutè facta tollit vinculum legis.*
130. *Diſpenſatio completa, & perfecta non ceſſat obitu diſpenſantis.*
131. *Prælatus non poteſt ſibi facultatem præbere pro rebus exequendis, poſt Officii finitionem.*
132. *Ea,quæ,ut à Subditis licitè exequi valeant, licentiam prærequirunt, exequitur Prælatus jure proprio.*
133. *Si Prælatus prædeterminavit aliquid facere, & re jam incepta defunctus eſt Officio, poterit id perficere, ſibique applicare abſque aliqua licentia.*
134. *Licentia facit licitum, quod ſine illa non licet.*
135. *Subditus eſt ſubjectum capax licentiæ obtinendæ, Prælatus minimè.*
136. *In quo licentia à diſpenſatione differat?*
137. *Nullum ſequitur inconveniens, ex eo quod Prælatus utatur, poſt finitum Officium diſpenſationibus, quas ipſe ſibimet conceſſit.*
138. *In hujuſmodi tamen uſu licentiarum maximum erit inconveniens.*
139. *Sententia Eminent. Cardinalis de Lugo.*
140. *Prælatus diſpenſans ſecum ſuper jejuniis Qua-*

Digitized by Google

niis Quadrageſima interveniente juſta cauſa, poteſt tali diſpenſatione uti, etiamſi dimidiata Quadrageſima defungatur Officio.

141. *Idem dicendum eſt de Prælato, qui ratione itineris ſecum diſpenſavit ſuper jejuniis, ſive ſuper Divini Officii recitatione.*

142. *Dummodo perſiſtat juſta cauſa.*

143. *Diſtinctio Cardinalis de Lugo adprobatur.*

144. *Ratio tamen ejus expungitur, & genuina aſſignatur.*

145. *Licentia ſupponit aliquam prohibitionem.*

146. *Iuriſdictiones Ordinaria, & Delegata poſſunt concurrere.*

147. *Et quando non?*

148. *Prælatus non poteſt ſibi facultatem concedere, ut tranſacto Prælationis tempore Religioſorum confeſſiones audiat.*

149. *Pellizzarii ratio rejicitur.*

150. *Et vera aſſignatur.*

151. *Prælatus indirectè poteſt ſibi poſt finitum Officium facultatem aliquid faciendi tribuere, & hoc dupliciter.*

152. *An ceſſante cauſa diſpenſationis ceſſet ipſa diſpenſatio? Remiſſivè.*

153. *Diſpenſatus in jejunio Quadrageſimali cum juſta cauſa, ſi hac ceſſet, ex tunc tenetur jejunare.*

154. *Reſolutio Quæſtionis.*

155. *Lex jejunii Quadrageſimalis multiplex eſt, & ſingulis diebus quaſi novam obligationem inducit.*

156. *Tractus ſucceſſivus in hac Quæſtione deſumitur non ex uſu diſpenſationum, ſed ex earum materia.*

157. *In ſingulis diebus Quadrageſimæ adeſt nova jejunii obligatio.*

158. *Dictio* Quaſi *denotat improprietatem.*

159. *Pro diſpenſatione cujuslibet diei Quadrageſimalis, debet nova cauſa produci, & præexiſtere.*

160. *Expenditur textus* in l. ſi in ſingulos 4. *ff.* de annuis legatis.

161. *Legatum annuum eſt virtute multiplex, primi anni purum, ſequentium vero, Conditionale.*

162. *Diſpenſatus in obligatione jejunii, ſeu recitationis divini Officii, pro aliquo die ob juſtã cauſam: licet poſtea ipſo die cauſa ceſſaverit, nec jejunare, nec recitare tenetur.*

163. *Expenditur textus in l. à nobis 5. ff. de annuis legatis.*

164. *Rejicitur Salas adſerens diſpenſatum pro tota Quadrageſima manere diſpenſatum, etiam ſi cauſa ceſſaverit, & ad ſummum peccare venialiter, cui ſententiæ aſſenſiit Granados.*

165. *Peregrinus tranſiens per locum, ubi jejunium voti obligatione ſervatur, illud non ſervans, nec venialiter peccat.*

166. *Rejicitur diſtinctio P. Granados.*

167. *Conditio, quam dicimus debere intervenire ad prædictam jejunii diſpenſationem, non provenit ex voluntate diſpenſantis, ſed ex natura rei.*

VEL pro majori Tituli claritate † inquiri poteſt: Num licentiæ, ſive Diſpenſationes (Quibus ſe uſurum poſt abſolutum ſuum Vicariatum decreverit Sub-Prior: vel, licet antea id non prævidiſſet, non tamen adimpletæ ſunt tempore ſuæ Præſidentiæ, ſed adimplendæ poſt illud remanſêre) unà cum illius juriſdictione finiantur? Quæſtionem hanc pro quocumque alio Prælato inſtituere poſſemus: ideo ratio decidendi pro illa quibuſvis genericè applicari poterit. Quia tamen hoc frequentius evenire ſolet, reſpectu Sub-Priorum, quorum Præſidentiæ ad breve tempus ſæpè limitantur, alterniſque propriorũ Prælatorum præſentiis intercipiuntur; ideo de illis ſingillatim juxta noſtrum inſtitutum in præſentiarum quæſtionem excitamus. 124

Status Quæſtionis.

Aſ-

Affirmativè reſpondendum † videtur. Primò: Quia diſpenſatio ſecum 125
facta, ſive licentia ſibimet conceſſa, abſolutè conceſſa, abſolutèque facta omnino eſt: Atqui Gratia facta abſolutè poſt concedentis mortem, ſive Officii ceſſationem perdurat, ut cum communi diximus: Ergo.

Secundò: Nam ipſe SubPrior, quemadmodum alius quivis Prælatus, ſecum exequi poteſt, quod cum aliis exequi non prohibetur, ut eſt etiam Doctorũ Communis: Atqui Licentia, ſeu Diſpenſatio, quam reſpectu ſuorum Subditorum concedit, etiam poſt finitum ejus Officium perdurat ob deſignatam rationem, quia ſcilicet eſt Gratia facta: Ergo.

Tertiò: Quia alioquin eſſet deterioris conditionis quam Subditi, quod eſt maximum inconveniens.

Sed pro contraria † parte facere videtur; ſequi ex doctrina tradita; quod 126
ſi valeret SubPrior impertiri ſibi licentiam, qua poſt Vicariatum finitum uteretur, poſſet ſibi ante ſuæ Præſidentiæ finem omnia illa indulgere, quibus probabiliter judicaret, ſe indigere poſſe: Atqui hoc concedere eſt abſurdum; tum quia inauditum, & cum praxi pugnans; tum quia per hoc redderetur quaſi à ſupervenientis Prælati juriſdictione exemptus, quod in magnum voti Obedientiæ præjudicium cederet: Ergo abſolutè eſt quæſtio negativè reſolvenda.

Dico primò: (Pro faciliori nodi extricatione) licere Sub Priori † poſt fi- 127
Prima pars diſtinctionis. nitum ſuæ Præſidentiæ tempus illis diſpenſationibus uti, † quibus ſe uſurum 128
ante decreverat, ſive ſui Officii ceſſationem prævidiſſet, ſive non. Quod benè
Diſpenſatio abſolutè facta abſolvit à legis obligatione. rationes pro prima ſententia militantes convincunt. Et probatur: † Quia 129
per diſpenſationem abſolutè factam, licet nondum exequutioni mandata ſit, verè abſolvitur à legis obligatione, per relaxationem factam ab eo qui poteſt. Nec antecedens obligatio finito Officio videtur reviviſcere, ſive repullulare. Ergo omnino manet diſpenſatus, & prorſus liber à legis obſervantia. Cui ſententiæ liquet neceſſario patrocinari debere Communem Doctorum aſſerentium, † Diſpenſationem abſolutè factam; & in ſuo eſſe com- 130
pletam, & perfectam nullatenus obitu Diſpenſantis obire. Quos inter militat Bonac. *Tom. 2. de legib. diſp. 1. qu. 2. punct.* 10. §. 2. *num.* 1. Et inſuper à fortiori eidem ſententiæ coguntur ſubſcribere, quotquot docent, Diſpenſationem abſolutè factam; ſed nondum exequutioni mandatam non exſpirare ceſſatione cauſæ, quorum nomina latius infra exſcribemus.

De illis verò, quæ nulla indigent diſpenſatione, quia ſolummodo prohibentur à lege, ne ſine licentia fiant: non verò, ne fiant abſolute (quæ prohibitio, ut prænotavimus hac 3. *p. num.* 92. non requirit diſpenſationem, modo adſit Superioris licentia) aliter philoſophandum eſt. † Ideo 131

Secunda diſtinctionis pars. *Dico ſecundò*: Sub-Priorem vel quencunque Prælatum, etiam Generalem Præpoſitum ejuſmodi licentiis uti non poſſe poſt ſui perfunctionem Officii,

132 Officii. Ratio eſt: † Nam, quum rebus in iſtis, nulla quoad Prælatum prohibitio reperiatur, ſed merè quoad Subditum, in quo lex prædictam licentiam, ſeu facultatem à Prælato factam deſiderat tanquam conditionem, ut licitè ſubditus operetur, minimè verificari poteſt, Sub-Priorem, vel Superiorem ſibimet tales licentias tribuere, nam illis neutiquam eget. Sicut, quum prohibita à lege, niſi accedente licentia Superioris exequitur, haudquaquam dici poteſt, tum ille de Superioris licentia operari, quandoquidem ſibi ipſi Superior non eſt.

Quod notabilis quædam Patris Suarez doctrina corroborat 4. *de Relig. lib. 2. cap. 14. num. 7. Eo autem ipſo* (verba ſunt illius) *quòd Prælatus relinquitur in hac domo tanquam Pater, & Superior illius, relinquitur tanquam Dominus ſuarum actionum, earum ſcilicet, quæ ad ordinarium modum talis vitæ pertinent; in quibus ſolet eſſe neceſſaria licentia Præpoſiti totius domus. Ergo hoc ipſo* (infert) *illi conceditur, quod ipſe poſſit ſua facultate facere, quod alii poſſunt de ejus licentia efficere.* *Suarez.* Facit hic animadverſio Ant. Naldi, verb. *Superior*, num. 6. *Superioris licentia* (inquit) *ſi requiratur in aliquo actu per ſubditum gerendo, ſi Superior velit, eundem gerere, non tenetur ipſe ab aliis requirere eandem licentiam, niſi aliud exprimatur in jure.* *Naldus.* Ergo cùm Sub-Prior, vel Prælatus nullam ſibi in prædictis licentiam tribuat, ſed in illis propria facultate utatur, quamquam poſt finitum Officium aliquid licentiam Prælati (ut licitè fiat) requirens, exercere decernat, nullatenus ſine ſupervenientis licentia poterit: nam unà cum Officio finitur facultas, cuius virtute prædicta poterat, exequi. Non poteſt, dici: Prærequiſitam licentiam Superioris præceſſiſſe, ut licitè, dum Inferiorem agit, illa mandare valeat exequutioni.

Limita: Quando ſola prædeterminatio aliquid faciendi præceſſit: *Limitatio.*
133 † Non verò, quando rei inceptæ Prælatus ſupervenit: quia tunc, quum res integra non ſit, videtur tolerabile, ut actum perficiat abſque ſupervenientis Prælati facultate, ſive licentia; nam actum incepit tempore, quo habilis ad eius exequutionem erat. Unde cenſetur in illo radicata talis facultas, ita ut adventu redeuntis, vel ſuccedentis evelli nequeat; ut puta, ſi Sartori tribuiſſet aliquot nummos ad emendum ſibi veſtem, quà nondum perfectè conſuta principalis Prælatus ſupervenit, quo caſu rationabile iudico, poſſe illam perficere, ſibique applicare abſque aliqua licentia, eo quod talis actus iam in eius perſona radicatus fuit, ut de iuriſdictione Delegata communiter circumfertur, & nos ſupra tetigimus *1. p. n. 166.*

Sed obiicies; poſſe Sub-Priorem, ſive Prælatum decurſu ſuæ Præſidentiæ, ſibi talem licentiam tribuere (quanquam eo tempore ipſa non egeat) conſulendo ſibi tempore futuræ neceſſitatis poſt finitum ſcilicet Officium: Ergo ſaltem eo caſu poterit, uti tali licentia præterita, utpote gratia facta, quemadmodum poſſet ſubditorum quilibet; cui illi copiam feciſſet, & ideo *Objectio.*

quoad hoc, ſicut de Diſpenſationibus, ita & licentiis ratiocinandum videtur. Utrobique enim eadem ratio.

Reſpondeo, † adhuc in hoc caſu verificari noſtram concluſionem; 134
quia, quum licentia (de qua fit ſermo) nil aliud ſit, quàm reddere licitum,
Diluitur. quod ſine illa non liceret: Tempore autem, quo Sub-Prior præeſt Conventui (quando ſcilicet prædicta facultas conceditur, & debet in capaci ſubjecto effectum ſuum nanciſci, ut ſemel tempore habili radicata alio quovis durare poſſit, nimirum etiam finito Officio) non habeat aliquam ſubjectionem, ſive prohibitionem in iis, quæ præcedente licentia poſſunt fieri. Nam (ut diximus cum Suareo, & Naldo) omnia illa propria facultate valet, quæ non niſi de illius licentia poſſunt Subditi. Hinc oritur: non poſſe in eundem Sub-Priorem licentiam talem cadere, quum ſubjectum incapax cenſeatur,
quod ſimili licentia egere, poſſit, ac proinde gaudere. Quia † ſubjectum 135
capax iſtius licentiæ illud habetur, cui illicitum eſt aliquid ſine Superioris licentia facere: Sub-Priori verò, & cuivis Prælato propria facultate licent, quæ in Subditis alienum beneplacitum exquirunt. Quod in Diſpenſatio-
nibus non currit. † Nam Diſpenſatio reſpicit rem abſolutè, & ſimpliciter 136
à lege prohibitam, tam reſpectu Prælatorum, quàm ſubditorum. Unde utrique æquè capacia cenſentur ſubjecta Diſpenſationis, non verò licentiæ. Maneat ergo poſſe hac ratione in ſuperiores Diſpenſationes recidere, licentias minimè, & conſequenter poſſe ſecum diſpenſare tempore ſuæ Prælaturæ, ſuper rebus poſt finitum Officium exequendis: quum bene poſſint ſe à legis vinculo explicare, & ſemel explicati ſupervenientis adventu non replicentur. Quod juxta dicta, de licentiis aſſeri non poteſt.

Primi argum. ſolut. Ad argumenta ergo initio facta pro prima, & affirmativa ſententia reſpondetur: Ad primum: Negando Prælatum poſſe ſibi tribuere aliquas licentias: nam (ut vidimus) illarum incapax ſubjectum judicatur.

Secundi. Ad ſecundum reſpondetur: Concedendo Sub-Priorem poſſe ſecum, quod cum Subditis; ſed aliter, & aliter. Siquidem quæcumque Subditis de illius licentia conceduntur, ille propria facultate efficit.

Tertii. Nec tertium argumentum hinc vigoroſius evadit; quod contingeret, ſi affirmaremus, tempore ſuæ Prælaturæ egere Sub-Priorem alterius Superioris licentia. At ſemel illi conceſſo (ut dicimus concedi) poſſe illum jure proprio exercere, quæ aliis non niſi præcedente Superioris licentia licent, non poteſt deterioris conditionis haberi, quia nequeat ſine præſentis facultate illa exequi, quæ etiam ſine illius facultate exequi ejus Subditi non potuerunt. Foret tamen pejoris fortunæ, ſi aſſereremus, illum duplicis licentiæ indigum, alterius nempe Superioris Prælati tempore ſuæ Præſidentiæ, alteriuſq; ſupervenientis, ſive Succeſſoris tempore, quo Subditum agit. Nam ſicut ſubditis concedimus conceſſa ab eodē facultate uti poſſe tempore

Digitized by Google

ſupervenientis Prælati, ſive ſuccedentis, ita illi, ut licentia impetrata à præſenti Prælato uti poſſit tempore ſuperventuri. Unde idem tam illi, quàm Subditis concedimus, parisque quoad hoc facimus conditionis.

Fundamento verò negativæ ſententiæ fit ſatis: Negando, ſequi inconveniẽs ab argumento facto; Sub Priorẽ ſcilicet poſſe, veluti ſe à jurisdictione futuri, ſive ſupervenientis Prælati eximere, ſi poſſet ſecum diſpenſare, & ſibi licentias præbere. Nam quanquã hoc in licentiis urgeat, non item in Diſpen- *Solvitur argumentum negativæ ſententiæ.*
137 ſationibus. † Quia quum ad Diſpẽſationes cauſa juſta, & legitima requiratur (qua poſita præſertim in Religionibus frequenter tenetur prælatus diſpẽſare) Prælatus ſecum diſpenſans eadem juſta cauſa interveniente non videtur prohibitus uſu talis Diſpenſationis, etiam ſi alius Prælatus superveniat: nec inde quicquam nocumenti obſervantiæ Regularis imminentis apparet. Hoc verò
138 ſecus in licentiis contingit. † Nam, quum ad illas concedendas alicujus juſtæ cauſæ impulſu non egeant Prælati, ſed rationabilis ſufficiat, ut ſup. dictũ eſt, *n.95*. Ac proinde liberum ſit illis eas concedere, aut negare, prout expediens judicaverint; ſequitur in earum uſu potiorem Regularis Obedientiæ partem conſtitui. Quæ infirmaretur, evitareturque, ſi licentiis à ſe ipſo conceſſis uteretur tempore ſubjectionis. Quo certè (ut bene argumentum convincit) totum Regularis Obſervantiæ Opificium funditus everteretur. In Diſpenſationibus verò talis ruina timeri non poteſt.

Dum hæc ſcriberem, nondum ad manus meas pervenerat Author, qui hanc diſquiſiviſſet quæſtionem: poſtea incidi in præclarum, & eminens Opus Eminentiſſimi Cardinalis de Lugo, ubi materiam de pœnitentia eruditione *Refertur ſententia Cardin. de Lugo.*
139 ſolita tractat. Is ergo, *diſp. 19. ſect. 2 n. 41. & ſeqq.* † eandem quæſtionem excitavit; & ferè juxta noſtræ ſententiæ doctrinam reſolvit.

Pro cuius explicatione advertit: Facultates, quas Prælatus concedit, eſſe in duplici differentia. Aliæ (inquit) ſunt, quæ tunc mandantur exequutioni, licet earum effectus perſeveret poſtea; aliæ, quarum effectus, & exequutio ipſa poſtea ponenda eſt. Ad priorem Claſſem reducit cõmutationem, vel diſpenſationem in voto, quæ ſemel exequutioni mandata, habet tamen ſuum effectum ſucceſſivè tempore etiam ſubſequenti (poſt finitum ſcilicet Prælationis curriculum.) Quod quidem certiſſimum eſt, nec dubitabile. Nos autem ultra progredimur. Quippe aſſerimus: In iis rebus, quæ ſub diſpenſationem cadunt (ut eſt votum) non modò diſpenſationis valorem perſiſtere, dum exequutioni mandatur tempore Prælaturæ, ſed etiam, quando diſpen- *Authoris ſententia.*
140 ſatio conceſſa eſt, ſed nondum exequutioni mandata. † Ut puta, ſi Prælatus ſecum diſpenſaret ſuper ieiuniis Quadrageſimæ iuſta exiſtente cauſa. Tunc, quum tot ſint diſpenſationes, quot feriæ quadrageſimales; (ut dicitur de legatis annuis, *l. ſi in ſingulos, 4. ff. de Annuis leg.* & infra dicemus) licet dimidiata Quadrageſima Officio defungatur, diſpenſatio tamen perdurat totius la-

 bentis

Digitized by Google

bentis quadrageſimæ decurſu, non obſtante, quod poſteriori quadrageſimæ parte diſpenſatio tempore Prælationis facta non ſit mandata exequutioni.

Idem † dic, (ut familiariori exemplo utar) ſi Prælatus quiſque prævi- 141
dens ſe iter acturum, & cauſam itineris ſufficientem iudicans, ſecum diſpenſaret, ſive ſuper Divini Officii recitatione, ſive ſuper ieiuniis: Tunc ſi quando itineri ſe accingit, iam Officio defunctus eſt, poterit ſemel conceſſa diſpenſatione uti, liberque ab utraque obligatione remanebit. Ratio eſt, quam innuimus ſupra: Quia ſcilicet per talem diſpenſationē vinculū legis relaxatum eſt à perſona legitima, & potente talē relaxationē facere, qualis eſt Prælatus ſecum diſpenſans. Eo tamen ipſo, quod Officiū ceſſavit, obligatio legis, quæ per diſpenſationem ſublata eſt, nec progerminat, neque ut ſupra diximus) reviviſcit, ut in difficiliori materia docent Suarecius *lib. 6. de legibus, cap. 20. num. 15.* Granados *1. 2. part. 2. tract. 2. diſp. 17. ſect. 4. num. 42.* Baſilius *de matrim. lib. 8, cap. 20, n. 3.* Caſtro Palao *Tom. 1. tract. 3. diſp. 4. punct. 15. n. 7.* & alii.

Sed adverte, ſtudioſe Lector, me ſupponere, † cauſam, quæ diſpenſantem 142
impulit, tempore quo exequutioni mandatur diſpenſatio, perdurare, ut non implicet modo illa quæſtione, cuius eſt controvertere: *Debeatne perdurare diſpenſationis cauſa pro tempore, quo diſpenſatio exequutioni mandatur, nec ne?*

Confirmatio 1. De Prælato indirectè ſecum diſpenſando.

Confirmatur primò. Nam ſi Prælatus ſecum diſpenſaret, non directè, ſed obliquè, alii ſcilicet committendo ſuas vices, ut ſecum diſpenſet (ut poteſt, & convenientius iudicat Thom. Sanch. *Tom. 3. lib. 8. de matrim. diſp. 3. num. 6.* ibi: *Quamvis expedientius foret alieno iudicio ſtare*) non videtur dubitari poſſe de validitate huius diſpenſationis, licet poſt finitum officium exequutioni mandetur. Et certum eſt iſto caſu ab eadem poteſtate diſpenſationem diffluere, & dimanare, ac ſi ſecum ipſemet directè diſpenſaſſet: Ergo ſi tenet diſpenſatio ab alio ex vi ſuæ delegationis facta, tenebit utique, ſi à ſemetipſo fiat poteſtate propria.

Secunda Confirmatio.

Secundò confirmari poteſt. quia diſpenſantis morte non ceſſat diſpenſatio; rametſi nondum exequutioni mandata, ut ſupra cum Bonac. diximus, *nū. 130.* Ergo à fortiori non ceſſabit finitione Officii, ut conſideranti patebit.

Objectio Cardin. de Lug. diſſolvitur.

Neque ex tradita à nobis doctrina inconveniens timeri poteſt, quod piè pariter & doctè præſenſit Eminentiſſimus Card. de Lugo, ubi ſup. in ſubiectionis Prælato præſenti debitæ detrimentum, & cum Regularis diſciplinæ diſcrimine. Ut enim ex *ſup. dict. num. 137.* patet, hoc in diſpenſationibus tolerari poteſt, non ſic in licentiis. De quibus diverſimodè ratiocinandum eſſe ſupra diximus. Et illis diſtinctio Cardinalis de Lugo undequaque quadrat.

Rerum enim (inquit) † quæ, ut licitè fiant, præcedentem licentiam ex- 143
poſcunt: aliæ ſunt, quæ ſimul ac indulgentur, mandantur exequutioni; aliæ verò, quæ futuro tempore reſervantur exequendæ. Primæ licitè poſt finitum

Officium

Digitized by Google

Officium exercentur, ſive in illarum proſequutione perſiſtitur, ut puta: Si accepit ab amico veſtem, ſive librum, quia ad his utendum non eſt opus nova licentia. *Secundæ* verò nequaquam virtute præcedentis facultatis poſtmodum licent. Ut puta: Diſpendere duos aureos, vel illos mutuare, aut ſibi facultatem à reſervatis abſolvendi præbere poſt finitum Officium exercẽdam. Quæ quidem illicitè proculdubio fient ſine præſentis Prælati conſenſu. Quæ eadem ratione, qua nos ſupra uſi ſumus à *num* 134. benè probat Cardinalis de Lugo *loc. cit. num.* 44. *Quia* (inquit) *ipſe nunc* (Prælatus ſcilicet tempore Prælationis) *non eſt capax accipiendi talem commiſſionem, poteſt enim ipſe nunc abſolvere, vel per ſe, vel per alios; quibus committat illud Officium; non poteſt tamen committere illud, niſi iis, qui ſint capaces talis commiſſionis accipiendæ. Unde non poſſet, nunc dare eam facultatem homini non baptizato, vel non Clerico, qui futurus eſſet Clericus tempore, quo jam ipſe non eſſet Prælatus. Nunc autem ipſe Prælatus non eſt capax accipiendi Delegationem, vel commiſſionem à ſe ipſo.*

144 Benè quidem! † Sed non ideo, ut putat de Lugo (quem ſubſequitur Lezana *Regul. qq. Tom.* 4. verb. *Prælatus Regularis, num.* 19.) quia inter Delegantem, ſeu Committentem, & Delegatum, ſeu Commiſſarium debet dari diſtinctio. Quæ regula deſumi videtur ex Text. *in cap. fin. de Inſtit.* ubi dicitur. Debere inter dantem, & accipientem dari diſtinctionem. Quia, ut antea advertimus, prædicta regula non generalis eſt, ſed peculiaris pro caſu illius Textus. Ratio autem genuina eſt: quia tempore Prælaturæ nequit Superior ſibimet ad aliquid faciendum facultatem præbere, vel delegare poteſtatem aliquam, quum juriſdictione propria faciat, quæcunque ſubditi poſſunt de illius licentia, ſeu commiſſione: & implicat, aliquem quicquam jure proprio poſſidere, & idem mutuatum accipere. Quod contingeret; ſi quum ipſe ſit Prælatus gaudens (hoc nomine) Ordinaria juriſdictione, eandem juriſdictionem ſibimet delegaret, illa poſt finitum officium uſuro. Nec minus repugnantiæ involvit, ut, quum res aliqua ſuperiori proprio jure liceat, dum Superior eſt, ipſe ſibi licentiam præbeat illam exequendi tempore, quo prohibita ſit reſpectu illius: hoc eſt tempore ſubjectionis. Sicut nullius valoris eſſet licentia ſubdito conceſſa aliquid non prohibitum faciendi tempo-

Ratio Cardin. de Lugo & Lezana impugnatur.

Vera ratio traditur.

145 re, quo id prohiberetur. † Quia, quum effectus formalis licentiæ ſit facere licitum, quod eſt illicitum, neceſſariò debet, præſupponi illicitum, utpote materia proxima, ſupra quam cadere debeat talis effectus formalis.

Objectum formale licentiæ.

Unde ſequitur, impoſſibilitatem has ſibi licentias, ſeu facultates præbendi tempore, quo Prælatura perfungitur, oriri ex eo, quia tunc incapax eſt talium facultatum: Ideoque illas recipere non poteſt, ut poſtmodum eiſdem utatur tempore ſubjectionis. Nam licet dum ſubditum agit, capacitatem habeat, quam antea non habebat, caret tamen facultate, qua antea potiebatur, impertiendi ut Prælatus, prædictas facultates. Duo ergo requiruntur

Digitized by Google

tur neceſſariò, ut quis dicatur licentiam habere, ſcilicet *facultas dantis, & recipientis capacitas.* Defectu PRIMI (videlicet Poteſtatis dandi) præteritus Prælatus non poteſt dici, licentiam tempore ſubjectionis habere: ſimiliter idem de illo negatur defectu SECUNDI (hoc eſt recipiendi capacitatis) tempore Prælationis.

Ordinaria juriſdictio, & Delegata quando concurrant.

Nec traditis hucuſque derogat, quod (ut infra 4. *part.* dicemus) non repugnat, † unum & eundem juriſdictionem Ordinariam habere, & Delegatam recipere. 146 Quandoquidem hoc ideo contingere poteſt, quia delegatione tribuuntur ipſi aliqui effectus, ſive actiones, ad quos tanquam Ordinarius præcisè, non valebat pertingere, ſive per eandem delegationem, quanquam novi effectus non illi ſuperadduntur, ſeu illius juriſdictio non amplietur, tamen aliquomodo alteratur. Quia ſuppoſita alteratione, benè in eodem judice compatiuntur juriſdictio Ordinaria, & Delegata; & colligitur ex Molin. *tract. 5. de juſt. diſp.* 14. verſ. *Quando verò, num.* 1. & Merol. *Theol. Moral. Tom. 3. diſp. 7. dub. 12. n.* 112. † Sed hoc in noſtro caſu locum non habet, quò 147 Delegans & Delegatus ſunt unus & idem: ac proinde nequit in ſe plus juris transferre, quam ipſe habet, *l. Nemo 54. ff. de reg. jur.* Ea propter, licet aliis talem poteſtatem communicare poſſit, ſibi minimè.

Sub Illatio.

Ex hac doctrina ſubinfero: Sub-Priorem, ac per conſequens quemvis Prælatum † in ultima ſuæ Prælationis periodo conſtitutum, nequire, ſibi facultatem tribuere, ut tranſacto Prælationis tempore Religioſorum confeſſiones valeat excipere, 148 ut benè reſolvit Pellizz. *Manual. Regular. Tom. 2. tract. 8. cap. 2. ſect. 1. q. 20. num.* 51. cum Bordono *Reſol. 2. num.* 10. Et inde probari exiſtimat, quia *Delegans, & Delegatus debent eſſe inter ſe perſonaliter diſtincti.* Quod verum eſt, & nititur rationi à nobis traditæ; † ſed nullo modo alteri, quam 149 inibi Pellizz. aſſignat: *Quum actus juriſdictionis* (inquit) *non poſſit exerceri in ſeipſum.* Et adducit textum *in l. qui juriſdictione 10. ff. de juriſd. omn judic.* Quippe ratio hæc, necnon Textus, pro illa citatus præſenti caſui incongruunt; quum de juriſdictione contentioſa præcisè verificentur, utpote, quæ teſtium conteſtationem, partiumque citationem deſiderat, ac proinde perſonarum diſtinctionem; quaſi iniquum ſit in propria cauſa ſibimet jus dicere contra jus ab adverſario intentum, *l. unic. C. ne quis in ſua cauſ.* Et huic juriſdictioni Textus ille deſervit, non autem voluntariæ, in qua (ut ſup. diximus, *nu.* 121.) unus, & idem benè poteſt plurium perſonas ſuſtinere, ut præter ibi citatos tenet Panormitan. *num.* 11. *de probat.* plura jura congerens.

Pellizz. ratio non admittitur.

Vera ratio adſignatur.

Unde colligitur; † diſtinctionem inter Delegantem, & Delegatum 150 non inde provenire. (Ut Pellizzario videbatur) ab eo quod juriſdictionales actus nequeat aliquis erga ſe ipſum exercere: Sed inde, quia implicat ſimul, & ſemel habere aliquem rem aliquam jure proprio, eandemque accipere à ſe ipſo, ut alienam.

Cæte-

Digitized by Google

151 Cæterùm, quod Cardinalis de Lugo, & eundem ſequens Lezana locis citatis ajunt, indubitabile judico. † Nimirum poſſe Prælatum ſibi facultatem dare mediatè, ſeu indirectè. Primò: Si alteri ad abſolvendum de reſervatis facultatem cum poteſtate ſubdelegandi tribuat: nam eo caſu; quemadmodum Delegatus poſſet finito Delegantis Officio aliis talem facultatem ſubdelegare, ita poſſet, & illi, à quo Delegationem accepit. Secundò: Si Provincialis Religioſis alicujus cœnobii copiam feciſſet aliqua faciendi, quo caſu, ſi ipſe poſt finitum Officium Conventualem eiuſdem domus agat, poterit eadem facultate, ac utuntur alii, ipſe uti. *Corollarium.*

Dixi: NOLLE, ME NODO ILLIUS QUÆSTIONIS IMPLICARE, QUA DUBITATUR. † NUM CESSANTE CAUSA DISPENSATIONIS, CESSET IPSA DISPENSATIO, POSTQUAM PERFECTE CONCESSA EST, SED NONDUM EXEQUUTIONI MANDATA. In qua re Lectorem remittere ad graviſſimos, qui utrinque illam propugnant Authores contentus ero. Pro parte igitur affirmativa ſtant Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 3. *num.* 14. apud quem plures reperientur, Portellus *Reſp. Moral. Tom.* 2. *caſu* 49. *num.* 19. Martin. Bonac. *Tom.* 2. *diſp.* 11. *quæſt.* 2. *part.* 10. *num.* 5. *& ſeqq.* P. Amicus *Tom.* 5. *diſp.* 6. *ſect.* 10. *nu.* 173. & iudicat probabiliorem P. Diana *p.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 20. *verſ. Licet aliquis.* (152 in left margin) *Diſpēſatio an ceſſet ceſſante cauſa Remiſſivè.*

Negativæ ſententiæ partes tuentur Suarecius *lib.* 8. *de leg. cap.* 20. *ſect.* 70. *Granados* in 1. 2. *tract.* 3. *p.* 3. *diſp.* 12. *ſect.* 4. qui contrariorum argumenta diſſolvit. Baſilius *de matr. lib.* 8. *c.* 20. *n.* 3. Caſtro Palao *Tom.* 1. *tr.* 3. *diſp.* 4. *punct.* 5. *n.* 7.

Non tamen gravabor advertere, quoddam ex potioribus argumentis, quæ contra negativam ſententiam pugnant, ab inconvenienti deſumi. Sequi enim ex illa exiſtimant adfirmativæ ſententiæ Patroni, quod ſi aliquis diſpenſatus eſſet ſuper abſtinentia quadrageſimali, ſeu ieiuniis, poſſet totis illis quadraginta diebus, carnibus veſci, aut ieiunia non ſervare, licet infirmitas, aut *Quædam quæſtio excitatur.*
153 alia cauſa, quæ diſpenſantem moverat, ceſſarent. † Quod telum, ut eludant, varii ſunt in reſpondendo Doctores, contrariæ ſententiæ. Suarez enim citatus, & ſic explicatus à Granados, *num.* 42. ſentit: aliquas diſpenſationes eſſe, quæ habent tractum ſucceſſivum: Quarum uſus nimirum non conſiſtit in indiviſibili; ſed per multos dies, aut actiones exercendus eſt: Et in eiuſmodi verum eſt, ceſſante cauſa ceſſare diſpenſationem, quia non eſt conceſſa, niſi pro tempore, quo durat cauſa. Itaque diſpenſatus in lege ieiunii, vel abſtinentiæ à carnibus ob infirmam valetudinem non poteſt diſpenſatione uti in diebus, quibus benè valet. Quia diſpenſatio hæc habet tractum ſucceſſivum, & non conceditur, niſi ſub ea conditione, quod nimirum cauſa perſeveret. Hæc Suareus explicatus à Granados. *Granados Suareum referens.*

Sed ipſi Granados prædicta ſolutio non perplacet. Ait enim: quod in aliis diſpenſationibus reperitur tractus ſucceſſivus, quas tamen Suarez non diceret, ceſſare ceſſante cauſa; Utputa diſpenſatio conceſſa alicui, ut ducat

uxorem

Digitized by Google

uxorem; propter periculum incontinentiæ: ducere uxorem cras, vel poſt menſem, vel annum: & tamen ſi hodie poſt obtentam diſpenſationem voti caſtitatis ceſſet illud periculum, poterit nihilominus matrimonium inire. Et diſpenſatus in irregularitate propter paupertatem parentum poteſt hodie, vel cras, vel poſt menſem ordinari; licet parentum neceſſitas ceſſet, antequam Ordinari incipiat.

Sententia P. Granad. expenditur.

Fateor, me latere, qua ratione exempla à P. Granados adducta doctrinæ, quam ipſe pro legitima Suarei refert, opponantur. Quippe in nullo tractum ſucceſſivum invenio, ſed tantum exequutionis dilationem. Ideo miror, Patrem Granados hujuſmodi exemplis convictum à Suareo diſceſſiſſe; & profugiſſe ad Salas doctrinam, concedendo; poſſe diſpenſatum ſuper jejunis quadrageſimæ, &c. non jejunare, aut comedere carnes, etiam ſi ceſſet cauſa diſpenſationis quin propterea peccet, niſi ad ſummum venialiter.

Quod ipſe Granados explicat, diſtinguens, poſſe dupliciter Pontificem cum aliquo diſpenſare in jejunio ob infirmitatem. Uno modo, quia infirmitas eſt temporanea, & quæ prudenter creditur poſt aliquod tempus ceſſatura. Et tunc ſine dubio non poteſt infirmus, uti diſpenſatione, quum jam convaluerit; quia ſaltem tacitè conceſſa eſt pro tempore determinato. Altero modo; quia arbitrio medicorum creditur ſemper duratura; & hunc infirmum, exiſtimat poſſe uti diſpenſatione, ac proinde comedere carnes, v. g. per totius vitæ ſpatium, licet fortaſſe convaleſcat; quia diſpenſatio fuit abſolutè data, & in perpetuum. Quod autem cauſa extraordinariè ceſſaverit, non tollit conceſſionem abſolutam, & ſine limitatione. Patrem Granados citat, nec refellit Anton. Dian. loc. cit.

Hæc vero mihi diſplicent, quia utroque caſu diſpenſatio fit abſolutè (ut ſupponitur) & ob hanc rationem Doctores pro negativa ſententia decertantes negant, in diſpenſatione imbibitam eſſe conditionem: NISI CAUSA CESSAVERIT. Conſule Dianam ubi ſup. verſic. *Dices Legiſlatorem*, Suar. *d. c.* 20. *num.* 15.

Exempla, quæ militare poſſent contra Suarez.

Opportunius poſſet adduci adverſus Suar. (ut à Granados explicatum) exemplum diſpenſati propter incontinentiam ſuper caſtitatis voto, quod per totius vitæ decurſum habet tractum ſucceſſivum, ac proinde illius effectus diutius poteſt perennare, & poſtmodum ceſſare periculum talis incontinentiæ; & nihilominus, in eorundem Suarei, & Granados ſententia, voti obligatio non redit. Similiter Sacerdos ſuper Irregularitate diſpenſatus ob cauſam ſufficientem poteſt Sacrum facere tali diſpenſatione utens per biennium v. g. & poſtea cauſa ceſſare: non tamen ideo denuo reincidit in irregularitatem. Similiter privilegium alicui Religioni intuitu paupertatis conceſſum, non ſolvendi decimas, ſive non egrediendi ad publicas Supplicationes (quas Proceſſiones vocant) intuitu ſtrictioris clauſuræ, & abſtractionis, licet po-

ſtea

Digitized by Google

ſtea talis Religio majora in temporalibus accrementa ſuſcipiat, aut ſtrictior clauſura remittatur, non tamen indultum, aut non ſolvendi decimas, aut publicis precationibus non intereſſendi deperdit. Ergo quamvis diſpenſatio habeat tractum ſucceſſivum penes uſum, qui non conſiſtat in indiviſibili, ſed per plures actus producatur, in horum ſententia non ceſſat, ceſſatione cauſæ; ac proinde eodem ſtatu difficultas perſeverat, quam diſtinctione prædicta exiſtimat P. Granados, Suarecium ſolutam exiſtimaſſe.

Verùmtamen, quia ut ſupra dixi, non eſt animus quæſtionis hujus difficultatem expendere, utrique contradictionis parti (quarum Defenſores Graviſſimos veneror, ſuarumque rationum momenta pluris exiſtimo ponderare) tantum aperiam, quid in eorundem varietate certum communi conſenſu ducam.

154 Igitur dico: Diſpenſatum ob juſtam cauſam ſuper abſtinentia, ſive jejuniis integræ quadrageſimæ, ſi contigerit finiri cauſam antequam cunctæ quadrageſimæ hebdomades percurrerint (Feria 6. v.g. ſecundæ, ſive tertiæ hebdomadis) tunc ab illo die antea diſpenſatus ad abſtinentiam carnium, jejuniorumque tenebitur obſervantiam. Rationem optimè reddit Suarez *d.cap.20.lib.6.de leg.num.*18. ea ductus, quia diſpenſatus pro tota quadrage- *Authoris ſententia aperitur.*

155 ſima non una, ſed pluribus diſpenſationibus gaudet: *Nam lex jejunii* † *quadrageſimalis* (inquit) *licet per modum unius concedatur, revera eſt multiplex virtute: & ſingulis diebus quaſi novam obligationem imponit. Et ideo diſpenſatio in ea lege non fit abſolute tota ſimul, & virtute eſt multiplex diſpenſatio, & pro ſingulis diebus veluti ſingulæ diſpenſationes conceduntur, & unaquaque propriam cauſam pro ſuo tempore, ſeu die requirit.*

Ubi dexterrimè rationem potiſſimam tetigit Author; quare hìc diſpenſatio ceſſet cauſa ceſſante. Non id dumtaxat ex tractu ſucceſſivo deducens, ut putavit Granados, dum ab illius ſententia diſceſſit; immerito ſanè *Suarez defenditur.*

156 meo videri. † Nam *tractus ſucceſſivus*, quem Suareus iſtis diſpenſationibus ineſſe aſſeruit, non debet commenſurari cum actuum uſu virtute diſpenſationis exercitorum; ſiquidem *tractus iſte* communiter in omnium diſpenſationum actibus reperitur: ac proinde frivola prorſus redderetur diſtinctio Suarei in diſpenſationes, quæ tractum ſucceſſivum includunt, & quæ non includunt. Adſeruit ergo Suareus, materiam diſpenſationum in prædicto caſu non eſſe indiviſibilem, ſed habere tractum ſucceſſivum, quod toto cœlo diverſum eſt: Et tunc ceſſare diſpenſationem ceſſante cauſa, rectè infert in diſpenſatione pro totius quadrageſimæ tempore indulta, cujus *materia* (non uſus) habet *tractum ſucceſſivum*. Nempè quandiu perdurat ipſa quadrageſima. Quod benè explicuit, illis verbis: † *Lex jejunii Quadrageſimalis licet per modum unius concipiatur, revera virtute eſt multiplex, & ſingulis diebus quaſi novam obligationem inducit.* Optime!

Q Quo-

Digitized by Google

Quotidie enim nova jejunandi , ſive ab eſu carnium abſtinendi con-
ſurgit obligatio: ac proinde non erat opus illa particula quaſi, † quæ deno- 158
tat improprietatem, & diminutionem, ut multis probat Barboſ. de Diction.
diction. 311.

Unde patet, quod, † quum plures ſint obligationes, & quaſi pedeten- 159
tim, & ſenſim diſpenſatio modo unum , modo alterum nodum hujuſmodi
obligationum abſolvat, neceſſarium eſt, ut cauſa talis diſpenſationis ſucceſſi-
vè unà cum obligationibus producatur , neque unius cauſa diei alterius di-
ſpenſationi ſubjacere poteſt, ac per conſequens quo die cauſa ceſſat, diſpen-
ſatio locum non habet: quæ, ut incipiat , cauſam legitimam præſupponit.
Ideo advertenter non dicimus: Diſpenſationem ceſſare (ut fortè minus pro-
priè aliqui Authorum dicunt) quaſi jam incœpta à ceſſatione cauſæ interci-
peretur, ſed *locum non habere,* hoc eſt, *non incipere diſpenſationem.* Quod relata
Baſilius. Suarecii verba ſat convincunt, & dilucidè explicat Legionenſis Baſil. *d. cap.* 20
num. 8. *Quia diſpenſatio illa* (inquit) *licet videatur una, eſt virtute multiplex ſicut o-
bligatio Quadrageſima. Unde, quum pervenitur ad quemcunque diem, debet eſſe cau-
ſa, & diverſa à diſpenſatione præcedenti.*

Castro Palao. Nec minori claritate Caſtro Palao *Tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 4. *punct.* 15. *num.* 6.
Quotieſcumque (ait) *privilegium, & diſpenſatio de obligatione dividua , & ſucceſſiva
eſt, & conceſſa ob cauſam ſimiliter dividuam, & ſucceſſivam, ceſſante cauſa ceſſat diſpen-
ſatio, quia diſpenſatur in obligatione, quando fuerit cauſa; & quum ſit multiplex obli-
gatio, multiplicem cauſam requirit ad illius exemtionem. Et ſatis apertè confirmatur de
diſpenſatione jejunii, & recitatione horarum ob infirmitatem dubiam.*

Quam ſententiam, tametſi ut ſequerer , Authoritas, & fundamenta
tot , tantorumque Doctorum ſufficerent , fortius tamen mentem ad illam
L. ſi in ſingulos. ff. de ann. leg. amplectendam † impulit elegans Textus *in l. ſi in ſingulos* 4. *ff. de ann. legat.* qui 160
illam omnino mihi probat. Dum Paulus Sabini ſententiam ſequutus tenet, 161
† Quod ſi alicui in ſingulos annos aliquid fuiſſet legatum , tale legatum non
eſſet unum, ſed multiplex; ita tamen ut primum (hoc eſt primi anni) ſit pu-
rum reliqua verò conditionalia: *Si in ſingulos annos* (inquit Jure - Conſultus)
aliquid alicui legatum ſit, Sabinus (*cujus ſententia vera eſt*) *plura legata eſſe ait. Et
primi anni purum ſequentium conditionale. Videri enim hanc ineſſe conditionem*, SI
VIVAT.

Unde ſequitur quod quando cujuslibet anni accedit initium , attendi
debet; exiſtat ne illa conditio, SI VIVAT (Legatarius ſcilicet) quæ validum
efficit Legatum. Similiter in noſtro caſu, quum diſpenſatio jejuniorum Qua-
drageſimalium tot obligationes reſpiciat, quot ſunt feriæ Quadrageſimæ, ad
diſpenſationem primi diei ſufficit , ut exiſtat cauſa infirmitatis, vel quis ve-
ro feriis, neceſſario requiritur, ut, quemadmodum jejunandi obligationes
quotidie producuntur, ſic unà ſimul cauſa diſpenſationis producatur: *Nam
dubius*

Digitized by Google

diebus ſequentibus (ait Palao) *cauſa diſpenſationis non integrè exiſtit, ſed ſuccedit, ſicut ſuccedit uſus diſpenſationis, & cum illo commenſuratur. Diſpenſat enim Pontifex tecum in eſu carnium hoc menſe propter infirmitatem hujus menſis: At ob hanc non poteſt diſpenſare, ut ſequenti menſe carnes comedas, ſed ob infirmitatem, quam tunc habebis, quia infirmitas hujus menſis parùm deſervit ad honeſtandum eſum carnis in menſe ſequenti. Quòd ſi infirmitatem menſe ſequenti non habes, jam ceſſat cauſa diſpenſationis pro illo menſe pro quo diſpenſatio illam requirebat.* Hæc Palao. Cujus ſententia, quàm bellè Pauli verbis conſonet, nemo non videbit.

Unum tamen addam: Scilicet tali caſu non ceſſare cauſam diſpenſationis, ſed illo menſe, ſeu die deſinere exiſtere. Ideo non *ceſſatione*, ſed defectu cauſæ non exiſtentis Diſpenſationem locum non habere, ut nuperrimè dicebam.

Aliud hìc poſſet, ſeſe offerre dubiolum; *Utrum ſcilicet diſpenſatus ini-* *Alia quæ-*
tio alicujus diei, quo jejunii viget obligatio exiſtente integra cauſa, utputa capitis *ſtio exci-*
dolore, ſi poſtea dolor ille dimidiato die omnino abiret, & nondum formam je- *tatur.*
junii fregiſſet, tunc diſpenſatio ceſſaret; an vero non teneatur jejunium ſervare, ſed virtute diſpenſationis ſit liber pro illo die à ieiunandi obligatione? Quod dubitari ſimiliter poteſt de diſpenſato ratione dubiæ infirmitatis à recitatione horarum Canonicarum pro aliquo die.

162 Reſpondeo: † non obſtringi præcepto jejunandi. Ratio eſt: Nam *Reſolutio.*
ſufficiens cauſa diſpenſationis extitit integrè pro illo die, & ſuum effectum
completè ſortita eſt: ac proinde tota præſens illius diei obligatio jam laxata
eſt; ergo non videtur redire, tametſi cauſa ceſſet. Hanc ſententiam à fortio-
ri defendent, quotquot docuêre *non ceſſare diſpenſationem cauſa ceſſante, ſi ſaltem,*
163 *quando conceſſa eſt, cauſa integrè exiſtebat*, † huic innixi principio; quod mihi
deducitur ex Text. *in l. à vobis 5. ff. de ann. legat.* ubi aſſeritur: *In hoc legato uxori meæ præſtetis, quoad vivat annuos, decem aureos*: Si uxor marito ſupervixerit quinquennio, & quatuor menſibus, quærit Modeſtinus: *An hæredibus eius Sexti anni Legatum integrum debeatur?* Et reſpondit: *Sexti anni Legatum deberi.* Cujus rationem Gloſſa reddit his ipſis verbis: *Cedit enim dies huius legati initio cuiuslibet anni.* Ergo pari modo exiſtente cauſa diſpenſationis *principio diei*, diſpenſatus integrum acquiſivit jus, ut diſpenſatione illa utatur: & expeditus jam ab jejunandi obligatione manſit. Et per conſequens, licet cauſa poſtmodum ceſſet, & diſpenſatio ad ſtatum perveniat, à quo incipere non poterat, ſuum ſortita eſt integrè effectum ſemel illius diei obligatione relaxata.

Hinc apparet, † defeciſſe in conſequentiâ Salas 1. 2. *quæſt. 97. tract.*
164 14. *diſp. 20. ſect. 7.* Qui, quum conceſſiſſet, quod ſuppoſita infirmitatis cauſa initio Quadrageſimæ manet diſpẽſatus ab obligatione liber pro toto illius decurſu, etiam ſi dimidiato tempore perfectè convaleſcat; poſtmodum

ſubjungit: *Ad ſummum ſic diſpenſatum peccare venialiter.* Quod Patri Granados ubi ſupra etiam adriſit; *quia ſcilicet aliquid indecori adfert* (verba ſunt ipſius) *nunquam jejunare, quum nihil ſit, quod obſtet.* Sed proculdubio uterque fallitur. Quia, ſi cauſa ſufficiens fuit ad tollendam obligationem jejunandi non modo, quandiu duraret infirmitas, ſed reliquo tempore, *nec venialiter* ſic diſpenſatus peccaret. † Sicut nullatenus peccat Peregrinus, qui 165 tranſiens per locum, ubi jejunium voti obligatione ſervatur, illud non ſervat; nihilque indecori ſequeretur præcisè ex non jejunando.

Salas, & Granados rejiciuntur.

Diſtinctio P. Granados non admittitur.

In calce infero contra Granados ubi ſupra, ſive talis generis morbus ſit, 166 quod credatur brevi finiendus, ſive talis, ut non credatur; dum tamen perfectè convaluerit, emergere, ſeu reſurgere jejunandi obligationem, ſive à carnibus abſtinendi. Ratio: Nam utroque caſu, quamvis abſolutè totam Quadrageſimam videatur diſpenſatio continere: non tamen abſoluta eſt (licèt abſolutè conceſſa) niſi pro die, quo cauſa infirmitatis erat præſens, & integrè exiſtens, reliquis verò diebus gradatim ſuccedit diſpenſatio, ſi nova etiam infirmitatis cauſa ſuccedat, vel continuetur antiqua: *Videri enim hanc ineſſe conditionem* (utor textualibus verbis, *d. l. ſi in ſingulos*) SI VIVAT. Et in noſtro caſu: *Si perſiſtat cauſa infirmitatis.*

NOTA. Et, ut ſimilem † inconſequentiæ notam fugiamus, adverto hanc 167 conditionem, non provenire ex voluntate implicita, ſive explicita concedentis diſpenſationem, qui (ut ſupponimus, & diximus, *num.* 153. verſ. *Hac verò*) abſolutè eam conceſſit. Sed provenit ab intrinſeco, & ex ipſa natura hujuſcemodi diſpenſationis quæ præ exigit, ut, ſicut cedit obligatio pro quolibet die, ſuccedat etiam & cauſa. Ut probatur argum, Text. *in d. l, ſi in ſingulos.*

ILLATIO V.

De Poteſtate, quam habet Sub-Prior ſuos ſubditos abſolvendi.

BREVIARIUM.

168 *Poteſt Sub-Prior tempore ſui Vicariatus, tam à cenſuris, quàm à peccatis ſubditos abſolvere.*

169 *Cenſura, & peccata duo ſunt vincula, quæ abſolutionis beneficio auferuntur.*

PArum à propoſito noſtro digreſſi (minimè egreſſi) non, niſi fallor, cum temporis, aut papyri jactura; ſed potiùs aliqua cum utilitate varietati inſita, tempus eſt, ut calamus ad Sub-Priorem noſtrum, unde leviter deflexerat, revertatur. Igitur † ex principiis ſupra traditis infertur, poſſe Sub- 168

Priorem

Digitized by Google

Priorem tempore ſui Vicariatus tam à cenſuris, quàm à peccatis ſubditos
169 ſibi abſolvere. † Hæc enim duo ſunt vincula, quæ beneficio abſolutionis extricari poſſunt, cætera verò, qualia ſunt vota, leges, irregularitates, non abſolutione (ut viſum eſt) ſed diſpenſatione tolluntur. Præterea hæc abſolvendi Poteſtas, vel ſpectat reſervata, vel non reſervata. Ideo ſeorſim de ſingulis agendum.

§. I.

Ecquid poßit circa cenſuras?

Breviarium.

170 *Status quæſtionis.*

171 *Poteſt Sub-Prior abſolvere ſibi ſubditos tempore ſuæ præſidentiæ ab omnibus cenſuris latis ab ipſo jure, ſive ſpeciali Religionis.*

172 *Ratio textus in* cap. *nuper,* de ſent. excommunicat. *tam militat in communi jure, quàm ſpeciali.*

173 *Excommunicatio Generalis lata ab homine, æquiparatur excommunicationi à jure latæ, ſi non reſervetur.*

174 *Quilibet Sacerdos habens Poteſtatem abſolvendi à latalibus, habens poteſtatem abſolvendi à qualibet cenſura non reſervata tam à jure, quàm ab homine generaliter lata.*

175 *An Sub-Prior poſſit abſolvere à cenſuris impoſitis à Prælato abſenti? Remiſſivè.*

176 *An Sub-Prior, aliuſve Prælatus poſſit abſolvere a cenſuris, quas Epiſcopus in Religioſos fert juxta Tridentini decretum? Reſpondendum videtur affirmativè, ſed contrarium ibidem reſolvitur.*

177 *A cenſuris intra Religionem Superiori reſervatis non poteſt Sub-Prior abſolvere.*

178 *A cenſura Prælato indiſcriminatim reſervata Sub-Prior abſolvere poterit.*

179 *Verbum* Prælatus *indefinitè prolatum quemlibet, qui Prælatus ſit, comprehendit.*

180 *Poteſt Sub-Prior abſolvere à cenſuris Papæ reſervatis, quarum abſolutio Epiſcopis à jure committitur.*

181 *A cenſura canonis Sub-Prior abſolvit.*

182 *Poſſunt Prælati Regulares ratione ſuorum Privilegiorum abſolvere ſibi ſubditos à quibuſcunque cenſuris etiam Papalibus, licet in Bulla Cœnæ comprehendantur.*

183 *Prælatus Regularis abſolvere non poteſt à cenſura contracta ex Simoniaca ordinatione.*

184 *Sub-Prior poteſt abſolvere virtute Privilegiorum, ſi Privilegia mentionem faciant de Vicegerentibus, ſeu Vicariis.*

185 *Quando Privilegia abſolutè conceduntur Prælatis pluraliter, Sub-Prior eo caſu talibus Privilegiis uti poteſt.*

186 *Explicatur Lezana ſecundùm hanc ſententiam.*

187 *Ad Sub-Priorem non pertinet uſus Privilegiorum, dum Prælatus in Conventu adeſt.*

188 *Pellizzarius explicatur ſecundùm hanc ſententiam.*

Digitized by Google

189 *Conſilium Suarei: Vt Prælatus cum recedit, omnes Poteſtates ſuas committat Vicario, in hoc caſu non eſt neceſſarium. Erit tamen expediens, quando à Priore Sub-Prior conſtituitur Vicarius.*
190 *Privilegia conceſſa Prælato ſingulariter, comprehendunt Sub-Priorem, quando à lege Vicarius eſt conſtitutus.*
191 *Actus abſolvendi, quem talia privilegia concernunt, potius ad interius, quam ad exterius tribunal pertinet.*
192 *Forum interius eſt proprius inferioris, quàm Superioris Prælati.*
193 *Ius committens Prælato aliquos caſus; de Abbate, non verò de alio Superiore intelligitur.*
194 *Abbas, ſive quilibet immediatus Prælatus eſt proprius Religioſorum Paſtor.*
195 *Prælati nomine immediatus intelligitur.*
196 *Prælatus indefinitè prolatus æquivalet univerſaliter omni Prælato.*
197 *Vt Sub-Prior uti poſſit Privilegiis Religioni conceſſis, non eſt neceſſe, ut ſpecialiter de illo mentio fiat, ſed ſufficit, ut Prælato, ſive Prælatis concedantur.*
198 *Suarei ſententia notatur, & explicatur.*
199 *Idem, quod dicitur de Sub-Priore Vicario, quando Prior vita, ſive Officio defunctus eſt, dicendum venit, quando in abſentia Prioris à lege ſubrogatur.*
200 *Pellizzarius explicatur.*
201 *Sub-Prior Vicarius à lege non indiget aliquo Privilegio, ut poſſit uti facultate conceſſa à Religionum Prælatis.*
202 *Privilegium perſonale non transfertur in alium.*
203 *Facultas conceſſa Prælatis prædictis Privilegiis Delegabilis eſt.*
204 *Prælati ratione Privilegiorum ad abſolvendum, &c. reſtituuntur in juriſdictionem, quæ eorumdem propria erat, ſi reſervatio non interceſſiſſet.*
205 *Poteſtas, quæ Prælatis in perpetuum virtute Privilegiorum conceditur, non Perſonalis, ſed Realis dicitur, quia Dignitati adhæret.*
206 *Poteſtas, quæ ratione Privilegii competit Dignitati vel Officio, Delegabilis eſt.*

Status quæſtionis. SUppono, poſſe † conſiderari prædictas cenſuras, ſeu tanquam à Prælatis propriis Religionis impoſitas, ſeu ab extraneis. Quæ rurſus bipartiri poſſunt in cenſuras latas à jure; vel ab homine. Quarum aliæ reſervatæ ſunt, aliæ verò non reſervatæ. Cæterum Sub-Prioris Poteſtas erga illas verſari poteſt, vel tanquam à jure deſcendens communi, vel ab ſpeciali; Privilegiis ſcilicet Religionis. Quamobrem majoris claritatis gratia dubitationem præſentem per aliquot reſolvam concluſiones; quarum nonnullas (quia communiter Doctoribus probantur) ex profeſſo probare, omittam, contentus eaſdem ſupponere cum communi Doctorum, 2. c. 170

Prima concluſio. Prima concluſio. † Ex vi juris communis poteſt Sub-Prior tempore ſuæ Præſidentiæ ab omnibus cenſuris latis ab ipſo jure, ſeu ſpeciali Religionis ſibi ſubditos abſolvere. Probatur ex † Textu in *cap. nuper, de ſent. excomm.* ibi: *Quia tamen conditor Canonis, ejus abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi.* Quæ ratio 171 172

tam

173 tam militat in communi jure, quàm ſpeciali. † Idem judicium eſto, de excommunicatione generali lata ab homine, quæ prorſus excommunicationi à jure latæ æquiparatur: quam ideo, ſi non reſervetur, ſubjacere Sub-Priorali Poteſtati certum eſt. Neque in hoc cum Sub-Priore prodigi cen-
174 ſendi ſumus, † quum id cuilibet Sacerdoti concedatur, qui à lætalibus abſolvendi habet Poteſtatem juxta probabiliſſimam ſententiam. Pro qua videſis Dian. 5. p. *tract. de excomm. reſ.* 4. & in illo plures.

Secunda concluſio. Sub-Prior ordinario jure poteſt à quacunque cenſura lata ab homine per modum particularis ſententiæ (niſi à Superiore feratur) etiam abſolvere ſibi ſubditos. Hæc concluſio nullum videtur ambigendi locum relinquere, quia Sub-Prior tempore ſui Vicariatus in Ordine Prælatorum Regularium Hierachico infimi locum ſuſtinet: Quare tantum illi præſenti concluſione conceſſum relinquitur, ut ab iiſdem, quas ipſe tulerit, valeat cenſuris enodare. In cæteris verò, quæ ab aliis Prælatis fulminantur (qui neceſſariò Superiores illo eſſe debent) ſe intromittere nullo iure poteſt. *Secunda concluſio.*

175 Nihilominus hìc meritò dubitatur: † An valeat Sub-Prior ab excommunicatione abſolvere lata à Prælato abſenti, quando in eius locum à lege ſuffectus eſt? Tunc enim eandem abſentis iuriſdictionem, & Poteſtatem habet, neque poteſt illo inferior, ſed æqualis cenſeri. Ratio decidendi præſentem difficultatem pendet ab eo, quod infra dicturi ſumus hac 3. part. Illat. 9. illò pro nunc Lectorem remitto. *De abſolutione excommunicationis lata à Prælato abſenti.*

176 In dubium † etiam revocari poteſt, utrum à cenſuris, quas Epiſcopus in Religioſos fert, aut ferre poteſt (poſſe enim in aliquibus caſibus illas imponere non obſtante exemptionis indulto conſtat ex ſeſſ. 25. Trident. *cap.* 3. *de Regular. & Seſſ.* 5. *cap.* 1. *de Reformat.*) valeat Sub Prior, vel alius Prælatus abſolvere? Juxta enim præcedentem concluſionem affirmativè reſpondendum videtur, quum conceſſerimus, poſſe Sub-Priorem à quavis peculiari cenſura ab homine lata abſolvere, niſi à Superiore feratur: Atqui Epiſcopus Religioſi exempti Prælatus non eſt; ergo quilibet Regularium Prælatorum ab ejuſdem cenſuris abſolvere valebit; vel, ſi hoc negamus, non nobiſmet conſtare, videbimur. *Epiſcopus an poſſit, & quo caſu cenſuras in Religioſos ferre,*

Cæterùm, his minimè obſtantibus, negativè reſpondeo. Quia in caſibus à Tridentino aſſignatis Epiſcopus ut verus Religioſorum Prælatus agit, ſive tanquam ordinarius & proprius reſpectu prædictorum caſuum, à Tridentino reſtricto, ſive ſublato exemptionis privilegio. Unde apparet, in prædictis caſibus, illum quaſi reſumere iuriſdictionem, qua ante exemptionis privilegium in Regulares potiebatur. Et ſic ſoluta manet obiectio. Ita docet Suarez, loquens abſolutè de quocunque Religioſo Prælato, 4. *de Relig. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 4.

Tertia

Tertia Concluſio. Tertia Concluſio: † A Cenſuris intra Religionem reſervatis, ſi no- 177
minatim alicui Superiori reſervatæ fuerint (ut puta Præpoſito Generali, vel Provinciali) minimè poterit Sub-Prior abſolvere, ut patet. Difficultas verò emergit: † An ſi indiſcriminatim Prælato reſervatæ fuerint, ab illis poſſit 178
abſolvere? Reſpondeo affirmativè; quia, ut ſæpè diximus, † verus Prælatus 179
eſt, ac proinde continetur ſub illo indefinito termino *Prælati*: qui abſolutè poſitus æquipollet univerſali.

Quarta Concluſio. Quarta concluſio: † A cenſuris Papæ reſervatis, quarum abſolutio 180
Epiſcopis à iure commiſſa eſt (ut † abſolutio à cenſura Canonis iuxta text. 181
in *cap. pervenit, de Sent. excomm.* & aliæ ſimiles) poteſt Sub-Prior iure Ordinario abſolvere. Ratio eſt: Nam iuriſdictione (ut diximus) quaſi Epiſcopali potitur, virtute cuius valet reſpectu ſuorum Subditorum, quod cum ſuis Epiſcopus ex vi iuris communis, ut diximus de Irregularitatibus tractantes.

De cenſuris autem, quarum abſolutio committitur Epiſcopis à Tridentino *Seſſ. 24. c. 6. de Reform.* poteſt dubitari: An valeat Sub-Prior abſolvere ex vi eiuſdem decreti? Verùm non poſſe ſupra diximus, agentes de Irregularitate.

Ultima Concluſio. Ultima concluſio: † Virtute ſpecialium privilegiorum poſſe Prælatos 182
Regulares abſolvere à quibuſcunq; Cenſuris, etiam Papalibus, licet in Bulla Cœnæ comprehendantur, liquet ex variis Privilegiis, quorum tenores exſcripſit Rodriq. peculiari, & iuſto volumine, cui titulus: *Collectio Privilegiorum Regularium.* Et ex aliis quam plurimis, quæ referuntur in Religionum ſingularum Compendiis. Quorum aliqua quarundam cenſurarum abſolutionem concedunt, aliqua ab aliis ſubditos enodari, largiuntur, quædam limitant conceſſionem addita clauſula: *Niſi adeo fuerint graves, & enormes exceſſus, quòd ſint ad Sedem Apoſtolicam meritò deſtinanda.* Nonnulla ècontra ampliant conceſſionem, ſubiungendo: *Etiamſi talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda.* Ex cunctis autem ſufficienter colligitur veritas noſtræ concluſionis, ut doctè adnotavit Suareus 4. *de Relig. lib. 2. c. 20. n. 2. & c. 21.*
n. 9. † Qui ſolùm excipit cenſuras contractas ex Simoniaca ordinatione. 183
Et aſſignat rationem, quare ſubiectis eorundem poteſtati attrocioribus, hoc tamen crimen minimè ſubiiciatur.

Decidendum eſt: quòd ad dignoſcendam Sub Prioris poteſtatem in huiuſmodi impertiendis abſolutionibus, attendere oportet ad Privilegiorum tenores. † Nam ſi nominatim conceduntur Vice gerentibus, ſeu 184
Vicariis prælatorum immediatorum, res expedita eſt, ſive in prioris locum ſucceſſerit morte illius, ſive officii finitione, ſive tantum abſentia.

Maioris momenti dubitatio emergit, ſi abſolutè conceduntur prælato,

ſeu

185 ſeu Prælatis. Reſpondeo. † Quod ſi *pluraliter* loquuntur, certum mihi eſt, nomine Prælatorum Sub-Priorem eo caſu venire.

Nec nobis plurimum negotii faceſcit, † noſter Lezana *Regular. qq. Tom.* *Lezana.*
186 *1. cap. 8. num. 3.* aſſerens; ſecus dici debere de quibuſdam Vicariis quarundam Religionum, qui non ſunt vere Prælati, ſed inſtituti, ut adjuvent Prælatos: Citatque Rodriq. 1. *Regul. q. 17. art 3.* Nam licet hoc verificetur præſente proprio Prælato, abſente minimè quia tunc Sub-Prior, ſeu Vicarius eſt verus Prælatus, ut ipſemet Lezana fatetur *Tom. 2. cap. 13. num. 41.* & eodem *num.* citato inquit: Nomine Prælatorum venire quoad hoc, etiam Vicarios Conventuum, illos ſcilicet, qui in Conventibus ipſis non habent Superiorem;
187 quia iſti etiam ſunt verè Prælati: † Ergo, dum negat privilegia prædicta nomine Prælatorum comprehendere Vicarios quarundam Religionum, qui ad Prælatos adjuvandos inſtituti ſunt; non loquitur de Sub-Priore noſtro in abſentia, ſeu defectu Prælati; quem verum agnoſcit Vicarium; ſed de illo,
188 quando Conventui non præeſt, quod & nos faſſi ſumus. Et eodem modo † intelligendus venit Pellizzarius, *Tom 2. Manual. Regul. tract 8. c. 2. nu. 48.* ubi ait: Quod quando Privilegia conceduntur Prælatis non comprehenduntur hujuſmodi Vicarii: quia non ſunt propriè Prælati. Et Privilegium non debet extendi ultra proprietatem verborum. Quum autem (ut diximus) hujuſmodi Vicarii propriè Prælati ſint, convincitur à contrario ſenſu, ex vi verborum, non excludi à participatione talium Privilegiorum: Ideo, ut illis potiantur, nulla extenſione opus eſt.

189 Unde non admodum neceſſarium † hic judico P. Suarecii conſilium *Suarez.* *Tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 22. num. 7.* Nempè optimum eſſe ad quemvis removendum ſcrupulum, ut Prælatus, quum recedit, omnes poteſtates ſuas committat Vicario. Et, ne hoc pendeat ex memoria, vel voluntate ſingulorum debet eſſe ſtabili lege, aut recepta conſuetudine introductum. Erit tamen expediens conſilium, quando ab inferiori Prælato Vicarius loco ſui ipſius ſuffectus fuerit, ut explicabimus.

190 Si verò † Privilegia prædicta *ſingulariter* concedantur *Prælato*: non adeò facilè difficultatis nodus extricatur. Verùm affirmativè etiam reſpondendum
191 eſſe, exiſtimo. Ratio eſt. Quia abſolvendi actus, † quem talia Privilegia
192 concernunt potiùs ad interius, quàm ad exterius tribunal pertinet. † Atqui
193 forum interius propriùs eſt inferioris, quàm Superioris Prælati: (Unde † quandocunque jus committit Prælato aliquos caſus Pontifici reſervatos, Abbas, non alius Superior intelligitur, ut conſtat *c. cum illorum, de ſent. excomm.* *Prælatus immediatus eſt proprius Paſtor Religioſorum.*
194 *cum ſimilib.* Nam ille † immediatus eſt, & veluti proprius Religioſorum Pa-
195 ſtor.) Ergo † Prælati nomine immediatus Prælatus, ac proinde Sub-Prior intelligendus eſt. Et per conſequens prædicta Privilegia non ad Generalem Præpoſitum reſtringenda ſunt, utpote ad ſingularem, ſive Supremum totius

R Fami-

Digitized by Google

Familiæ,& antonomaſticos Prælatum, ſed ab illo in alios gradatim deſcendendum uſque ad immediatos Prælatos, quos inter tempore ſui Vicariatus numeratur Sub-Prior. Quia ſi aliò Pontifex intueretur, ſine dubio ſuam illò intentionem dirigi,exprimeret.

Et confirmatur. † Nam ille terminus indefinitus *Prælato*, ut notavimus 196
æquivalet complexo univerſali *omni Prælato*. Ut latè Covarruv.1.*variar.c.*13.
*num.*8. Sanch.3. *de matrim.diſp.*44.*nu.*2. Ergo Prælati nomine immediatus
Prælatus, ac proinde Sub-Prior intelligendus eſt. † Ideo, ut facultatem à 197
cenſuris reſervatis abſolvendi, virtute talium Privilegiorum conceſſam, Sub-
Priori aſſeramus, non eſt opus ſpeciali Privilegio, ubi nominatim de illo
mentio fiat, ſed ſufficit, ut generaliter Prælato, ſive Prælatis concedantur, † 198
Suarez. ut animadvertit Suareus *lib.2.c.22.num.*5. 4.*de Relig.* Licet † immeritò id vo- 199
cet in dubium, quando in abſentia Prælati præficitur, ſi loquitur, quando à
lege, aut Supremo Prælato ſubrogatur: quia tunc eadem ratio militat, ac in
illis caſibus, quibus ipſe noſtram concedit Concluſionem: Scilicet, quando
Prior vita, ſive Officio defunctus eſt, uti jam vidimus. Quare mihi perſua-
ſum habeo; prædictum Authorem loqui de Vicario, quem Prior ipſe pro
ſuæ abſentiæ tempore nominat; de quo inferius acturi ſumus.

Nec iſtius doctrinæ verificatio eget emendicato Privilegio, ut viſum
Pellizz. eſt Pellizz.*Tom.*2. † *Manual.Regul.tract.* 8.*c.*2.*nu.*49. ſentienti; prædictam ab- 200
ſolvendi facultatem (imò totam illam, quæ competit Prælatis) convenire eo-
rum Vicariis tempore, quo præſunt, Ob privilegium conceſſum Ordini Præ-
dicatorum, teſte Roderico 1. *Regular.qu.*20.*art.*2. quem Suareus refert, & ſe-
quitur 4.*de Relig lib.*2.*dict.cap.*22.*num.*6 cum S. Anton.1.*part.tit* 9.*cap.*2. Quia,
† etiamſi tale Privilegium non extaret, in ſuo nihilominus robore perma- 201
neret, quum omnem Prælatis immediatis adnexam facultatem etiam No-
ſtro Sub-Priori, ut latè vidimus, convenire, certum ſit. Quare ſententia Pel-
lizar. locum habebit, quando Sub-Prior Vicarium agit ex delegatione Prio-
ris. Quia tunc, ut infra dicetur, non eſt Prælatus; & fortè id tantum ipſe Pel-
lizz. voluit innuere.

Verum dubitari poterit. Num facultas prædictis Privilegiis conceſſa
delegabilis ſit? Et non delegabilis inde videtur. † quia Privilegium perſona- 202
le non eſt transferibile in alium, *l.quia tale,ff.ſolut.matrim.* cum ſimilib. Atqui
hujuſcemodi Privilegia tales perſonas concernunt; ergo ſunt indelegabilia.
His non obſtantibus.

Reſpondeo: Poſſe delegari: † ut tenent Doctores, quotquot illorum 203
meminêre, & conſtat ex Religionum uſu; † vel quia ratione talium Privile-
giorum Prælati Regulares, ut aliquibus placet, reſtituuntur in juriſdictio- 204
nem, quæ aliàs ex vi ſui muneris, ſi reſervatio non interceſſit, propria eorun-
dem erat; quæ Ordinaria omnino eſt, ac proinde delegabilis: Vel hoc prove-
nit,

Digitized by Google

nit, quia licèt dicamus virtute prædictorum Privilegiorum illis concedi ali-
205 quam juriſdictionem, eam delegare poterunt. Ratio eſt. Nam poteſtas, †
quæ Prælatis conceditur virtute Privilegiorum in perpetuum duraturorum,
nequit perſonalis, ſed realis cenſeri, quia Dignitati adhæret: & ratione illius
competit Perſonæ; ac proinde illis convenit ex Officio, Ut probat opportu- *Cap fin. de*
nè Textus in *capit. ultim.* ibi *Iis, quibus ex Officio in certis caſibus competit illos abſol-* Offic.
vere: & infra: *Licet aliis abſolutionem hujuſmodi committere, dum viderint, expedire,* Ordinar.
de Offic. Ordinar.

206 Neque † opus eſt, ut hæc poteſtas omninò, ſicut juriſdictio Ordinaria
profluat ex Officio, nam ex textu, ibi: *In certis caſibus.* Colligitur ſufficere, ut
ratione privilegii competat Dignitati, vel Officio, ut poteſtas delegabilis ſit,
& advertit Gloſſ. *inibi*, & ſequens illam Cordub. *Summ. Hiſp. qu.* 8. nam &
Commiſſarius perpetuus virtute privilegii poteſt ſuas vices committere.
Quam ſententiam vocat Cordub. communem, & pro illa adducit Sylve-
ſtrum, verb. *Abſolutio* 4. *numero* 6. *dub.* 2. Ex quo argumento contrario
factum eſt ſatis.

§. II.

De poteſtate abſolvendi à non reſervatis, quam habet Sub-Prior, & an illam delegare, poſſit?

BREVIARIUM.

207 *Omnes Prælati ſunt Ordinarii Paſtores ad ſuos Subditos abſolvendum in Sacramentali foro.*

208 *Cum ſubordinatione tamen Inferiorum ad Superiores.*

209 *Poſſunt Prælati talem Poteſtatem Delegare.*

210 *Ordinarii Seculares non adſtringuntur ſuam poteſtatem alteri delegare.*

211 *Religioſi Prælati tenentur aliis ſuam juriſdictionem delegare, quibus ſubditi poſſint libere confiteri, nec poſſunt eos cogere ſibi confiteri.*

212 *Hæc obligatio ex natura rei eſt gravis, ex ſpeciali Decreto Clementis VIII.*

213 *In Religionibus, quibus Prælatis immediatis eſt adempta confeſſarios approbandi poteſtas, poſſunt, & debent aliquando immediate confeſſarios deputare. Et quo pacto hoc intelligendum?*

PRædictam poteſtatem ad Sub Priorem tempore ſui Vicariatus perti-
207 nere, manifeſtum eſt. Quia conſtat, † in Regularibus Prælatis Juriſdictio- *Prælati*
nem Ordinariam eſſe, tanquam in Paſtoribus Ordinariis ad ſuos abſolven- *Regulares*
dos Subditos in Sacramentali foro, translata in eos per exemptionis privile- *habent ju-*
gium proportionabiliter eadem poteſtate, qua reſpectu ſuorum Subdito- *riſdictio-*
rum pollent Epiſcopi. Quæ poteſtas, ut dictum eſt, illis ex vi ſui muneris com- *nem Ordi-*
petit; ſed eo caſu Sub-Prior verus Prælatus immediatus Monaſterii eſt: ergo *nariam.*
gaudet Ordinaria Poteſtate ad ſuos Subditos abſolvendum.

Et licet

Digitized by Google

Et licet aliqui Prælatorum, † Superiores ſint, alii verò Inferiores; hoc non tollit, quominus ad hanc exercendam juriſdictionem quilibet ſua potiatur immediatione, ſed tantum cujuſdam ſubordinationis, & dependentiæ origo eſt, qualis reperitur inter Papam, Epiſcopum, & Parochum; qui omnes hanc immediatam juriſdictionem habent, cum tamen debita ſubjectione, & dependentia unius ab alio. Hanc ſententiam ratione prædicta ſtabilitam (Quod ſcilicet ſuæ Præſidentiæ tempore verè Prælati ſint) tradunt cum Doctorum communi, *Tract. de Pœnit.* Sotus *in* 4. *diſt.* 8. *qu.* 4. *art.* 2. Sylveſter, verb. *Confeſſor*, 1 *qu.* 8. *diſt.* 3. Sanchez, *Tom.* 1. *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 16. Ratio eſt, nam hæc omnia (ut ſupra notavimus) juriſdictionem ſpiritualem concernunt, qua Sub-Prior Vicariatus tempore fruitur. 208

Prælatorum Regularium Juriſdictio eſt Delegabilis.

Planum † ſimiliter videtur, hanc juriſdictionem eſſe delegabilem, quum ſit, ut ſæpè diximus, Ordinaria, ſæpiusque repetemus. Nec apparet hic aliqua urgens ratio, ut generale hoc principium, ſive limitetur, ſive exceptionem aliquam patiatur, ut proximè citati Authores tenent: Præter quos acceſſit Llamas 1. *p. Meth. cap.* 5. §. 14. & Pellizz. *Tom.* 2. *Manual. Regul. tract.* 8. *cap.* 2. *num.* 29. & 30. ubi ait: *Sicut Prælatus localis Monaſterii poſſet, approbare ad confeſſiones, ſic poterit, qui in ejus locum ſuffectus eſt.* 209

Imò licet Sæculares Ordinarii, utpute Parochi, † nulla adſtringantur obligatione, ut aliis ſuam delegent poteſtatem, ſed regulariter, ſi velint ſuorum Parochianorum poſſunt Confeſſiones excipere; hoc tamen in Regularibus Prælatis expediens non videtur, ob majorem, immediatioremque dependentiam, quam habent Religioſi ab illis. † Quamobrem tametſi ad ſuorum Subditorum Confeſſiones audiendas promptos, ſemperque paratos debeant volentibus ſibi confiteri, ſe præbere, non tamen illos cogere, poſſunt. Ideo tenetur ſuam poteſtatem alteri, ſive aliis delegare, quibus Subditi liberè confiteri poſſint. † Quam obligationem in Prælatis aſſerit Suareus 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 4. ſuapte natura eſſe gravem, nam contra illam operari, eſſet juriſdictione abuti in Religionis exitium, & contra finem Sacramenti, necnon ſpiritualem Subditorum ſalutem. Quod ſpeciali decreto Clemens fœl. record. Papa VIII. juſſit, *de Reſervat. Caſuum pro Regularib.* §. 2. hiſce verb. *Non liceat Superioribus Regularium Confeſſiones Subditorum audire, niſi quando peccatum aliquod reſervatum admiſſerint; aut ipſimet Subditi ſponte, ac motu proprio, id ab eis petierint.* Quod ad reſervata, ut ipſe Summus Pontifex advertit, ipſaque ratio dictat extendi non oportet. Vide ſis Suareum, *ubi ſup.* 210

NOTA. 211

212

Id tamen adverto: Ex dictis ſcilicet ſequi, † quòd ſi in aliqua Religione Prælatis Inferioribus, ſive immediatis adempta ſit Confeſſarios approbandi poteſtas, & quo ad hoc, delegandi ſuam poteſtatẽ alteri ſi tamen Confeſſarii Religioſorũ illius Cœnobii à Provinciali, ſeu Generali aſſignati defecerint, 213

Digitized by Google

ceſſint, aut aliquo impedimento, ſive abſentia interveniente, nequirent Confeſſiones audire; adituſque ad Superiores non eſſet facilis, tunc, præcisè pro illius inopiæ tempore, poſſet Sub Prior, ſive Prælatus quilibet immediatus, & quouſque Superior aſſignet alios, ſive impediti redeant; Subditis de Confeſſariis providere, ut ſibi libuerit, iuxta numerum Religioſorum Conventus. Ratio eſt: Nam limitatio quæ prohibet prædictam poteſtatem delegare, nec videtur, hunc caſum comprehendere; imò nec id efficere poſſet licitè, aut ſaltem validè: nam ut nuperrimè diximus, eſſet abuſus poteſtatis contra Sacramenti Religionem, & animarum Subditorum ſalutem, ac proinde iuſſio illa, ſi hunc etiam caſum vellet comprehendere irrationabilis prorſus & iniuſta foret; & pugnans adverſus proprium Regulæ præſcriptum. Ex quo, ut benè notat Suareus citatus prædicta obligatio delegandi hanc poteſtatem, ducit originem; ac tandem prævaricatio Clementini Decreti ſequeretur. Quorum quodlibet ad talem prohibitionem enervandam ſatis, abundequè eſſet.

§. III.

De Poteſtate, quam habet Sub-Prior ad abſolvendum de reſervatis, dum præeſt Conventui à lege deputatus.

Breviarium.

214 *Non reſervantur caſus à Pontifice regulariter loquendo, niſi cum aliqua cenſura reſervata.*

215 *Sub-Prior Vicarius poteſt abſolvere à peccato indefinitè reſervato Prælato. Et adſignatur ratio Naldi, & Peyrinis.*

216 *Genuina ratio proponitur cum Pellizzario.*

217 *Poteſt Sub-Prior tempore ſui Vicariatus abſolvere Subditum à peccato ſic reſervato, etiamſi ſine cauſa diſtuliſſet ad illud tempus confeſſionem.*

218 *Facultas conceſſa Guardianis, ſeu Prioribus, ut poſſint abſolvi à reſervatis, pertinet etiam ad eorum Vicarios tempore abſentiæ.*

219 *Facultas conceſſa Prælatis, ut Prælatis, non habito reſpectu ad Perſonam, pertinet ad eorum Vicarios.*

220 *Poteſt Sub-Prior abſolvere à reſervatis, quando reſervatio fit Prælatis pluraliter; ſecus ſi nominatim Generali, aut Provinciali reſerventur.*

221 *Sub-Prior Vicarius, qui poteſt ſibi Subditos abſolvere à reſervatis Superiori, poteſt alteri facultatem committere, ut illum abſolvat.*

222 *Leandri ſententia examinatur.*

223 *Prælatus reſervans non comprehenditur ſub tali reſervatione.*

224 *Sub-Prior Vicarius, qui habet à Superiore facultatem abſolvendi à reſervatis per ipſum Superiorem, poteſt alteri talem facultatem delegare.*

225 *Superior dans facultatem Inferiori, ut à peccatis à ſe reſervatis abſolvat nullam facultatem denuo illi committit, ſed reſtituit, quod poſt reſervationem fuerat ablatum.*

DUplex reſervationis differentia poteſt inter Perſonas Religioſas reperiri. Illarum ſcilicet, quæ à Summo Pontifice emanant & illarum, quæ à Religione ipſa. † Reſervatio, quæ à Pontifice profluit, non fit (ut in pluri- 214
mum) niſi ſimul cum aliqua reſervata cenſura, ut communis fert opinio. Ideò de illa egimus, quando de cenſuris tractatiunculam inſtituimus.

Secunda verò reſervatio (quam poſſe à Religione fieri pro indubitato ſuppono, iuxta Clementis VIII. decretum) debet attendi penes modum, quo fit. † Nam ſi peccatum indefinitè reſervatur, ut communiter reſervari 215
conſuevit Prælato; poterit Sub Prior ab illo abſolvere iure proprio: quum verum agat Prælatum tempore, quo Vicarium agit; & reſpectu illius peccati
Naldus. iuriſdictionem habet. Docet expreſsè Naldus, verb. *Abeſſe, num.* 11. & verb. *Abſolutio, num.* 25. & adfert rationem. Nimirum, quia non eſt detinendus ſub-
Peyrinis. ditus in tam malo ſtatu: ſed de eo quantocijus liberandus. Peyrinis verò *Privileg. Regular. Conſtit* 4. *Sixti IV. volum.* 2. *num.* 26. videtur, *hoc potius fundari, poſſe* (verba ſunt illius) *tenore Privilegiorum, in quo poteſtas abſolvendi conceditur Generalibus, Provincialibus, Correctoribus, & eorum Vicariis.*

Vera ratio. Neuter † tamen Scopum videtur mihi attigiſſe. Quia potior, & genui- 216
na ratio proculdubio conſiſtit (ut iam non ſemel vidimus, & probavimus) quia tempore ſuæ Præſidentiæ Sub-Prior verus Monaſterii Prælatus eſt, ac per conſequens ex vi ſui muneris poteſtatem prædictam nanciſcitur. Et ita nomine Prælati non ſecius ille venit, quam quilibet alius, quantumvis Superior. Quæ ratio traditur & à Pellizzar. *Tractat.* 8. *cap.* 2. *num.* 50. Qui ideo, hanc poteſtatem noſtro Sub-Priori Vicario ineſſe fatetur: *Quia pro eo tempore evadit abſolutus Superior Monaſterii; ſicque ipſi concedi debent omnia illa, quæ pro recta adminiſtratione neceſſaria ſunt, qualis utique eſt poteſtas ſpecialis abſolvendi; maximè quum privilegia ad id conceſſa ſint favorabilia, ac proinde amplianda, debeant.*

Peyrinis limitatio reiicitur. Nec placet † eiuſdem Peyrinis limitatio *ibidem.* Quod nimirum tali ca- 217
ſu non poſſit abſolvere Sub-Prior Religioſum, qui ſine cauſa diſtulit abſolvi. Quam meritò exploſit Pellizzar. *loc. cit.* Quia is utitur iure ſuo, & qui iure ſuo utitur, nemini facit iniuriam, ut in ſimili docet Filliuc. *Tract.* 7. *num.* 285 de eo qui ad declinandum iudicium pœnitentiale proprii Epiſcopi immutat domicilium.

Sententia Rodrig. improbatur. Unde improbãda, † etiã apparet doctrina Rotherici in Bull. Cruciat. §. 9. 218
n. 17. qui ait: *Lo tercero, dudo, ſi la autoridad que en las cartas de las Guardianes ſe cõcede a los Guardianes, para que puedan ſer abſueltos, es viſto concederſe tambien a los Vicarios? Reſpõdo, que no: porque eſta, como ya tengo dicho, no les es concedida como Guardianes, ſino como ſingulares perſonas. Y lo que ſe dà à los Vicarios en auſencia de los Guardianes, es lo que ſe concede en quanto Guardianes.* Falſũ enim videtur, Guardianis talia cõcedi, *como ſingulares perſonas*, non verò, *como Guardianes.* † Nam verè talis authori- 219
tas Guardianis reduplicativè ut talibus conceditur, non attenta qualitate perſonæ,

perſonæ, ſed muneris dignitate, & eius exigentia, ut opportunè illis in tali Officio conſtitutis, de remedio ſufficienti provideretur. Quod liquet; nam huiuſmodi facultas, *en las cartas de los Guardianes, ſe concede à los Guardianes*; ergo non iſti, vel illi ſingillatim cum attentione ad perſonas, ſed indifferenter omnibus, utpotè in tali Officio conſtitutis; ac perconſequens, quum *lo que ſe dà à los Vicarios en auſencia de los Guardianes, ſea lo que ſe concede, en quanto Guardianes*, id Sub Priori conceſſum etiam conſtat. Nam talis facultas Officium Prælatorum immediatorum concernit, & non perſonas.

Quum ergo hoc adeò verum ſit: quando reſervatio fit Prælato, vel Superiori, à fortiori, verum etiam iudicari † debet, ſi reſervatio pluraliter Prælatis, ſive Superioribus fiat: Ut ſupra de cenſuris loquentes, probabamus. Si tamen nominatim præpoſito Generali, aut Provinciali aliquid reſervetur; neque Prælatus Conventualis, neque Sub-Prior, ut illius Vicarius poterunt à taliter reſervato abſolvere: quemadmodum nec Parochus abſolvere poteſt à reſervatis Epiſcopi. Eo verò caſu providentiæ utriuſque Superioris Prælati eſſet, de remedio abſolutionis (ut pareſt) Subditis providere.

220

221 Non erit abs re hic in dubium vertere: An valeat † Sub Prior (ſi in aliquod Superioribus Prælatis reſervatum inciderit) alteri, ſemetipſum abſolvendi authoritatem delegare ex eo quod Superiores, prædictum peccatum reſervantes, ipſi facultatem conceſſerint, ut Religioſos ſibi ſubditos abſolvere poſſit? *Quæſtio proponitur.*

Affirmativè reſpondendum videtur cum Cajetano, 2.2. *quæſt.* 96 *art.* 5. Rodriq. 1. *Regular. quæſt.* 21. *art.* 8. aſſerentibus, habere poteſtatem ad diſpenſandum ſecum, quicumque illam habet, ad diſpenſandum cum ſuis Subditis. Et benè: Nam ſecus infelicioris eſſet conditionis Prælatus, quàm Subditi, quandoquidem Subditis à Superiore proviſum eſſet de efficaci medicina, quæ denegaretur Prælato. Ideò hanc ſententiam amplectuntur Reginaldus *praxi lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 37. Enriq. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 1. *Comment. lit.* I. Ant. Rubeus *praxi deciſ.* 548. *num.* 1. Ant. Gomeſius *Bull Cruciat. clauſ.* 10. *num.* 85. Sayrus, *de Cenſur. lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 15. Sanchez 8. *de Matrim. diſput.* 3. *num.* 3. Villalobos 1. *part. Summ. tract.* 9. *diff.* 47. *num.* 4. Soareus *Tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 2. Fagundez *lib.* 1. *præcep.* 2. *cap.* 2. *num.* 78. *& ſeqq.* noſt. Gabriel à S. Vincentio *part.* 3. *de* Sacram. pœnit *diſp.* 9. *quæſt.* 4. verſ. *difficultas maior.* Diana *p.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 11. Bonacin. *diſp.* 5 *de Sacram. Pœnit. quæſt.* 7. *punct.* 3. *n.* 1. Sylvius *Addit. q.* 8. *art* 2. *q.* 2. *concl.* 2. ubi Nugnus *dub.* 8. *n.* 6. Coriolan. *de caſibus reſervat.* 1. *part. ſect.* 1. *art.* 22. qui addit, hoc intelligendum eſſe, quando facultas non eſt restricta, & limitata ad Subditos tantum. Cui adhæret Leander, *qq. Moral. in Sept. Sacram.* 1. *part. tract.* 5. *diſp.* 12. *q* 24. dicens: Poſſe quidem, abſolvi à ſuo Confeſſario, dummodo voluntas, Generalis verbigratia, non fuerit contraria. *Reſolvitur.*

Hic nobis in dubium verteret Leander: An Superior qui alios poteſt à reſervatis *Leander.*

Digitized by Google

reſervatis abſolvere, poſſit etiam dare facultatem alteri, qui ipſummet Superiorem abſolvat à caſu reſervato, in quem incidit? Nam ille *d. diſp. 12. quæſt. 21.* huic interrogationi ſatisfeciſſe ſe, putat his verbis, *Reſpondeo, poſſe abſque dubio, ſi ipſe Prælatus ſit, qui peccatum reſervavit, quum ipſe non poſsit ſe ipſum ligare, ne poſsit confiteri, cui voluerit.*

Cujus ſolutio † adeo ſubtilis eſt, ut ingenuè fatear illam hebetis, & reptilis ingenii mei captum ſupervolare. Non enim capio, qui poſſit *Prælatus ipſe* ſeſe comprehendere ſua reſervatione. Vel ſi poteſt: (ut videtur Leander ſupponere) quo fundamento aſſerit: *Non poſſe ſe ipſum ligare, ne poſsit, cui voluerit, confiteri?* Nam reſervatio ecquid aliud eſt, niſi ſubſtractio iuriſdictionis? Et quiſnam quæſo proprius reſervationis effectus, niſi ligare illum, qui tali reſervatione comprehenditur, ne poſſit confiteri, cui voluerit? Vel ſi non manet quoad hoc ligatus, quomodo ſub tali reſervatione includitur, ut egeat abſolutione? Iterum fateor, me ſolutionem hanc non percipere, benè tamen intelligere, quod Eminentiſſ. Cardinalis de Lugo in ſuo Auguſto opere *de Pœnit. diſp. 20. ſect. 5. num. 57.* docuit: Quum enim propoſuiſſet dubium idem, his verbis: *An ſuperior non ſolum poſsit alios abſolvere, ſed etiam dare facultatem alteri, qui ipſum Prælatum abſolvat à reſervato, in quod incidit?* Illicò ſic reſolvit: *Et quidem ſi ipſe Prælatus ſit, qui peccatum reſervavit, eius peccatum non eſt reſervatum; quia ipſe non poteſt, ſe ipſum ligare, ne poſsit confiteri, cui voluerit.* Cui conſonat, quod noviſſimè penè totidem verbis protulit P. Martin. Perezius *de Pœnit. diſp. 48. ſect. 3. princip.* dicens: *Nam ſi ipſe ſit, qui peccatum reſervavit, eius peccatum non eſt reſervatum, non enim ipſe poteſt ſe ipſum ligare, ne poſsit confiteri, cui voluerit.* 222 223

Sed iam ex dictis alia difficultas inſurgit; † nempè: Utrum caſu, quo poſſit Sub Prior ſibi ſubditos à reſervatis abſolvere, poſſit etiam ſuam poteſtatem delegare alteri, vices ſuas committendo? Et negativè reſpondendum videtur, ſi reſervatio à Capitulo, ſeu Superiore procedit, ut evenire frequenter ſolet. Ratio eſt. Nam tunc juriſdictionem de commiſſione Superioris reſervantis habet; ac proinde Delegatum agit: ergo non poterit talem facultatem alteri ſubdelegare, iuxta ſuperius dicta *1. part. à num.* 132. His non obſtantibus. 224

Reſpondeo: veriſſimum eſſe, poſſe Sub-Priorem committere alteri, ut ſe à reſervatis abſolvat. Et ratio huius eſt; quia huiuſmodi poteſtas Ordinaria eſt, quum ipſi competat ratione ſui muneris: ergo eſt delegabilis.

Ad obiectionem igitur reſpondeo: Sub-Priorem ad abſolvendos ſibi ſubditos à reſervatis Superiori, nulla egere commiſſione, ſeu facultate, denuo ſibi à reſervante commiſſa: quum ex vi ſui muneris habeat iuriſdictionem ad abſolvendum. † Undè licet à Superiore per reſervationem dicatur hæc iuriſdictio reſtringi; non tamen per facultatem à reſervatis abſolvendi factam dicitur ampliari; quum nihil ſuperaddatur Poteſtati, quam ante re- 225

Digitized by Google

ſervationem habebat, ſed tantum (ut ſic explicem) reſtituitur illi; quod per reſervationem à Superiori fuerat ablatum. Ergo quando illi à Superiori permittitur, ut à reſervatis abſolvat, non permittitur, ut aliqua delegata juriſdictione utatur, ſed ut propria ſibi & Ordinaria valeat uti, non prohibetur. Et hanc ſententiam, loquentes in ſpecie de Sub-Priore expreſſè docent Peytinis, Homobon. Beja, Naldus relati, à Dian. 3. *p. de dub. Regul. tract. 2. reſol.* 28. Et licet loquantur de Vicariis à Priore deſignatis (Quæ ſententia mihi non probatur, ut infra oſtendam) à fortiori intelligendum eſt de Vicariis deſignatis à lege, qui ampliori, & favorabiliori potiuntur juriſdictione, nimirum Ordinaria.

§. IV.

An poſſit Sub-Prior, dum præeſt Conventui (à lege deputatus) aliquos caſus novos reſervare?

Breviarium.

226 *Poteſt Sub-Prior tanquam verus Prælatus tempore præſidentiæ, ſibi aliquos caſus reſervare.*

227 *Sed ad hoc requiritur, ut abſentia Prælati ſit valde notabilis.*

Suppono, hoc debere fieri conſonè omnino ad præſcriptum Clementis VIII. circa caſuum reſervationem. Et breviter cum Tamburino *Tom. 2. de jur. Abb. diſp. 13. quæſit. 8. num. 3.* reſpondeo affirmativè. † Ratio. Nam
226 tunc temporis Sub-Prior verus Prælatus dicitur: Ergo poterit caſus reſervare: quorum reſervationem neceſſitas ſpiritualis optimæ gubernationis Monaſterii perſuaſerit; quandoquidem idem Pontifex, his circumſtantiis eam exigentibus, reſervationem poſſe facere omnibus Prælatis indiſcrimi-
227 natim indulſit. † Verum addit Tambur. hoc locum habere, quando abſentia Abbatis, ſive Prioris eſſet valde notabilis, quod certè veriſſimum puto. Quia, quum caſus, qui reſervari poſſunt, graves ſint, ac proinde rarò contingant; nequeunt niſi in notabili morâ temporis contingere, aut neceſſitatem illos reſervandi urgere, (ut ponderanti patebit) Quæ notabilis mora in aliis actionibus minimè prærequiritur, ut poſtea probabimus agentes de tempore requiſito, ut defectu, ſeu abſentia Prælati Sub-Priori juriſdictio Ordinaria competat.

Digitized by Google

Tertia Concluſio. Tertia Concluſio: † A Cenſuris intra Religionem reſervatis, ſi nominatim alicui Superiori reſervatæ fuerint (ut puta Præpoſito Generali, vel Provinciali) minimè poterit Sub-Prior abſolvere, ut patet. Difficultas verò emergit: † An ſi indiſcriminatim Prælato reſervatæ fuerint, ab illis poſſit abſolvere? Reſpondeo affirmativè; quia, ut ſæpè diximus, † verus Prælatus eſt, ac proinde continetur ſub illo indefinito termino *Prælati*: qui abſolutè poſitus æquipollet univerſali. 177 178 179

Quarta Concluſio. Quarta concluſio: † A cenſuris Papæ reſervatis, quarum abſolutio Epiſcopis à iure commiſſa eſt (ut † abſolutio à cenſura Canonis iuxta text. in *cap. pervenit, de Sent. excomm.* & aliæ ſimiles) poteſt Sub-Prior iure Ordinario abſolvere. Ratio eſt: Nam iuriſdictione (ut diximus) quaſi Epiſcopali potitur, virtute cuius valet reſpectu ſuorum Subditorum, quod cum ſuis Epiſcopus ex vi iuris communis, ut diximus de Irregularitatibus tractantes. 180 181

De cenſuris autem, quarum abſolutio committitur Epiſcopis à Tridentino *Seſſ. 24. c. 6. de Reform.* poteſt dubitari: An valeat Sub-Prior abſolvere ex vi eiuſdem decreti? Verùm non poſſe ſupra diximus, agentes de Irregularitate.

Ultima Concluſio. Ultima concluſio: † Virtute ſpecialium privilegiorum poſſe Prælatos Regulares abſolvere à quibuſcunq; Cenſuris, etiam Papalibus, licet in Bulla Cœnæ comprehendantur, liquet ex variis Privilegiis, quorum tenores exſcripſit Rodriq. peculiari, & iuſto volumine, cui titulus: *Collectio Privilegiorum Regularium.* Et ex aliis quam plurimis, quæ referuntur in Religionum ſingularum Compendiis. Quorum aliqua quarundam cenſurarum abſolutionem concedunt, aliqua ab aliis ſubditos enodari, largiuntur, quædam limitant conceſſionem addita clauſula: *Niſi adeo fuerint graves, & enormes exceſſus, quòd ſint ad Sedem Apoſtolicam meritò deſtinanda.* Nonnullaècontra ampliant conceſſionem, ſubiungendo: *Etiamſi talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda.* Ex cunctis autem ſufficienter colligitur veritas noſtræ concluſionis, ut doctè adnotavit Suareus 4. *de Relig. lib. 2. c. 20. n. 2. & c. 21. n. 9.* † Qui ſolùm excipit cenſuras contractas ex Simoniaca ordinatione. Et aſſignat rationem, quare ſubiectis eorundem poteſtati attrocioribus, hoc tamen crimen minimè ſubiiciatur. 182 183

Decidendum eſt: quòd ad dignoſcendam Sub Prioris poteſtatem in huiuſmodi impertiendis abſolutionibus, attendere oportet ad Privilegiorum tenores. † Nam ſi nominatim conceduntur Vice gerentibus, ſeu Vicariis prælatorum immediatorum, res expedita eſt, ſive in Prioris locum ſucceſſerit morte illius, ſive officii finitione, ſive tantum abſentia. 184

Maioris momenti dubitatio emergit, ſi abſolutè conceduntur prælato, ſeu

Digitized by Google

185 ſeu Prælatis. Reſpondeo. † Quod ſi *pluraliter* loquuntur, certum mihi eſt, nomine Prælatorum Sub-Priorem eo caſu venire.

Nec nobis plurimum negotii faceſcit, † noſter Lezana *Regular.qq.Tom.* Lezana.
186 1.*cap*.8.*num*.3.aſſerens; ſecus dici debere de quibuſdam Vicariis quarundam Religionum, qui non ſunt vere Prælati, ſed inſtituti, ut adjuvent Prælatos: Citatque Rodriq.1.*Regul.q*.17.*art* 3. Nam licet hoc verificetur præſente proprio Prælato, abſente minimè quia tunc Sub-Prior, ſeu Vicarius eſt verus Prælatus, ut ipſemet Lezana fatetur *Tom*.2.*cap*.13.*num*.41. & eodem *num*.citato inquit: Nomine Prælatorum venire quoad hoc, etiam Vicarios Conventuum, illos ſcilicet, qui in Conventibus ipſis non habent Superiorem;
187 quia iſti etiam ſunt verè Prælati: † Ergo, dum negat privilegia prædicta nomine Prælatorum comprehendere Vicarios quarundam Religionum, qui ad Prælatos adjuvandos inſtituti ſunt; non loquitur de Sub-Priore noſtro in abſentia, ſeu defectu Prælati; quem verum agnoſcit Vicarium; ſed de illo,
188 quando Conventui non præeſt, quod & nos faſſi ſumus. Et eodem modo † intelligendus venit Pellizzarius, *Tom* 2.*Manual. Regul.tract*.8.*c*.2.*nu*.48. ubi ait: Quod quando Privilegia conceduntur Prælatis non comprehenduntur hujuſmodi Vicarii: quia non ſunt propriè Prælati. Et Privilegium non debet extendi ultra proprietatem verborum. Quum autem (ut diximus) hujuſmodi Vicarii propriè Prælati ſint, convincitur à contrario ſenſu, ex vi verborum, non excludi à participatione talium Privilegiorum: Ideo, ut illis potiantur, nulla extenſione opus eſt.

189 Unde non admodum neceſſarium † hic judico P. Suarecii conſilium *Tom*.4.*de Relig.lib*.2.*c*.22.*num*.7. Nempè optimum eſſe ad quemvis removendum ſcrupulum, ut Prælatus, quum recedit, omnes poteſtates ſuas committat Vicario. Et, ne hoc pendeat ex memoria, vel voluntate ſingulorum debet eſſe ſtabili lege, aut recepta conſuetudine introductum. Erit tamen expediens conſilium, quando ab inferiori Prælato Vicarius loco ſui ipſius ſuffectus fuerit, ut explicabimus. Suarez.

190 Si verò † Privilegia prædicta *ſingulariter* concedantur *Prælato*: non adeò facilè difficultatis nodus extricatur. Verùm affirmativè etiam reſponden-
191 dum eſſe, exiſtimo. Ratio eſt. Quia abſolvendi actus, † quem talia Privilegia
192 concernunt potiùs ad interius, quàm ad exterius tribunal pertinet. † At qui
193 forum interius propriùs eſt inferioris, quàm Superioris Prælati: (Unde † quandocunque jus committit Prælato aliquos caſus Pontifici reſervatos, Abbas, non alius Superior intelligitur, ut conſtat *c.cum illorum, de ſent.excomm.*
194 *cum ſimilib.* Nam ille † immediatus eſt, & veluti proprius Religioſorum Pa-
195 ſtor.) Ergo † Prælati nomine immediatus Prælatus, ac proinde Sub-Prior intelligendus eſt. Et per conſequens prædicta Privilegia non ad Generalem Præpoſitum reſtringenda ſunt, utpote ad ſingularem, ſive Supremum totius *Prælatus immediatus eſt proprius Paſtor Religioſorum.*

R Fami-

Digitized by Google

Familiæ,& antonomaſticos Prælatum, ſed ab illo in alios gradatim deſcendendum uſque ad immediatos Prælatos, quos inter tempore ſui Vicariatus numeratur Sub-Prior. Quia ſi aliò Pontifex intueretur, ſine dubio ſuam illò intentionem dirigi,exprimeret.

Et confirmatur. † Nam ille terminus indefinitus *Prælato*, ut notavimus 196
æquivalet complexo univerſali *omni Prælato*. Ut latè Covarruv.1.*variar.c.*13.
*num.*8. Sanch.3. *de matrim.diſp.*44.*nu.*2. Ergo Prælati nomine immediatus
Prælatus, ac proinde Sub-Prior intelligendus eſt. † Ideo, ut facultatem à 197
cenſuris reſervatis abſolvendi,virtute talium Privilegiorum conceſſam,Sub-
Priori aſſeramus, non eſt opus ſpeciali Privilegio, ubi nominatim de illo
mentio fiat,ſed ſufficit, ut generaliter Prælato, ſive Prælatis concedantur, † 198
Suarez. ut animadvertit Suareus *lib.*2.*c.*22.*num.*5. 4.*de Relig.* Licet † immeritò id vo- 199
cet in dubium,quando in abſentia Prælati præficitur, ſi loquitur, quando à
lege,aut Supremo Prælato ſubrogatur: quia tunc eadem ratio militat,ac in
illis caſibus,quibus ipſe noſtram concedit Concluſionem: Scilicet,quando
Prior vita,ſive Officio defunctus eſt, uti jam vidimus. Quare mihi perſuaſum habeo; prædictum Authorem loqui de Vicario, quem Prior ipſe pro ſuæ abſentiæ tempore nominat;de quo inferius acturi ſumus.

Nec iſtius doctrinæ verificatio eget emendicato Privilegio, ut viſum
Pellizz. eſt Pellizz.*Tom.*2. † *Manual.Regul.tract.*8.*c.*2.*nu.*49. ſentienti; prædictam ab- 200
ſolvendi facultatem(imò totam illam,quæ competit Prælatis)convenire eorum Vicariis tempore,quo præſunt,Ob privilegium conceſſum Ordini Prædicatorum,teſte Roderico 1.*Regular.qu.*20.*art.*2. quem Suareus refert,& ſequitur 4.*de Relig lib.*2.*dict.cap.*22.*num.*6 cum S. Anton.1.*part.tit* 9.*cap.*2.Quia,
† etiamſi tale Privilegium non extaret, in ſuo nihilominus robore perma- 201
neret, quum omnem Prælatis immediatis adnexam facultatem etiam Noſtro Sub-Priori,ut latè vidimus,convenire,certum ſit. Quare ſententia Pellizar.locum habebit, quando Sub-Prior Vicarium agit ex delegatione Prioris.Quia tunc,ut infra dicetur,non eſt Prælatus; & fortè id tantum ipſe Pellizz.voluit innuere.

Verum dubitari poterit. Num facultas prædictis Privilegiis conceſſa
delegabilis ſit?Et non delegabilis inde videtur. † quia Privilegium perſona- 202
le non eſt transferibile in alium,*l.quia tale,ff.ſolut.matrim.*cum ſimilib. Atqui hujuſcemodi Privilegia tales perſonas concernunt; ergo ſunt indelegabilia. His non obſtantibus.

Reſpondeo: Poſſe delegari: † ut tenent Doctores. quotquot illorum 203
meminêre, & conſtat ex Religionum uſu; † vel quia ratione talium Privile-
giorum Prælati Regulares, ut aliquibus placet, reſtituuntur in juriſdictio- 204
nem,quæ aliàs ex vi ſui muneris,ſi reſervatio non interceſſit, propria eorundem erat;quæ Ordinaria omnino eſt,ac proinde delegabilis:Vel hoc provepit,

Digitized by Google

nit, quia licet dicamus virtute prædictorum Privilegiorum illis concedi aliquam juriſdictionem, eam delegare poterunt. Ratio eſt. Nam poteſtas, † 205 quæ Prælatis conceditur virtute Privilegiorum in perpetuum duraturorum, nequit perſonalis, ſed realis cenſeri, quia Dignitati adhæret: & ratione illius competit Perſonæ; ac proinde illis convenit ex Officio, Ut probat opportunè Textus in *capit. ultim.* ibi: *Iis, quibus ex Officio in certis caſibus competit illos abſolvere: &* infra: *Licet aliis abſolutionem hujuſmodi committere, dum viderint, expedire, de Offic. Ordinar.*

Cap. fin. de Offic. Ordinar.

206 Neque † opus eſt, ut hæc poteſtas omninò, ſicut juriſdictio Ordinaria profluat ex Officio, nam ex textu, ibi: *In certis caſibus.* Colligitur ſufficere, ut ratione privilegii competat Dignitati, vel Officio, ut poteſtas delegabilis ſit, & advertit Gloſſ. *ibi*, & ſequens illam Cordub. *Summ. Hiſp. qu.* 8. nam & Commiſſarius perpetuus virtute privilegii poteſt ſuas vices committere. Quam ſententiam vocat Cordub. communem, & pro illa adducit Sylveſtrum, verb. *Abſolutio* 4. *numero* 6. *dub.* 2. Ex quo argumento contrario factum eſt ſatis.

§. II.

De poteſtate abſolvendi à non reſervatis, quam habet Sub-Prior, & an illam delegare, poſſit?

BREVIARIUM.

207 *Omnes Prælati ſunt Ordinarii Paſtores ad ſuos Subditos abſolvendum in Sacramentali foro.*

208 *Cum ſubordinatione tamen Inferiorum ad Superiores.*

209 *Poſſunt Prælati talem Poteſtatem Delegare.*

210 *Ordinarii Seculares non adſtringuntur ſuam poteſtatem alteri delegare.*

211 *Religioſi Prælati tenentur aliis ſuam juriſdictionem delegare, quibus ſubditi poſſint libere confiteri, nec poſſunt eos cogere ſibi confiteri.*

212 *Hæc obligatio ex natura rei eſt gravis, ex ſpeciali Decreto Clementis VIII.*

213 *In Religionibus, quibus Prælatis immediatis eſt adempta confeſſarios approbandi poteſtas, poſſunt, & debent aliquando immediati confeſſarios deputare. Et quo pacto hoc intelligendum?*

PRædictam poteſtatem ad Sub-Priorem tempore ſui Vicariatus pertinere, manifeſtum eſt. Quia conſtat, † in Regularibus Prælatis Juriſdictionem Ordinariam eſſe, tanquam in Paſtoribus Ordinariis ad ſuos abſolvendos Subditos in Sacramentali foro, translata in eos per exemptionis privilegium proportionabiliter eadem poteſtate, qua reſpectu ſuorum Subditorum pollent Epiſcopi. Quæ poteſtas, ut dictum eſt, illis ex vi ſui muneris competit; ſed eo caſu Sub-Prior verus Prælatus immediatus Monaſterii eſt: ergo gaudet Ordinaria Poteſtate ad ſuos Subditos abſolvendum. 207

Prælati Regulares habent juriſdictionem Ordinariam.

Et licet aliqui Prælatorum, † Superiores ſint, alii verò Inferiores; hoc non tollit, quominus ad hanc exercendam juriſdictionem quilibet ſua potiatur immediatione, ſed tantum cujuſdam ſubordinationis, & dependentiæ origo eſt, qualis reperitur inter Papam, Epiſcopum, & Parochum; qui omnes hanc immediatam juriſdictionem habent, cum tamen debita ſubjectione, & dependentia unius ab alio. Hanc ſententiam ratione prædicta ſtabilitam (Quod ſcilicet ſuæ Præſidentiæ tempore verè Prælati ſint) tradunt cum Doctorum communi, *Tract. de Pœnit.* Sotus *in 4. diſt. 8. qu. 4. art. 2.* Sylveſter, verb. *Confeſſor, 1 qu. 8. diſt. 3.* Sanchez, *Tom. 1. in Decalog. lib. 4. cap. 33. num. 16.* Ratio eſt, nam hæc omnia (ut ſupra notavimus) juriſdictionem ſpiritualem concernunt, qua Sub-Prior Vicariatus tempore fruitur. 208

Prælatorum Regularium Juriſdictio eſt Delegabilis.

Planum † ſimiliter videtur, hanc juriſdictionem eſſe delegabilem, quum ſit, ut ſæpè diximus, Ordinaria, ſæpiusque repetemus. Nec apparet hic aliqua urgens ratio, ut generale hoc principium, ſive limitetur, ſive exceptionem aliquam patiatur, ut proximè citati Authores tenent: Præter quos acceſſit Llamas 1. *p. Meth. cap. 5. §. 14.* & Pellizz. *Tom. 2. Manual. Regul. tract. 8. cap. 2. num. 29. & 30.* ubi ait: *Sicut Prælatus localis Monaſterii poſſet, approbare ad confeſſiones, ſic poterit, qui in ejus locum ſuffectus eſt.* 209

Imò licet Sæculares Ordinarii, utputa Parochi, † nulla adſtringantur obligatione, ut aliis ſuam delegent poteſtatem, ſed regulariter, ſi velint ſuorum Parochianorum poſſunt Confeſſiones excipere; hoc tamen in Regularibus Prælatis expediens non videtur, ob majorem, immediatioremque dependentiam, quam habent Religioſi ab illis. † Quamobrem tametſi ad ſuorum Subditorum Confeſſiones audiendas promptos, ſemperque paratos debeant volentibus ſibi confiteri, ſe præbere, non tamen illos cogere, poſſunt. Ideo tenetur ſuam poteſtatem alteri, ſive aliis delegare, quibus Subditi liberè confiteri poſſint. † Quam obligationem in Prælatis aſſerit Suareus *4. de Relig. lib. 2. cap. 15. num. 4.* ſuapte natura eſſe gravem, nam contra illam operari, eſſet juriſdictione abuti in Religionis exitium, & contra finem Sacramenti, necnon ſpiritualem Subditorum ſalutem. Quod ſpeciali decreto Clemens fœl. record. Papa VIII. juſſit, *de Reſervat. Caſuum pro Regularib. §. 2.* hiſce verb. *Non liceat Superioribus Regularium Confeſſiones Subditorum audire, niſi quando peccatum aliquod reſervatum admiſſerint; aut ipſimet Subditi ſponte, ac motu proprio, id ab eis petierint.* Quod ad reſervata, ut ipſe Summus Pontifex advertit, ipſaque ratio dictat extendi non oportet. Vide ſis Suareum, *ubi ſup.* 210 NOTA. 211 212

Id tamen adverto: Ex dictis ſcilicet ſequi, † quòd ſi in aliqua Religione Prælatis Inferioribus, ſive immediatis adempta ſit Confeſſarios approbandi poteſtas, & quo ad hoc, delegandi ſuam poteſtatẽ alteri; ſi tamen Confeſſarii Religioſorũ illius Cœnobii à Provinciali, ſeu Generali aſſignati defecerint, 213

Digitized by Google

ceſsint, aut aliquo impedimento, ſive abſentia interveniente, nequirent Confeſſiones audire; aditusque ad Superiores non eſſet facilis, tunc, præcisè pro illius inopiæ tempore, poſſet Sub Prior, ſive Prælatus quilibet immediatus, & quouſque Superior aſſignet alios, ſive impediti redeant; Subditis de Confeſſariis providere, ut ſibi libuerit, iuxta numerum Religioſorum Conventus. Ratio eſt: Nam limitatio quæ prohibet prædictam poteſtatem delegare, nec videtur, hunc caſum comprehendere; imò nec id efficere poſſet licitè, aut ſaltem validè: nam ut nuperrimè diximus, eſſet abuſus poteſtatis contra Sacramenti Religionem, & animarum Subditorum ſalutem, ac proinde iuſſio illa, ſi hunc etiam caſum vellet comprehendere irrationabilis prorſus & iniuſta foret, & pugnans adverſus proprium Regulæ præſcriptum. Ex quo, ut benè notat Suareus citatus prædicta obligatio delegandi hanc poteſtatem, ducit originem; ac tandem prævaricatio Clementini Decreti ſequeretur. Quorum quodlibet ad talem prohibitionem enervandam ſatis, abundeque eſſet.

§. III.

De Poteſtate, quam habet Sub-Prior ad abſolvendum de reſervatis, dum præeſt Conventui à lege deputatus.

BREVIARIUM.

214 *Non reſervantur caſus à Pontifice regulariter loquendo, niſi cum aliqua cenſura reſervata.*

215 *Sub-Prior Vicarius poteſt abſolvere à peccato indefinitè reſervato Prælato. Et adſignatur ratio Naldi, & Peyrinis.*

216 *Genuina ratio proponitur cum Pellizario.*

217 *Poteſt Sub-Prior tempore ſui Vicariatus abſolvere Subditum à peccato ſic reſervato, etiamſi ſine cauſa diſtuliſſet ad illud tempus confeſſionem.*

218 *Facultas conceſſa Guardianis, ſeu Prioribus, ut poſsint abſolvi à reſervatis, pertinet etiam ad eorum Vicarios tempore abſentiæ.*

219 *Facultas conceſſa Prælatis, ut Prælatis, non habito reſpectu ad Perſonam, pertinet ad eorum Vicarios.*

220 *Poteſt Sub-Prior abſolvere à reſervatis, quando reſervatio fit Prælatis pluraliter; ſecus ſi nominatim Generali, aut Provinciali reſerventur.*

221 *Sub-Prior Vicarius, qui poteſt ſibi Subditos abſolvere à reſervatis Superiori, poteſt alteri facultatem committere, ut illum abſolvat.*

222 *Leandri ſententia examinatur.*

223 *Prælatus reſervans non comprehenditur ſub tali reſervatione.*

224 *Sub-Prior Vicarius, qui habet à Superiore facultatem abſolvendi à reſervatis per ipſum Superiorem, poteſt alteri talem facultatem delegare.*

225 *Superior dans facultatem Inferiori, ut à peccatis à ſe reſervatis abſolvat nullam facultatem denuo illi committit, ſed reſtituit, quod poſt reſervationem fuerat ablatum.*

Digitized by Google

DUplex reſervationis differentia poteſt inter Perſonas Religioſas reperiri. Illarum ſcilicet, quæ à Summo Pontifice emanant & illarum, quæ à
Religione ipſa. † Reſervatio, quæ à Pontifice profluit, non fit (ut in pluri- 214
mum) niſi ſimul cum aliqua reſervata cenſura, ut communis fert opinio. Ideò de illa egimus, quando de cenſuris tractatiunculam inſtituimus.

Secunda verò reſervatio (quam poſſe à Religione fieri pro indubitato ſuppono, iuxta Clementis VIII. decretum) debet attendi penes modum,
quo fit. † Nam ſi peccatum indefinitè reſervatur, ut communiter reſervari 215
conſuevit Prælato; poterit Sub-Prior ab illo abſolvere iure proprio: quum verum agat Prælatum tempore, quo Vicarium agit; & reſpectu illius pecca-
Naldus. ti iuriſdictionem habet. Docet expreſsè Naldus, verb. *Abeſſe, num.* 11. & verb. *Abſolutio, num.* 25. & adfert rationem. Nimirum, quia non eſt detinendus ſub-
Peyrinis. ditus in tam malo ſtatu: ſed de eo quantocijus liberandus. Peyrinis verò *Privileg. Regular. Conſtit.* 4. *Sixti IV. volum.* 2. *num.* 26. videtur, *hoc potius fundari, poſſe* (verba ſunt illius) *tenore Privilegiorum, in quo poteſtas abſolvendi conceditur Generalibus, Provincialibus, Correctoribus, & eorum Vicariis.*

Vera ratio. Neuter † tamen Scopum videtur mihi attigiſſe. Quia potior, & genui- 216
na ratio proculdubio conſiſtit (ut iam non ſemel vidimus, & probavimus) quia tempore ſuæ Præſidentiæ Sub-Prior verus Monaſterii Prælatus eſt, ac per conſequens ex vi ſui muneris poteſtatem prædictam nanciſcitur. Et ita nomine Prælati non ſecius ille venit, quam quilibet alius, quantumvis Superior. Quæ ratio traditur & à Pellizzar. *Tractat.* 8. *cap.* 2. *num.* 50. Qui ideo, hanc poteſtatem noſtro Sub-Priori Vicario ineſſe fatetur; *Quia pro eo tempore evadit abſolutus Superior Monaſterii; ſicque ipſi concedi debent omnia illa, quæ pro rectâ adminiſtratione neceſſaria ſunt, qualis utique eſt poteſtas ſpecialis abſolvendi; maximè quum privilegia ad id conceſſa ſint favorabilia, ac proinde ampliari, debeant.*

Peyrinis limitatio reiicitur. Nec placet † eiuſdem Peyrinis limitatio *ibidem.* Quod nimirum tali ca- 217
ſu non poſſit abſolvere Sub-Prior Religioſum, qui ſine cauſa diſtulit abſolvi. Quam meritò exploſit Pellizzar. *loc. cit.* Quia is utitur iure ſuo, & qui iure ſuo utitur, nemini facit iniuriam, ut in ſimili docet Filliuc. *Tract.* 7. *num.* 285 de eo; qui ad declinandum iudicium pœnitentiale proprii Epiſcopi immutat domicilium.

Sententia Rodrig. improbatur. Unde improbāda, † etiā apparet doctrina Rotherici in Bull. Cruciat. §. 9. 218
n. 17. qui ait: *Lo tercero, dudo, ſi la autoridad que en las cartas de las Guardianes ſe cōcede a los Guardianes, para que puedan ſer abſueltos, es viſto concederſe tambien a los Vicarios? Reſpōdo, que no: porque eſta, como ya tengo dicho, no les es concedida como Guardianes, ſino como ſingulares perſonas. Y lo que ſe dà à los Vicarios en auſencia de los Guardianes, es lo que ſe concede en quanto Guardianes.* Falſū enim videtur, Guardianis talia cōcedi,
como ſingulares perſonas, non verò, *como Guardianes.* † Nam verè talis authori- 219
tas Guardianis reduplicativè ut talibus conceditur, non attenta qualitate perſonæ,

perſonæ, ſed muneris dignitate, & eius exigentia, ut opportunè illis in tali Officio conſtitutis, de remedio ſufficienti provideretur. Quod liquet: nam huiuſmodi facultas, *en las cartas de los Guardianes, ſe concede à los Guardianes*; ergo non iſti, vel illi ſingillatim cum attentione ad perſonas, ſed indifferenter omnibus, utpotè in tali Officio conſtitutis; ac per conſequens, quum *lo que ſe dà à los Vicarios en auſencia de los Guardianes, ſea lo que ſe concede, en quanto Guardianes*, id Sub Priori conceſſum etiam conſtat. Nam talis facultas Officium Prælatorum immediatorum concernit, & non perſonas.

Quum ergo hoc adeò verum ſit: quando reſervatio fit Prælato, vel Superiori, à fortiori, verum etiam iudicari † debet, ſi reſervatio pluraliter Prælatis, ſive Superioribus fiat: Ut ſupra de cenſuris loquentes, probabamus. Si
220 tamen nominatim præpoſito Generali, aut Provinciali aliquid reſervetur; neque Prælatus Conventualis, neque Sub Prior, ut illius Vicarius poterunt à taliter reſervato abſolvere: quemadmodum nec Parochus abſolvere poteſt à reſervatis Epiſcopi. Eo verò caſu providentiæ utriuſque Superioris Prælati eſſet, de remedio abſolutionis (ut pareſt) Subditis providere.

221 Non erit abs re hic in dubium vertere: An valeat † Sub Prior (ſi in aliquod Superioribus Prælatis reſervatum inciderit) alteri, ſemetipſum abſolvendi authoritatem delegare ex eo quod Superiores, prædictum peccatum reſervantes, ipſi facultatem conceſſerint, ut Religioſos ſibi ſubditos abſolvere poſſit? *Quæſtio proponitur.*

Affirmativè reſpondendum videtur cum Cajetano, 2.2.*quæſt.*96 *art.*5. Rodriq. 1. *Regular. quæſt.*21. *art.*8. aſſerentibus, habere poteſtatem ad diſpenſandum ſecum, quicumque illam habet, ad diſpenſandum cum ſuis Subditis. Et benè: Nam ſecus infelicioris eſſet conditionis Prælatus, quàm Subditi, quandoquidem Subditis à Superiore proviſum eſſet de efficaci medicina, quæ denegaretur Prælato. Ideò hanc ſententiam amplectuntur Reginaldus *praxi lib.*1.*cap.*5.*num.*37. Enriq. *lib.*3.*cap.* 4. *num.* 1. *Comment. lit.* 1. Ant. Rubeus *praxi deciſ.*548.*num.*1. Ant. Gomeſius *Bull Cruciat. clauſ.*10. *num.* 85. Saytus, *de Cenſur. lib.*7.*cap.*14.*num.*15. Sanchez 8. *de Matrim. diſput.* 3. *num.* 3. Villalobos 1. *part. Summ. tract.* 9. *diff.* 47. *num.*4. Soareus *Tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 2. Fagundez *lib.* 1. *præcep.* 2. *cap.* 2. *num.* 78. *& ſeqq.* noſt. Gabriel à S. Vincentio *part.* 3. *de* Sacram. pœnit *diſp.* 9. *quæſt.* 4. verſ. *difficultas maior.* Diana *p.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 11. Bonacin. *diſp.* 5 *de Sacram. Pœnit. quæſt.* 7. *punct.* 3. *n.* 1. Sylvius *Addit. q.* 8. *art* 2. *q.* 2. *concl.* 2. ubi Nugnus *dub.* 8. *n.* 6. Coriolan. *de caſibus reſervat.* 1. *part. ſect.* 1. *art.* 22. qui addit, hoc intelligendum eſſe, quando facultas non eſt reſtricta, & limitata ad Subditos tantum. Cui adhæret Leander, *qq. Moral. in Sept. Sacram.* 1. *part. tract.* 5. *diſp.* 12. *q.* 24. dicens: Poſſe quidem, abſolvi à ſuo Confeſſario, dummodo voluntas, Generalis verbigratia, non fuerit contraria. *Reſolvitur.*

Hic nobis in dubium verteret Leander: An Superior qui alios poteſt à *Leander.*

reſervatis

Digitized by Google

ſervationem habebat, ſed tantum (ut ſic explicem) reſtituitur illi; quod per reſervationem à Superiori fuerat ablatum. Ergo quando illi à Superiori permittitur, ut à reſervatis abſolvat, non permittitur, ut aliqua delegata juriſdictione utatur, ſed ut propria ſibi & Ordinaria valeat uti, non prohibetur. Et hanc ſententiam, loquentes in ſpecie de Sub-Priore expreſſè docent Peytinis, Homobon. Beja, Naldus relati, à Dian. 3. *p. de dub. Regul. tract. 2. reſol.* 28. Et licet loquantur de Vicariis à Priore deſignatis (Quæ ſententia mihi non probatur, ut infra oſtendam) à fortiori intelligendum eſt de Vicariis deſignatis à lege, qui ampliori, & favorabiliori potiuntur juriſdictione, nimirum Ordinaria.

§. IV.

An poßit Sub-Prior, dum præeſt Conventui (à lege deputatus) aliquos caſus novos reſervare?

BREVIARIUM.

226 *Poteſt Sub-Prior tanquam verus Prælatus tempore præſidentiæ, ſibi aliquos caſus reſervare.*

227 *Sed ad hoc requiritur, ut abſentia Prælati ſit valde notabilis.*

SUppono, hoc debere fieri conſonè omnino ad præſcriptum Clementis VIII. circa caſuum reſervationem. Et breviter cum Tamburino *Tom. 2. de jur. Abb. diſp. 13. quæſit. 8. num. 3.* reſpondeo affirmativè. † Ratio. Nam
226 tunc temporis Sub-Prior verus Prælatus dicitur: Ergo poterit caſus reſervare: quorum reſervationem neceſſitas ſpiritualis optimæ gubernationis Monaſterii perſuaſerit; quandoquidem idem Pontifex, his circumſtantiis eam exigentibus, reſervationem poſſe facere omnibus Prælatis indiſcrimi-
227 natim indulſit. † Verum addit Tambur. hoc locum habere, quando abſentia Abbatis, ſive Prioris eſſet valde notabilis, quod certè veriſſimum puto. Quia, quum caſus, qui reſervari poſſunt, graves ſint, ac proinde rarò contingant; nequeunt niſi in notabili morâ temporis contingere, aut neceſſitatem illos reſervandi urgere, (ut ponderanti patebit) Quæ notabilis mora in aliis actionibus minimè prærequiritur, ut poſtea probabimus agentes de tempore requiſito, ut defectu, ſeu abſentia Prælati Sub-Priori juriſdictio Ordinaria competat.

ILLATIO VI.

Sub-Priorem Vicariatus tempore quibuslibet Prælatis conceſſis prærogativis, & indultis potiri.

Breviarium.

228 *Ad Sub-Priorem Vicarium pertinent tempore ſuæ præſidentiæ omnia indulta Prælatum principalem concernentia exceptis his, quæ Abbatiali Dignitati conceduntur.*

STabilito jam Sub-Priorem, dum à lege Vicarius decernitur, in locum Prælati, ſive deficientis, ſive abſentis, ſubrogari: † Hinc deducitur 228
ipſum tot prærogativis, immunitatibus, exemptionibus inſigniri, ac cæteri Conventuales Prælati, quemadmodum, & eadem, ac illi, juriſdictione gaudet (iis dumtaxat exceptis, quæ Abbatiali Dignitati conceduntur, ut Ordines minores conferre, uti Pontificalibus, & ſimilia) Ut ergo diſtinctus id oſtendamus, hanc illationem, quaſi membratim in §§. ſubſecare operæ pretium duxi.

§. I.

Sub-Priori deberi eaſdem præeminentias, ac ipſi Priori, quando à lege Vicarius deputatur.

Breviarium.

229 *Vice-Rector non gaudet immunitatibus Rectoris, ſi deputetur ab eo, ſecus ſi ab univerſitate.*

230 *Sub-Prior Vicarius ſuccedit in Prioris locum non ſolum cum eadem poteſtate, ſed & cum eadem authoritate.*

IMmunitates quaslibet, honores, & præeminentias ad Priores, & immediatos Prælatos pertinentes, & Sub-Priori noſtro competere colligitur ex doctrina Bartholi *in l ſi filius, ff. de Legation.* qui ſentit, † Vice-Re 229
ctorem immunitatibus Rectoris non gaudere, ſi deputetur ab eo: ſecus, ſi ab Univerſitate, & quando habet eaſdem qualitates jure ſuo, quas habet Principalis. Subſcribit Alciat. *Rubric. de Offic. Ordinar.* colligitur etiam ex textu in *Clem. quia de Eccleſia, de Offic. Vicar.* Ubi Vicarium tribus, quæ ibi adſignat, cum Rectore componit, & æquiparat. Quum autem ibi de perpetuis Vicariis ſermonem inſtituat, certum eſt, agere de ipſis, quando authoritate Superioris nuncupati ſunt, ut bene notavit Emmanuel 3. *Regular. quæſt.*

Digitized by Google

230 *quaeſt.76.artic.*10. verſ. *Ex his, quae dicta ſunt.* † Et favent huic doctrinae ſatis emunctae naris Doctores, qui non modo aſſerunt, Sub-Priorem in Prioris locum cum eadem poteſtate ſuccedere, verùm & cum eadem authoritate. Quos inter agmen ducit Azorius *Inſtit. Moral. lib.7.c.18,* At verò Vice-Rectores, & alii, qui vi ſtatuti, conſtitutionis, vel authoritate Superioris funguntur Vicepraepoſitorum abſentium eandem autoritatem, & poteſtatem habent. Subſequitur Laurentius de Peyrinis *volum.1.Tom.2.de Pralat. quaeſt.1.cap.4.§.4.num.74.* Quia habent eandem authoritatem, quam illi, in quorum loco ponuntur: Tamburin. *de Iur. Abbat. Tom.2.diſp.18.quaeſt 11,n.2.* Qui loquens de Prioribus Clauſtralibus ait: *Iis in Abbatis abſentia omnimoda illius authoritas comparatur.*

§. II.

Quanam poena injuria Sub-Priori tempore ſui Vicariatus, (à lege) irrogata puniri debeat?

BREVIARIUM.

231 *Injuria irrogata Sub-Priori Vicario eadem poena plecti debet, ac ſi in Priorem ipſum eſſet commiſſa.*

232 *Emmanuel Rodriquez explicatur.*

233 *Injuria ſic irrogata Sub-Priori Vicario, non ex perſona, ſed ex Officio dimetiri debet.*

234 *Poena taxata pro injuria illata Praelato, praeciſè ratione talis injuriae non augmentatur, quia Praelatus ſit dignior.*

235 *In infligendis poenis mitius agi debet cum illo, qui juniorem offendit, quam cum eo, qui Seniorem.*

EX eo quod Sub-Prior principalis Praelati locum obtineat, deſcendit,
231 maximam illi à ſubditis reverentiam deferendam fore, † ac proinde non levi poena elui debere, ſi injuria aliqua illi à ſubditis inferatur. Quod adeo verum eſt, ut culpa in eundem commiſſa eadem poenâ oporteat expiari, ac ſi in Priorem ipſum eſſet commiſſa: tunc enim temporis non ſimili, ſed prorſus eadem poteſtate, imò & *Authoritate* fungitur, ac ipſe Prior, ſi adeſſet, fungeretur.

232 Quare non adſentior † Rodriquez 2 *Regular.q.33.art.2.* verſ. *Ex his quae dicta ſunt*: abſolute adſerenti; non debere vindicari injuriam Vicariis illatam eadem ſeveritate, ac ſi in principalem Praelatum peccatum eſſet: *Quia non tantus honor* (inquit) *debetur Vicario, ſicut Principali.* Hoc enim locum habet tantum, quando Vicarii actualiter Principalis Praelati ſubditi ſunt, omnique propria juriſdictione viduati, vel quando ab eodem Priore ſuffecti, quibus ea ratione ſolum juriſdictio delegata convenit; non tamen in noſtro *Emmanuel explicatur.*

 caſu,

caſu, quandoquidem eo ipſo, quod à lege nominatus ſit Sub-Prior in Vicarium, Prælatus propriè evadit cum Ordinaria juriſdictione, & authoritate Prælati. Rationes verò, quibus id perſuadere, nititur, non urgent, niſi pro Vicariis, quando præſenti Principali Prælato, aut ab illo ſuppoſiti nulla Ordinaria juriſdictione gaudent. Et in hanc mentem Author inclinare videtur, licèt non ita clarè loquutus ſit.

Nec doctrinam præſentem infringit, ſi Sub-Priorale munus non adeo dignis perſonis (ſive ætate, ſive Ordinis antiquitate, aut gubernandi experientia, & ideo inferioris Authoritatis) conferatur: quemadmodum munus Priorale conferri ſolet. † Quia injuria tunc Sub Priori irrogata non 233
ex perſona, ſed ex Officio penſari debet: nempe ex Officio immediati Prælati, quo, tempore Vicariatus, verè decoratur. Quod ſufficit, ut injurius in illum eadem pœnâ mulctandus ſit, ac ſi in Priorem ipſum injurius extitiſſet.

Unde ſi aliqua in Religione pœnâ certa præfiniretur, † talem injuriam 234
(infligere v. g. colaphum) Prælato irroganti, prædictam pœnam non minus luere deberet, qui Prælatum majoribus Officiis antea perfunctum, ſive ætate, aut Ordinis antiquitate præcellentem, quàm, qui juniorem (ideoque minus dignum) offendiſſet, quia talis pœna non imponitur propter irreverentiam in perſonam, ſed in Officium commiſſam. Ita in caſu noſtro omnino philoſophandum videtur. Nam quando Superior certam pœnam ſtatuit, illa eſt omnimodè ſervanda, nec locus inferiori relinquitur, *cap. de cauſis, de Offic. Deleg.* Et non modo hoc verum exiſtimo in applicandis pœnis à jure ſtabilitis, ſed & in arbitrariis: quum utrobique Authoritas paris Officii læſi attendi debeat, non perſonæ. † Quanquam ex alio capi- 235
te mitius agi poſſit cum illo, qui juniorem offendit, quàm offendente Seniorem. Qua prudentiâ uti oportet, quemlibet Judicem in vindicandis quarumvis perſonarum injuriis, & non ſolùm in illis, quæ in Prælatos committuntur. Attamen non conducit caſui noſtro, (In quo ſolum penes Officium dicimus, pœnam dijudicari) quum commune ſit in omni pœnâ pro quibuſcunque vindicandis aſſignanda.

Pœna infligenda ſecundum qualitatem perſonæ.

§. III.

Sub-Priorem à lege Vicarium expedire poſſe litteras Dimiſſorias ad ſuſcipiendos Ordines.

BREVIARIUM.

236 *Sub-Prior Vicarius poteſt Dimiſſorias ad Ordines concedere.*

237 *Licentiam concedere Ordines recipiendi eſt actus juriſdictionis.*

238 *Tales litteræ Dimiſſoriæ non ceſſant per mortem, nec finitionem Officii Concedentis.*

Inter

Digitized by Google

INter præcipua, quæ Sub-Priori Vicarium agenti conceduntur, illud certè
236 maximæ Poteſtatis eſt, † poſſe litteras Dimiſſorias ſuis ſubditis concedere. Poſſe autem excommunicato principali Prælato, mortuo, vel abſente, vel per ejus Officii ceſſationem, tenet in ſpecie, loquens de Sub Priore Aſcan. Tamburinus *To. 2. de jur. Abbat. diſp. 2. quæſit. 28.* Quia eo caſu ad il-
237 lum tota juriſdictio devolvitur in ſubditos Conventus. † Concedere autem ſubditis licentiam Ordines recipiendi, eſt actus juriſdictionis, ut multis probat inibi Tamburin. Ergo nequit non hujuſmodi actus reperiri in eo, in quem tota juriſdictio devolvitur.

238 Neque prædictæ litteræ † exſpirant, niſi per ſucceſſorem revocentur morte, vel ceſſatione Vicariatus Sub-Prioris, ut colligitur ex Cardin. Zabarel. communiter recepto in *Clem. fin. poſt num. 9. quæſt. 5. de elect.* Navarr. *in cap. placuit, num. 34. & 163. de Pœnit. diſt. 6. & conſil. 5. tit. de reſcript. in nov. edit.* Rebuff. *prax. de Benefic. tit. de formalit. Dimiſſor. n. 43.* & alii relati, ab Auguſt. Barboſ. *de Offic. & Poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 4. num. 23.* Ratio eſt, quia conceſſio litterarum Dimiſſoriarum eſt gratia, quæ non ceſſat per mortem concedentis, ut jam diximus, conſtatque ex Text. *in c. ſi cui nulla, de præbend. in 6. cum ſimilib.*

§. IV.

Poſſe Sub-Priorem (à lege Vicarium) Confeſſarium eligere.

BREVIARIUM.

239 *Textus in c. fin.* de Pœnit.
240 *Sub-Prior à lege Vicarius poteſt Confeſſarium eligere tempore ſui Vicariatus.*
241 *Privilegium à jure conceſſum Prælatis eligendi ſibi Confeſſarium pertinet, tam ad Superiores, quàm ad inferiores.*
242 *Alii minus probabiliter ad ſolos Generales reſtringunt.*
243 *Capitulum Generale Ordinis Prædicatorum explicavit hoc privilegium fuiſſe conceſſum quibuſvis Prælatis.*
244 *Non bene Suarez adducitur à Diana pro contraria parte.*
245 *Explicatur pro noſtra ſententia.*
246 *Idemque Author pro ea adducitur à P. Thoma Hurtado.*
247 *Vicarios Generales Epiſcoporum gaudere hoc privilegio, oſtenditur contra Suarez.*
248 *Iidem Vicarii ſunt in Dignitate conſtituti; & illi litteras Apoſtolicas expedire, & in Iudices Conſervatores eligi poſſunt.*
249 *Hoc Privilegium non pertinet ad Vicarios foraneos.*
250 *Vicarii foranei Delegatam habent juriſdictionem, & non cenſentur in Dignitate conſtituti, nec poſſunt Apoſtolicum Delegatum, aut Iudicem Conſervatorem agere.*
251 *Tales Vicarii alia via licet indirectè poſſunt ſibi eligere Confeſſarium, ſcilicet, ſi habeant facultatem Confeſſarios deputandi.*
252 *Sub-Prior Vicarius à lege deputatus eſt*

Digitized by Google

ſolus, & abſolutus Superior Monaſterii; minimè tamen ſi à Priore ſolo deputetur. Quod adſeritur contra Dianam, Tamburin. & Peyrin.

253 *Privilegium* dicti capitis finalis, *licet de ſola abſolutione Sacramentali loquatur, extenditur de mente Pontificis ad ea omnia, quæ Prælati erga ſuos ſubditos valent exercere extra, & intra confeſſionem.*

254 *Proponitur quæſtio: An virtute iſtius textus poſſint Prælati eligere Confeſſarium, qui eos abſolvat à caſu reſervato.*

255 *P. Thomas Hurtado proponit hanc quæſtionem, ſed aliam videtur decidere.*

256 *Conceſſa licentia Prælato abſolvendi ſibi ſubditos, conceditur & illi, ut poſſit abſolvi.*

257 *Per indultum* dicti cap. fin. *ſolum conceditur, ut poſſint Prælati Confeſſorem eligere, qui eos abſolvat à non reſervatis, non verò à reſervatis.*

258 *Textus in cap.* ſi Epiſcopus, de Pœnit. & Remiſſion. in 6.

259 *Data licentia eligendi Confeſſarium non intelligitur data ad caſus reſervatos.*

260 *An facultas eligendi Confeſſarium competat ex privilegio ab Eugenio IV. Confeſſariis noſtri Ordinis? Remiſſivè.*

261 *Confeſſor eligendus virtute, cap. fin.* de Pœnitent. *debet eſſe ab Ordinario adprobatus.*

262 *Contraria ſententia non eſt improbabilis.*

263 *Privilegium inſertum corpori juris perſeverat, niſi nominatim derogetur.*

264 *Ad abſolutionem Sacramentalem requiritur poteſtas Ordinis, & juriſdictionis.*

265 *Expenditur textus in c. fin. de* Pœnit. & remiſſ.

266 *In Seraphico Ordine Guardiani non utuntur hoc indulto, licet poſſint.*

Cap. fin. de Pœnit. & Remiſſ.

GRegorius IX. *cap. fin. de Pœnit. & Remiſſ.* ampliſſimum Prælatis Privilegium largitus eſt, ut poſſint ſibi quoslibet Confeſſarios eligere. Conceſſio ſic ſe habet: † *Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum,* 239 *permittimus Epiſcopis, & aliis Superioribus; nec non minoribus Prælatis exemptis, ut etiam præter ſui Superioris licentiam, providum, & diſcretum ſibi poſſint eligere Confeſſorem.* Juxta † quam poſſe Sub-Priorem ſibi Confeſſarium eligere, cer- 240 tum eſt. Quia prædictum Privilegium † communiter omnibus Prælatis, 241 tam Superioribus, quam inferioribus competit attento verborum tenore, ibi: *Nec non minoribus Prælatis exemptis.* Et tenet Villalobos *in ſumma tract. 9.*

Limitatio non admittitur.

Tom. 1. diffic. 47. n. 4. † Quanquam minus probabiliter ad ſolos Gene- 242 rales præpoſitos reſtringant prædictum privilegium Reginaldus *Tom. 1. lib. 1. c. 4. ſect. 2. n. 36.* Llamas in Method. *1. p. c. 5.* §. *5.* & alii. Verùm optimè contrarium convincit Coriolanus de caſibus reſerv. *p. 1. ſect. 1. art. 31. n. 3.* per illa verba Textualia: *Per ſui Superioris licentiam.* (Quæ, quum poſt omnia ponantur, & nihil diſtinguant, comprehendunt omnes minores prælatos:) Atqui tempore ſui Vicariatus, Sub-Prior verus prælatus cenſetur cum Ordinaria juriſdictione in ſui Conventus Religioſos: ergo prædictâ conceſſione uti poterit, quemadmodum & quivis alius prælatus Superior.

Sic

Sic docent Sylveſter verb. *Confeſſor*, 1. *quaſt.* 8. *dict.* 3. Et ex Neotericis Megalla 1. *part. lib.* 1. *capit.* 10. Dian. 5. *part. tractat. de Dub. Regul. reſol.* 1. *verſ. Non gravabor*, Leo *de Offic. Confeſſ. Tom.* 2. *recoll.* 6. *n.*36. Peregrinus *comment. ad ſuas Conſtitut. Conſtit.* 5. *part.* 1. *cap.* 9. *litt. F.* qui adfirmat, † ita

243 explicatum à Patribus Sacri Ordinis Prædicatorii in quibuſdam Generalibus Comitiis celebratis anno 1246. Pariſiis. Et hanc eandem ſententiam noviſſimè reſolvit Hurtado cum Diana, Roterico, & aliis, *Tom.* 1. *Reſol. Moral. tract.* 3. *c.* 1. *reſol.* 13. Et noſt. Gabriel à S. Vincentio, in ſuo Opere de Sacram. *Tom.* 3. *diſput.* 9. *quaſt.* 2. *Gabriel à S. Vincentio.*

244 Oppoſitam ſententiam † docuiſſe Suareum 3. *part. Tom.* 4. *diſput.* 27. *ſect.* 2. *num.* 8. putat Dian. *loc. citat.* ſed immeritò: Quod minimè exiſtimaſſet, ſi ad duplex Vicariorum genus, multoties à nobis repetitum, animum intendiſſet: quandoquidem nullus Doctorum fortiùs pro noſtra decertat, quam Pater Suareus. Quos enim hic aſſerimus, prædicto indulto gaudere, illi ſunt, qui à lege nuncupantur, qui eò ipſo Prælati nomine inſigniri debent, Ordinariaque juriſdictione potiri: quæ utique Vicariis à Priore deputatis, & ideo duntaxat Delegata juriſdictione gaudentibus minimè conceditur; ac per conſequens, neque illos prædictum privilegium ſpectat. Quare Pater Suar. *loc. citat.* minimè contra nos; ſed pro nobis ſtat. † Probaturq; ſatis apertè ex his illius verbis: *Solùm notandum eſt, non dici Prælatos, niſi quum habent juriſdictionem propriam, id eſt, proprio jure ſeu titulo.* *Suarez. Diana.*

245 Ergo, quum Sub-Prior in noſtro caſu *Iuriſdictionem habeat propriam, & ex jure proprio*, utpote Ordinariam; verus erit in ſententia hujus Authoris Prælatus ad illum effectum; de quo ipſe inibi ſermonem inſtituit, ſcilicet Confeſſarii electionem. Quare extemplò ſubjungit: *Vnde Vicarii Epiſcoporum, ſeu aliorum Prælatorum, qui ſolum ex commiſſione, ſeu vice aliorum juriſdictione utuntur, non*

246 *comprehenduntur ſub Prælatis, neque gaudent hoc Privilegio.* † Ideo Pater Thomas Hurtado (ſedulus opinionum Inveſtigator) *Tom.* 1. *Reſolut. Moral. tractat.* 13. *capit.* 1. *reſolut.* 13. pro hac noſtra ſententia eundem Suareum addu-

247 cit. Non tamen mihi placet, † quod ipſe Suareus docet de Vicariis Epiſcoporum, adſerendo tales Vicarios frui non poſſe prædicto privilegio. (Idem dic de Vicariis à Capitulo Sede vacante, ſive aliis Prælatis juriſdictionem habentibus Epiſcopalem deſignatis.) Quod ſic oſtendo. Quia tales Vicarii licet juriſdictionem dependenter ab Epiſcopis habeant, illa tamen verè Ordinaria eſt: & ipſis proprio jure competit ut ſup. diximus 1. *part.* *Suarez refutatur.*

248 *à num.* 175. & tenet Baſilius *lib.* 5. *de matrimon. capit.* 11. *num.* 10. Ideo † in Dignitate conſtituti cenſentur; & hoc nomine, litterarum Apoſtolicarum expeditio illis committi poteſt: ut dicitur in *Clement.* 2. *de Reſcript.* Item poſſunt in Judices Conſervatores nuncupari, ut docet Azorius

Inſtitut.

Inſtitut. Moral. 2. part. cap. 13. *q.* 8. Sanchez *in Decalog. Tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 78. *fin.* Ergo etiam quoad electionem Confeſſarii jus eoſdem Prælatos agnoſcit.

Vicarii Foranei.

Poterit tamen ſententia Suarezii, verificari; † ſi ad Vicarios Foraneos limitetur, † qui quidem ſolummodo Delegata juriſdictione funguntur, ut advertit Zerolla *in praxi*, verb. *Vicarius*, verſ. *Secundò*. Nec iſti in Eccleſiaſtica Dignitate conſtituti habentur. Quamobrem litterarum Apoſtolicarum expeditio illis non demandatur, ut cavetur *cap. ſtatutum*, *de reſcript in* 6. Neque in Judices Conſervatores eligi, etiam ſi ad univerſitatem cauſarum deputati fuerint, uti pluribus reſolvit Sanchez 3. *de Matrimon. diſput.* 29. *num.* 11. *concluſ.* 2. Baſilius *lib.* 5. *capit.* 11. *num.* 13. Unde verum exiſtimo, Vicarios Foraneos conceſſione dict. capit. fin. non gaudere. Quod doctrinæ Suarez relatæ valde conſonum judico. 249 250

Si tamen prædicti Vicarii Foranei † facultatem habeant, deputandi Confeſſarios pro ſuo territorio; tunc procul dubio poterunt, & ex iis, quos ipſi approbaverint pro libitu ſibi Confeſſarium deligere. Sed hoc non, quia Prælati cenſeantur, ut prædicto Privilegio gaudeant, ſed quia aliunde (licet indirectè) illis conceditur, quod virtute talis Privilegii minimè poſſent. 251

Diana. Tamburin. Peyrin.

Hic animadvertendum duxi; Patrem Dian. † *reſolut.* 28. *tractat. citat.* (quemadmodum & Tamburin. *Tom.* 2. *de jur. Abbat. diſp.* 13. *quæſt.* 8. *num.* 2. & Peyrin. *Tom.* 2. *de Privileg. Regular. Conſtitut.* 4. *Sixti IV.* §. 4. *num.* 16.) non attendiſſe hoc Vicariorum diſcrimen; ideo ſcripſiſſe Vicarium à Præpoſito in illius abſentia deſignatum eſſe tunc abſolutum, & ſolùm Superiorem domus. Quod licet in Vicario juriſdictionem Ordinariam habente (qualis eſt de quo loquimur) verificetur; non tamen in Vicario qui à Præpoſito nominatus ſolâ potitur juriſdictione delegata, qui neque ſolus, neque abſolutus Superior domus dici poteſt; quum tota iuriſdictio, & Poteſtas penes Delegantem reſideat, ut in uno, & abſoluto Prælato, quamvis abſente, ut poſtea dicemus; illiuſque Vicarius præciſè habet iuriſdictionis (quam ab illo accepit) uſum ex text. *in l. qui mandatam*, *ff. de Offic. ejus, cui mand. eſt juriſd. & ſimilib.* 252

Ampliatio.

Et quamvis dict. capit. finali ſolum exprimatur, † poſſe Prælatos eligere Confeſſarium à quo donentur abſolutione Sacramentali; mens tamen Pontificis eò citra dubium reſpexit, ut proviſum illis de opportuno remedio foret in iis omnibus, quæ illi erga ſuos ſubditos valent exercere. Quapropter valebit Confeſſor ab iiſdem virtute huiuſce indulti delectus, cum illis diſpenſare ſuper quibuſcunque, & ipſi cum ſuis ſubditis poſſunt. Nec opus erit ad prædictam diſpenſationem, ut illos Sacramentaliter audiat, 253

Digitized by Google

audiat, aut habeant propoſitum confitendi, ſed ſat erit Confeſſarium hoc
intuitu eligere, ut bene Thom. Sanch. pluribus relatis 8. *de Matrimon. diſp.* 3.
num. 3.

254 Major hic ſeſe offert diſſolvenda quæſtio: † An ſcilicet virtute iſtius
Textus poſſint Prælati, eligere Confeſſarium, qui eos abſolvat à caſu re-
255 ſervato, in quem inciderant? Affirmativè Pater † Thom. Hurtado dif- *Tho. Hurtado.*
ficultatem decidit pluribus citatis *Tom.* 1. *Reſolut. Moral. tractat.* 3. *capit.* 1. *Re-*
ſolut. 10. Sed (ni fallor) in caſu, quo ille loquitur, ſuper vacaneum eſt ad præ-
dictum Privilegium recurrere. Sentit enim, non indigere Prælatos Supe-
rioris licentia ad eligendum Confeſſarium, ut à reſervatis à Capitulo, vel
à Generali abſolvantur. Et addit: *A quibus ipſi ſuos ſubditos abſolvere poſſunt.*
Quo in caſu jam nos ſupra diximus, eo ipſo, quòd Prælatis concedebatur
facultas abſolvendi ſibi ſubditos à caſibus Superiori reſervatis, intelligi
etiam datam licentiam, ut ab eiſdem abſolvi, & ipſi poſſint: non modo
256 quia alioquin deterioris eſſent conditionis, quàm ſubditi, † ſed etiam,
quia (ut bene Cardinalis Lugo de *Pœnitent. diſput.* 20. *ſect.* 5. *num.* 65.) *Cardin. de Lugo.*
concedenti de facto Tridentino *Seſſion.* 25. *de Reformat. capit.* 6. Epiſcopis
licentiam abſolvendi ſubditos à caſibus occultis, intelligitur etiam data
licentia, ut poſſint ipſi abſolvi ab eiſdem juxta declarationem Eminentiſ-
ſimm. Cardinalium, quam refert Suareus *de Pœnitent. diſput.* 30. *ſect.* 2.
num. 15. Ergo ſimiliter philoſophandum eſt, quando Superior reſervans
facultatem inferiori Prælato concedit, ut ſibi ſubditos abſolvere poſſit à re-
ſervatis. Quia (ut optimè conſiderat ipſe Lugo citatus) *reſervans, &
concedens poſtea Prelato inferiori univerſaliter abſolutionem talis peccati, cen-
ſetur auferre reſervationem pro tota illa communitate, dum ad talem Prelatum
recurrat. Quum autem ipſe Prelatus ſit pars illius Communitatis, non cenſetur
ipſe excluſus ab illo remedio communi, dum aliunde non conſtet de contraria in-
tentione Superioris, à cujus ſola voluntate pendet totaliter quoad ſubſtantiam, &
quoad extenſionem ablatio reſervationis.*

Roboratur id amplius doctrina ſimili P. Thom. Sanch. *lib.* 8. *de Ma-* *Sanchez.*
trim. diſput. 3. *num.* 10. adſerentis Delegatum ad diſpenſandum in univer-
ſum cum aliqua Communitate, poſſe idem circa ſeipſum, quod poteſt
circa alios, quum ipſe ſit pars ejuſdem Communitatis, nec debet eſſe in hoc
pejoris conditionis, quàm cæteri, cum quibus ipſe Superior diſpenſare po-
teſt, niſi aliunde conſtet de contraria intentione, ſeu voluntate Superioris
reſervantis. Maneat ergo, in tali caſu non tantum ex vi conceſſionis, dicti
cap. fin. poſſe Prælatum Confeſſarium eligere, valentem illum à peccatis
abſolvere; ſed ex eo, quod conceſſa illi facultate erga ſuos Subditos, videtur
& concedi, ut etiam ſibi conſulat.

Digitized by Google

Ideo in ſuo robore perſtat quæſtionis difficultas: An ſcilicet præcisè
ex vi talis *cap. finalis* valeant Prælati ſibi Confeſſarium eligere, qui eos à re-
ſervatis abſolvat, ſuppoſito minimè ipſis facultatem tribui, ut poſſint ſe, aut
ſibi Subditos ab iiſdem reſervatis explicare?

Privilegium eligendi Confeſſarium non extenditur ad caſus reſervatos.

In cujus reſolutione † certum habeo, quod tenet Cardinalis de Lugo 257
loc. cit. num. 64. Nimirum, indultum *d. capitis fin.* non fuiſſe directè ad ab-
ſolutionem à caſibus reſervatis, ſed ſolum, ut Prælati, eligere ſibi, poſſint
Confeſſarium, per quem à non reſervatis abſolvi poſſent; ita ut facultas
conceſſa in eo capite debeat intelligi ſine præjudicio debitæ ſubjectionis ad
reſervantem in ordine ad peccata reſervata. Pertinet enim ad reſervantem
dare eam licentiam, cui voluerit, & eo modo, quo voluerit. Facit † text. in 258
cap. ſi Epiſcopus, de pœn. & remiſſion. in 6. Ex quo Suarez *d. diſp. 30. ſect. 5. n. 4.*
cum aliis fatetur, data licentia † eligendi Confeſſarium, non intelligi da- 259
tam ad caſus reſervatos: Ergo licentia data Epiſcopis, & aliis Prælatis exem-
ptis eligendi Confeſſarium non fuit ullo modo ad caſus reſervatos. Hæc &
alia Lugo, quibus nervosè prædicta ſententia corroboratur. Quem, eo ci-
tato, noviſſimè ſubſequitur P. Martinus Perezius, *de Pœnit. diſp. 48. ſect. 4.
n. 5.*

An † verò hæc facultas competat ex privilegio ab Eugenio IV. con- 260
ceſſo Prælatis noſtri Sacri Ordinis (quod habetur *in Compend. Privileg. tit.
Abſolutio Ordinaria, quoad Fratres*) vide apud Coriolan. *1. p. ſect. 1. art. 22. n. 1.
& 2.*

Proponitur quæſtio, & reſolvitur.

Altera occurrit quæſtio; † nempe: An poſt decretum Concilii Tri- 261
dentin. *ſeſſ. 23. de Reform. cap. 25.* hic Confeſſor eligendus virtute huius pri-
vilegii debeat eſſe ab Ordinario approbatus? Reſpondet affirmativè Fagun-
dez *lib. 7. præcept. 2. c. 2. à num. 79.* ſequutus Suarezium *Tom. 4. de pœnit. diſp.
28. ſect. 4. num. 7.* Azor. *Tom. 2. Inſtit. Moral. lib. 4. quæſt. 16.* Coriolan. *de
caſib. reſervat. part. 1. ſect. 1. art. 21.* Galetus *in Margarita*, ubi adfert declera-
tionem Cardinalium, ſic intelligentium hoc privilegium; cuius declaratio-
nis tenorem exſcripſit Fagundez, qui adſerit, Concilium non derogaſſe
huic privilegio, ſed ſolùm appoſuiſſe hanc conditionem approbationis
Confeſſoris, & hanc ſententiam probabilem eſſe tenet Hurtado *ubi ſup. re-
ſol. 12.*

Contrariũ probabile.

Sed contrarium, † non eſſe improbabile docet Fagundez citat. quem 262
comitatur Diana *3. part. Tract. 2. reſolut. 1. §. Deinde ſupponitur.* & noſt. Gabr.
à S. Vincent. *loco citato diſput. 9. quæſt. 2.* Ratio eſt: Quia hoc privilegium † 263
eſt inſertum corpori iuris, & ſic maioris eſt roboris, quàm alia eidem non
inſerta. Quare ſemper in ſua vi perſeverat, niſi nominatim ei derogetur, ut
optimè Villalobos *1. part. Summ. tract. 9. difficult. 47. num. 4.* Mirand. *Man.*

Tom. 1.

Digitized by Google

Tom. 1. *quæſt.* 45. *art.* 6. Layman, *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *num.* 26. & alii plures apud Dianam ſup. citatum.

Quumque ante Tridentinum ex vi talis privilegii inſerti corpori iuris Prælati exempti, & Epiſcopi poſſent eligere Confeſſarium non approbatum, etiam hodie idem valent, tam intra, quàm extra Religionem, ut illibatum maneat prædictum privilegium.

264 Secundò probatur: † Quia ad abſolutionem requiritur ſolum poteſtas Ordinis, & Juriſdictionis: Poteſtatem autem Ordinis quilibet Sacerdos habet; Juriſdictionis verò ille, cui privilegium per electionem pœnitentis *Explicatur c. fin. de pœnit. & remiſſ.*
265 collatum eſt: ut ex verbis textus patet. Nam concedunt: * *Vt poſſint, ſibi eligere Confeſſorem.* At hoc non eſt eligere eum, qui Confeſſarius iam eſt; ſed per electionem facere Confeſſarium; ſicut, quum eligitur Epiſcopus, non eligitur ille, qui erat Epiſcopus, ſed ille, qui non erat, in Epiſcopum eligitur, & aſſumitur. Deinde, quia ſi Prælati ſolum ex approbatis eligere valerent, nulla eſſet inter ipſos, & Subditos differentia: Ergo facultas Prælatorum, & privilegium eis peculiariter conceſſum eſt; ut etiam ab Ordinario non approbatum poſſunt ſibi in Confeſſorem adſciſcere.

Igitur hoc indulto, ſicut & aliis, iuxta receptum in unoquoque Ordine morem uti, expediens erit. De Seraphico ſuo loquens ait Coriolanus 1. *part. de Caſuum Reſerv. ſect.* 1. *art.* 21. *Generalis in toto Ordine, & provincialis in*
266 *ſua provincia eligit ſibi quemcunque Sacerdotem in Confeſſarium.* † *Guardiani verò licet ipſi poſſint ad libitum Confeſſarium eligere, nihilominus eligunt communiter unum de deputatis: imò pro hoc faciendo à loci Superiore licentiam, & benedictionem petunt. Quod quidem laudabiliter ſimul, & meritoriè ſervant.*

§. V.

Sub-priorem (à lege Vicarium) poſſe Novitios ad profitendum admittere.

Breviarium.

267 *Sub-Prior à lege Vicarius poteſt Novitios ad profitendum admittere.*

268 *Et quilibet alius de licentia Prælati.*

Facultas ad Profeſſionem Novitios admittendi ad Monaſterii Prælatum pertinet ratione ſui muneris. * Quum verò in noſtro caſu verus ſit Sub-
267 prior prælatus Monaſterii, illius eſſe Novitios ad profitendum admittere, nemo probabiliter inficias ibit. Liquet ex text. in *cap. porrectum, de Regular.*

 ibi:

Digitized by Google

ibi : *Et recipitur ab Abbate.* Et ex text. in *cap. ad Apoſtolicam, eod.* ibi : *Abbate per ſe, vel per alium profeſſionem recipiente.* † Ex vi cujus non ſolum poteſt Præ- 268
latus per ſe Profeſſiones Novitiorum excipere, ſed etiam per alium. Hanc ſententiam præter Scribb. ſuper dicto cap. tenet Leſſius, *lib. 2. de Iuſt. cap. 41. dub. 7. num. 61.* Bartholom. de Vechis *prax. Novit. diſp. 12. dub. 1. num 17.* Cuccus *Inſtitut. lib. 3. tit. 1. de Regul. num. 54.* Villalobos *in Summ. Tom. 2. tract. 35. diffic. 20. num. 5.* his verbis: *La Profeſſion ſe ha de hazer en manos del Prelado del Convento que es, el que puede con el Convento recibirla,* Portell. verb. *Abbas, num. 7. de Dub. Regular.* & eſt communis. De quadam autem declaratione facta à Noſtræ Congregationis Capitulo Generali loquemur *infra 4. part.*

§. VI.

Sub-Priorem (à lege Vicarium) poſſe Delegati Sedis Apoſtolicæ munus obire.

BREVIARIUM.

269 *Sub-Prior à lege Vicarius poteſt eſſe Delegatus Sedis Apoſtolicæ, quia in Dignitate dicitur conſtitutus.*

270 *Nomen* Dignitas *dupliciter accipitur, vel ſignificat Eccleſiaſticum beneficium, vel ut importat Officium cum juriſdictione.*

271 *Prælati Religionum ſunt in Dignitate conſtituti cum Officio, & juriſdictione.*

272 *Explicatur textus in Clement.* 2. de Reſcript.

273 *Prior Clauſtralis non appellatur Clauſtralis, quando Conventui præeſt, & ſubjectionem non habet.*

274 *Doctrina Farinacii dicentis, Priorem Clauſtralē venire appellatione Prælatorum, explicatur.*

275 *Prior Conventualis ea de cauſa poteſt Delegatum Apoſtolicum agere, quia eſt principale caput Monaſterii, & habet Officium cum juriſdictione.*

276 *Prior Clauſtralis è contra non poteſt, quia neque eſt principale caput Monaſterii, nec habet juriſdictionem.*

277 *Sub-Prior tempore ſui Vicariatus eſt verus Prælatus Monaſterii cum juriſdictione Ordinaria.*

278 *Ut quis dicatur in Dignitate conſtitutus nihil intereſt, quod Officium parum ſit duraturum.*

279 *Vicarii Generales Epiſcoporum non habent Officium perpetuum, & poſſunt amoveri ab Epiſcopis; & dicuntur conſtituti in Dignitate.*

280 *Vicarii Generales non habent Succeſſores in Vicariatu.*

281 *Sub-Prior habet Officium perpetuum.*

282 *Seſe offert quædam quæſtio.*

283 *Commiſſio vel eſt Realis, vel Perſonalis.*

284 *In eo, qui literas Apoſtolicas exequi debet, prærequiritur Dignitas tempore Delegationis, non verò quando exequutioni mandantur.*

285 *Cauſa impulſiva, ut Dignitas deſideretur in expedituro literas Apoſtolicas ea eſt,*

Digitized by Google

ctæ eſt, ne Papa repræſentetur in vilipendioſo Clerico.

286 Cauſa finalis verò eſt ea, quod in Dignitate conſtituti communiter habiles reputantur.

287 Quando commiſſio dicatur Realis, & quando Perſonalis? Remiſſive.

288 Objectio proponitur.

289 Adveniente Principe ceſſat Magiſtratus.

290 Incluſio unius eſt excluſio alterius.

291 Commiſſio Vicario Epiſcopi injuncta nequit ab Epiſcopo expediri.

292 Epiſcopus, & ejus Vicarius cenſentur diſtincta Perſona.

293 Epiſcopatus, & Vicariatus inter ſe ſunt incompatibiles.

294 Sicut uſusfructus, & proprietas.

295 Vbi diverſa ſunt nomina, diverſa ſunt miniſteria.

296 Ad commiſſionem realem obeundam requiritur actualis Dignitas tempore exequutionis.

297 Sub-Prior Vicarius habet Succeſſorem in Officio.

298 Objectio.

299 Vicarius Epiſcopi non habet Succeſſorem.

300 Commiſſio facta Vicario Epiſcopi tranſit in ſequentem Vicarium ex benignitate juris.

301 Vicariatu finito, non dicitur illius Dignitas vacare, ſed finiri.

302 Objectio diluitur.

303 Vicarius Generalis, & Sub-Prior Vicarius differunt.

TAmetſi dictum à nobis ſit 2. *part.* Sub-Priorem non poſſe Apoſtolicæ Sedis Delegatum agere, eo quod Dignitate Eccleſiaſtica non fulgeat, ut expreſſè docet text. in *Clement. 2. de Reſcript.* hoc tamen intelligendum eſt præſente Prælato, non verò, quando Conventui præficitur. Idque tantum ratione ſuperius facta convincitur. † Verum enim verò, ſi à lege deſignatus
269 fuerit defectu principalis Prælati ratum exiſtimo, poſſe Delegati Apoſtolici perſonam induere. Nam tunc temporis verè Dignitate Eccleſiaſtica præcel-
270 lit, quemadmodum, & ipſe Prior, cujus loco præeſt. Ratio eſt: † Nam hoc nomen *Dignitas* dupliciter uſurpari poteſt, vel ut ſignificat Eccleſiaſticum beneficium: Quo in ſenſu vocabulum hocce jura accipiunt, Text. in *cap. de multa, de Præb. & in extravag. execrabilis eod.* & in *cap. 1. de Conſuetudin. in 6.* Quam Dignitatem, certum eſt, neque Sub-Priorem ullo tempore habere, neque Priores: quum utrorumque Officia inter Eccleſiaſtica beneficia non computentur. Quod advertit Azorius, *Inſtit. Moral. 2. part. lib. 3. cap. 13. quæſt. 7.* Vel ſumitur prout adminiſtrationem importat, Officium, Curam, ſive Juriſdictionem. Hac ſignificatione utitur textus in
271 *cap. 1. 2. & ultim. de Offic. & Poteſt. Iud. Deleg. lib. 6.* † & hæc Dignitas eſt, qua Prior, cæterique nitent Prælati; & ob quam Delegati Apoſtolici Perſonam ſuſtinere ipſis conceditur, ut tenet Gloſſ. in *Clement. 2. de Reſcript.* verb. *Per electionem*, & ibi Panormitanus, *num. 6.* Cardinal. *numer. 1. oppoſit. 1. numer. 16. quæſt. 15.* Petrus de Ancharr. *numer. 1.* Imol. *numer. 21.* Staphileus, *de liter. Grat. & Iuſt. tit. de Form. Impetran. §. Tranſeo nunc, à numer. 8. uſque ad 11.* Vantius, *de Nullit. tit. de Nullitat. ex defect. iuriſdict. Delegata nu. 8.* & alii. Probatur per text. in *cap. niſi eſſent, de Præbend. & Dignit.* ibi: Non

Prælati Regulares ſunt in Dignitate conſtituti.

Dignitas *Prioratus*, *ſed perſona Prioris maneat onerata.* At Dignitas hæc, ut importat Officium, Curam, ſive Juriſdictionem (quamque Authores in Prioribus agnoſcunt) etiam in Sub-Priore reſidet ſui Vicariatus decurſu: ergo eadem Dignitate potiri fatendum eſt.

Clem.2. de Reſcrip. Id mihi à contrario ſenſu (quod argumentorum validiſſimum genus eſt) probat textus in † *d. Clem. 2. de Reſcript.* Quia ibi Priori Clauſtrali de- 272 negatur talis facultas: ergo non denegatur Sub-Priori, quando agit Vicarium. Probo conſequentiam: † Quia, ut benè Cardinalis Thuſc. 273 *pract. concl.* verb. *Prior*, *concl.* 710. cum Federico de Senis, *eo ipſo*, *quod* *Rota.* *Prior Clauſtralis præeſt, non dicitur Clauſtralis*, & Rota in *Carpentaratenſi Prioratu* 27. *Novembr. 1620. coram Buratto inter ejus impreſſ. deciſ.* 492. cenſuit Prioratum, de quo agebatur, non eſſe Clauſtralem, quia nullam habebat ſubjectionem, aut Obedientiam. Ex quo evidenter convincitur; non debere dici Sub-Priorem Priorem Clauſtralem, quando à lege nuncupatus Conventui præeſt; & ita abſolutum Monaſterii Prælatum agit, ut intra idem Monaſterium nullam habeat ſubjectionem, aut obedientiam. Ex quo patet, prohibitionem d. Clementinæ comprehendere Priorem Clauſtralem præcisè, & reduplicativè quatenus Priorem Clauſtralem, ſubjectumque Abbati; non verò ut perſonam ipſius Abbatis induit, & verus Monaſterii *Farinac.* Prælatus evadit. † Et ſic interpretor quandam doctrinam Farinacii *praxi* 274 *crimin.lib.2.tit.6.quaſt.60.numer.546.* ubi ait: Priorem Clauſtralem venire appellatione Prælatorum, quia & Prælatus dicitur, & Dignitatem habet: illamque refert, nec improbat Barboſa in *Collect. Iur. Canon. Tom.4. Clem. Dudum, de Sepult. not. ad Gloſſam*, verb. *Habetur.*

Hanc ſententiam nullus, quem viderim, in ſpecie de Sub-Priore defendit: tenentur tamen eam propugnare quotquot tempore, quo adeſt Monaſterio Prior, affirmant; illi, & non Sub-Priori competere Delegatum Apoſtolicum fieri. Quia ratio, qua probant: † Priori talem delegationem 275 competere, eſt: illum in totum Monaſticum Religioſorum Conventum juriſdictionem habere cum adminiſtratione, & cura rerum ad ipſum Col- *Zabarel.* legium pertinentium; ut argumentatur Cardinalis Zabarel. *d. Clem. 2. num.* 2. *Quia tota poteſtas eſt penes Abbatem, quem Monachi vice Dei habent*, *cap. Quo-* *Ancharr.* *rum*, *& cap. ſi Religioſus*, *de elect.* Petr. de Ancharr. *ibid. num.* 9. *Quia Prior Conventualis*, *dum eſt in loco*, *eſt principale caput Monaſterii*, *& in quibuſdam à* *Benedict. Capr.* *Regula abſolutus*, *cap. Monachis 16. quaſt.1.* Benedictus Capræ, *ibid. Quia tota* *Azor.* *poteſtas eſt penes Abbatem*, *& quia eſt caput principale loci.* Azorius, *d. cap.* 13. *quaſt.7. Nam in totum Monaſticum Religioſorum Conventum juriſdictionem habent*, *adminiſtrationem item*, *& curam rerum ad ipſum Collegium pertinentium.* Sive, ut *Sanchez.* Thom. Sanchez in *Decalog. Tom.2. lib.6. c.13. numer.* 78. *Quia habet præeminentiam cum adminiſtratione*, *& juriſdictione in utroque foro in ſuo Monaſterio.* Vel

ut Fil-

ut Filliuc. *Tom.3. de Benefic. cap.1. num.11. Quia ſunt Superiores totius Cœnobii.* *Filliuc.*
E contra verò ratio, qua ducuntur ad negandum id Sub-Priori eſt,
276 ut inquit ipſe Zabarel. ibid. † *Quia licet præſit Conventui, non tamen principaliter.* Ancharr. *Quia ſolum ad curam animarum, & ad Regulares Obſervantias eriguntur, & ſunt ſub Abbate.* Benedictus Capræ: *Quia licet præſit Conventui, non tamen principaliter,* Azor *lib.3. cap.20. Quia Prior Clauſtralis non eſt, niſi in Monaſterio, cui præſidet Abbas, & ita ipſe eſt ſub Abbate.* Sanchez verò citat. *num.75.* ait cum Panormit. & Ancharr. *Quòd Prior Clauſtralis non eſt principalis Superior Monaſterii, ſed præeſt Clauſtro, habetque in eodem Monaſterio Prælatum ſe Superiorem.* Denique Fillucius ibidem *princip. 1. à num.1. & princ.2. à n.4. & princ.3.* docet: Hoc eſſe diſcrimen inter Priorem Conventualem, & Clauſtralem, quod ille ſit etiam Dignitas, quum ſit Superior totius Cœnobii, iſte verò nequaquam: *Quia ſubjicitur Abbati, & non eſt niſi in Monaſterio, in quo ipſe Abbas eſt*
277 *Superior.* Atqui ſui Vicariatus tempore † Sub-Prior, omnibus relatis circumſtantiis, Monaſterio præeſt, & verus illius Prælatus evadit cum Ordinaria, & quaſi Epiſcopali Juriſdictione, quali Prior Conventualis decoratur, dum Conventui præeſt, ut in principiis ſupra poſitis apparet: Ergo omninò evaneſcit ratio propter quam Doctores denegant, Sub-Priorem conſtitutum eſſe in Dignitate; ac è converſo ſtrenuè militat pro noſtra ſententia, quam ipſi rationem adferunt, ad probandum, id competere Priori Conventuali. Ideo (niſi propria arma in ſemetipſos vertere velint) tenentur defendere, Sub-Priorem, tempore ſui Vicariatus, in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, & hoc nomine capacem prædictæ Delegationis. Quod etiam propugnare neceſſariò debent, quoſcunque, ad probandum, illum verè Prælatum Conventus evadere *ſup. hac part. à n.16.* retulimus.

Zabarel. Ancharr. Bened. Capra. Azor. Sanchez. Filliuc.

278 Nec obeſt † Sub-Priorem conſtitui, ut ad tempus præſit in abſentia, ſive defectu Prioris tantum, eumque poſſe ad arbitrium Superioris amoveri, quia hoc totum plus, minuſvè, etiam in Prioribus Conventualibus habet locum; qui quidem nequaquam habent Officium perpetuò duraturum, ſed ad triennium v.g. & ſimiliter ad Superioris nutum removeri queunt, ut Doctores fatentur jam relati, & infra referendi; qui objectioni factæ ſatisfaciunt aſſerentes; quòd licet Dignitatem habens, prout Eccleſiaſticum beneficium importat, perpetuò in talem Dignitatem ſufficiatur, ſine ac rationabili cauſa deturbari non poſſit: ad effectum tamen, de quo pro nunc loquimur, ſufficiens eſt habere Dignitatem importantem Curam, Juriſdictionem, ſive Officium (ut jam tetigimus) quale habere certum eſt, Prælatos immediatos, licet Superioris voluntate amoveri poſſint. Ita Gloſſ. in *d. Clem.2.* verb. *Per electionem,* & ibi Cardinalis, *n.1. oppoſit.1. n.16. q.15.* Anchar. *n.1.* Panormitan. in *c. Cauſam quæ, n.9. de Iud.* Roſſella, verb. *Delegare, n.11.* Angel. verb. *Delegatus, n.3.* & ibi Sylveſter, *q.2. n.3.* Azor 2 *part. Inſt. Moral c.13. q.7. fin.* Sanch. in

Objectio proponitur & removetur.

Deca-

Digitized by Google

Decalog.lib.6.cap.13.num.76.Tom.2. Nam ut optimè Benedictus Capræ in *Repet.ad d.Clem.2.num.33.cenſentur eſſe in Dignitate, dum in Dignitate ſint, quamdiu tolerantur, licet ad nutum ponantur, ut in c.Sua, de Offic. Vicar.* Qui cum Zanardo, & Ancharr. reprehendit eos, qui dicunt: *Quòd, ut quis dicatur Prælatus, oportet, quòd habeat Dignitatem perpetuam. Quod verum non eſt* (concludit) *quum Dignitas attendatur magis, quam perſona.* At tempore ſuæ Præſidentiæ habet Sub-Prior hanc eandem Dignitatem, quando à lege in Prioris locum ſubrogatur: ergo non oberit, ut Delegati Apoſtolici perſonam induat, poſſe ipſum pro ſua voluntate Superiorem amovere.

Vicarii Generales, & Sub-Priores Vicarii differunt.

Confirmatur: † Nam etiam Vicarii Generales Epiſcoporum Dignitatem perpetuam non habent, & poſſunt ab Epiſcopis pro ſuo libitu amoveri, ut tenent Gloſſ. & DD. in *d. Clem.2.* Calderin. *conſil.2.de Offic.Vicar.* Rebuff. *praxi, tit. Forma Vicariatus, numer.192.* Imò infirmior, quam Dignitas Sub-Prioris eſt in noſtro caſu, quandoquidem, ſive promotione Epiſcopi, ſive obitu obit, ut ſupr. diximus *1.p.num.177.* Juriſdictio verò Sub-Prioris à lege Vicarii nuncupari non poteſt (ut infra dicemus) ad nutum Prioris abſentis tolli. Quia, quum illam à lege participet, inconceſſum eſt inferiori contrarium operari, ut conſtat per text. in *cap. Ne Romani, de elect.* cum concordantib. & diximus ſup. *2.p. num.34.* Præterea † finito Vicarii Epiſcopalis Officio non dicitur in illius locum alter ſuccedere, ſed alter ab Epiſcopo creari; ut probat Thom. Sanch. *8.de Matrim.diſp.27. num. 8. & 10.* Benedictus Capræ, *d. Clem. 2.num.18.* ubi ait: Quod Vicarius Epiſcopi mortuo Epiſcopo deſinit eſſe Vicarius; & extinguitur Dignitas. Attamen in locum Sub-Prioris Præſidentis propriè dicitur alter ſuccedere, ut jam jam dicemus. Atqui Vicarius Generalis Epiſcopi conſtitutus in Eccleſiaſtica Dignitate cenſetur; & hoc nomine valet literarum Apoſtolicarum expeditioni incumbere, ut expreſsè decretum eſt in ſæpè cit. Clem. 2. conſtatque ex latè traditis à Barboſa, *de Poteſt. Epiſc.p.3.alleg.54. num.132. & in Collect. ad c. Statutum 11. De Reſcript. in 6. tom.3. numer. 5.* Ergo à fortiori id poterit noſter Sub-Prior. Ratio eſt: Quia (ut diximus) ad hunc effectum non eſt opus Dignitate perpetua: nec illam jus deſiderat in *d. c. 1. & ult. de Offic. Deleg. in 6.* ſed ſufficit Dignitas, prout importat munus, Officiumve juriſdictioni, & adminiſtrationi conjunctum. Azorius *d.c.13.quæſt.7.fin. & qu. 8.cum ſeqq.* Sanch. *d.lib.6.c.13.n.78 fin.* quam tam Vicarius Epiſcopi, quàm Sub-Prior citra dubium creduntur habere. 279 280

Barboſa.

Officium Sub-Priorale poteſt eſſe perpetuum.

Sed quorſum hæc tam longo repetita principio? Quum Sub-Priorale † Officium eſſe perpetuum, poſſimus non ſine fidis Ductoribus adfirmare? Scilicet Cardinalis Zabarel. *numer.2.d.Clem.2.* cujus verba: *Quia Prior Clauſtralis poteſt eſſe perpetuus: unde etiam poſt obitum Abbatis durat, c.1. Ne* 281

Sede va-

Digitized by Google

Sedevacante Anchart. *ibid. n. 9. Nam Prior Clauſtralis* (inquit) *habet Officium perpetuum, & durat mortuo Prælato, cap. 1. Ne Sedevacante.* Quibus adhæſit Benedictus Capræ ibidem.

282 Emergit hic difficultas, † nimirum: Sufficiatne, ut tempore, quo reſcriptum, ſeu literæ Apoſtolicæ expeditæ fuerint, illarumque exequutio Sub-Priori mandata eſt, ille præſideret Conventui, ſive abſentia Prioris, ſive alia de cauſa ab Officio remoti; ut tales literæ Sub-Priori præſentari poſſint, illeque earundem expeditioni vacare, licet iam defunctus ſit Vicariatu? *Excitatur quæſtio.*

283 Reſpondeo: † Quod ſi commiſſio perſonalis ſit, hoc eſt, cum attentione ad perſonam facta non exſpirat, quamvis perſonæ Dignitas finiatur; ideò poterit prædictarum literarum præſentatio coram eodem fieri, ac ipſe eas expedire. At ſi commiſſio realis fuerit, quia non ad perſonam, ſed ad Dignitatem Summus attendit Pontifex, nequibit talem expeditionem obire, ad Succeſſoremque gradum faciet. Ratio eſt: Quia primò caſu cum ſola perſona reſpecta fuerit, commiſſio perſonam ipſam, quaſi illius pediſſequa committatur. At in poſteriori caſu, quum in ſolam Dignitatem attenderit Pontifex, ipſam Dignitatem conſequitur. *Commiſſio vel Realis, vel perſonalis.*

284 Neque exiſtimes priori reſolutionis parti derogare, incapacem Apoſtolicæ Delegationis eſſe, quicunque exulat ab Eccleſiaſtica Dignitate, ut faſſi ſumus: Ergo finita Dignitate, incapax prorſus erit Apoſtolicæ Delegationis.

Reſpondetur enim, † Dignitatem Eccleſiaſticam ad commiſſionem huiuſmodi Delegationis prærequirere tantum, ut acquiratur, non verò ut ſemel acquiſita exequutioni mandetur. Colligitur ex traditis à Gloſſ. *d. Clem. 2. de Reſcript.* verb. *Etſi principalis*, & ibi Imol. *n* 11. Panormit. *in cap. Quoniam*, Abb. *n. 8. fin. de Offic. Deleg.* ... Felin. *n. 5.* Berojus, *nu.* 102. Francus in *c. Statutum.* 11. *de Reſcript. in* 6. *n. 10. &* 11. Dominicus, *n.* 8. Fulgoſius, *l. More, num. 25. ff. de Iuriſdict.* Tabienna verb. *Delegare, q. 12. n. 13.*

285 Nec item obeſt, quòd † dicitur in dicta Gloſſa ad *Clem. 2. de Reſcript.* nempe, rationem, ob quam in literas Apoſtolicas expedituro deſideratur Dignitas Eccleſiaſtica, eſſe, ne Papa repræſentetur in vili, & vilipendioſo Clerico: Ergo finita Sub-Prioris Dignitate, quum ſimplex Monachus, ſive Clericus remaneat, iuxta Summi Pontificis intentionem incapax Apoſtolicæ Delegationis remanebit. *Ratio Delegationis Apoſtolicæ.*

286 Reſpondetur, † enim, hanc non finalem, ſed impulſivam ſolummodò cauſam fuiſſe, quum cauſa finalis fuerit, quod in Dignitate poſiti communiter reputantur periti, habiles, & honeſti, quum ſint in aſſumptione Dignitatis approbati, *c. Nihil, de elect.* Unde ſufficit, qualitatem adeſſe tempore diſpoſitionis, & Delegationis, quum iſta qualitas non ceſſet, licet ceſſet ipſa Dignitas, ut optimè Benedictus Capræ *d. Clem. nu. 22.* Imò moraliter plus revereri *Cauſa finalis.*

ſolemus illum, qui aliquo munere defunctus eſt (tanquam iam emeritum, & rude donatum) quam illum, qui actualiter eodem munere fungitur.

Ad internoſcendam † autem commiſſionem realem, & perſonalem, 287
adi Sanchez 8. *de Matr. diſp.* 27. *num.* 3. *& ſeqq.* & Baſil. *eod. lib.* 8. *cap.* 18. §. 1. *num.* 3. *& ſeqq.*

Hucuſque pro reſolutione huius quæſtionis dicta nullam notatu dignam exiſtimo difficultatem pati. † Fateor tamen non facili negotio mon- 288
ſtrari commiſſionem realem Sub Priori Vicario mandatam poſt illius ceſſationem Officii ad Succeſſorem tranſire. Ratio eſt: Nam Vice gerentis Officium loco abſentis Prioris, ſive alia de cauſa eo ab Officio remoto, ratione cuius ad eum talem Dignitatem, diximus pertinere, rigoroſè loquendo caret Succeſſore, ad quem dicatur præſidentia gradum facere. Si enim Priorem in Conventum redire contingat, non dicetur præſidentia vacare, neque illius adventu, in illam aliquem ſucceſſiſſe. Quinimò dicetur Prior, ſuum Officium proſequi; illudque reſumere, & præſidentiam Vicegerentis, eo ipſo, ex-

Adveniēte Principe ceſſat Magiſtratus.

ſpirare. † Nam adveniente Principe ceſſat Magiſtratus, *c. Volentes, de Offic. Deleg. c. Antiqua. de Privileg. c. ſi quem, de Procurat. in* 6. † & incluſio unius eſt exclu- 289 290
ſio alterius, *l. cum Prætor, ff. de Iudic. l. cum Maritus, C. de Procurat. l. Quamvis, C. de Pignorib. l. ait Prætor. §. ſed quod Papinianus, ff. de Minor. c. Nonne, de Præſumpt.* Menoch *conſil.* 106. *n.* 314. *cum ſeqq. & conſil.* 141. *à nu.* 9. *& conſil.* 406. *nu.* 44. Surd. *deciſ.* 195. *num.* 12. *& deciſ* 291. *num.* 20. *& conſil.* 25. *num.* 3. *& conſil.* 56. *nu.* 2. Mar. Anton. 1. *variar. reſolut.* 1. *nu.* 1. Caldas Pereyr. *qq. forenſ. conſ* 40. *num* 20 Tusch. *lit.* 1. *concl.* 71. Pichard. *ad princip. Inſtit. de hæred. inſtit.* Thomas de Thomaſſetis, *reg.* 148.

Nec una, & eadem Priori & Vicegerenti Dignitas ineſt, quanquam ob eandem adminiſtrationis & iuriſdictionis cauſam utrique conveniat. Quemadmodum † commiſſiones Epiſcopi Vicario iniunctas nequibit Epiſcopus 291
expedire, etiam Vicario remoto, quamvis uterque eidem tribunali inſideat,

Epiſcopus, & eius Vicarius diſtinctæ perſonæ cenſentur.

eademque iuriſdictione potiatur, ut conſtat ex text. in *c. Romana, de appellat. in* 6. *cum ſimilib.* & diximus latè 1. *p. num.* 185. Ratio eſt: Nam, † quum Epiſco- 292
pus, & illius Vicarius diſtinctæ perſonæ cenſeantur, *cap. Venerabilib. princip. de Sent excommunic. in* 6. ibi: *Archi-Epiſcopo, vel eius Officiali* († ac proinde alteru- 293
ter incompatibile dicatur Officium habere cum alterutrius Officio, ratione condiſtinctæ perſonæ, quam habet à perſona alterius, ideoque prædicta Officia ex ſe penes unum inveniri non poſſint, † quemadmodum proprietas, & 294
uſus fructus, per text. in *l. uti frui, ff. ſi uſus fructus pet.* tenet Rebuff. *tit. de Diſpenſat. ratione ætat. in praxi*) commiſſio verò cum uni Vicario dirigatur, nequit ullo modo Epiſcopum ſpectare.

Et ſuppoſito, quod ipſe Prior abſens non redeat; ſed alter in Prælatum illius domus ſuffectus; hic, qui denuò in Conventuale regimen ſuccedit, non

diceretur

diceretur in Officium Vicegerentis ſucceſſiſſe, ſed in Anteceſſoris Prælati; id-eſt, Prioris, ut per ſe manifeſtum eſt: Ergo ſi Apoſtolicum diploma committitur Vicegerenti, ſive Vicario talis Conventus tacito proprio nomine, dum Prior abeſt; neutiquam per redeuntem Priorem expediri valebit, quandoquidem non ſuccedit in locum, Dignitatemve ſui Vicarii, ſed propriam retinet, quæ Officium Priorale concernit, & diverſa eſt à Dignitate Sub-Prioris, *Vbi diverſa ſunt nomina, diverſa ſunt miniſteria.*
295 ſeu Vicarii; † nam ubi diverſa ſunt nomina, diverſa quoque ſunt miniſteria, *l. ſi idem, C. de Codicill. & tenent.* Pariſ. *conſil.* 110. *nu.* 45. Card. Tuſch. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 517. Seraphin. *Rota Romana* 1117. *n.* 7.

Si verò alius Prior ſubrogatus ſit, etiam nequiret tali Delegatione Apoſtolica uti, quum non ſuccedat in Vicegerentis Dignitatem, ſed in Prioris, ut dictum eſt. Nec potiori iure tale reſcriptum expedire poterit Vicarius ipſe, cui nomine præteritæ Dignitatis directum eſt; quum Dignitas illa jam eva-
296 nuerit. † Ad commiſſionem verò realem obeundam, requiritur actualis Dignitas tempore illius exequutionis: Nam, quum non reſpiciat peculiarem perſonam ſed illius Officium, tantum requiritur, ut tempore, quo reſcriptum exhibetur, ut exequatur debitè, perſona illud exequtioni mandans, conſtituta ſit in Eccleſiaſtica dignitate; ut animadvertit Thom. Sanch. 8. *de Matrim. diſp.* 27. *nu* 28. *fin.* Quum autem adſignato caſu talis perſona non extet (finita Iuriſdictione Vicarii) Prioris adventu (ſive ſit ille, qui aberat, ſive alter denuo ſuffectus) neque Succeſſor præteriti inveniatur Vicarii; liquet talem commiſſionem exſpirare, & conſequenter eidem caſui, non apparet, quomodo poſſit applicari, quod diximus; nempe realem commiſſionem Sub-Prioris Vicarii ad Succeſſorem tranſitum facere. Nihilominus tamen.

Dico ſententiam ſupra traditam adhuc in dicto caſu ſuſtinendam, una *Reſolutio quæſtionis.* cum differentia adſignata inter commiſſionem realem, & perſonalem. Nam licet verum ſit) quod redeunte Priore in Conventum, ſive altero in Prælaturam ſuccedente, Dignitas Sub-Prioris evaneſcat, & conſequenter commiſſio realis finiatur; nam ad quem tranſeat Succeſſorem, non invenit, nec ſuperveniens Prior illam queat obire (quicumque ille ſit, nam illi nullo titulo
297 convenit, ut rationes factæ rectè convincunt; non † tamen abſolutè verum eſt Vicegerentem, ſeu Sub-Priorem omninò ſucceſſore carere, ad quem gradum facere commiſſio poſſit. Quia, ſi illum, qui modo dicto Conventui præeſt, contingeret iter agere, aut vita fungi, aut alio accidente, præſidentia cedere, & in his caſibus decretum fuiſſet à lege, ut, quando Prior non eligeretur, aut non rediret, alter (utputa Antiquior) Conventui præeſſet, tunc planum eſt, talem Præſidem Succeſſorem Sub-Prioris Vicarii dici debere, utpotè in eius Dignitatem, Officiumque ſuffectum. Ideò ad hunc citra dubium expeditio commiſſionis Apoſtolicæ pertinebit, quæ à ſuæ conceſſio-

nis exordio Vicarium talis conventus reſpexerat, licet exequutionis tempore alter eſſet, qui Vicariam tenebat. De iſto rationabiliter dubitari non poteſt, in eandem Dignitatem, & Officium ſuccedere, eademque iuriſdictione potiri, qua Vicarius Anteceſſor potiebatur.

Obiectio. Sed inſurges: † Commiſſio Vicario Epiſcopi facta (rigoroſe loquendo) non tranſit in poſteriorem Vicarium tanquam in ſucceſſorem, † quan- 298
doquidem propriè loquendo, Vicarius Epiſcopi non habet ſucceſſorem, † 299
ſed tantum ad ſequentem, ſeu poſteriorem ex quadam benignitate tranſit. 300
Quippe præſumitur, hanc eſſe Pontificis mentem, ut notat Panormitanus in *cap. quoniam Abbas, de Offic. Deleg. num.* 11. Sanchez 8. *de matrimon. diſp.* 27. *num.* 10. Gregorius Martinez *in* 1. 2. *Tom.* 3. *quæſt.* 50. *artic.* 4. *dub.* 2. verſ. *Notandum.* Ratio eſt, † nam Vicario mortuo, aut amoto non dicitur illius Dignitas vacare, ſed exſpirare, & finiri; alioquin non dependeret ab Epiſcopi voluntate alium Vicarium nominare & Vicarialis Dignitas evaderet perpetua; quod falſum eſt, ut colligitur ex Text. *in cap.* 1. *&* 2. *de Offic. Vicarii in* 6. & Text. *in cap. perlectis, diſt.* 15. *& in Clem.* 2. *de reſcript.* Unde liquet, quòd verè, & propriè non datur in tali Dignitate ſucceſſio, ſed dicitur de novo adſumi à Vicario denuo creato, ut benè Thom. Sanch. *d. diſp.* 27. *num.* 8. Nec in caſu noſtro (qui adeò rarò ſolet occurrere) præſumi poteſt, hanc eſſe mentem Pontificis, quemadmodum præſumitur de Vicario Generali Epiſcopi: Ergo deficiente Sub Priore, qui in illius loco, & eodem iure ſubſtituitur, nequibit prædictam Commiſſionem exequi; nam verè antecedentis Sub-Prioris ſucceſſor non eſt in Vicariali Dignitate, reſpectu cuius Summus Pontifex ſuarum literarum expeditionem commiſſit: Ideoque talis Commiſſio, Perſonalis inſtar, Vicarium ſequentem non ſubſequetur, ſed extinguetur finità Sub-Prioris præſidentia, non minus, ac ſi defunctus eſſet, ut benè Sanch. *d. n.* 8. 301

Obiectio diluitur. Huic difficultati fit ſatis, † reſpondendo; magnum intereſſe diſcrimen 302
inter juriſdictionem noſtri Sub-Prioris Vicarii, & Generalem Epiſcopi Vicarium, ut jam ante diximus, † Quia hunc Epiſcopus conſtituit, illiuſque 303
creatio relinquitur Epiſcopi voluntati; ideoque ad illius nutum removibilis eſt, mortuoque Epiſcopó, vel quavis occaſione amoto, vel ſuſpenſo exſpirat. Attamen Sub-Prior noſter, neque à Priore, cuius Vicarium agit, deſignatur, neque eius iuriſdictio à Priore dependet, imò vel ipſo Priore renuente in ipſius locum à lege ſufficitur, & Conventus Præſidentia, & gubernium illi demandatur. Ideo propriè, & formaliſſimè dicitur Officium Sub Prioris, quâ Vicarius eſt, vacare, & in illo alterum ſuccedere, ad quem prædicta Commiſſio poſſit tranſire. Unde, quum de mente Pontificis rationabiliter præſumi non poſsit, perſonam reſpexiſſe, non Dignitatem, quæ tam in ſuccedente, quàm in præcedente Vicario viget, non apparet aliqua ratio, quæ tranſitum

prædictæ

prædictæ Apoſtolicæ Delegationis impediat. Neque ad illum faciendum aliqua benigna interpretatione opus eſt, quemadmodum quando tranſit ad ſequentem Epiſcopi Vicarium, utpote ad non propriè ſucceſſorem. Nam in caſu noſtro propriè, & rigoroſe, qui loco Sub-Prioris ſubſtituitur, ejus ſucceſſor eſt.

§. VII.

Sub-Priorem (à lege Vicarium) poſſe in Iudicem Conſervatorem eligi.

BREVIARIUM.

304 *Sub-Prior Vicarius poteſt in Iudicem Conſervatorem eligi*

305 *Emmanuel explicatur pro noſtra ſententia.*

306 *Prælati Conventuales an poſſint in Conſervatores eligi de jure communi, dubitatur.*

307 *In Iudices Conſervatores eligi poſſunt de jure communi, qui habent Dignitates, vel Perſonatus in Cathedralibus, ſeu Collegiatis Eccleſiis.*

308 *Monaſteria Religioſorum dici non poſſunt Eccleſiæ Collegiatæ.*

309 *Conventuales Prælati poſſunt eligi in Conſervatores ex vi ſuorum Privilegiorum.*

310 *Privilegium conceſſum pro Societate IESV, ad eligendum Iudices Conſervatores, quod cæteri Ordines participant.*

311 *Vt Religioſi ad Officia forenſia admittantur, debent concurrere licentia Prælati, & utilitas Monaſterii.*

312 *Expenduntur Textus in Clement.* 2. de Reſcript. *& in Clement. Religioſos,* de Procurat. *& in c.* 2. de poſtulando.

313 *Prælatos Regulares Officio Conſervatorio fungi, ſemper eſt utile Monaſterio.*

SIcut Conventuales Priores poſſint in Judices Conſervatores aſſumi,
304 quia in Dignitate Eccleſiaſtica ſunt conſtituti: † ſic, eodemque nomine
305 Sub Prior ad talem Dignitatem provehi poteſt. Sic videtur tenere † Rodericus 1. *Regular quaſt* 65. *art.* 3. verſ. *Eſt notandum*, ubi ait: Poſſe Prælatos Mendicantium Religionum Conſervatores deputari, quia ſunt in Dignitate conſtituti, & ſubſcribit: *Quod tamen locum non habet in Prioribus D. Benedicti habentibus in eodem Conventu Abbatem, quia ii non habent Dignitatem*: Ergo quando Priores Clauſtrales (de quibus ille loquitur) non habent in Conventu Abbatem, ſed penes illos, in illius abſentia tota Conventus adminiſtratio reſidet, & regimen, juxta iſtius Authoris mentem, in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos credemus; ac proinde poſſe ad Conſervatorium munus promoveri. Quod expreſſius ſequentibus verbis innuere videtur: *Secus de Prioribus non habentibus Abbatem in dicto Conventu, prout in Ordine D. Benedicti contingit.* Et quanquam verum ſit, hic loqui de quibuſdam Conventibus S. Benedicti, qui non ab Abbate, ſed à Priore reguntur; ratio tamen, in quam vires intendit, nempe ad tales Priores pertinere principale regimen Monaſterii, etiam in noſtro caſu conſpicua eſt.

Conventuales Priores de jure communi in Conſervatores eligi non poſſunt.

Dixi: Sicut Conventuales Priores. Quia † non vacat difficul- 306
tate, poſſe harum Religionum Prælatos, in Conſervatores eligi. Ratio vero
dubitandi profluit à text. in *cap. fin. de Offic. Delegat. in 6 princ.* † Ubi, loquens 307
Pontifex de iis, qui Judices Conſervatores deligi poſſunt, inquit: *Ut de cætero
deputari, non poſſint, niſi Epiſcopi, vel eorum Superiores, aut Abbates, Dignitates vel Per-
ſonatus in Cathedralibus, ſeu Collegiatis Eccleſiis obtinentes.* Quibus ex verbis elucet;
non comprehendi ſub tali decreto Prælatos talium Religionum. Nam, ta-
metſi in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituantur, non tamen in Eccleſiis Ca-
thedralibus, ſive Collegiatis, ut text. expoſcit. Et quamvis Immol. in *Clement.
2. de Reſcript. num.* 30. & ibi Bonifacius, *num* 37. doceant; poſſe Judices Con-
ſervatores deſignari, & Dignitate gaudere in Eccleſia Collegiata, quales aſ-
ſerunt eſſe Monaſticos Conventus. Et id etiam docet Portell. *in Dub. Regular.*
verb. *Miſſa, num.* 7. Non † tamen illis adhæreſco quia non capio, quo titulo, 308
ſive ratione poſſint Regularium Monaſteria intra limites textualium verbo-
rum occludi. Et poſtquam hæc ſcripſeram, ſic reſolviſſe inveni Dianam 2.
part. tract. 14. *reſol.* 76. cum aliis aliò reſpiciens. Quicquid tamen ſit de hac dif-
ficultate; licet ex vi hujuſce textus nequeant Prælati Religionum Conſerva-
tores deputari; (ut tenet Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. part.* 3 *allegat.* 106. *num.* 15. &
in Collect. tom. 4. *in c ſtatutum* 11. *num.* 11. *de Reſcript. in* 6. qui ait, ex deciſione Sa-
cræ Congregationis *dictos Prælatos nullatenus in Conſervatores deputari poſſe*: imò
neque Generales Epiſcoporum Vicarios. Nam licet habeant honorem cum
Officio, nequaquam obtinent Dignitatem, ſeu Perſonatum in aliqua Eccle-
ſia. Quæ qualitas (ut dictum eſt) debet neceſſario concurrere, ut ſentiunt Car-
din. *d. Clement.* 2. *de Reſcript. quæſt.* 12. & ibi Bonifacius *num.* 76. Pavin. *de poteſt.*

Ex privilegio eliguntur in Conſervatores.

Capit. Sede vac. part. 2. *quæſt.* 10. *num.* 16. Panormitan. *in cap de multa, num.* 23. *de
præbend.* Selva *de Benefic. part.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 64. Menochius *lib.* 1. *conſil.* 51. *nu.* 33.
† Modò tamen omnem in hac re ambigendi locum intercluſit Summorum 309
Pontificum Authoritas plurimis, & ampliſſimis Privilegiis Mendicantibus
ad hoc indultis. Inter quæ † celebris eſt, quædam conceſſio pro Societate 310
Jesu à Gregorio XIII. anno 1573. facta, quam refert Rothericus citatus,
quamque cæteri Mendicantium Ordines participant; ita ut quælibet illo-
rum Perſonæ conſtitui valeant Judices Conſervatores, ſi in Dignitate con-
ſtitutæ ſint: nec non & ſibi in Conſervatores aſſumere Generales Epiſcopo-
rum Vicarios, & Cathedralium Canonicos.

Unde conſtat, poſſe Prælatos Mendicantium, & illorum defectu Vi-
carios à lege deputatos, Judices Conſervatores deſignari, quia verè ſunt Dig-
nitate præditi. Sic tenet, loquens de Prioribus localibus Emmanuel *d. art.* 3.
Thom. Sanch. *Tom.* 2. *in Decalog. lib.* 6. *c.* 13. *num.* 79. & ipſe Barboſa citat in Col-
lect. *Tom.* 4. *c. fin, num.* 6. *de Offic. Deleg. in* 6. interrogat: Utrum Priores, ſeu Guar-
diani

diani poſſint eſſe Conſervatores, & Lectorem mittit ad Rodriq. licet (fortè Typographi incuria) *art.13*. indigitet, quum ſit *art.3.*

Contra tamen videtur militare Text *in c.Monachi* el 2.16.*qu.1.& in c.2.* *Regulares ad Officia Forenſia an admittantur.*

311 *de Poſtuland.* † Ex quibus probatur opus eſſe, ut Religioſi ad quælibet Officia forenſia admittantur, duo concurrere: Licentiam ſcilicet Prælati, & utilitatem Monaſterii. Quamvis autem in Prælatis Regularibus neceſſaria non ſit talis licentia, qua minimè indigent, ut jam ſupra diximus, *num.132.* & docet Naldus, verb. *Superior, num.6.* his verbis: *Superioris licentia ſi requiratur in aliquo actu per ſubditum gerendo, ſi Superior velit eundem actum gerere, non tenetur ipſe ab aliis requirere eandem licentiam, niſi aliud exprimatur in jure. Exemplum habes in Monacho, qui ſine licentia Superiorum non poteſt eſſe exequutor Teſtamenti. Quod ſi Prælatus inſtituatur exequutor, non tenebitur ipſe licentiam requirere.* Qui citat Sylveſtr. verb. *Teſtamentum* 1.*quæſt.2* Debet tamen neceſſariò intervenire Monaſterii utilitas, ut evincunt præallegati Textus.

312 Neque refert, † quod in *Clement.2.de Reſcript.* concedatur Prælatis Regularibus poſſe Apoſtolica Delegatione fungi, & tamen non ibi fiat aliqua mentio utilitatis Monaſterii, ſeu Religionis. Nam etiam in *Clem. Religioſus, de Procurat.* prohibetur Religioſis Procuratorum munera exercere citra Superioris licentiam, nulla facta mentione de utilitate Monaſterii; & tamen per Text. *in d.c.2.de Poſtuland.* ſuppletur defectus mentionis talis utilitatis, ut benè prænotavit Sanchez in *Decalog. Tom.2.lib.6.cap.13 num.3.& 8.* Argumentum verò in contrarium factum diſſolvit, dicens (admiſſo debere in Monaſterii utilitatem cedere, quod Prælati judicum Conſervatorum munera admittant)

313 † ſemper in utilitatem Ordinis, ſeu Monaſterii vergere, quod Prælati Conſervatorio Officio fungantur: quia paſſim Monaſteria Conſervatorum deputandi neceſſitatem patiuntur. Ideo, ſi poſſint Regulares Prælati Conſervatores agere, commodius Religionis utilitati, ſeu Monaſterii ſemel electi conſulent, faciliuſque Ordinis negotia expedientur. Præterea ſæpius continget, non eſſe Eccleſiam Cathedralem, ubi conſtructum eſt Monaſterium, aut ita diſſitam, ut illius Canonicos in Conſervatores Monachi eligere nequeant, vel cum eadem Eccleſia, ſive illius Epiſcopo litigare. Quare non audebunt Dignitates, ſive Canonici talis Eccleſiæ juriſdictionem (Epiſcopis prorſus exoſam) exequi. Quibus rationibus permoti, neque Doctores talis utilitatis meminere (ut certam illam ſupponentes) neque meminit ipſe Pontifex in præcitato diplomate. *Officium Conſervatorium pertinere ad Regulares, eſt ſemper utile Monaſteriis.*

§. VIII.

§. VIII.

Sub-Priorem (à lege Vicarium) poſſe corporalia benedicere, & alia qualibet Sacra Ornamenta: nec non Eccleſiam, cæmeteria, & Oratoria privata reconciliare.

Breviarium.

314 *Attento jure communi nulla eſt Prælatis Regularibus facultas benedicendi corporalia, ornamenta ſacra, &c*

315 *Actus ſic benedicendi ornamenta ſacra ex ſua inſtitutione Epiſcopalis cenſetur.*

316 *Poſſunt Prælati Regulares, & Sub-Prior Vicarius, virtute ſuorum Privilegiorum quævis ornamenta ad Divinum cultum ſpectantia benedicere, tam pro ſuo, quam pro alieno uſu, & violatas Eccleſias, cæmiteria, &c. reconciliare.*

317 *Privilegium conceſſum ab Innocentio VIII. Ciſtercienſibus ad benedicenda ſacra Ornamenta.*

318 *In hoc indulto non comprehenduntur qualeſcumque Vicarii, ſed illi dumtaxat, qui in abſentia Prælatorum localium præſunt Monaſteriis.*

319 *Ordines Mendicantes cum Monachalibus quibuſdam in Privilegiis non communicant.*

320 *Privilegium à Leone X. Minoritis conceſſum circa hujuſmodi benedictiones.*

321 *Praxis, & intelligentia horum Privilegiorum. Et num. 322. & 323.*

324 *Reſtrictio horum Privilegiorum ad proprios uſus Regularium, non pro aliis.*

SUppono, † attento jure communi, nullam Prælatis Regularibus ineſſe facultatem corporalia, Ornamenta ſacra, Eccleſiam, ſive Oratorium benedicendi, ut conſtat argum. text. in *c. quoniam, diſt. 59. cap. cum contingat, de ætat. & qualit.* & eſt communis Doctorum ſententia, teſte Suareo 4. *de Relig. lib. 2. cap. 30. num. 6.* † Quia hujuſmodi actus ſuapte inſtitutione Epiſcopales cenſentur: hoc eſt convenientes, & reſervati Epiſcopis ex inſtitutione Eccleſiæ. Unde Poteſtatem, quæ Regularibus Prælatis circa iſtiuſmodi benedicenda poſſit competere, ab aliquo Privilegio derivari oportet; quod vel directè Mendicantibus indultum ſit, vel indirectè, & obliquè per communicationem Privilegiorum Monachalium Hoc poſito 314 315

Dico, † Sub Priorem Vicarium ſpeciali jure Privilegiorum poſſe Corporalia, Pallas, & quævis Ornamenta, ſeu ad cultum Divinum ſpectantia tam pro uſu ſuorum Monaſteriorum, quàm pro alienorum benedicere, nec non violatas Eccleſias, Cæmiteria, & Oratoria privata, ſive Sacella reconciliare. Hanc concluſionem ſingillatim ex duplici Privilegio probabimus. Primò ex † conceſſo ab Innocentio VIII. Ciſtercienſibus Congregationis S. Juſtinæ 316 317

Privilegium Innocentii VIII.

ſtinæ anno 1487. ut refert Caſartub. & Collectores ejuſdem Ordinis apud Rothericum 1. *Regular. quæſt.* 19. *art.* 2. Noſter Auguſtinus à Virgine MARIA in ſuo opere *de Privilegiis omnium Religioſorum Ordinum, Mendicantium & non Mendicantium, &c.* Lugduni edito verb. *Benedicere*, ubi plurium aliorum Pontificum adfert circa hoc Privilegia. Tamburin. *Tom.* 1. *de jur. Abbat. diſp.* 22. *quæſit.* 1. dicens, non ſolum Abbatibus conceſſum, verum etiam extendi ad Priores, & ipſorum Vicarios, tenore cujus indulgetur: *Prioribus dictæ Congregationis, & Vicariis in abſentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cujuſcunque Monaſterii poſſe benedicere Corporalia, Veſtimenta, cæteraque Ornamenta Eccleſiaſtica ad cultum Divinum pertinentia, tam ſui Monaſterii, quàm etiam undecunque ſint.*

318 Notat autem † Pellizz. *Tom.* 2. *tract.* 8 *cap.* 5. *num.* 108. cum Emmanuele *Tom.* 1. *quæſt.* 19. *art.* 2. hic per Vicarios non intelligi quoſcunque Vicarios, ſed tantum illos, qui in abſentia Prælatorum localium præſunt Monaſteriis, idque colligit ex verbis illis conceſſionis: *Vicariis in abſentia Prioris.*

319 Et quanquam in dubium vocari poſſet, † indultum ad Mendicantes extendi; quia in ſimilibus Privilegiis cum Monachalibus communicare non conſueverunt, ut patet in Privilegio conferendi inferiores Ordines, & in uſu Pontificalium inſignium; idemque ſentiendum eſſe videatur de conceſſione circa hujuſmodi benedicenda, quæ (ut ſuppoſuimus) inter Epiſcopalia rectè numerantur ex inſtitutione Eccleſiæ: hac tamen replica non obſtante, omnes Doctores hanc communicationem admittunt, & pro certo ſupponunt, teſte Suareo *d. cap.* 30. *num* 11.

320 Secundo † ex Privilegio directè conceſſo Minoritis à Leone X. (ut habetur *in ſupplement. Minor. conceſſ* 55. *& in Compend.* eorundem verb *Benedicere*, §. 14. refertur que à Rodriq. *dict. q.* 15. & à Suareo *d. cap.* 30. *num. fin.*) ampliùs, quàm præcedenti conceditur; nam extenditur ad benedicendas Eccleſias, Capellas, Oratoria, Cæmeteria, & conſequenter ad reconciliandam Eccleſiam pollutam toties quoties ſine ulla limitatione. Et ſub iſthac conceſſione non modo comprehenduntur veſtimenta ſacra, Corporalia, &c. quæ in Privilegio ſupra relato recenſentur, verùm & Cuſtodiæ, ſive pyxides pro adſervando venerabili Euchariſtiæ Sacramento; & demum quæcunque ad Sacræ Aræ Ornatum, uſumque Sacri benedici ſolent. Quod notavit Suarezius citatus. *Privilegium Leonis X.*

321 Ex alio tamen † capite anguſtius, & limitatius eſt, quandoquidem Prælatis dirigitur *pro neceſſitate præcisè, & uſu ſuorum Monaſteriorum.* Sed utrunque in eo convenit, ut ad eaſdem perſonas, ſive Prælatos ſpectet. Nam licet hoc poſteriori indulto nõ exprimantur vice gerentes pro Prælatorum immedia-

Digitized by Google

torum abſentia : (Quippe ſolum recenſentur Generales, Provinciales, & Conventuales Prælati) liquet tamen eorundem Vicarios inibi includi tempore, quo defectu illorum, juriſdictione fruuntur, ut ait ubi ſupra Suarez, qui tenet : expreſſius hanc extenſionem factam fuiſſe per quoddam Privilegium Hieronymianis à Pio V. conceſſum.

Ex quo † ſubinfertur, & optimè probatur concluſio: ſiquidem limitatio iſtius conceſſionis, nempè : *Pro neceſſitate præcisè, & uſu ſuorum Monaſteriorum*: à priori Privilegio Innocentii VIII. ſublata eſt, ubi expreſſe dicitur : *Tam ſui Monaſterii, quàm undecunque ſint*, uti inibi Suarez advertit. Qui & aliud Julii II. adducit, tenore cujus etiam ſine limitatione id conceditur. Et adjungi : *In ſcholiis Compendii Societatis*, verb. *Benedicere*, §. 2. haberi : *Tamen pro uſu hujus Poteſtatis quoad externos prudens moderatio adhibeatur*, ſcilicet, ne ſine urgenti neceſſitate fiat, & Prælatis diſtantibus, ac ſine ullorum offenſione. 322

Verùm † hoc ſpectari debere, exiſtimo quoad conceſſa in Innocent. Privilegio, minimè quoad conceſſa à Leone X. Nam in iſtis ſtandum erit limitationi inibi appoſitæ, ita ut talium benedictio præcisè fiat ad proprium uſum, niſi fortè omnia hæc in Juliano Indulto ſine ulla limitatione comprehendantur. Sed ſi de hac materia plura deſideras: Vide ſis Tamburin. *Tom. 1. de jur. Abbat diſp. 22. qu. 1. & 2.* Pellizz. *Tom. 2. tract. 8. cap. 5. num.* 108. Lezanam *Tom. 1. Regul qq. c. 18. à num. 57. uſque ad 59.* 323

Limitatio. *Et Tom 3.* verb. *Benedicere, num* 8. ubi inquit : † *Hæc facultas Prælatorum Regularium benedicendi ornamenta Eccleſiaſtica, ſeu alia, in quibus Chriſma non intervenit intelligi debet ad proprios uſus, & pro ipſorum Eccleſiis, non pro aliis. Eſto enim Privilegia aliqua quæ referunt Sorbus, & Suarez relati, conceſſa fuerint aliquibus Religionibus ſine limitatione, ea tamen omnia abrogata ſunt à Sacra Congregatione. non ſolum propter dicta ſupra de Abbatibus, ſed etiam ſpecialiter, propter declarationem ejuſdem factam anno 1632. die 13. menſ. Martii, quam retuli* verb. *Altare, num 3. & referunt Barboſ. in Collect. Bullar. & Novarin. Lucerna Regular.* verb. *Benedicere, num. 3.* 324

Poſtquam hæc ſcripſeram, & prælo commiſeram prodiit Lugduni Zachariæ Paſqualigo præclarum opus de ſacrificio novæ Legis, qui *Tomo 2. quæſt.* 803. præſentem movens quæſtionem, contrariam Lezanæ ſententiam tenet, hanc ponens aſſertionem : *Dicendum eſt, Prælatos Regulares poſſe benedicere virtute Privilegiorum paramenta & Eccleſiaſtica indumenta, etiam pro alienis Eccleſiis.* Et pro hac ſententia citat Rodriquez, *Tom. 1. quæſt. Reg. 19. art. 2.* Joan. à Cruce *lib. 1. de ſtatu Relig. cap. 5. dub. 2.* Peirin. *de Privileg. Tom. 1. ad Conſtit. 1. Julii II. §. 19. numer. 44.* & *de Prælat. Relig. quæſt. 3. cap. 8. numer. 2.* Ludouic. à S. Joanne *in ſum. quæſt. 124 de Euchar. art. 10. dub. 2. Append. 4.* Aſcanium Tamburin. *de jure Abbat. Tom. 1. diſp. 23. quæſt. 4.* Thomam Tamburin.

Digitized by Google

bnrin. *Opuſc. de ſacrific. miſſ. lib. 1. cap. 3. §. 2. num.* 7. Martin. à S. Joſeph *in Regula S. Franciſc. Tract. de Author. Prælat.* tit. de Author. Guardian. *numero* 16.

Antequam autem ſuam probat ſententiam, & contrariæ argumentis ſatisfaciat, dicit ſupponendum eſſe Privilegia conceſſa in hac materia in triplici eſſe differentia. Quædam, ait, ſunt cum expreſſa limitatione pro propriis Eccleſiis. quædam abſque ulla limitatione, & etiam abſque expreſſa extenſione ad alienas Eccleſias. Quædam verò continent expreſſam extenſionem ad ea, quæ pro alienis Eccleſiis inſerviunt.

Confirmat deinde ex *Sixti IV.* & *Innocentii VIII.* Privilegiis, ſuam aſſertionem; & ad id quod adducitur, de declaratione ſacr. Congreg. reſpondet procedere de Privilegiis ſecundi generis, in quibus indefinitè conceditur facultas benedicendi, neque limitando ad ea, quæ inſerviunt propriis Eccleſiis, neque extendendo ad ea, quæ inſerviunt alienis: nec poſſe procedere de Privilegiis, quæ in ſpecie & expreſſe concedunt poſſe benedicere pro alienis Eccleſiis; alioquin non eſſent declarationes, ſed revocationes Privilegiorum, quod non facit ſacr. Congreg. Cum enim natura declarationis ſit, quod obſcurum & dubium eſt explicare, ut probatur ex diverſis Jureconſultis, non debet perimere quod declarat cap. *Cum dilecti de accuſat.* nec mutare ſubſtantiam diſpoſitionis, ut notant Decian. *Concil. 6. num. 3. lib.* 4. Roland. *Concil.* 15. *numer.* 27. *vol.* 3. Menoch. *Concil.* 360. *numero* 15. Perimeretur autem Privilegium à ſacr. Congregatione, ſi declarationes ipſius, quoad iſta Privilegia locum haberent. Cum enim Privilegium hoc concedat, quod poſſint benedicere Eccleſiaſticas veſtes pro alienis Eccleſiis, quis dicat declarari, ſi declaratio dicat, quod non poſſint pro alienis Eccleſiis benedicere. Hæc ille. Doctrina ſanè notanda pro aliis etiam declarationibus Sacræ Congregationis, quæ in aliis quoque materiis non raro adduci ſolent.

Advertit etiam idem Author *numero* 4. ejuſdem *quæſtion.* 803. quod dictum Privilegium benedicendi Eccleſiaſticas veſtes & ornamenta, non ſolum conveniat Prælatis localibus, ſed etiam in ipſorum abſentia eorundem Vicariis, & cuilibet alteri, cui incumbat principale regimen Monaſterii; ita conceſſit Innocentius VIII. anno 1487. Congreg. S. Juſtinæ Monach. Benedictinorum, ut refertur in *Compendio Privileg. Mendicant.* verb. *Benedicere.* Unde ſi in abſentia Superiorum regimen Monaſterii devolvatur ad Seniorem, quamvis alias non habeat titulum Superioris, poterit benedicere, quia Privilegium non requirit titulum Superioritatis, ſed ſolum exercitium regiminis Monaſterii. Hæc & multa alia Lectione digniſſi-

Digitized by Google

ma ad hanc difficultatem pertinentia reperiet Lector apud D. Paſqualigum loco citato.

Conſuli etiam poterit noſter ſapientiſſimus Thomas à Jesu in *Stimulo Miſsionum*, ſeu Tractatu *de Propaganda à Religioſis per univerſum Orbem Fide* Parte 5. verb. *Benedicere* & ſeq. Annot.

ILLATIO VII.

Poſſe Sub-Priorem (Vicarium à lege) ſuam Poteſtatem delegare.

Breviarium.

325 *Sub-Prior Vicarius poteſt ſuas vices (ſi abeſſe contingat) alteri delegare.*

326 *Delegatio eſt actus juriſdictionis Ordinariæ.*

SUb-Prior † ex vi juris communis ſi tempore, quo Conventui præeſt abeſſe contigerit, aut aliquo modo impediatur, ne poſſit munus 325
ſibi commiſſum obire, poterit ſuo loco alium ſupponere, eidemque juriſdictionem, quam habet, delegare, quemadmodum poſſe Priorem, principio ſequentis ſectionis dicemus. Ratio eſt: nam verus Prælatus, & Ordinarius evadit: † Delegatio verò quidam actus eſt Ordi- 326
Delegatio ſtatus juriſdictionis Ordinariæ. nariæ juriſdictionis, ut dicit Filliucius *Tomo primo, Tractatu ſeptimo, capite octavo, numero centeſimo nonageſimo nono.* Præterea hæc juriſdictio ſuopte ingenio delegabilis eſt, uti jam vidimus *prima parte à numero centeſimo trigeſimo ſecundo,* & in ſpecie, loquens de Sub-Priore Vicario, tenet Portellus *Dub. Regul.* verb. *Prælati Poteſtas*, *in additione numero ſecundo fine* his verbis: *Tales Præſidentes poterunt in illius abſentia talem authoritatem committere.*

(***)

ILLATIO.

ILLATIO VIII.

Prioris à Conventu Monaſtico abſentis juriſdictionis exercitium, eo tempore ſuſpenſum eſſe, quando Sub-Prior à lege deputatur in Vicarium. Et quomodo hoc intelligendum ſit?

BREVIARIUM.

327 *Priores abſentes tempore abſentiæ ſuſpenſam habent juriſdictionem, ſive quoad exercitium impeditam. Et quo pacto hoc intelligendum? Per totam Quæſtionem.*

328 *Ordinaria juriſdictio dominium, & proprietatem importat.*

329 *Dominium penes duos eſſe non poteſt.*

330 *Valet argumentum de juriſdictione ad dominium.*

331 *Iuriſdictio Sub-Prioris Vicarii non cohæret juriſdictioni Prioris abſentis, neque ab eo dependet.*

332 *Vicarii Generalis juriſdictio, & Sub-Prioris Vicarii differunt.*

333 *Vna, & eadem Eccleſia inter duos Prælatos dividi nequit.*

334 *Ex eo quod Prælatus alteri committat juriſdictionem, non ſequitur eſſe duos Prælatos.*

335 *Vna juriſdictio penes plures poteſt reperiri cum ſubordinatione inter ſe.*

336 *Iuriſdictio Vicarii à lege non dependet à juriſdictione Prioris abſentis.*

337 *Iuriſdictiones Generalis, Provincialis, & Prioris Ordinem Hierarchicum habent.*

338 *Sub-Prior, dum Conventui præeſt; propriùs nominari debet* Præſes, *quam* Vicarius.

339 *Prælati infimi qui ſint?*

340 *Licitum, validumque eſt argumentum ex ethymologia ſumptum.*

341 *Ethymon plurimum conducit ad rei ipſius, de qua agitur, naturam declarandam.*

342 *Prælati immediati cur locales appellentur?*

343 *Prælati Superiores, & immediati differunt in modo gubernandi.*

344 *Illud dicitur* Locale, *quod ſub certo termino continetur.*

345 *Dictio* dum *importat conditionem.*

346 *Ratio conſtituendi Vicarium cum tota juriſdictione ob defectum immediati Prælati, qualis?*

347 *Plures Ordinarii pro eodem Officio poſſunt deputari. Et quo pacto?*

348 *Authores, qui pro hac ſententia adduci poſſunt.*

349 *Suſpenſio exercitii juriſdictionis, quo pacto intelligenda ſit?*

350 *Prior localis, qui à Conventu abfuerat, dum ad illum redit, ſuum reſumit Officium abſque novo titulo.*

351 *Explicatur textus in cap.* Volentes, *de Offic. Legati.*

352 *Si juriſdictio duplicetur, majorem effectum habet ſecunda, quam prima.*

353 *Prælatus, dum abeſt, ſuum Officium, & dignitatem retinet, & gaudet honoribus Prælati.*

334 *Prælati locales abſentes poſſunt Confeſſarium eligere.*

355 *Doctrina Patris Suarei circa hanc quæſtionem notatu digna.*

356 Prior *abſens, ſi ſecum habeat aliquem Subditorum, reſpectu illius poterit exercere quoſcunque actus juriſdictionis voluntariæ.*

357 *Iuriſdictionis verò contentioſæ non poterit, niſi* Prælatus *proprii territorii, & partes conſentiant.*

358 Prælatus *abſens à ſuo Conventu poteſt ſuæ iuriſdictionis actus obire erga ſubditos loco diſtantes, dummodo res tales ſint, ut poſſint per literas exequi. Et quo pacto hoc intelligendum?*

IGnotam prorſus mihi,& à nemine (quem noverim) præmonſtratam viam ingrediar? Verum ſi propter adducendarum momenta rationum, & doctrinæ conſequentiam dignus evadam, quem alii ſequantur, nihil intererit me nullum fuiſſe ſequutum.

Quæſtio notatu digna.

Igitur ex dictis hucuſque † inferri exiſtimo, Abbates, ſeu Priores à Mo- 327
naſticis Conventibus abſentes, tempore abſentiæ ſuſpenſam habere iuriſdictionem, ſive quoad exercitium impeditam reſpectu ſuorum ſubditorum, ideoque non valere cenſuras tunc temporis promulgare, præcepta imponere, diſpenſare, ſeu irritare vota, Monaſterii bona alienare, aut quippiam adminiſtrationis ſpiritualis, ſive temporalis obire.

Probatur. Quia tempore, quo à domibus abſunt, plena tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus adminiſtratio domus penes Sub-Priorem Vicarium relinquitur, utpote immediatum, & verum Prælatum (ut ſæpè
ſæpius inculcavimus) † cum Ordinaria iuriſdictione, ut oſtenſum eſt, quæ 328
proprietatem importat, & dominium, *l. 2. §. qui mandatam, ff. de Offic. eius,* ubi decernitur: Delegatum nullam habere proprietatem, ſive dominium Delegatæ juriſdictionis, ſed iuriſdictione uti, cuius proprietas, & dominium in Ordinario Delegante reſidet: *Proprium nihil habet* (verba ſunt Textus) *ſed eius, qui mandavit, iuriſdictione utitur*: Ergo hæc eadem iuriſdictio Ordinaria nequit æquè ſimul & ſemel, penes utrunque reſidere. Quandoquidem vul-

Dominiũ penes duos eſſe non poteſt.

garis eſt inter Jure Conſultos parœmia: *Dominium † non poſſe penes duos eſſe in* 329
ſolidum, l. ſi ut certo 5. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod. l. 3 §. ex contrario, ff. de ac-
quirend. poſſeſſ. † Et à dominio ad juriſdictionem (quicquid dicat Sbrozz *de* 330
Offic. Vicarii lib. 2. quæſt. 55. num. 28.) benè valet argumentum, *l. qui furere, ff. de ſtat. homin.* Ergo, quum certum ſit juriſdictionem Ordinariam pro regimine illius domus penes Sub-Priorem Vicarium reperiri; nequibit etiam penes abſentem Priorem eſſe.

Thom. Sanch.

Hoc argumentum adeo torſit P. Thomam Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 29. à num. 1 uſque ad 13.* (diſquirens illic de iuriſdictione Vicarii Generalis Epiſcopi, num eſſet Ordinaria, vel delegata, & adſerens Ordinariam eſſe) ut abſolutè concedere coactus ſit, verum probare, quando eadem iuriſdictio æquè principaliter apud duos eſſet. *At iuriſdictio* (ait Author *num. 13.* fin. *eſt principaliter in Epiſcopo; in Vicario verò eſt acceſſoriè, & quaſi exercitium dominii conſiſtentis in perſona Epiſcopi.* Et ut dixerat in *ſolutione ad primum*, & cum eo Marant. *de Ordin. iudic. part. 4. diſt. 5. num. 6.* (licet non citato) *iuriſdictio Ordinaria Vicarii cohæret iuriſdictioni Epiſcopi*: Atqui in noſtro caſu ècontra acci-
dit. † Nam juriſdictio Sub-Prioris Vice gerentis non cohæret, neque ali- 331
quomodo cohærere poteſt abſentis Prælati juriſdictioni, ſiquidem, nec obitu Prælati, neque depoſitione, neque illo excommunicato exſpirat, ut infra dicemus. Sed in eo reſidet, ut reſidebat penes Priorem abſentem, dum præ-

ſens

Digitized by Google

332 ſenserat, ut diximus à *num.* 16. † quod minimè de Epiſcopi Vicario verificatur, cuius iuriſdictio, quum acceſſoria ſit, & dependens ab eiuſdem Epiſcopi iuriſdictione, eo mortuo, ſive amoto, aut excommunicato, exſpirat omnino. Ideoque diximus *ſup. num.* 11. *& nu.* 303. nullam ſimilitudinem intercedere inter utrunque Vicarium: Ergo in noſtro caſu in tota ſua validitate perſtat argumentum, & ita videtur concedere loc. cit. P. Sanchez.

Ab hoc eodem argumento in terminis conati ſunt evadere Barboſ. *de Poteſt. Epiſcopi allegat.* 54. *part.* 3. *à num.* 36. & Narbona *de appellat. à Vicar. ad Epiſc. part.* 1. *num.* 92. aſſerentes cum Sbrozz. citato, non rectè formari argumentum à dominio ad juriſdictionem. Verùm vim illius attentiùs perpendentes, & reſponſionem iſtam effugium (ut verè eſt) exiſtimantes, alia via illius nodum ſolvere decreverunt: unde maximè robur eius eluceſcit. *Barboſ. Narbona.*

333 Probatur ſecundò: † Nam una, & eadem numericè Eccleſia nequit inter duos Prælatos dividi, ſed unum duntaxat habebit Sacerdotem, qui eam ſincerè, & caſtè regat, ut eſt Text. *in cap. ſicut in una* 21. *q.* 2. Et tenet Oldrad. *conſil.* 76. (aliàs in una Eccleſia duo eſſet capita, quod eſſent monſtruoſum. *cap quoniam, de Offic. Ordinar.* Staphileus *de Lit. Grat. & iuſt.* Rebuff. *de qualit. Beneficior.* verſ. *Requiritur, & tertiò.*) Atqui hoc inconveniens ſequeretur, ſi ſimul, & ſemel, eadem iuriſdictio immediata reſpectu eorundem ſubditorum eſſet apud duos ſine ulla dependentia inter ſe: ergo conceſſo (ut conceditur) hanc iuriſdictionem eſſe, & reſidere eo tempore in eodem Vicario Sub-Priore; conſequenter debet concedi pro eodem tempore (ſaltem in actu exercito) non eſſe penes abſentem Priorem. *In una Eccleſia nequeunt duo eſſe capita.*

Confirmatur ex Doctoris Angelici doctrina *opuſcul.* 19. *contra impug. Relig.* ubi diſſolvens quædam argumenta contra ſtatum Sacrorum Ordinum Franciſci & Dominici, intendentia, ſequi ex eo, quòd facultas aliis præter Parochos tribueretur ad confeſſiones audiendas, & habendas Sacras conciones, bicipitem, & monſtruoſam reddi Eccleſiam, reſpondit his verbis: † *Ex hoc quòd Papa, vel Epiſcopus audiat Confeſſiones, vel aliis audiendas committit, non ſequitur, quòd ſint plures Eccleſiæ ſponſi. Sequeretur autem ſi duo præficerentur eidem Eccleſiæ eodem gradu, ſicut duo Epiſcopi in una Diœceſi, & duo curati in una Parochia, quòd Canones prohibent:* Atqui iuriſdictio, qua Noſter Vicarius Sub-Prior gaudet, non eſt commiſſa beneficio Delegantis, ſed Ordinaria, & propria, qualis eſt ipſa Prioralis Dignitas eodem gradu, & in eodem Monaſterio, utraque procedens ab eodem fonte (lege ſcilicet) ergo juxta S. Thomæ mentem contra prohibitionem Sacrorum Canonum eſſet, ſi quandiu prædictam juriſdictionem fatemur ineſſe Sub-Priori eandem in abſente Priore eſſe fateremur. *S. Thom.*

334

335 Nec dictis derogabis, † ſi obiicias hoc locum habere, quando inter habentes eandem iuriſdictionem nulla eſt dependentia, quæ ſi intercedat, *Obiectio.*

ceſſat

ceſſat inconveniens, ut vidimus in Generali Præpoſito, Provinciali, ac Abbate, quorum quilibet eandem proportionabiliter erga ſubditos eoſdem habet juriſdictionem: quia tamen inter ſe ſe ſubordinantur, non ſequitur prædictum inconveniens, imo ex hac ſubordinatione mira prorſus venuſtas, & convenientia toti accreſcit Religioni. Nomen autem Vicarii, ſeu vice-gerentis, quo noſter Sub Prior condecoratur, natura ſua inferioritatem, & ſubordinationem importat.

Diſſolvitur. Reſpondetur enim, concedendo: non ſequi inconveniens à nobis illatum, quando iuriſdictio eo modo committitur, ſed tali modo † committi Sub Priori omnino nego, quum nullatenus dari talem ſubordinationem conſtet, ut dari conſtat inter Generalem, Provincialem, & Abbatem, eo quod Provincialis à Generali dependet: nam illius Officium minus latè patet, quam Generalis. Abbas verò, ſeu Prior Provinciale cenſetur inferior, quia intra unius Monaſterii limites illius juriſdictio obſeratur. Ut autem benè advertit Rotericus 1. *Regul. quæſt.* 17. *artic.* 7. hæc juriſdictio penes † 337
Generalem, Provincialem, & Priorem Ordine quodam Hierarchico reperitur; ita ut minores pendeant à maioribus, ideo eorum muneta differre penes ordinem ad diſtincta Monaſteria, diſtinctaque regimina. At inter Priorem, & (illius abſentia) Vicarium Sub Priorem nulla ſubordinatio, ſive in æqualitas ineſt, quia eadem iuriſdictione uterque in eodem Conventu, erga eoſdem ſubditos pollet, & eodem gradu, quum iuriſdictio Vicarii Sub-Prioris non ſit abſentis Prioris juriſdictione inferior.

Inter Priorē, & Vicarium à lege nominatū nulla eſt ſubordinatio.

Nec vocula *Vicarius*, † ſeu vice gerens quoquomodo officit: (dato 338
quòd rigoroſè ſic nuncupetur, verè enim, & proprius dici debet *Monaſterii Præſes*) quia hæc tantum quædam quæſtio de nomine ſeu logomachia eſt: nam in re non eſt, niſi verus Prælatus domus, vide *num.* 7. *cum ſeqq.* Neque aliud poteſt convinci, quia ut jam vidimus nullo modo à Priore dependet, neque eidē Sub-Priorē Præſidē lex ullatenus ſubiicit, neque ab illo (ut oſtenſum eſt) juriſdictionem accipit. Quæ omnia probè confirmat Pater Suarez

Suarez.

4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. ubi reducens Prælatorum Ordines (prout modò regulariter receptum eſt) ad tres Claſſes, nimirum infimam, Mediam, & Supremam, loquens de Prælatis ad infimam pertinentibus, inquit: *Prælati*

Prælati infimi, qui?

Infimi † in Religione ſunt illi, qui Conventuales, ſeu locales vocantur, quorum unuſ- 339
quiſque tantum uni Monaſterio præeſt, & in eo immediatam gerit prælationem, ita, ut infra ſe nullum alium Prælatum habeat. Quia tametſi aliquoties Vicarium ſibi ſubordinatum habeant, ille tamen Prælatus non eſt; quia non habet juriſdictionem propriam, & Ordinariam, aut enim nullam habent, ſed ſolum Oeconomicam adminiſtrationem, aut ſolum habent Delegatam. Et poſtea ſubiicit: *Intelligitur de Vicario non ſolum nomine, ſed etiam re; nam ut Sylv. notat,* verb. *Prælatus. Si mortuo Abbate,*

Digitized by Google

bate, vel priore Vicarius ſubſtituatur cum ſufficienti authoritate, ille pro tunc prælatus cenſendus eſt.

Unde colligitur, quod ſi Prior taliter infimus Prælatus dicitur, *ut infra ſe nullum alium prælatum habeat.* (Nam quando Sub Priorem, tanquam ſui Vicarium habet, hoc eſt, à ſe nominatum, ſive cum ſola adminiſtratione Oeconomica, ſeu Clauſtrali, quæ ratione muneris præciſè Sub-Prioralis illi convenit, tunc minimè Prælatus eſt) rectiſſimè ſequitur, quod quoties illius abſentia à lege nuncupatur Sub-Prior Vicarius (& proinde Prælatus verus cum Ordinaria juriſdictione evadit, non minus, ac ſi Prior abſens vita, ſive Officio functus eſſet) nullo modo Priori ſubjicitur: ſecus non eſſet PRIOR PRÆLATUS INFIMUS, quandoquidem ſe inferiorem haberet alium Prælatum.

Tertiò probatur ex text. in *cap. volentes, de Offic. Legat.* cujus ponderationem opportuniori loco reſervamus.

Quartò & ultimò probatur ab hujus nominis *prælatus Localis* ethymologia (ex quo † bene ſumitur argumentum, licitumque & validum in jure reputatur, ut conſtat per text. *in l. 2. §. Appellata, ff. ſi cert. pet. l. 1. ff. de Furt.* & pluribus probat Barboſa *de Axiomat. juris, lit. A. num. 152.* Qui addit: † Multum ad rei ipſius, de qua agitur naturam, & eſſentiam declarandam conducere ſolere. Cui accinit Sayrus *de Sacrament. in gen. cap. 1. lib. 1. num. 1.*) Quia † Prælati locales tales dicuntur, ut differant à Provincialibus, & Generalibus. Quod non poteſt intelligi, quia juriſdictio illorum loca domus, ſive Monaſterii, quibus præficiuntur, comprehendat, quandoquidem hoc ſenſu etiam Provincialis, cujus juriſdictio ad ſuæ Provinciæ loca præciſè limitatur; ſimiliter Prælatus localis diceretur: Ergo ideo Prælati *Locales* dicuntur, ut differentia inter illos & Provincialem, Generalemve percipiatur. † Quippe Generalis & Provincialis undecunque ſuarum Dignitatum munera poſſunt obire, & inde ſubditis quælibet præcepta imponere: Prior verò Localis, non niſi ex loco, ubi eſt allegata ejus juriſdictio. † Quo ſenſu vox iſta *Localis* communiter recepta eſt, ut puta in Nobilitatibus, ſeu Ingenuitatibus (vulgo Hidalguias) & cæteris Privilegiis, quæ ad unum aliquem locum reſtringuntur. Quo videtur Ancharranus reſpexiſſe, explicans naturam Prælatorum Localium in *Clem. 2. de Reſcript. n. 9.* dum diceret: *Quia prior Conventualis, dum eſt in loco, eſt principale caput Monaſterii.* Ubi ponderanda ſunt verba illa DUM EST IN LOCO: quaſi dici non debeat extra locum principale caput Monaſterii. Nam dictio † *Dum* importat conditionem. Cardin. Tuſc. *practic. Tom. 2. lit. D. concl. 583. num 16.* Vulpell. *de præpoſit. ſignif ſub hac dictione, pag. 26.* Ratio diſparitatis haud difficulter adſignari poteſt. Quia Provincialis Officium amplius eſt, & circa univerſaliora: † Prioris vero immediati reſtrictius, & ad immediatiſſimas deputatum actiones: quæ eminùs

340 341 342 343 344 345 346

Ab ethymologia bene ſumitur argumentum.

Localis quid ſignificet?

non modò rectè exerceri, verùm neque diſtingui, ſive diſcerni nequeunt. Ideo rectè D. Alvinus *de Poteſt. Epiſcopi, cap. 2. num. 10. prope fin. Quum Prælatus à Cœnobio abeſt, ut commodè munus ſuum per ſe ipſum præſtare non poſsit, tam contentioſi fori, quàm ſecreti illicò præpoſito comparatur authoritas.* Quare lex præcavens gravibus (quæ defectu talium Prælatorum Conventibus Religioſis imminebant) damnis, providit, ut eorum loco Vicarii ſubſtituantur, in quos tota domus cura recumbat, & eadem juriſdictione, & Poteſtate gaudeant, quibus tunc temporis priores potiri, aut omnino non poſſunt, aut commodè non permittuntur.

Hanc ſententiam præter S. Thom. Sanctium, Suarezum, & Anchart. citatos, etiam videtur propugnare Gloſſa in *d. cap. Volentes*, quæ ait: *Quando æqualis eſt juriſdictio, Secunda derogat primæ.* Huc etiam ſpectat, quod docet P. Suarez 2. *de Relig. lib. 6. c. 6. num. 6.* ſcilicet non eſſe inconveniens, unum ſubjici duobus Superioribus ſubordinatis: *Hoc enim modo* (inquit) *non eſt inconveniens, hanc poteſtatem eſſe in duobus, ſicut reſpectu Religioſi eſt in Rectore, & provinciale*: Ergo juxta iſtius Authoris mentem inconveniens erit, ut hæc poteſtas, quum ſit eadem, penes duos reperiretur, quos inter nulla eſſet ſubordinatio.

Gloſſ. *Suarez.*

Dices: Poſſunt † plures Ordinarii pro eodem Officio deputari, & 347
ad quemlibet eadem juriſdictio in ſolidum pertinere, ut docet Abbas *in d. c. Volentes, n. 3.* Boër. *deciſ.* 347. Attamen hoc locum habet, quando plures ſimul nominantur, ut idem Officium facilius obeant, poſſintque commodius Reipublicæ conſulere, ut Abbas inibi. Secus, quando aliquis in alterius ſufficitur locum, ſive defectu illius, ſive abſentia, ſine tamen inter utrunque aliqua dependentia, ſubordinatione ve, ut contingit in caſu noſtro. Cui rationi maximè favet Ant. Naldi doctrina, verb. *Superior. n. 11.* dicentis: *Superiores ſi fuerint duo in uno regimine, & diſcordent in eo gerendo, debent illud gubernare alternis annis, vel vicibus.* Et certè quæ confuſionis, aut turbationis & perplexitatis major inter ſubditos occaſio excogitari poſſet, quam à duplici capite in ſubordinato gubernari, quorum quodlibet alterius juſſa poſſet, imò vellet invalidare: & ſic totum regimen, & gubernium prorſus in deſtructionem degeneraret.

In hanc corroborandam ſententiam omnes ferè ſingularis notæ Doctores, veluti conſpiraſſe credes, † ſi illorum in hac materia dicta æqua 348
judicii lance perpenderis. Azor. 1. *p. Inſtit. Mor. lib. 11. c. 18. q. 13.* Et Sayr. *Clari Reg. lib. 6. c. 10. n. 16.* agentes de poteſtate, quæ Vicario ineſt ad ſubditorum vota irritanda, aiunt: *Ea poſſe irritare, quæ Superiores poſſent ſi adeſſent.* Lezana *Tom. 2. Regul. qq. c. 13. n. 41.* id totidem verbis repetiit: Ergo ſupponunt prælatos abſentes non poſſe, *quamdiu abſunt.* Et ibidem ipſe Lezana rationem reddens urgentis neceſſitatis ſubrogandi Vicarium loco abſentis,

Azor. *Lezana.*

ſive

Digitized by Google

ſive deficientis Prælati, ſubdidit; *Non enim pro illo tempore Monaſteria ſine capite ſunt.* Et Tambur. *de jur. Abbat. To.* 2. *diſp.* 13. *quæſit.* 11. *n.* 3. Eòdem reſpiciens ait: *Abbate ſuſpenſo, devolvitur poteſtas ad priorem Clauſtralem, vel ad Vicarium Monaſterii, quia Monaſterium nunquam dicitur deſtitutum aliquo Superiore, qui in Monachos Ordinariam juriſdictionem exerceat.* Ergo prælatus abſens, *quandiu abſens eſt*, non eſt caput, neque Superior Monaſterii, aliàs horum Doctorum rationes frigidæ, & nugatoriæ forent, falſoque niterentur fundamento. Accedunt Dian. 3. *p. de Dubiis Regular. reſ.* 28. Peyrin. *volum.* 2. *de Privil. Regul. Conſt.* 4. *Sixti IV.* §. 9. *n.* 26. Tambur. *de jur. Abb. Tom.* 2. *diſp.* 13. *q.* 8. *n.* 2. affirmantes: *Quòd Sub-Prior in abſentia prioris eſt* SOLUS, & ABSOLUTUS *Superior Monaſterii.* Et Pellizz *Tom.* 2. *tract.* 8. *c.* 2. *n.* 50. adſerens: *Sufficere unius diei abſentiam, ut Vicarius evadat* ABSOLUTUS *Superior Monaſterii.* Si autem abſens prior eandem iuriſdictionem, & poteſtatem, quanquam abſens ſit, in actu exercito poſſidet, non minus ac ſi adeſſet; quo pacto dicitur Subprior SOLUS *Superior Monaſterii*, ſi verò *non* SOLUS, quomodo ABSOLUTUS?

Tamburin. Diana. Peyrinus. Tambur.

Non diſſonat Emmanuel *To.* 1. *Regul. q.* 19. *art.* 2. qui loquens de poteſtate abſolvendi à cenſuris, & reſervatis, dixit: *Quarum abſolutiones ipſis Vicariis in abſentia priorum, ſicut habent ipſi priores præſentes, committuntur.* preme illa verba: *Sicut habent ipſi priores præſentes*, quaſi *Abſentes non habeant.* Et rationem adſignat Sayrus *ubi ſup.* his verbis: *Quum illo tempore poteſtas regiminis penes priores Clauſtrales remaneat.* Ergo ſi remaneret penes Vicarium, non comitatur abeuntem priorem. Eadem phraſi uſus eſt Rodriq. 3. *Reg. q* 76. *art.* 1. referens declarationem cuiuſdam Capituli Generalis ſuæ Religionis, in qua dicitur authoritatem Guardianis à provinciali conceſſam *remanere ſemper penes Vicarios, ipſis Guardianis ſuum Conventum exeuntibus.* Neque alienus ab eadem ſententia videtur Suarez infra citandus.

Eman. Sayrus.

349 Dixi: † ABSENTES PRÆLATOS, QUANDIU ABSUNT, IURISDICTIONEM HABERE SUSPENSAM. Verùm non ideo intelligendum eſt de ſuſpenſione rigoroſa, quæ rationem Eccleſiaſticæ cenſuræ induit, cuius violatione regularitas incurritur. quippe negare non oportet, quòd adhuc abſentes prælati apud ſe habitualem iuriſdictionē, Officium ac Dignitatem retineant.

Explicatur.

Neque inauditum exiſtimes (ſtudioſe Lector) huiuſce genus ſuſpenſionis: ſiquidem eodem termino utitur in ſimili Tho. Sanch. qui *lib.* 3. *de Matr. diſp.* 19. *n.* 8. tractans de iudice extra territorium degenti, tenet, tunc temporis ſuſpenſam habere iuriſdictionem contentioſam, quoad exercitiū actuale, ſive in actu exercito, licet ibi in habitu iuriſdictionem habeat: *Unde fit* (ſubiungit) *quòd ſi judex proprii territorii intra quod tunc temporis aſſiſtit, facultatem faciat, poterit ibi ſuæ juriſdictionis actus obire.* Et etiam portell. *Dub. Reg.* verb. *provincialis, in addit. princ.* inſinuat, quòd in aliquibus Religionibus, & præcipuè

Digitized by Google

in ſua, quamdiu durat Syndicatus Provincialis (qui propè ceſſationem ſui muneris fieri conſuevit) tandiu totum Provinciæ regimen in Viſitatorem refunditur: & Provincialis pro eo tempore à regimine externo Ordinario ſuſpenditur, ſeu ceſſat, ſuſpenſa ſcilicet juriſdictione circa quodcunque poſſit Viſitationis, ſeu Syndicatus effectus impedire. Hanc autem ſuſpenſionem explicat inibi *n.* 2. non intelligi rigoroſè, quatenus cenſuram Eccleſiaſticam præſefert: nam adhuc eo tempore retinet ſigillum Officii. Unde fit (ſubdit ille *n.* 2.) poſſe omnia illa exercere, quæ Viſitatori minimè conceduntur: *quia* (ſunt illius verba) *eo ipſo, quod Viſitatori denegantur, videntur illi eſſe conceſſa.* Et fortè propriùs, & formalius diceret: *Non videntur illi eſſe adempta.*

Ratio. Ratio verò noſtra eſt; quia tantum lex voluit prædictis occaſionibus Monaſterio de Prælato providere, cui quidem adminiſtratio illius tam circa ſpiritualia, quàm temporalia committeretur tempore, quo Prior abeſt, ut loco illius exequi valeat, quæ ille abſentia impeditus haudquaquam poteſt.

Cap. Volentes, de Offi. Legat. † Ideo Prælatus in Monaſterium rediens ſuum reſumit Officium abſque 350
novo titulo. † Quod pulchrè colligitur ex text. in *d. c. Volentes, de Off. Leg.* & 351
inibi docet Panorm. *n.* 3. qui affirmat eſſe plurium ſententiam; eamque non debilibus rationibus corroborat Boër. citat. *deciſ.* 347. Quia in prædicto Text. dicitur: *Per creationem ſecundi Legati non revocatur primus.* Hoc eſt, per adventum Legati à Latere in provinciam non deſinit authoritas Legati Nati. Sic tenent Speculat. *tit. de Offic. Legati*, §. *Finitus.* Dominic. & Franc. *in c. Licet, de Offic. Ordin. in 6.* Gambar. *de Offic. Legat. lib.* 9. *n.* 15. Azor. 2. *p. Inſt. Mor. lib.* 5. *c.* 33. *q.* 11. Suſpenditur autem primi juriſdictio, ſecundo ſuperveniente ibi: *Exequutionem ipſius Officii, quamdiu Legatus ipſe fuerit, omninò dimittas*, & ibi Gloſ. verb. *de Latere*: *Et interim* (ait) *ſuſpenſum eſt Officium ejus; eo verò recedente, reſumit illud.* Et *notab.* 2. ſic advertit: † *Nota, quòd licet dupliciter* 352
juriſdictio, tamen majorem effectum habet ſecunda, quàm prima.

Notabile 1. Hinc duo notatu digniſſima ſequuntur. *Primum*: † Priorem abſentem 353
ſuum Officium, & Dignitatem retinere; ideoque ubiubi fuerit, præeminentiis, & honoribus gaudere, quæ ipſi, ut tali Priori conveniunt. Quare poterunt illi committi Apoſtolica reſcripta juxta *Clem.* 2. *de Reſcript.* & diximus à *n.* 276. Item poterit in Judicem Conſervatorem eligi, ut *ſup. à n.* 304. Corporalia, & Ornamenta, ſeu veſtimenta Eccleſiaſtica benedicere, ut *ſup. à num.* 314. & denique omnia facere, quæcunque ratione alicujus privilegii ad ſuum Officium & Dignitatem ſpectant, ut puta ſibi Confeſſarium eligere, juxta text. in *cap. fin. de Pœnit. & Remiſſ. &c.* Ratio horum eſt, quia licet abſit, nihilominus Prælatus manet, ut docuit Suarez 3. *p. Tom.* 4. *diſp.* 27. *ſect.* 2. *num.* 8 *fin.* † loquens de eadem poteſtate confeſſarium deligendi, ubi diſ- 354
quirit quanto tempore gaudeant locales Prælati tali conceſſione: & reſolvit illa gaudere, quandiu Officium tenent prælationis. † Et è veſtigio 355
ſubdit:

ſubdit: *Unde; ſi deſinunt eſſe Prælati, jam non gaudent illa, ſecus verò, ſi tantum loco diſtant à ſuo territorio, quia nihilominus Prælati manent, & ideò prælatorum facultate uti poſſunt.* Quæ verba non leviter dicta confirmant. Nam quænam (rogo) ratio dubitandi poſſet in dubium vertere: Num Prælati abſentes gaudeant indulto d. capitis fin. niſi, quia, *eo ipſo quod abſentes*, ſuſpenſam habebant Juriſdictionem, quoad uſum, & exercitium illius, ut nos contendimus? Cui dubitationi occurrit Suareus, reſpondens: Quòd licet verum ſit, talem juriſdictionem ſuſpenſam eſſe, penes illius uſum, NIHILOMINUS PRÆLATI MANENT.

356 *Secundum*. Quod ſi Prior † in alium Conventum tranſmigret, & ſecum aliquem ſibi Subditorum ducat: reſpectu illius poterit exercere quæcunque juriſdictionis voluntariæ cenſentur, puta illum abſolvere à reſervatis, cum illo ſuper irregularitatibus diſpenſare extra vel intra Sacramentalem confeſſionem, ejus vota irritare. Ratio eſt: Nam iſte eſt verus ſubditus ejus, ac proinde reſpectu ejuſdem habet juriſdictionem, non modo in habitu, ſed etiam in actu. *Secundum Notabile.*

Neque obeſt, quod ſupra diximus *n.* 342. nempe: Juriſdictionem talis Prioris alligatam eſſe terminis loci ſui Monaſterii; ideoque *localem* nominari. *Objectio.* Nam etiam *inibi* ſufficienter innuimus, hoc provenire ex immediato regimine ad illum pertinente, quod neceſſariò exigebat immediatam, & propriiſſimam agnitionem, & conſuetudinem, ſeu familiaritatem cum Subditis, & occurrentium caſuum intelligentiam. Et ideò, quum omnia hæc reſpectu præſentis Subditi reperiantur, ceſſat ratio ſuſpendendæ juriſdictionis quo ad actus prædictos. *Diluitur.*

357 Attamen † ſi talis Subditus ibi delinqueret, non poterit de delicto judicialiter cognoſcere, inquirere, aut ſententiam proferre, quum hæc contentioſæ juriſdictionis cenſeantur, quam extra ſuum Conventuum in alieno territorio exercere non poteſt; niſi Ordinarius ejuſdem territorii, & Partes præbeant adſenſum, ut dicebamus 1. *part. n.* 86. Quia prædictæ actiones ad Prælatum ejuſdem loci propriè pertinent. Quamobrem, ſi inde fugæ reus ſeſe committeret, tenerentur illum caſtigandum reſtituere, ut in ſimili docet Portellus, verb. *prælati poteſtas, in addit. n.* 10. Et quod *n.* 12. docet, loquens de Juriſdictione voluntaria, † nimirum: poſſe illam exercere Prælatum erga ſuos Subditos, tametſi ab eodem Prælato, loco diſtantes, dummodo res ejus ſint conditionis, ut licitè queant datis literis exequi: intelligi debet in caſu, quo non remanſiſſet Vicarius deſignatus à lege cum eadem juriſdictione Ordinaria, ac ille ipſe habebat, ut ex dictis elucet. Ideoque id facere poterit, ut Portellus fatetur, quando Vicarius ab eodem Priore nuncupatus fuerit, nam eo caſu ſola juriſdictione Delegata potitur, nec una impeditur per alteram. In noſtra tamen Sacra Religione ex alio principio certum omnino eſt Priorem *De Subdito extra territorii degenti.*

358

 abſen-

Digitized by Google

abſentem tam habitualem, quam actualem juriſdictionem penes ſe retinere, ac ſi eſſet præſens, ut 4. *part.* videbimus.

ILLATIO IX.

Sub-Priorem (à lege Vicarium) non ſubdi abſenti Priori, neque inferiorem illius, ſed æqualem cenſeri.

Breviarium.

359 *Sub-Prior à lege Vicarius conſtitutus non eſt Subditus abſentis Prioris, neque inferior illo, ſed æqualis cenſetur.*

360 *Sub-Prior Vicarius non adſtringitur cenſuris, ſive præceptis impoſitis à Prælato abſenti.*

361 *Poteſtas Prælati abſentis, & Vicarii à lege in ejus locum ſuffecti æqualis eſt abſque ulla ſubordinatione.*

362 *Par in Parem non habet imperium.*

363 *Doctores, qui pro hac ſententia militant, adducuntur & ponderantur.*

364 *Duo tempora in Sub-Prioribus conſiderari poſſunt, alterum, quando Conventui non præſunt, ſed ſub cura Prælatorum ſunt; alterum, quando vice funguntur Prælatorum.*

365 *Poteſt Sub-Prior à lege Vicarius abſolvere ſibi Subditum à cenſura impoſita ab abſente Priore.*

366 *Idem, quod dicitur de Iuriſdictione Sub-Prioris Vicarii mortuo, vel amoto Priore, dici debet in caſu abſentiæ.*

367 *Alia, quæ ex prædicta doctrina inferri poſſunt.*

368 *In noſtra Sacra Religione aliter hæc ſe habent.*

369 *Sub-Prior Vicarius non poteſt puniri, circa ea, quæ ut talis Vicarius commiſit.*

370 *Vicarius Generalis Epiſcopi puniri non valet in his, quæ deliquit circa Officium, vel juriſdictionem.*

371 *Secus tamen de his, quæ tanquam Privatus deliquerit.*

VErum quicquid de Illatione antecedenti ſit, quod tamen valdè probabiliter ex principiis ſequitur ſupra poſitis, eſt; † *Sub-Priorem à lege Vi-* 359
carium, & Poteſtate, & Prælati Iuriſdictione fulgentem non ſubdi abſenti Prælato, neque ullatenus debere dici Subditum illius. Quare in talem Sub-Priorem Vicarium nequibit juriſdictionales actus exercere, † præcepta imponere, ferre cen- 360
Ratio. ſuras, aut quippiam juriſdictionis, Superioritatiſve exequi. Ratio eſt: Nam juriſdictio, & poteſtas nullo titulo abſenti Prælato conveniunt, niſi immediati regiminis totius Domus, ſeu Monaſtici Conventus: Quod quidem regimen Sub-Priori Vicario in tali caſu incumbit. Neque inter utranque hanc poteſtatem, † inæqualitatem reperies, quum utraque ejuſdem cauſæ ergo, 361
conveniat utrique. Ideò nulla inter eos ſubordinatio reperitur; quia ambo ab eadem origine derivantur, nempe ab eadem lege. Quamobrem (ut viſum eſt illatione præcedenti) pari erga Subditos poteſtate pollent. † Par 362
autem in Parem non habet imperium, text. in *l. Magiſtratus, ff. de Arbitr. cap.* Inno-

Innotuit, de electione, & pluribus ſup. adductis. Quibus addito Thom. Sanch. *de Matr. lib. 9. diſp. 32. num. 6.* Azorium *Inſt. Moral. 1. p. lib. 12. c. 20. q. 14.*

363 Colligiturque † ex communi modo loquendi Doctorum ſuper hac re. Quia Azorius *1. p. lib. 7. cap. 18. q. 6.* diſquirens; quiſnam poſſit cum Religioſis diſpenſare ſuper obligatione jejunii, ait: Poſſe quotquot Epiſcopalem in Religioſos ſibi Subditos poteſtatem nanciſcuntur: non autem quicunque ſub alterius poteſtate, & regimine militant, videlicet Sub-Priores: *Illi verò, qui ex vi ſtatuti, Conſtitutionis, aut Superioris diſpoſitione abſentium Præpoſitorum vice funguntur, prorſus poteſtatem prædictam* (ait Author) *habebunt.* Ergo, negando Sub-Prioribus hanc poteſtatem, quando Prioribus ſubjiciuntur, & eandem illis poſtmodum concedendo, quando abſentium Prælatorum vice funguntur; ſentit hic Doctor, non remanere tales Sub-Priores Vicarios, ullo modo Subditos Prioribus, quamdiu à Monaſterio abſunt. Sed luculentius id innuit Thom. Sanchez, *lib. 4. cap. 39. num. 6. in Decalog.* ubi tenet: *Poteſtatem diſpenſandi ſuper votis competere ſecundariis Prælatis, quando Prælatorum vice plenè funguntur, habentes plenam Conventus curam.* Et addit cum Azorio. *Secus verò de iis ſecundariis Prælatis, quando non his vicibus funguntur, ſed ſub cura Prælatorum ſunt.* † Quibus verbis in Sub-Prioribus Vicariis duo tempora attendit. Alterum, *quando Conventui non præſunt*, ſed ſub cura Prælatorum ſunt. Alterum, *quando plenè vice funguntur Prælatorum, habentes plenam Conventus curam.* Et *cap. 24.* ſubjungit: *Tales Vicarios, eandem poteſtatem habere, ac abſentes Prælati.* Ergo erunt omnino æquales, nec unius imperium in alterum robur, & vigorem habebit. Idque ex aliis pluribus Authoribus colligitur citatis ſupra, qui etiam has duas temporis differentias ſecernunt, agentes de Delegatione Apoſtolica.

Azor.

Sanchez.

364

365 Ex dictis hac Illatione aliquot ſubillatiunculæ conſequuntur. † *Prima eſt*: Poſſe Sub-Priorem Vicarium abſolvere ſibi Subditum à cenſura impoſita ab abſente Priore. Sic in ſpecie tenet Tamburin. *Tom 2. de Iur. Abbat. diſp. 13. quæſit. 11. num. 3. Mortuo, vel amoto Abbate, vel Prælato Regulari* (inquirit) *poteſt ne Monachus, vel Subditus Regularis cenſura aliqua ligatus abſolvi à Priore Clauſtrali, vel Vicario ejuſdem Monaſterii? Reſpondeo poſſe; quia Sede vacante Prior ille Clauſtralis vicem Abbatis gerit, & ſub illius cura Monaſterium gubernatur, ut habetur in cap. 1. Ne Sede vac. fin.* Et quamvis hic loquatur, de Sedis vacatione, quando ſcilicet Prior Conventualis, ſive vita deceſſit, ſive ceſſit Officio: etiam non minus illius ratio pro noſtro caſu urget (ſcilicet abſente Priore.) *Quia Sede vacante* (inquit) *Prior ille Clauſtralis vicem Abbatis gerit.* † Quare meritò Llamas *1. p. Meth. cap. 5. § 14.* in eos invehitur, qui diſtinguunt inter Vicarium pro morte, ſeu ceſſatione Officii ſubrogatum, & inter eundem conſtitutum pro ejus abſentia. *Dicimus* (inquit) *quòd tales ſuccedunt Prælatis Ordinariis Monaſteriorum, non ſolum, ut vult Sylveſter, mortuo, vel amoto Prælato principali; ſed etiam*

Subillatio prima.

Tambur.

366

Llamas.

abſenti

abſenti illo pro tempore abſentia, quum non ſit major ratio de uno, quam de alio. Imò Tamburinus ipſe, *diſp.1.quæſit.4.num.6.* diſertis verbis ait: *Abſente, mortuo, vel amoto Abbate, ſive Prælato Conventuali Prior Clauſtralis, ſeu Vicarius cenſebitur Ordinarius Iudex, & Prælatus Monachorum illius Conventus, ac Ordinarius, Iuriſdictionem ex vi ſui muneris in tali caſu obtinens.*

Secunda. *Secunda*: † Quid ſentiendum ſit de præceptis impoſitis ab abſente Prælato: Poſſit ne eadem ſuſtollere, ſive derogare, an non? Cujus reſponſio facile colligitur ex doctrina tradita, quemadmodum, & alia plurima, quæ ſimiliter eo tempore occurrere poſſent, illiſque Judicium hærere, quæ ideò libenter miſſa facio. † Quid tamen juxta Sacræ noſtræ Religionis ſtatuta dicendum ſit, opportuniori loco reſervo. 367 368

Tertia. *Tertia*: Non poſſe † Sub-Priorem Vicarium à Prælato redeunte, puniri circa ea, quæ ut talis Vicarius commiſerit. Quod à fortiori probatur: nam neque † Epiſcopus valet ſuum Vicarium punire, in iis, quæ deliquit circa Officium, vel Juriſdictionem, ut docet Gloſſ. *cap.1.*verb. *Rationabili, de Offic.Vicarii in 6.* Innoc. & Archi-Diac. *cap.Romana*, *§.fin.de For.Compet.eod.* Quoad juriſdictionem enim, & ea, quæ poteſt ratione Officii obire, non dicitur Subditus Epiſcopo, nec minor illo. Beroius *conſil.22.n.13.volum.1.* † Secus tamen dicendum de iis, quæ tanquam privatus deliquerit: nam in illis à Priore caſtigari poteſt, ratione delicti commiſſi, ac puniri, ſicut quilibet alius Monaſterii. Sic Sbrozz. *de Vicar.Epiſcop.lib.3.q.57.n.8, & 9.* 369 370 371

ILLATIO X.

Sub-Priorem (Vicarium à lege) pro abſente ſuffectum non poſſe amoveri ad ejuſdem Prioris nutum.

BREVIARIUM.

372 Sub-Prior Vicarius à lege non poteſt amoveri à Priore.
373 Tamburinus notatur.

VIdimus præcedenti Illatione Sub-Priorem Vicarium à lege non eſſe Priori abſenti Subditum. Unde optimè † infertur; non poſſe ab eodem Priore amoveri à ſuo Vicariatu. Probatur: Nam ut Vices gerens, neque à Priore ſufficitur, neque ab illo ullatenus pendet. Deinde: Quia Priori integrum non eſt, alium Vicarium deputare in ejuſdem abſentia: ergo neque ſemel deputatum amovere. Huic ſententiæ expreſſè ſubſcripſit Aſcanius Tamburin. *Tom.3.de Iur.Abbat.diſp.2.quæſit.4.n.2.* hiſce verbis: *Si Priores à Capitulo eſſent adſignati, & iis injunctum, ut in Abbatis abſentia Vicariam exerceant, certè tunc ipſi Abbatis abſentis Vicarii cenſerentur. Nec liceret Abbati, alium Vicarium deputare,* 372

putare, ut elicitur ex Gloſſa in l. ſolet. ff. de Offic. Pro-Conſ. ubi habetur: *Non licere Pro-Regi, Officialem à Principe Superiore electum amovere.* Hæc Tamburinus.

373 Et benè quidem, † ſi à limitatione illa: Si Priores a Capitulo essent assignati, abſtinuiſſet. Nam, ut ſupra *n.* 13. oſtenſum eſt in Vicario Sub-Priore tantum attendi debet, à quo in Vicarium deputatus ſit, non verò, à quo nominatus in Sub-Priorem. Ideo contentus debebat eſſe Tamburinus dixiſſe: *Si Prioribus à Capitulo injunctum ſit, ut in Abbatis abſentia Vicariam exerceant*, propter adſignatam rationem. *Tamburinus notatur.*

Similiter *Tom.* 2. *diſp.* 1. *quæſit.* 4. *num.* 6. *cit.* ſuperfluè ſubjunxit (quum adſeruiſſet Priorem Clauſtralem, ſeu Vicarium cenſeri Ordinarium Judicem, ut vidimus:) *Quod præcipuè verum eſt, quando idem Prior non ab Abbate tantum, ſed vel ab eo ſimul cum Conventu vel à Capitulo Generali creatur.* Etiam propter rationem adſignatam.

ILLATIO XI.

Sub-Priorem (à lege Vicarium) morte, ſeu amotione Prioris non cedere Vicariatu.

Breviarium.

374 *Sub-Prioris à lege Vicarii juriſdictio non extinguitur extincta juriſdictione Prioris, quomodolibet extinguatur.*

375 *Juriſdictio Vicarii Generalis eſt acceſſoria juriſdictioni Epiſcopi.*

376 *Juriſdictio Sub-Prioris à lege Vicarii nullatenus acceſſoria eſt ad Prioris juriſdictionem.*

377 *Vicarius Epiſcopi, & Sub-Prior Vicarius diſcriminantur inter ſe.*

378 *Navarri, Roderici, & Valerii ratio examinatur.*

379 *Et vera adſignatur.*

374 Amoveatur principalis Prælatus, † ſeu excommunicetur ſuſpendaturve, ſive alio accidenti à Priorali gradu detrudatur, ſive denique ultimum diem obeat; non tamen ideò Sub-Prior in Vicarium à lege ſuffectus privatur juriſdictione, & poteſtate, quæ illi, ut tali, competunt. Quandoquidem juriſdictio, & poteſtas hæ ordinariæ ſunt. Juriſdictio verò Ordinaria adeò altè radicata in perſona eſt, oſſibuſque illius adhæret, ut neque concedentis morte moriatur.

Nec iſtam Illationem infringit, quòd de Generali Epiſcopi Vicario ante aſſeruimus, nempe illius Juriſdictionem Ordinariam eſſe, utpotè à Canone procedentem; & nihilominus morte Epiſcopi, ſeu finitione ejus juriſdictionis finiri. *Objectio.*

Reſpondetur enim; id peculiare eſſe in Generali Vicario Epiſcopi; quia Epiſcopi juriſdictio, & Vicarii una indiviſibilis reputatur, tanquam ſi *Diluitur.*

Digitized by Google

uni præcisè ineſſet. Unde utriuſque idem Tribunal dicitur ; & ut benè Th. Sanchez, *lib.3.diſp.29.num.13.de Matrim.* † Juriſdictio Vicario cohæret, tan- 375
quam acceſſoria ad Epiſcopi Juriſdictionem, & ſic extincta principali extinguitur acceſſoria, velut accidens corrupto ſubjecto. † Juriſdictio verò, 376
quæ Sub-Priori à lege Vicario competit : nullatenus acceſſoria eſt ad Prioris Juriſdictionem. Text. in *Clem. Ne in agro. § ſi quis*, verbo, *Abbate, de Stat. Monachor.* ubi communiter Scribb. ibi : *Abbate autem, vel Priore à Collatione Beneficiorum ſuſpenſo ad Priorem Clauſtralem Collatio devolvatur.* Ergo Sub-Prioris Vicarii Juriſdictio durat, quovis modo ceſſet Juriſdictio Prioralis.

Vicarius Epiſcopi, & Vicarius Religioſus à lege differunt.

Unde elicitur ; † maximè inter ſe diſcriminari Vicarium Epiſcopi, & 377
noſtrum ; ut tenent expreſſè Navarr. *lib.1.de Elect. conſil.12.nu.2. & comment.3. Regular.num.22.* verſic. *Ad prim*, Rodriq. 3 *Regular quæſt.*38. Molin. *tractat. 5. de Iuſt. diſp.*10.*num.fin.* † Sed hic non placet ratio differentiæ aſſignata à Navar- 378
ro, & Roderico, quibus ſe Valerius adjunxit, *Differ. inter utrumque For.* verb. *Iuriſdictio, diff* 3 aſſerentibus Iuriſdictionem Vicarii Generalis Epiſcopi, ideò mortuo Epiſcopo evaneſcere, quia *à ſolo eo recipit Iuriſdictionem !* non autem Prioris Clauſtralis, quia *non à Prælato*, *ſed à jure Iuriſdictionem accipit.* Quippe falluntur, quum utraque juriſdictio à lege profluat, aliàs Vicarius Generalis Epiſcopi non Ordinaria poteſtate inſigniretur.

Vera Ratio.

Quamobrem † genuina ratio in eo ſita eſt, quod jam diximus, ſcilicet ; 379
Iuriſdictionem Vicarii (tametſi Ordinariam) dependere ab Epiſcopali Iuriſdictione ; illique acceſſoriè ſuperadjungi : Verum Sub-Prioris Vicegerentis Iuriſdictionem, non modo eſſe Ordinariam, ſed undequaque independentem à Priorali Iuriſdictione, ut colligitur ex Mol. *d.num.fin.* Quare, ut proximè diximus, Sub-Prior à Priore à Vicariatu amoveri non poteſt.

ILLATIO ULTIMA.

Quamdiu abeſſe debeat Prior à Monaſtico Conventu, ut Sub-Prior Vicarius à lege deputatus Ordinaria potiatur Iuriſdictione, cæteriſque talem Vicarium concernentibus.

Breviarium.

380 *Qualis abſentia Prioris requiratur, ut Sub-Prior gaudeat prædicta juriſdictione, diſquiritur.*

381 *Non placet Peregrini ſententia, dicentis requiri abeſſe Priorem non ſolum à domo, ſed etiam à Civitate.*

382 *Nec Lezanæ adſerentis ſufficere, ut Prior extra Conventum, vel Oppidum exiſtat.*

383 *Nec Dianæ tenentis ſufficere, ut Prior eodem die non reverſus ſit.*

384 *Non dicitur abeſſe, qui brevi eſt reverſurus.*

385 *Verior ſententia, requirit tempus viginti*

gintiquatuor horarum, niſi aliud in aliqua Religione receptum ſit.

386 *Pellizzarii ſententia explicatur, de Vicario à Priore ſuffecto.*

387 *Limitatur prædicta ſententia in poteſtate ad reſervandos caſus, nam ad hoc majorem abſentiam diximus requiri.*

380 NIhil à nobis magis repetitum, † aut inculcatum, quam *abſentia Prioris*; ut Sub-Prior Vicarius deputatus à lege, Juriſdictione Ordinaria polleat, aut cæteris quæ illam concernunt, fungatur. Age jam diſquiramus; quamdiu durare debeat prædicta abſentia, ut Prior abſens abſolutè dicatur, Sub-Priorque illius loco ſubſtitutus cum eiſdem authoritate, & præeminentiis?

381 Peregrinus *1. part.* † *conſtit. 5. cap. 9. lit. F.* tenet requiri, abeſſe Priorem non ſolum à domo, ſed etiam à Civitate, ut Sub-Prior habeat juriſdictionem, poteſtatemque ſupradictam. Sed hæc reſolutio diſplicet. Nam ſi Prior eodem die reverſurus eſt, minimè talis abſentia ſufficiet. Nec plus Lezanæ † reſolutio placet dicentis, *Regular. qq. Tom. 2. cap. 13 numer. 40. fin. Regunt Monaſteria priore extra Conventum in Civitate, vel oppido exiſtente*: Quandoquidem hæc abſentia breviſſima eſt, facillimuſque aditus ad Priorem. Nec placet Diana 3. *part. tract. 2. de Dub. Regular. reſol.* 28. Qui aſſerens; † abſente Præpoſito, ſeu Priore, poſſe Sub-Priorem Vicarium facultatem impertiri abſolvendi à reſervatis; *inibi* explicat, quanto tempore prædictus Vicarius hac poteſtate fungatur ſubjunxit: *hoc contingere, quoties Præpoſitus abeſt à Monaſterio eodem die non reverſurus*. Ratio eſt, nam poteſt evenire, eodem die non reverſurum, & tamen illam abſentiam non ſufficere propter brevitatem, utputa, ſi egrediatur è Monaſterio hora IV. pomeridiana, reverſurus hora quarta v. g. matutina: quo temporis interſtitio adeò brevis abſentia eſt, ut vix abſentia dici poſſit. Quia † non dicitur abeſſe, qui brevi eſt reverſurus. Text. in *l. Divortium 3. ff. de Divort. l. Poſtliminii §. Captivus, l. Nihil, ff. de Capt. & poſtlim. reverſ.* Tiraquell. in *l. ſi unquam*, verb. *Suſceperit liberos, numer.* 179. *C. de Revocand. Donat.* Rebuff. *in prax. part. 3. tit. de permut. num.* 12 Barboſa, *de poteſt. Epiſcopi 3. p. alleg. 53. numer. 92. & in Collect. Iur. Canon. tom. 3. cap. ſi poſtquam 33. numer. 5. de elect.*

Peregrinus.

382 Lezana.

383 Diana.

384

385 In tot opinionum divortiis probabilius exiſtimo requiri † ad prædictam abſentiam determinatum tempus, ut judicetur, illam eſſe ſufficientem, necne. Hoc verò tempus eſſe XXIV. horarum ſpatium, ſeu unius naturalis diei circulum, dummodo aliud à lege decretum non ſit, ſeu conſuetudine receptum in aliqua Religione. Sic expreſsè Naldus, verb. *Abeſſe, numer.* 11. & cum eo Peyrinis, *volum. 2. de privileg. Conſtit. 4. Sixti IV. numer.* 26. qui ait: Debere abeſſe Conventu per unum diem naturalem: quem refert, & ſequitur Pellizz. *Manual. Regular. Tom. 2. tract. 8. cap. 2. num.* 50. reſolvens, quando Vicarii poſſint, Subditos abſolvere ab omni cenſura, & reddit rationem: *Quum ſic Vicarius evadat Abſolutus Superior Monaſterii; illique concedi debeant omnia illa,* Probabilior opinio.

Digitized by Google

quæ pro recta adminiſtratione neceſſaria ſunt. Eandem ſententiam tuetur Miranda, *Tom. 2 Manual. Prælat. q. 20. art. 1. concl. 3 princ.*

Pellizzarius explicatur. Unde quod idem † Pellizz. *Tom. 2. tract. 9. cap 3. numer.* 151. inquit cum Peyrinis, *volum. 1. Tom. 2. de Prælato, quæſt. 3. cap. 3. num. 16.* Sub Priores, ſcilicet, non poſſe diſpenſare in Religioſorum votis, ex eo quod moraliter non poſſit dari caſus adeò urgens, quin poſſit expectari Abbas, ſive Prior; Ideoque non poſſe præſumi talem poteſtatem ipſis interpretativè committi, ad ſummum intelligendum eſt, quando ſunt conſtituti, & ſuffecti à Priore. Tunc enim recurri debet ad voluntatis præſumptionem, perpendendo ſcilicet: An in conceſſione Generali ad univerſitatem cauſarum comprehendatur poteſtas irritandi vota. Quid verò in hoc tenendum ſit, *ſect. ſeq.* explicabitur. Nec Pellizz favet Peyrin. ut jam notavimus *2. part. num.* 43. 386

Limitatio. Limita † in poteſtate, quam diximus habere ad reſervandos caſus. Ad hoc enim notabilem abſentiam aſſeruimus ſupra *num.* 227. neceſſariam cum *Tambur.* Tamburin. *Tom. 2. de Iur. Abb. diſp. 13. quæſit. 8. num. 3.* Quia neceſſitas ad caſuum reſervationem, non niſi ampliori unius diei ſpatio urgere valet. Sed quæ notabilis abſentia ſit prudentis arbitrio dijudicandum credo. 387

PRINCIPIUM IV.

De Iuriſdictione, & Authoritate Sub-Prioris à Supremo Prælato in Vicarium nuncupati.

Breviarium.

388 *Sub-Prior à Generali Vicarius ſuffectus eandem juriſdictionem habet, ac ſi à lege ſuffectus fuiſſet.*

389 *Prælatus Supremus potens Ordinariam Iuriſdictionem concedere, & committens alicui univerſitatem cauſarum, ſeu præſidentiam, videtur conſtituere Ordinarium, non Delegatum.*

390 *Concedens juriſdictionem, & potens ordinariam concedere; in dubio non Delegatam, ſed Ordinariam tribuere credendus eſt.*

391 *Omnia, quæ diximus convenire Vicario à lege nominato, conveniunt etiã à Supremo Prælato ſuffecto.*

De Vicario à Generali ſuffecto. QUando à Supremo † Prælato (qui unus in Religionibus Generalis eſt Præpoſitus, ut jam diximus 1. *part. à num.* 104. niſi coarctatam habeat poteſtatem, ne poſſit Ordinarios creare) quiſpiam vicarius nominatur, eodem modo, ac ſi ſufficeretur à lege, Ordinarius, & verus Prælatus evadit cum omnimoda juriſdictione pro regimine Conventus. Hoc principium ex illo alio deducitur, quo diximus per text. in *cap. à Iudicibus 2. q. 6. Ordinarios eſſe, qui ab Apoſtolico, ut Eccleſiaſtici, & ab Imperatore, ut Sæculares, legitimam poteſtatem accipiunt.* 388

Rurſus

Digitized by Google

389 Rurſus probatur; † quia, quando Prælatus Supremus potens Ordinariam Juriſdictionem communicare, alicui univerſitatem cauſarum, ſeu præſidentiam alicujus Conventus pro abſente Priore committit ſine aliqua clauſula, ex qua colligatur, talem commiſſionem coarctatam ac limitatam eſſe, Commiſſarium conſtituere Ordinarium videtur, non delegatum, Gloſſ. in *l. 2. de Offic. ejus*, Barth. *inibi*, *& in l. Nec quicquam, §. ubi decretum, ff. de Offic. Pro-Conſ.* Alexand. *Rubr. num. 3. ff. de Offic. ejus*, Alciatus *item Rubr.*
390 *num. 25. de Offic. Ordin.* (& nos jam ſupra diximus.) Ratio: † Quia, quando concedens Juriſdictionem, poteſt Ordinariam concedere, in dubio, non Delegatam tribuere, ſed Ordinariam credendus eſt: Ut adnotant Maranta, & Mol. à nobis citati *ſup. part. 1. num. 281.* Ergo, ſi prædictus Sub-Prior à Supremo Prælato, Generali ſcilicet ſuffectus fuerit, ut Conventui præſit, eo ipſo videtur Ordinarius. Huic principio adſtipulatur Rodriq. 3. *Regular. quæſt. 76. art. 1.* qui, agens de Vicario à Superiore, loco abſentis, defuncti, vel impediti Prælati conſtituto, illum Ordinaria affirmat Juriſdictione pollere, & ſubjungit: *Hoc procedere, quando conſtituuntur à Generalibus, ſeu Provincialibus, ſecus tamen, ſi ab aliis inferioribus Prælatis: tunc enim non habent Ordinariam, ſed Delegatam.* Portell. verbo, *Guardianus, num. 3.* & alii quamplurimi.

Sed cave, ne exiſtimes, ductus prædictis verbis Roterici, in Provincialibus vigere poteſtatem Ordinarios deputandi: quia, ut ſuperius refellimus, quum Supremi non ſint, nullo modo illis competit talis poteſtas.

391 Tandem pro parergo dico: † omnia quæcunque Vicario à lege nominato conveniunt, etiam à Supremo Prælato ſuffecto convenire; quum in utroque eadem omnino ratio militet, & pariformiter utrobique philoſophari debeamus.

Digitized by Google

SECTIO II.

De Poteſtate Sub-Prioris à Priore Vicarii in ejus locum ſubrogati, ut illius Conventui præſit.

MAgnũ eſt diſcrimen inter Sub-Priorẽ à lege, ſeu Supremo Prælato Vicariũ deputatum, & inter eundem nominatum ab ipſo Priore, licet tam ab illis, quàm ab iſto ſuffectus, Conventui præſit, illíque ejus cura, & regimen committatur. Quare poſtquam egímus de Sub-Priore Vicario à lege, & à Supremo Prælato nuncupato, ordinata doctrinæ ſeries exigit, ut de Sub-Priore à Priore Vicario deputato tractemus.

PRINCIPIUM I.

Sub-Priori nuncupato Vicario *à Priore convenire Delegatam juriſdictionem, non verò Ordinariam.*

BREVIARIUM.

392 *Ordinaria juriſdictio à Prælato Inferiori procedere non poteſt, ſed vel à lege, vel Supremo Prælato.*

393 *Prior Conventualis eſt Ordinarius ſuorum Subditorum.*

394 *Præcipuus effectus Ordinariæ juriſdictionis eſt Delegatio.*

QUotieſcunque lex non decreverit; quiſnam Prioris abſentis loco ſubſtituendus ſit, neque Supremus prælatus aliquem in Vicarium cooptaverit, integrum erit priori pro ſuo libitu idoneum eidem muneri deſignare: Et ab illo hoc modo nuncupatus (quod regulariter fieri oportet) non Ordinaria, ſed Delegata juriſdictione pollebit.

probatur

392 Probatur † prima pars adſertionis. Quia jariſdictionem Ordinariam communicare (ut *ſup.* diximus *1.p. à num.* 95.) tantum legi, ſeu Supremo competit Prælato: Ergo à Prælato inferiore procedere non poteſt, qualis eſt Conventualis Prior. Quoad ſecundam verò partem probatur. 393 Quia † Prior Conventualis eſt ſuorum ſubditorum Ordinarius, ut tenent Suarez 4. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 5. *num.* 3. Molfeſ. *Summ. Tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 14. Filliuc. *Tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 7 *num.* 188. *fin.* Sanch. 8 *de matrim. diſp.* 3. *num.* 9. Navarr. 2. *edit. lib.* 1. *de Temp. Ord. conſ.* 36. *num.* 1. *& in ſumm. c.* 12. *num.* 75. & alii quamplurimi.

Prior Conventualis ſuorũ ſubditorũ Ordinarius.

394 Unus † autem (& fortè præcipuus) Ordinariæ juriſdictionis effectus Delegatio eſt (ut ſupra diximus, 1. *part. à num.* 124.) ergo Vicarius nominatus à Priore habebit juriſdictionem Delegatam, quum poſſit, & videatur illi concedi eo ipſo, quod in abſentia ſua Conventus regimen, & adminiſtrationem eidem committat, Merol. Theol. Mor. *Tom.* 3 *diſp.* 7. *c.* 2. *n.* 51.

PRINCIPIUM II.

Quanta ſit Sub-Prioris poteſtas à Priore Vicario nuncupata.

BREVIARIUM.

395 *Sub-Prior Vicarius à Priore abſolutè nominatus ſine aliqua reſtrictione, eſt delegatus ad univerſitatem cauſarum.*

396 *Sub-Prioris poteſtas in hoc caſu ad omnia ſe extendit, ad qua Prioris ſe extendebat.*

397 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum, reputatur quoad hoc tanquam Ordinarius.*

398 *Conceſſa re aliqua, conceduntur & neceſſaria ad illam comparandam.*

399 *Sub-Prior nominatus Vicarius à Priore, in regendo Conventu habet eandem poteſtatem, ac Prior.*

400 *Ordinarius nequit inconſulto Principe totam juriſdictionem delegare.*

401 *Parochus non poteſt in perpetuum alteri parœcia curam demandare inconſulto Epiſcopo.*

402 *Studiorum cauſa poteſt Epiſcopus cum Parocho diſpenſare per ſeptennium, ne in Sacerdotium promoveatur.*

403 *Et pro eo tempore Epiſcopus nominat Vicarium ejus loco.*

404 *Poteſt Parochus Vicarium conſtituere per aliquod breve tempus, & quodnam ſit breve tempus? Remiſſivè.*

405 *Prælati Regulares eorum loco poſſunt Vicarios conſtituere ex ſtatutis cujuſcunque Religionis, ſeu ex conſuetudine recepta.*

406 *Authores pro hac ſententia referuntur.*

407 *Poſſunt delegare non ſolum, qua competunt jure Ordinario, ſed etiam qua ex Principis privilegio proveniunt. Quod eſt intelligendum de jure Ordinario ſpeciali, ſecus de jure ſpeciali Delegato.*

Dico

Digitized by Google

De Poteſtate Sub-Prioris à Priore Vicarius.

DIco † Sub-Priorem Vicarium à Priore eo ipſo, quod abſolutè, & ſine aliqua reſtrictione deputetur, ut præſit Conventui, Delegatum ad univerſitatem cauſarum evadere. † Quare idem ratione ſuæ Poteſtatis, ac ipſe Conventualis Prior, poteſt, tam in adminiſtrando ſpiritualia Conventus, quàm temporalia. Ideo quoad hoc Ordinarius † reputatur, ut notavit Sanch. 3. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 2. Ratio eſt. Quia Prior illi adminiſtrationem, & regimen Conventus abſolutè committens præſumitur, *ſi aliqua reſtrictio non exprimatur*, ipſi conferre quodcunque ad talem adminiſtrationem, & gubernium opus eſt. Nam † conceſſa aliqua re à Superiore, conceduntur & neceſſaria omnia ad illam comparandam. Text. *in l.* 2. *ff. de juriſd. omn. jud.* ibi: *Cui juriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus juriſdictio explicari non poteſt, l. penult. ff. de uſufruct.* & optimus Text. *in cap. præterea, de Offic. & poteſt. Iudic. Deleg.* Cardin. Tuſc. *Tom.* 1. *lit. A. concl.* 77. Portell. *Dub. Regul. n.* 12. verb. *prælati poteſtas, in addit.* † Ac proinde planum eſt ipſum poſſe, quicquid Prior in regendo Conventu, ex vi commiſſionis generalis. Sic præter plures Laurentius de Peyrinis *Tom. 2. de prælat. quæſt.* 3. *cap.* 3. *num.* 16. *Idem dico de Vicariis relictis à Correctore per multos dies non reverſuro, quia tunc cenſentur Correctores omnem ſuam authoritatem pro recta adminiſtratione Conventus eiſdem delegare, ut docent Suarez, Reginaldus, Sanchez, & Molfeſius.* Eodem modo loquitur Pellizz. *Tom.* 2. *tract.* 8. *c.* 2. *n.* 50. 395 396 397 398 399

De Ordinario totã juriſdictionem delegante.

Dices: Ordinarius † nequit inconſulto Principe totam juriſdictionem delegare ex Text. *in l. penult. ff. de Offic. præſid.* & ibi notatis ab Scribb. Alexand. *in l. Iudices, num.* 8. *C. de Iudic.* & ibi Jaſon. *num.* 8. Marant. *ſpec. aur.* 4. *part. diſt.* 5. *num.* 55. Azeved. *lib.* 3. *Recop. Rubric. num.* 14. † Unde Parochus alteri curam parœciæ in perpetuum demandare inconſulto Epiſcopo, aut Superiore, prohibetur à Text. in *cap. extirpanda, §. qui verò, de præbend.* ibi; *Qui parochialem habet Eccleſiam, non per Vicarium, ſed per ſe ipſum deſerviat.* Et à Text. *in cap. ex eo, de elect. in* 6. Ubi dicitur: † Studiorum cauſa poſſe Epiſcopum cum Parocho diſpenſare per ſeptennium, ne in Sacerdotium promoveatur: & ut poſſit ipſe Epiſcopus, † eo tempore Vicarium, ſeu locum tenentem deputare: *Vt per Vicarios* (ait Textus) *ab eis* (ſcilicet Epiſcopis) *deputandos animarum cura fideliter exerceatur.* Ex quibus non obſcurè colligitur nominationem talis Vicarii ad Epiſcopum, non verò ad Parochum pertinere. Sic Joannes Andreas *d. cap. cum ex eo, num.* 22. Ancharr. *Clement.* 1. *de Offic. Vicarii, notab.* 4. Abbas *in d. cap. Extirpanda, in Repet. §. quod verò, num.* 12. Navarr. *cap. placuit, num.* 69. *de pœnit. diſt.* 5. Greg. Lupus *l.* 21. verb. *Miſſa Cantanos, fin. to.* 4. *p.* 1. Hoc poſito. 400 401 402 403

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondeo: Verùm eſſe nequire Parochum perpetuò, ſive ad multum
404 temporis duraturum Vicarium † deputare, benè tamen per aliquod breve tempus, ut cum relatis docet Thom. Sanch. 3 *de matrim. diſp.* 31. *nu.* 11. Ubi in ſpecie loquens de Parocho reſolvit, quodnam breve tempus cenſeatur ad
405 prædictum effectum. † Verùmtamen in noſtro caſu non ad generales juris ſanctiones, ſed ad uniuſcujuſque Religionis ſtatuta, conſuetudineſve attendere oportet, de quo infra *num.* 436. redibit ſermo. Loquenſque de Priori-
406 bus, & Prælatis Religionum communiter, † Villalob. in *Summ. Tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 49. *num.* 11. affirmat, poſſe ſuam juriſdictionem delegare hiſce verbis: *Los Guardianes, y Prelados ſemejantes, como ſon Ordinarios, tambien pueden delegar ſu Iuriſdicion.* Adducit Angles, Rodriq. & Cened. Idem docet Portellus *Dub. Regul.* verb. *Prælatus, num.* 1. *&* 2. aſſerens, *Guardianos poſſe delegare* (id eſt committere alicui) *ut faciat omne illud, quod ipſi poſſunt facere ex Officio Ordinario; quia habent Poteſtatem Ordinariam.* Et verb. *Prælati Poteſtas, in addit. num.* 2. inquit: *Omnes Prælati Conventuales Religioſorum habent juriſdictionem Ordinariam in utroque foro, & proinde poſſunt illam delegare; quia habent juriſdictionem ex Officio, ſeu ex lege Canonica, quæ Prælatis ritè electis dat juriſdictionem competentem ſuo Officio.* &
407 Fr. Ioann. à Cruce de *ſtat. Relig. lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 8. † Hanc facultatem extendit ad delegandum non modo, quæ Prælatis ex vi ſuæ juriſdictionis ordinariæ conveniunt, ſed etiam illa, quæ ex Privilegio Principis poſſunt. Quod interpretor, caſu quo talia poſſint jure ordinario ſpeciali: ſecus, ſi jure ſpeciali delegato, ut perſpicuè Thom. Sanch. diſcrevit 8. *de matrimon diſp.* 2. *num.* 10. & diximus ſup. Ergo Vicarius à Priore ſuffectus gaudebit juriſdictione delegata, quàm ab illo poteſt, & præſumitur accipere, eo ipſo quòd prædicto modo ſubrogetur in ſui locum.

Prælati Regulares poſſunt totam ſuam juriſdictionem mandare.

ILLATIO I.

Ad Sub Priorem (à Priore Vicarium) Directivam, & Coactivam poteſtatem pertinere, haud aliter, ac ad ipſum Priorem.

BREVIARIUM.

408 *Sub-Prior Vicarius à Priore ſuffectus gaudet pro eo tempore Poteſtate tam directiva, quam Coactiva.*

408 EX præmiſſis † duobus principiis infertur, *Primò* ad Sub-Priorem Vicarium tam *Directivam*, quàm *Coactivam* poteſtatem ſpectare: ideoque poſſe omnia illa præcipere, & diſponere, quæ cùm ad ſpirituale, tùm ad temporaneum regimen conducunt; ac proinde formalia præcepta valebit imponere, cenſuras ferre, animadvertere, punire, & cætera id genus, quæ ad tale munus

Digitized by Google

rectè obeundum pertinere liquet; non ſecus, ac poſſet Prior eadem exercere. Ratio eſt, quia hæc Priori ſunt propria ex vi ſui muneris: Quæcunque autem ille poteſt ex ſuo Officio, & delegare poteſt. Delegare verò, Comiſſione generali facta, (ut diximus) videtur.

ILLATIO II.

Ad Sub Priorem (Vicarium à Priore) Poteſtatem diſpenſandi pertinere.

Breviarium.

409 *Sub-Prior, dum à Priore Vicarius ſufficitur, habet Poteſtatem diſpenſandi.*
410 Primo *in votis.*
411 Secundo *in jejuniis.*
412 Tertio *in Obſervantiis Regularibus.*
413 Quarto *ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario.*
414 *Privilegium conceſſum in favorem animarum eſt Delegabile.*
415 *Privilegium conceſſum intuitu ipſius Dignitatis, etiam eſt Delegabile.*
416 *Poteſtas competens non Perſonæ, ſed Dignitati, vel Officio in perpetuum, eſt Ordinaria, & perconſequens Delegabilis.*
417 *Sub-Prior Vicarius Prioris poteſt diſpenſare ſuper quavis irregularitate.*
418 *Privilegium indultum Abbatibus, Prioribus, & Præſidentibus Ordinis S. Benedicti, per communicationem conceditur quibuslibet cæterorum Ordinum Prælatis, qui correſpondent prædictis Officiis Benedictinorum.*

De Diſpenſatione.

SEcundò infertur, † Sub Priorem Noſtrum poſſe diſpenſare, dum à Priore ſufficitur, in iis omnibus, quæ ſupra diximus à *num.* 36. dum de illo à lege nominato ſermonem inſtitueremus. 409

Igitur † poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis in votis, quandoquidem poteſtas huiuſmodi delegabilis eſt, ut docet Sanchez *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 37. *num.* 2. & eſt communis. *Secundò.* † Poteſt diſpenſare in jejuniis præceptiſque Eccleſiaſticis, quemadmodum ſupra diximus *à num.* 67. poſſe ex vi juris communis. Quippe poteſtas ad in his diſpenſandum pertinet ad Priores ex munere ſuo: ut tenet Azorius *Inſtit. Moral.* 2 *part. cap.* 18. *quæſt.* 6. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 3. *num.* 9. Ideoque delegabilis eſt, ut fatetur etiam Rodericus 1. *Regular. quæſt* 22. *art* 11. *fine.* † *Tertiò*, in obſervantiis Regularibus. Nam ut *ſupra* diximus *num.* 91. ſimiliter hæc poteſtas Prælatos immediatos ſpectat ex vi juris Communis. *Quartò.* Poterit † diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario occulto, ex conceſſione Martini V. facta Priori Vallis-Oletano, cujus mentionem fecimus *à num.* 54. Ratio eſt; † nam tale privilegium conceſſum eſt Priori in perpetuum, non propter proprium Officium, & Dignitatem, ſed in favorem animarum, ut notavit Rodriq 1. *Regular. quæſt.* 22. *art.* 12. Quare delegabile eſt, † imò licet conceſſum fuiſſet ipſius 410 411 412 413 414 415

Dignitatis

416 Dignitatis intuitu, etiam delegabile exiſteret, Quippe † poteſtas competens non perſonæ, ſed Dignitati, vel Officio in perpetuum, ordinaria eſt, ut nos docuit Thom. Sanchez *lib. 2. diſp.* 40. *num.* 14. *& lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 10. *de matrim.*

417 † *Quintò.* Poteſt virtute privilegii Pauli III. cujus meminimus *ſup. nu.* 61. ſuper quavis irregularitate, quaviſque occaſione contracta diſpenſare, ut *inibi* diximus.

418 Ratio eſt; † quia tale privilegium indultum eſt Abbatibus, Prioribus, & Præſidentibus Ordinis S. Benedicti; ut advertit Portellus, verb. *Diſpenſare, in addition. num.* 2. Per communicationem verò conceditur quibuslibet cæterorum Ordinum Prælatis, qui correſpondent prædictis Officiis, & Dignitatibus Benedictinorum. Dignitas autem Præſidentis reſpondere videtur Dignitati Vicarii à Priore nominati, ut eius loco præſit, viceſque illius gerat. Si verò aliquis exiſtimet, Præſidentes, de quibus in præallegato privilegio mentio fit, tantum illos comprehendere, qui à lege, ſive Supremo Prælato ſuffecti fuerint reſpondeo; etiam (licet hoc verum ſit) eidem Sub-Priori à Priore Vicario nuncupato tale privilegium concedi, quum etiam illius Officium reſpondeat Benedictino Priori. Vel reſpondeo: tali privilegio poſſe uti eundem Sub-Priorem, quia poteſtas conceſſa per illud delegabilis eſt, ut docet Portellus ubi proximè, Delegataque videtur Sub-Priori eo ipſo, quòd à Priore in ſui locum conſtitutus ſit.

ILLATIO III.

Sub-Priorem (à Priore Vicarium) poſſe ſecum in prædictis omnibus diſpenſare.

Breviarium.

419 *Sub-Prior Vicarius à Priore poteſt ſecum diſpenſare in quibuſcunque cum ſua Communitate poteſt.*

420 *Habens Poteſtatem Delegatam diſpenſandi ſine limitatione, vel cum aliqua Communitate, cujus ipſe eſt pars, poterit & ſecum diſpenſare.*

419 INfertur tertiò, † Sub-Priori in noſtro caſu integrum eſſe ſecummet diſpenſare in quibuſcunque cum ſua Communitate poteſt. Ratio: Quia prædictus Sub-Prior pars eſt ejuſdem Communitatis, nec deterioris eſſe debet ſortis, quàm cæteri. Ita Legionenſis *lib.* 8. *de matrim. cap.* 4. *num.* 12. his verbis. *De Diſpēſatione ſecummet facienda.*

420 † *Idem quoque dicendum de his, qui habent juriſdictionem, quaſi Delegatam diſpenſandi ſine limitatione, aut cum aliqua Communitate, cujus ipſi ſunt pars, Non enim debent eſſe pejoris conditionis, quàm alii.*

Digitized by Google

ILLATIO IV.

Ab Sub-Priorem (Vicarium à Priore) Poteſtatem abſolvendi ſibi ſubditos cùm à Cenſuris, tum à peccatis pertinere.

BREVIARIUM.

421 *Poteſt Sub-Prior Vicarius à Priore nominatus ſuos Religioſos à peccatis non reſervatis abſolvere, & à reſervatis Pralatis, ſeu Pralato indefinitè.*

422 *Poteſtas delegandi hanc poteſtatem in Sacramentali foro, etiam à reſervatis competit Priori jure Ordinario.*

423 *Poteſtas abſolvendi, qua competit Pralatis Regularibus virtute Privilegiorum eſt delegabilis.*

424 *Doctrina P. Suarezii examinatur.*

425 *Prior nominans Sub-Priorem Vicarium abſolute, videtur concedere omnimodam poteſtatem, niſi aliqua adponatur limitatio.*

426 *Si in Privilegio Religioni conceſſo mentio fiat de Vicariis, eo uti poterit Sub-Prior à Priore deſignatus Vicarius, nec Prior circa hoc aliquid limitare poterit.*

427 *Ad Sub-Priorem praſente Priore non pertinet privilegiũ Vicariis conceſſum.*

428 *Nomen Vicarii in Sub-Priore diverſimode ſe habet.*

429 *Nomen Vicarii in privilegiis illum ſignificat, qui vices gerit cum juriſdictione, ſive Pralatione.*

De abſolutione impertienda.

SImiliter ſequitur ex dictis, † Sub Priorem poſſe ſuos Religioſos abſolvere à peccatis non reſervatis in pœnitentiali foro. Cujus fundamentum 421
eſt, quia quum Prior, in cuius locum, nominatione eius interveniente, ſuccedit, habeat juriſdictionem ordinariam, quæ ex ſua natura eſt Delegabilis, conſequentiæ ratio convincit, eam delegatam ineſſe Sub-Priori. Idemque dicendum venit, quando peccata Prælato, ſive Prælatis reſervantur, tunc enim ſi Sub Prior à Priore in Vicarium ſuffectus eſt, poterit de illis abſolutionem conferre. Ita expreſsè Peyrinis, Homobon. Vega, & Naldus cum Diana 3. *p. tract.* 2 *reſol.* 28. Quod etiam probatur, † quia poteſtas hæc com- 422
petit prædicto Priori jure Ordinario; ergo manifeſtum eſt, eam delegatam fuiſſe, hoc ipſo quod Sub-Prior Vicarius ſuffectus eſt. Minimè enim credi poteſt Priorem talem juriſdictionem ſibi reſervaſſe, ut benè Diana loco citato.

Sententia Suarezii examinatur.

Idem dicas, quando † ratione alicuius privilegii poſſunt Prælati Regu- 423
lares abſolvere ab aliquibus reſervatis cenſuris. Quia (ut jam inibi *num.* 203. *cum ſeqq.* diximus) hæc poteſtas, quæ prælatis conceditur, eſt Realis, & adhæret Dignitati, pertinetque ratione Officii ad illos, & conſequenter manet delegabilis. Unde † convincitur debilitas rationis, quæ adhuc in hoc caſu ur- 424
gere poterat Patrem Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 6. ut dubitaret de hac Sub-Priorum poteſtate, inquirens: *An in privilegiis, quibus hæc facultas expreſſe conceditur Vicariis, comprehendantur ii, qui loco Prioris, dum ipſe abeſt, manente*

Cui

Cui adſentiri videtur *dict.num 6.in fin.*dum dicit: *Tamen, dum alia reſtrictio non conſliterit, poſſumus in ampliori ſenſu verba accipere, cum omnes ibi ſint verè, ac propriè Vicarii.* Licet poſtea *num.7.fine*, concludat, dicens : *Vnde, ut omnis tollatur ſcrupulus, optimum conſilium eſt, ut Prælatus, dum recedit, omnes poteſtates ſuas committat Vicario; & ne hoc pendeat ex memoria, vel voluntate ſingulorum, debet eſſe ſtabili lege, aut recepta conſuetudine introductum* (videtur enim ipſum ſecurum non fieri, niſi poteſtas hæc commendetur Sub-Priori à Priore) Quapropter.

425 Dico primò, † quod, licet nullum adeſſet privilegium expreſsè concedens hanc poteſtatem Vicariis, nihilominus eo ipſo, quod Prior Sub-Priorem ſui loco collocet, videtur eam concedere circa omnia cùm ſpiritualia, tum temporalia Conventus (ut ſupra *num.*174. diximus) etiam ſi de hoc ſpecialis non fiat mentio. Vide quæ diximus *num.*89. niſi forte ex aliqua peculiari cauſa adponatur aliqua limitatio (hoc enim fieri poſſe poſtea declarabimus) tunc enim talis poteſtas revera limitata manebit.

426 Dico *ſecundò*, † quod ſi Privilegium mentionem faciat de Vicariis, tunc Sub-Prior ad præſidendum nominatus, virtute hujus privilegii poterit abſolvere à prædictis cenſuris, ita ut Prior circa hoc limitationem aliquam non valeat adponere. Probatur. Quia eo ipſo, quod Sub-Prior ſubſtituatur loco Prioris, poteſtas prædicta ſpectat ad eum, non tanquam delegata à Priore, ſed tanquam emanans à Pontifice, à quo privilegium illud conceſſum eſt, circa quod equidem inferiori nulla poteſtas eſt.

427 Verùm † non ſequitur ex hoc, præſente Priore uti poſſe privilegio hoc Sub-Priorem, quaſi tunc temporis verè, & realiter Vicarius habeatur (ſic enim denominari in aliquibus Religionibus diximus initio hujus Tractatus.)

428 † Quia licet ſit verum ita denominari, non tamen eodem modo, & in eodem ſignificatu, ac dum loco Prioris ſubſtituitur. (Jam quidem diximus præſente Priore, nullas gerere vices Prælati, cujus Officium conſiſtit in juriſdictione, ſed potius exercet ſuum proprium miniſterium, ad quod unum, ſolum gubernium & domeſtica poteſtas ſpectant.)

429 † In prædictis autem Privilegiis nomen Vicarii illum ſignificat, qui vices gerit in juriſdictione, & prælatione: Et, ut advertit Suarecius *dict. num.*7. aliquando in prædictis indultis explicatur eiſdem verbis. Unde, præſente Priore, Vicarius, ſive Sub Prior, non propriè ejus vicem gerit, ſed proprium miniſterium exercet, cui non videntur (imò nec neceſſarium eſt) concedi hæc Privilegia, ſicut neceſſum eſt, dum abeſt Prior.

ILLATIO V.

Ad Sub-Priorem (Vicarium à Priore) ſpectare Dominativam Poteſtatem, quæ poteſt irritare vota.

Breviarium.

430 *Vſus Poteſtatis Dominativæ non eſt uſus juriſdictionis.*

431 *Poteſt Sub-Prior Vicarius Prioris tempore ſuæ Præſidentiæ vota Subditorum irritare.*

432 *Vices ſuas alicui abſolutè committens nihil ſibi reſervat.*

433 *Facultas proveniens ex facultate Dominativa ad Vicarium Prioris, non ſuſpenditur eo excommunicato.*

434 *Per excommunicationem præcisè prohibetur juriſdictionis exercitium.*

435 *Non ſolum juriſdictionis actus ſunt delegabiles, ſed & alii.*

CUm jam ſatis egerimus de Poteſtate juriſdictionis ad noſtrum Sub-Priorem, deputatum Vicarium à Priore pertinente, ſupereſt inquirere. Num eadem via philoſophandum ſit, quoad Poteſtatem Dominativam? Hæc enim indelegabilis videtur. *Primò.* Quia Superior nequit alterum voluntatis ſibi ſubditi Dominum conſtituere; niſi eundem abſolutum Superiorem efficiat: ſi ad id ſufficientem habeat Poteſtatem. Quod in caſu noſtro contingere nullatenus poteſt, quum neque Prior id facere valeat, neque faciat.
Secundò. † Quia hujuſce Poteſtatis uſus minimè juriſdictionis eſt, ut tenet 430
Suarez 3.*part.Tom.*5.*diſp.*4.*ſect.*2.*num.*8. Sanchez *in Summ.lib.*4.*cap.*24.*num.*5. Ergo nequit delegari. Hanc opinionem videtur adprobare Portell. verb. *Prælati Poteſtas, in addit.num.*2.*Dub.Regular.* ubi aſſerit, Poteſtatem irritandi vota non competere, niſi habenti juriſdictionem ordinariam.

His tamen † non obſtantibus, dico certiſſimum eſſe, poſſe noſtrum 431
Poteſt vota irritare. Sub-Priorem Vicarium ſibi ſubditi vota irritare, quamdiu Prior à Conventu abeſt. Docent expreſsè Thom. Sanch.*d.cap.*24.*num.*54. Suareus 2.*de Relig. lib.*6.*cap.*7.*num.*17. Azorius *Inſtit.Moral.*1.*part.lib.*11.*cap.*18.*quæſt.*3.*fin.* Sayr. *Clavi Regia lib.*6.*cap.*10.*num.*16. & noviſſimè Tamburin. *Tom.*2.*de jur. Abbat. diſp.*18.*quæſit.*11. his verbis: *Si Abbas ſimpliciter alicui vices ſuas committit, cenſetur etiam tradidiſſe facultatem vota irritandi,* † *quia vices ſuas alicui committens, nihil* 432
ſibi reſervat; ſed generalem juriſdictionem ad omnes cauſas, & negotia illi tradit per Text.*in cap.*Venerabili, & ibi Panormit.*num.*11.*de Offic.Deleg.*Innocent.*in cap.* ſuper quas bonum, *eod.tit.in cap.* quum Bertholdus, *num.*21.*de ſentent. & rejudic. Unde, qui hujuſmodi Vicariam juriſdictionem generalem ad omnes cauſas ab Abbate obtinet, ea vota irritare poterit, circa quæ ipſiuſmet Abbatis authoritas fertur.* Hucuſque Tamburin.

Et quan-

Et quanquam † Excommunicato Priore juriſdictio ſui Vicarii Delega-
433 ti ſuſpendatur: attamen facultas irritandi vota, & quæcunque alia Poteſtatem Dominativam concernunt, neutiquam ſuſpenduntur, imò illam Delegare valet, vel excommunicatus Prior. Ratio eſt; nam (ut vidimus) hujuſmodi
434 Delegatio non eſt actus juriſdictionis, ſed certi cujuſdam Dominii. Per † excommunicationem verò præcisè prohibetur actuum juriſdictionalium exercitium: Ergo ad utendum hac Poteſtate, non poterit obeſſe excommunicatio ſive ex Delegantis parte ſe teneat, ſive ex Delegati, ut pluribus docet Sanchez *d.c.24.num.55.* & in ſimili *3.de matrim diſp.11.num.7.*

Neque rationis poſitæ initio hujus Illationis robur enervatur. Ad primum enim reſpondeo; id non eſſe abſolutè conſtituere Sub Priorem Vicarium ſubditi voluntatis Dominum, ſed vices ſuas committere ad illum actum reſcindendum.

435 Ad ſecundum dico: † Non tantum juriſdictionales actus eſſe delegabiles, verùm & alios, uti ſequenti demonſtrabitur Illatione.

ILLATIO VI.

Sub Priorem (Vicarium à Priore) poſſe novitiorum Profeſſiones excipere.

BREVIARIUM.

436 *Sub-Prior Vicarius poteſt Novitios ad profitendum admittere.*
437 *Abbas, ſeu Prior ſimiliter poteſt Novitios ad profeſſionem admittere per ſe, vel per alium.*

436 SExtò infertur; † intra Sub Prioris noſtri Vicarii manus poſſe Fratres Novitios profiteri, quia Poteſtas prædictorum vota excipiendi delegabilis eſt. Ideo tales actus obire poſſe, vel à Prælato per ſe ipſum, vel per ali- *De Poteſtate excipiendarum Profeſſionum.*
437 um, conſtat † ex text. *in cap. ad Apoſtolicam*, *de Regularib.* ibi: *Abbate per ſe, vel per alium Profeſſionem recipiente.* Et tenent Scribentium plures, quos larga manu *4. part.* dabimus: Ergo conſtituens Prior aliquem, qui loco ſuo Conventui præſit, videtur eidem Poteſtatem excipiendi prædictas Profeſſiones conferre, niſi quoad hoc illam reſtrinxiſſet; ut jam diximus, & latiùs Deo dante *4. part.* dicemus.

ILLATIO

Digitized by Google

ILLATIO VII.

Sub-Priorem (Vicarium à Priore) poſſe corporalia, & quævis Ornamenta pro Altaris miniſterio benedicere.

BREVIARIUM.

438 *Poteſt Sub-Prior benedicere Corporalia, mappas, &c. pro Altaris miniſterio.*

439 *Privilegium Innocentii VIII. conceſſum Prioribus, & Vicariis in ipſorum abſentia.*

440 *Hoc indultum pertinere non ſolum ad Vicarios à lege, ſeu Supremo Principe nuncupatos, ſed etiam ad Vicarios à Priore deſignatos, oſtenditur contra Rodriquez.*

441 *Privilegio conceſſo ſpecialiter Prælatis non valebit uti Sub-Prior Vicarius à Priore, quia Prælatus non eſt.*

STatuimus † *ſupra num.* 314. Poteſtatem benedicendi Corporalia, & alia Ornamenta, pro Altaris miniſterio Prælatis Regularibus communicari, non à jure communi, ſed Summorum Pontificum ſpeciali indulto. Ideo hic pretium operæ erit examinare; ſi hæc Poteſtas Sub-Priori conveniat aliquo Privilegio, quando à Priore, ut illius vices in regendo Monaſterio gerat, conſtituitur? 438

Privilegium Innocentii VIII. Dico igitur, † Poteſtatem prædictam convenire Sub-Priori ex Privilegio Innocentii VIII. cujus *ſuperius num.* 317. meminimus. Quandoquidem inibi talis facultas non modo Prioribus conceditur, ſed ſimiliter eorum Vicariis in ipſorum abſentia Monaſterio Præſidentibus. † Et licet hoc Privilegium reſtringere conetur Rodriq ita ut præciſè de Vicariis à Lege, ſive à Supremo Principe nuncupatis intelligatur: certiſſimum judico, non minus intelligi de Vicariis à Priore deſignatis, dummodo conſtitutis ad univerſitatem cauſarum, & omnia negotia, nec talis Poteſtas ad aliquos duntaxat certos caſus limitetur, ſeu reſtringatur. 439 440

Ratio eſt: Nam iſtiuſmodi Vicarii habent principale regimen in Conventu; quod ab Innocentio VIII. præciſè deſideratur, ut tali Poteſtate fungantur, ibi: *Et Vicarius in abſentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cujuſcunque Monaſterii.* Huc quoque facit, quod & ipſe Rodriq. docuit *Regular. quæſt.* 20. *art.* 3. nimirum: Privilegium indultum Prioribus ad abſolvendum ab omnibus reſervatis Pontifici: ad Sub-Priores à Prioribus in Vicariam nuncupatos extendi: Cujus in articuli fine rationem reddit: *Quia tunc* (ait ille) *Sub-Prior dicitur gerere vices Prioris in ſuo Conventu, quum habeat principale regimen.*

Privilegium Leonis X. Privilegio † autem Leonis X. quod retulimus *num.* 320. conceſſo Generali- 441

ſecralibus,& Conventualibus Prioribus, nullo modo in iſto caſu valebit uti,quemadmodum uteretur,ſi ſuſſectus à lege, ſive Supremo Prælato foret. Ratio in eo ſtat,quia quotieſcunque deputatur à Priore,non eſt Ordinarius, aut Prælatus,nec talis habetur,ut dicemus infra *num.* 445.

ILLATIO VIII.

Sub-Priorem (à Priore Vicarium) poſſe alium Vicarium in ſui ipſius locum conſtituere.

BREVIARIUM.

442 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare.*

443 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum licet non poſſit totam ſuam delegationem ſubdelegare, poterit tamen permittente conſuetudine.*

444 *Vicarii Parochorum poſſunt ex vi conſuetudinis per aliquod breve tempus alium ipſorum loco conſtituere ; & talis Subſtitutus non dicitur Delegatus Vicarii, ſed Parochi.*

445 *Sub-Prior Vicarius poteſt alium Vicarium in ſui ipſius locum conſtituere; quia ſic more receptum eſt.*

446 *Poteſtas à Provinciali conceſſa Guardianis permanet penes eorum Vicarios,ſeu Vicariorum Vicarios.*

OCtavò,& ultimo infertur:poſſe Sub-Priorem noſtrum totam ſuam juriſdictionem,& Poteſtatem alteri ſubdelegare. Ratio eſt ; † quia Delegatus ad univerſitatem cauſarum conſtituitur ; qui utique ſubdelegare valet, uti evincitur ex Text.in *l.* 1 *§. ab eo ff. quis,& à quo.* Ubi decernitur: quod quotieſcunque Delegatus ſubdelegat,ad Delegantem provocandum, ſeu appellandum eſſe:Ergo ſupponit poſſe Subdelegare Delegatum. Et *ibi Gloſſ* verb. *Non ipſe*,& verb. *Ab eo*, id explicat de Delegato ad univerſitatem cauſarum, cujus mentem ſequuti ſunt Villalob.*in Communibus lit. D.* Marant.*ſpecul. aur. part.* 4 *diſt* 5.*num.* 26.& 27.& 55. Navarr.*lib.* 1.*conſ* 1.*edit. addit. ad lib.* 1.*tit. de Offic. Ordin. conſ. ultim.* Covarruv.3.*variar c.*20.*num.*11. & jam diximus 1.*p. num.* 136.
442 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare.*

443 Et licet † prædicti Delegati ad univerſitatem cauſarum totam ſuam delegationem ſubdelegare nequeant, quum id neque Ordinarius ipſe valeat, ut ſupra diximus *num.* 400. nihilominus conſuetudine permittente poterit.

444 † Hunc verò morem quoad Parochorum Vicarios ubique receptum teſtantur Adrianus,& Metimna apud Sanchez *de matrim. diſp.* 31.*num.*15. Ita videlicet,ut abſuturus Parochi Vicarius per aliquod breve tempus ſui loco ſubſtituat,qui Sacramentorum adminiſtrationi vacet.Notatque ipſe Sanch eo caſu Sacerdotem, cui Parœciæ committitur cura, non debere Vicarii, à quo conſtitutus eſt,Delegatum dici, quum ille cum tanta amplitudine Delegatio-
Vicarius Parochi poteſt alium Vicarium conſtituere.

tionem facere, prohibeatur, ſed Ordinarii ipſius, qui Vicarium ſufficiens, & prædictum morem non ignorans talem ſubſtitutionem (ſaltem tacitè) approbare videtur.

Nec idem mos à Religionibus extraneus apparet, † quandocunque lex, ſive Superior non decreverint; quid in prædictis Vicariorum abſentiis exequendum ſit Subſtituere autem alium ſui loco, Vicarium qui abfuturus, ſeu impeditus eſt, ipſa regiminis neceſſitas cohoneſtat. Hac ratione permotus initio Illationis aſſertivè intuli, poſſe Sub-Priorem (Vicarium à Priore) totam ſuam Poteſtatem ſubdelegare. Idemque autumo ſenſiſſe Rothericum 3. *Regular. qu.66. art.*1. affirmantem, ſancitum, ſeu declaratum à quodam ſui Ordinis generali Capitulo, † quod Poteſtas à Provinciali conceſſa Guardianis remaneat, ſemper penes eorum Vicarios, ſeu *Vicariorum Vicarios*. Unde liquet, ſuppoſuiſſe præfatum decretum: integrum fore Guardianorum Vicariis Vicarios ulterius deputare. 445 446

ILLATIO IX.

Sub Priorem (Vicarium à Priore) non poſſe delegare juriſdictionem excipiendarum Confeſſionum, neque ad eaſdem ſibi ſubditos approbare.

Breviarium.

447 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum poteſt ſuam juriſdictionem delegare.*

448 *Qui ex Commiſſione Confeſſarii inſtituuntur, licet ſint ad univerſitatem cauſarum, nequeunt vel unius Confeſſionis auditionem delegare.*

449 *Generalis Pœnitentiarius Epiſcopi an poſſit facultatem excipiendarum confeſſionum delegare?*

450 *Martini Perezii diſtinctio rejicitur.*

451 *Prior Vicarius à lege poteſt hanc facultatem delegare. Vicarius Prioris minimè.*

Diximus Illatione † proximè præcedenti, & 1. *p. num.*136. Delegatum à Principe, vel ab inferiore ad univerſitatem cauſarum poſſe ſuam juriſdictionem ſubdelegare. Quam opinionem communem teſtatur Covarr. 3. *variar. c.* 20. *num.* 11. Verùmtamen dicendum eſt, hoc ſolum procedere in foro exteriori, ſeu interiori conſcientiæ, ſecus in pœnitentiali. Qui † enim ex Commiſſione Confeſſarii inſtituuntur, ſive ſint ad univerſitatem cauſarum, (utputa quando Epiſcopus dat alicui ſuas vices per totam Diœceſim juxta Text. *in c. inter cæteras, de Offic. Ordinarii*, vel quando Parochus committit ſuas vices Vicario) nequeunt vel unius Confeſſionis auditionem delegare. Probat Text. *in c. fin. de Offic. Deleg.* Ubi inter alia, quæ Delegatus ſubdelegare prohi- 447 448

prohibetur, numeratur, *Pœnitentias injungere, vel abſolvere aliquos.* Et tenet in terminis Paludanus *in 4. diſt. 17. quæſt. 4. fin. art. 1. concl. 2. & quæſt. 5. art. 1. fin.* Sylv. verb. *Confeſſor.* 1. §. 4. Licet Angelus verb. *Confeſſio* 3. §. 14. contrarium
449 ſentiat in generali Pœnitentiario Epiſcopi. Cujus opinio † forte ſuſtineri poſſet in confeſſariis, qui id habent ex officio perpetuo. Quæ omnia Valer. *Different. inter utrunque For.* verb. *Iuriſdictio, differ. 3. num. 4.* ait: Eſſe mente retinenda pro Vicariis Religionum, qui abſente Priore nullo modo poſſunt alicui dare licentias ad confeſſiones audiendas. *Valer.*

450 Unde non eſt audiendus † Martinus Perezius *Tract. de Pœnit. diſp.* 42. *qu.* 2. diſtinguens cum Coninkco inter illum, cui committitur poteſtas audiendi confeſſiones, aut judicandi de talibus, aut talibus rebus, vel cauſis, & inter illum, cui committitur immediatè Vicarium aliquod Officium, ut fit, quando alicui committitur (tametſi ſit ad certum tantum tempus) Vicarium Officium Paſtoris abſentis, aut Vicaria gubernatio Urbis, ita ut, quibus priori modo juriſdictio delegatur, nullo modo poſſit eam ſubdelegare ad effectum audiendarum confeſſionum, poſſint verò ii, quibus ſecundo modo delegatur juriſdictio. At hoc minimè placet, quia utrobique ut conſtat, denegatur facultas talem poteſtatem delegandi. *Martinus Perezius.*

451 Attamen † hoc verum eſſe de Sub-Priore à lege Vicario certum eſt; ipſique Valerio probatum. Namque ille ſubdit: *Mortuo Priore, vel amoto, vel excommunicato, vel ſuſpenſo omnia poſſunt, ſicut Prior.* Quum verò à lege deputatus omnia poſſit, ſicut Prior, ſimiliter in tali caſu ratiocinandum eſſe perſpicuum eſt, ut *ſupra num.* 365. & 366. adfirmavimus. Et dilucidè explicuit Sylv. citat, ubi ait: Gerens vicem Curati per legem, aut conſuetudinem, poteſt hanc facultatem delegare, ſicut Prior factus per Abbatem, qui eo vivente erat Delegatus, non poteſt ſubdelegare: eo mortuo, vel amoto, ejus vices in omnibus obtinens, eſt quaſi Ordinarius quantum ad hoc.

PRINCIPIUM III.

Sub Priorem (Vicarium à Priore) infirmiori perſungi authoritate, minuſque favorabili, quàm ſi à lege ipſa ſufficeretur.

Breviarium.

452 *Vicarius à Priore nominatus perſungitur infirmiori juriſdictione, quàm à lege ſuffectus.*

453 *Iuriſdictione Ordinariâ minus favorabilis eſt, & infirmior Delegata.*

452 Ex eo, quod Sub Prior à Priore Vicarius ſit, † ſequitur (ut diximus

Ordinaria juriſdictio favorabilior, & firmior Delegata.

mus *num.*394.) illius juriſdictionem non Ordinariam, ſed Delegatam eſſe, conſequiturque; illius juriſdictionem minus favorabilem, infirmioremque evadere, quàm ſi à lege, Supremove Prælato ſuffectus fuiſſet. Tunc enim, ut ex repetitis elucet, juriſdictionem Ordinariam haberet. † Quæ (ut etiam 453
probatum reliquimus 1.*p.*) longè firmior eſt, & favorabilior Delegata. Hanc inter utranque juriſdictionem diſparitatem tradunt Alexand. & neotherici *ad Rubr. ff. de Offi. . ejus*, Archi-Diaconus *in cap. ſi Epiſcopus 2. qu. 6.* Covarruv. 1. *variar. c. 2. num. 6.* Ex inferendiſque amplius conſtabit.

ILLATIO I.

Sub-Priorem ab abſente Priore Vicarium deputatum, non eſſe Prælatum.

Breviarium.

454 *Sub-Prior à Priore Vicarius nominatus, non eſt Prælatus.*

455 *Prælati ii cenſentur, qui juriſdictionem Ordinariam habent.*

PRimò infertur; † Sub-Priorem in tali caſu Monaſterii Prælatum non 454
evadere, quum juriſdictione non gaudeat Ordinaria, ſed ſolummodo Delegata. Colligitur ex Panormitani doctrina in *c. decernimus, de judic. num.* 16. & Gloſſa ibi: Prælatorum † nomine intelligit eos, qui juriſdictionem Ordi- 455
nariam habent. Azorius 2. *p. Inſtit. Moral. lib* 3. *c.* 25. interrogans: Quis Prælati nomine accipiatur in jure? Subjungit: *Hinc apparet, propriè Prælatos dici eos Religioſos, qui Monaſtici Conventus, ſive Cœnobii totam curam, & adminiſtrationem cum juriſdictione Ordinaria habent.* Et tenet expreſsè Rodriq. 1. *Regul. qu.* 12. *art.* 6. Ubi examinans: Ecqui Prælati vocentur? Præpoſitum Generalem, Provincialem, & Priorem Conventualem enumerat, eoſque tales eſſe, etiam ſi non eligantur per Definitorium, authoritate Apoſtolica, ut elicitur ex jure. Non autem Vicarius Prioris, qui non habet juriſdictionem Ordinariam.

ILLATIO II.

Sub-Priorem à Priore Vicarium in ejus abſentia ſuffectum, ſubditum illius eſſe, ac proinde inferiorem illo.

Breviarium.

456 *Sub-Prior Vicarius Prioris, ſubditus, & inferior illo cenſetur, ligatur ejus præceptis, cenſuris, &c.*

457 *Prior abſens, qui Vicariũ ſui loco nominavit.*

Digitized by Google

navit, omnem juriſdictionem penes ſe retinet, & exercere poteſt.

458 *Qui delegat juriſdictionem, majorem poteſtatem penes ſe retinet, quam conceſſit.*

459 *Non eſt inconveniens penes duos eſſe eandem juriſdictionem per viam delegationis, vel cum aliqua ſubordinatione inter ſe.*

460 *Ordinarius Superior delegati remanet.*

461 *Ordinarius cauſam à ſe commiſſam, vel limitare poteſt, vel in integrum revocare.*

TAmetſi Sub-Prior à Priore deputatus Vicarius eo ipſo, quod illius curæ committatur regimen Monaſterii, totam abſentis Prioris juriſdictio-
456 nem obtineat, † ſubditur tamen abſenti Priori, illoque inferior cenſetur, adſtringiturque ejuſdem præceptis, ligatur cenſuris, &c. tanquam quilibet alius
457 de Monaſterio. † Hinc ſequitur, poſſe ubicunque fuerit circa eundem Sub-Priorem Præſidem, alioſque Conventus Religioſos exequi, quæcunque juriſdictionis ſunt voluntariæ, dummodo licitè ſcriptis mandari poſſit. Quod tenet Portell. *Dub. Regular.* verb. *Prælati poteſtas, in addit. num.* 11. & nos *ſupra* tetigimus, *num.* 358.

458 Ratio eſt, quia Prior † delegans ſuam poteſtatem majorem authoritatem ſibi retinuit, quàm conceſſit, ut dicitur de Papa, Text. *in c. dudum, de Prabend. in* 6. ibi: *Penes nos tamen nihilominus remanſit major.* Et tenet Roland. *conſil.* 1, *num.* 135. *volum.* 2. Peregrin. *conſil.* 1. *nu.* 13. *volum.* 1. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar.* §. 2. *proœm. num.* 2. *& ſeqq.* necnon Garcia *de Nobilit. gloſſ.* 35. qui affirmat; quod licet Princeps concedat alicui juriſdictionem, non ideo eam à ſe abdicat; ſed ſemper major apud ipſum manet. Quem ſequitur Barboſa *Collect. Tom.* 3. *d. cap. Dudum.* Idemque loquens de Epiſcopo, ſentit Rebuff. *tit. Forma Vicariatus, num.* 189. Quod in quovis Ordinario verificatur, ut nos S. Thom. edocuit *opuſc.* 19. *longiuſculè à fine.* Ubi ait: Illud quod ſolet communiter circumferri: *Quod datur, non habetur, locum non habere in ſpiritualibus, quæ non per alicuius dominii translationem communicantur; ſed magis per modum emanationis cujuſdam effectus à ſua cauſa; ſicut qui communicat alii ſcientiam.* Paucíſque interjectis: *Et ſimiliter, quando dat Epiſcopus Sacerdoti poteſtatem abſolvendi aliquos homines; non amittit illam poteſtatem, niſi fortè æſtimetur poteſtas, quam habet Sacerdos in Parochia ſua, quaſi poteſtas, quam habet miles in villa ſua, quod eſſet ridiculum.*

Delegans retinet majorem Poteſtatē, quam concedit.

S. Thom.

459 Nec † tibi memoria ſuggerat; inde inconveniens illud emergere, quod ſupra diximus, *num.* 346. conſequi, ſi daremus eandem poteſtatem in duobus, Vicario ſcilicet, & abſente Prælato ſine aliqua inter utrunque ſubordinatione. Ratione quippe diſparitatis, quæ inter unius alteriuſque perſonam invenitur, prædictum inconveniens vitatur. Quam rationem ipſe Doctor Angelicus adſignavit *loc. cit.* confirmans, quod ſupra diximus: probanſque, quod in præſentiarum referimus, ſubdit: *Unde apparet, quod ex hoc quod Papa, vel Epiſcopus audit Confeſſiones Parochianorum* (tanquam Superioris Hierarchiæ

S. Thom.

caput)

caput) *vel audiendas alii committit* (via Delegationis) *non ſequitur, quod ſint plures Eccleſiæ Sponſi. Sequeretur autem; ſi duo præficerentur eidem Eccleſiæ eodem gradu, ſicut duo Epiſcopi in una Diœceſi, & duo Curati in una Parochia, quod Canones prohibent*. Neſcio, an luculentius, concinniuſve dici potuerit.

Ulterius nihilominus probatur: Nam † Ordinarius perpetuò Superior Delegati remanet ex vi Iuriſdictionis Ordinariæ, quam totaliter à ſe non abdicat, ut conſtat per text. in *L. pen. ff. de Offic. Præſid.* † Ideoque tanquam verus Superior, ſivè abſolutè cauſam commiſerit, ſive limitatè; integrum illi erit revocare talem commiſſionem pro ſuo libitu, ut eleganter explicuere Paul. in *l. Iudicium ſolvitur, num. 3. de Iudic.* Gregor. Lupus, *l. 1. verbo, Revoca, tit. 4. part. 3.* Covarruv. *pract. cap. 9. n. 1.* Mol. *Tract. 5. de Iuſt. diſ. 21. num. 2. verſ. Quæ dicta ſunt*, Duaren. *tit. de Iudic. cap. de iis, qui iud. dari poſſ. circa med.* Barboſa, *Tom. 3. Collect. ad cap. Quamvis 6. de Offic. Deleg. in 6.* apud quos plures reperies. Ergo eo ipſo, quòd Prior prædictam deleget poteſtatem, non videtur à ſe Superioritatem, quam tam penes Subditos, quàm penes Sub Priorem habebat, abdicaſſe. 460 461

ILLATIO III.

Sub Priorem (à Priore Vicarium) Prælati præeminentiis non frui.

BREVIARIUM.

462 *Sub-Prior à Priore Vicarius Prælati immunitatibus non gaudet.*

TErtiò ſequitur † ex doctrina à nobis ſuperius data Sub-Priorem Prælati abſentis vicesgerentem immunitatibus, & præeminentiis Prælaturam commitantibus non potiri, quemadmodum, ſi à lege ſuffectus fuiſſet, potiretur, ut diximus *num. 228. & 229.* Probatur ex text. in *l. Filius, ff. de legation.* ubi decernitur: Quod ſi Filius pro Republica legatus, ſive Orator Patris conſtitueretur, eodem Patre id ipſi committente, neutiquam legati præeminentiis gaudet, ſed Pater Delegans, ſive nominans. Rationem reddit I. C. *Quia per Filium legatione functus videtur*. Tenetque Rotericus 3. *Regular. q. 76. art. 1.* 462

Text. in l. Filius, ff. de legationib.

ILLATIO IV.

Iniuriam irrogatam Sub-Priori (à Priore Vicario) non eadem pœna dignam cenſeri, ac ſi abſenti Priori, cuius loco præeſt, irrogaretur.

BREVIARIUM.

463 *Iniuria illata Vicario à Priore in ipſius locum ſuffecto, minori pœna plecti debet, quam ſi Priori eſſet irrogata.*

Diximus

Digitized by Google

463 DIximus ſup. à *num.* 231. † Injuriam illatam Sub-Priori in Prioris ſeu abſentis, ſeu deficientis locum à lege, Supremove Prælato ſuffectum, eadem pœna dignam; ac ſi ipſimet Priori fuiſſet irrogata. Hic tamen contrario tramite incedendum eſt. Quare doctrina Roterici 2. *Regular. q.* 33. *art.* 2. à nobis citato *num.* 232. exploſa, modo admittenda venit, quum in Sub-Priore à lege Vicario locum non habeat, benè tamen in illo nuncupato à Priore. *Doctrina Roterici admittitur.*

ILLATIO V.

Sub-Priori dicto caſu integrum non eſſe, ſibi Confeſſarium deligere.

BREVIARIUM.

464 *Sub-Prior Vicarius Prioris non poteſt, ſibi Confeſſarium eligere.*

464 Q*Vintò* infertur, Sub-Priorem † pro abſenti Priore Conventui Præſidentem virtute privilegii *capitis fin. de pœnit. & remiſſ.* nequire ſibi Confeſſarium eligere. Ratio eſt: Nam præfato indulto præcisè donantur Prælati, ibi: *Prælatis exemptis.* Sub Prior verò Vicarius à Priore deputatus Prælatus non evadit, ut dictum eſt. Ob hanc etiam rationem defendimus ſupra. *num.* 249. Vicario Foraneo Epiſcopi non loqui tale privilegium. Tenet huius Illationis doctrinam Suareus citatus *num.* 245. ubi quicquid ſuper hac re deſiderari poſſet, manet ſufficienter probatum.

ILLATIO VI.

In Iudicem Conſervatorem non poſſe Sub-Priorem (à Priore Vicarium) eligi, neque Delegatum Apoſtolicum agere.

BREVIARIUM.

465 *Sub-Prior Vicarius à Priore nominatus, neque Delegationem Apoſtolicam, neque munus Conſervatoris exequi poteſt.*

466 *Sub-Prior Vicarius à Priore in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus non cenſetur, neque exercere juriſdictionem propriam.*

467 *Vicarii Foranei Epiſcoporum non ſunt in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, neque literas Apoſtolicas expedire, neque Officium Conſervatorium agere poſſunt.*

468 *Vicarii Generales è contra.*

469 *Delegata juriſdictio inſufficiens eſt, ut gaudens illa, in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutus dicatur.*

Sub-

SUb-Priorem à lege in Vicarium delectum Delegationem Apoſtolicam obire poſſe ſupra adfirmavimus. † Id de illo à Priore deputato negare 465 conſequentia doctrinæ petit: ac proinde, neque poſſe judicem agere Conſervatorem, & probatur expreſsè ex textu in *Clement. 2. de Reſcript.* Ratio utriuſque eſt; † quia in Dignitate conſtitutus Eccleſiaſtica non cenſetur; ne- 466 que juriſdictio, quam exercet, propria eſt, ut convincit textus in *l. 1. §. Qui mandatam, ff. de Offic. eius*, ibi: *Proprium nihil habet, ſed eius, qui mandavit, Iuriſdictione utitur.* Quippe ſub Abbatis diſciplina manet, ut vidimus *num.* 274. & ſufficienter probatur ex *ibi* dictis, dum omnium horum capacem eſſe Vicarium à lege deputatum aſſerebamus. Item, quia Foranei † Epiſcoporum Vi- 467 carii non habentur à Iure Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ad hunc literarum Apoſtolicarum expediendarum effectum. † Vicarii verò 468 Generales è contra, ut expreſsè patet ex text. in *Clem. 2. de Reſcript.* & diximus ſupra *à num.* 246. Eadem ratione Foranei Vicarii à iudicio conſervatorio exequendo arcentur; ad quod Generales Vicarii admittuntur. Utrumque P. Thom. Sanchez 8. *de Matrim. diſp.* 29. *num.* 2. Legionenſis Baſilius, *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 3. & idem Sanchez in *Decalogum lib. 6. cap. 13. num.* 78. *fine* pluribus citatis.

Vicarii Foranei.

Cuius alia nequit aſſignari ratio, niſi quia Vicarius Generalis (ut ſæpiuſcule repetivimus) Ordinaria Iuriſdictione potitur. Ideò in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus creditur ad prædictum effectum. Foraneus verò Delegata Iuriſdictione contentus eſt: uti docet Zerol. *in prax.* verbo, *Vicarius*, verſ. *Secundum quid*, & Baſilius ſup. citat. † Juriſdictio autem Delegata inſuffi- 469 ciens eſt, ut gaudens illa, in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutus dicatur: ac proinde Papæ Delegatum agere, poſſit, ſive aſſumi in Conſervatorem Judicem: Ergo ſimiliter de Sub-Priore à Priore Vicario delecto ratiocinandum eſt; quum jam illum probaverimus; non Ordinaria, ſed Delegata in tali caſu Juriſdictione potiri.

ILLATIO VII.

Mortuo, ſuſpenſo, excommunicato, ſeu quovis alio modo ab Officio remoto Priore, exſpirat Vicarii Sub Prioris Iuriſdictio, quando ab eodem Priore fuit ſuffectus.

Breviarium.

470 *Vicarii Prioris abſentis iuriſdictio, quando à Priore nominatus eſt exſpirat morte Prioris, vel eius Officii ceſſatione.*

471 *Iuriſdictio talis Vicarii dependet à iuriſdictione Prioris.*

472 *Priore excommunicato, iuriſdictio Sub-Prioris eius Vicarii ſuſpenditur, dummodo*

Digitized by Google

modo Prior denunciatus ſit, aut notorius Clerici percuſſor.

473 *Excommunicatus non amittit juriſdictionem, niſi caſu, quo denunciatus ſit, aut excommunicatio procedat ex notoria Clerici percuſſione.*

474 *Suſpenſo Priore ſuſpenditur juriſdictio Sub-Prioris ejus Vicarii; quod eſt intelligendum de ſuſpenſione, prout dicit cenſuram.*

475 *Quocumque caſu Prior juriſdictionem amiſerit, extincta erit juriſdictio Sub-Prioris ejus Vicarii.*

476 *Extincta juriſdictione Prioris, & conſequenter Sub-Prioris ejus Vicarii, recidit præſidentia Conventus in Sub-Prioris perſonam ex diſpoſitione juris, niſi Religionis ſtatuta, aut legitima conſuetudo aliud faciendum diſponant, & tunc juriſdictione Ordinaria gaudebit.*

477 *Si Correctŏr ultra trimeſtrem terminum à Civitate abſuerit, ſtatim ejus Officium vacabit, & conſequenter eius Locum-tenentis; ſed ex legis diſpoſitione ſubſiſtit Locum-tenentis Officium non iam tanquam Vicegerens Correctoris, ſed tanquam à lege nominatus.*

478 *Quid hoc caſu more receptum ſit in Religione Seraphica, & lege ſtabilitum.*

IAm ſcripſimus, quibus nominibus Juriſdictio noſtri Sub-Prioris minus *Iuriſdictio*
favorabilis habeatur, quando à Priore nuncupatur Vicarius; quàm ſi à *Delegata*
lege, ſupremove Prælato deputaretur: Supereſt, ut modo expendamus, *in quo infirmior?*
quibus infirmior cenſeatur. Rectè enim à proximo principio deſcendit:
470 quod, ſi forte contingat, † abſentem Priorem è vita decedere, aut quoquo
modo ab Officio deponi, Sub-Prioris Juriſdictionem in noſtro caſu exſpi- *Finitur*
rare, quemadmodum de omni Iuriſdictione Delegata generatim aſſeruimus *morte, vel*
471 1 *part.numer.*164. Ratio eſt. † Quia Sub-Prioris Vicarii Iuriſdictio in no- *ceſſatione*
ſtro caſu Delegata cenſetur; nec independenter ſubſiſtit, ſed à titulo, ſive *Officii Delegantis.*
nominatione Prioris dependet: Ergo illius morte, remotioneve finitur.
Colligitur ex text. in *l. Quod Princip., juncta l ſi Auguſta ſeq.ff. De legat* 2. & tra-
dunt Fulgoſius in *l. More, num.*2. *ff. de Iuriſd. Omn. Iud.* Sebaſtianus de Medi-
na, *tract. Mors omnia ſolvit, num.*83. Nam extincto jure Authoris, extingui-
tur jus Succeſſoris, *l. lex vectigalis, ff. de pignor. l* 1. *C. ſi pignus pignori datum ſit.*

472 Eadem ratione aſſerendum eſt; Vicarii † Sub-Prioris juriſdictio-
473 nem ſuſpendi Priore excommunicato (dummodo † denunciatus ſit, aut
notorius Clerici percuſſor juxta Conſtantienſis Concilii determinationem,
decernentis excommunicatum non amittere juriſdictionem, niſi duobus ca-
ſibus prædictis, ut multis probat Sanchez 3. *de Matrim. diſp.* 22. *num.* 32.) Pro-
batur ex textu *in cap.* 1. *de Offic. Vicar. in* 6. ubi ſancitur, nullius eſſe valoris, quic-
quid Epiſcopo excommunicato ejus Vicarius exequitur. Tenent præter ve-
teres plures Doctores à Sanchez citati *d. lib.* 3 *diſp* 30. *num.* 6. Rebuff. *regul.* 13.
Cancell. §. Aut Vicarios perpetuos, & cap. Poſtulaſtis, notab. 2. *de Cler. excomm. nu.* 16.
Bertachin. in *Repertor.* verbo, *Vicarius, num.* 20. Marant. *Spec. aur.* 4. *part diſt.* 1.
An judicium ſit Ordinarium, numer. 7. Sbrozz. *de Vic. Epiſc. lib.* 3. *quæſt.* 17. *numer.* 1.

Gutierr. 1. *Canonicar. qq. cap. 1. numer. 83. & ſeqq.* Vgolinus, *de Cenſuris, tabul. 2. cap. 11. §. 3. num. 8.*

Similiter in caſu, quo Prior ſuſpenſus ſit † ratiocinandum eſt; quandoquidem, etiam tunc, eadem ratio militat, Rebuff. *titul. Forma Vicariatus, in praxi, num. 217.* Bertachin. *Tractat. de Epiſcopo, lib. 4. part. 5. num. 69.* Sbrozz. *ubi ſup. numer. 4.* (quod eſt intelligendum de ſuſpenſione prout cenſura.) Requiritur tamen (ut de excommunicato diximus) ut denuntiatus ſit; & adnotavit Sanchez *d. diſp. 30 de Matrim. num. 8.* Quippe antequam denuntietur, adhuc Prior retinet juriſdictionem, & conſequenter in ſuo Vicariatu perſiſtere apparet, argum. text. *in d. cap. 1. de Offic. Vicar. lib. 6.* Necnon quocunque caſu Prior ſuam juriſdictionem † amiſerit, id ſentiendum erit: utpura per renuntiationem, privationem, promotionem. Quia in omnibus iſtis caſibus eadem ratio ſuadet, Vicarii Prioris juriſdictionem finiri, utpotè ab ejuſdem Prioris juriſdictione omnimodè dependentem, ut diximus 1 *part. n. 184.* & docet idem Rebuff. *tit. Forma Vicariatus, n. 219.* 474 475

Verùm tametſi in cunctis prædictis caſibus (ut viſum eſt) Sub-Prioris juriſdictio à Priore in Vicarium ſuffecti, tempore ſuæ Præſidentiæ protſus evaneſcat; † nihilominus tamen, ſi alicujus Religionis ſtatuta, aut legitima conſuetudo aliud faciendum non diſpoſuerint; in Sub-Prioris perſonam Conventus recidet Præſidentia; diſtincto verò titulo, nempe ex communis diſpoſitione juris, ut expreſsè habetur in *Clem. Ne in agro, §. ſi quis autem,* verſu, *Abbate, de Stat. Monachor.* ubi reſolvitur: *Suſpenſo Abbate à collatione Beneficiorum, ad Priorem Clauſtralem collationem devolvi.* Cui innitens textui id tenet Tamburin. 2. *de Iur. Abbat. diſp 13. quæſit. 11. n. 3.* ibi: *Abbate ſuſpenſo devolvitur poteſtas ad Priorem Clauſtralem, ex Clem. Ne in agro, &c. Vel ad Vicarium Monaſterii, quia Monaſterium nunquam dicitur deſtitutum aliquo Superiore, qui in Monachos Ordinariam Iuriſdictionem exerceat; aliàs Monachi pejoris eſſent conditionis, quam ſubditi Epiſcopi.* Et citat Dianam, & Ioann. de Cenedo. Et in tali caſu juriſdictio Sub-Prioris non Delegata, ſed Ordinaria cenſebitur, utpotè quæ ab ipſo jure profluit. Et quòd in prædicta Clement. de ſuſpenſionis caſu decernitur, de aliis quibuſvis dicendum eſt, in quibus Prioris juriſdictio aut ſuſpendatur, aut deficiat. Quippe in iis omnibus eadem ratio urget. 476

Præſidentia Conventus mortuo Priore in Sub-Priorem recidit.

Dixi: NISI ALICUIUS RELIGIONIS STATUTA, AUT LEGITIMA CONSUETUDO ALIUD FACIENDUM DISPOSUERINT. Tunc enim præſcripto ſpecialis juris, ſeu conſuetudini ſtandum erit. Quod † ex noſtro probatur jure, *l. 7. tit. 5. lib. 3. Nova Compil.* Ubi decernitur, quòd ſi Corrector à Civitate abfuerit, ultra trimeſtrem terminum illi à *l. 6. ejuſdem tituli* conceſſum; ſtatim vacet illius Officium. Et quia ſimiliter eo ipſo, quod Correctoris Officium vacaſſet, etiam & ejus Locum-tenentis vacabat, ut diximus 1. *p. num. 196.* diſponit *d. l. 7.* debere ſubſiſtere tùm ejuſdem Locum-tenentis Officium, 477

L. 6. & 7. tit. 5. lib. 3. Compil. explicantur.

Digitized by Google

Officium, tum & aliorum præteriti Correctoris Miniſtrorum, non tanquam ſint jam vices gerentes, & Miniſtri ab eo nominati; ſed tanquam à Rege, hoc eſt, non titulo nominationis à Correctore factæ: (ille enim finitus jam eſt eodem remoto) ſed novo titulo, & conceſſione facta per prædictam *l.7* Quam etiam ad caſum, quo Corrector vita fungeretur, debere extendi declaratum fuit à Regia Granatenſi Cancellaria Præſide Eruditiſſimo illo Juris Magiſtro Covarruvia, uti ipſe teſtatur *Practic.c.4.n.4.* ſiquidem in utroque caſu eadem omnino ratio invenitur.

478 Similiter Emmanuel † 3. *Regular q.76.art.3.* affirmat in ſua S. Jacobi *Rodriqu.*] Provincia ſtatutum eſſe; ut mortuo Guardiano Vicarii illius Præſidentia non reſcindatur; ſed cum Guardiani ipſius authoritate perſiſtat, quouſque certior fiat Provincialis. Quod ſi Vicarius Ordinarius in Conventu non fuerit, Guardianus moribundus accedente Diſcretorum conſilio Præſidentem deſignet. Si vero morbus id non patiatur; Senior Conventus jam emortuo Guardiano, cogat Conventum, ſeu Conventuale (ut vocant) Capitulum ad Vicarii electionem. Hic tamen Vicarius, ſive à Guardiano nominatus, ſive à Conventu electus, quouſque aliud Provincialis decernat, eandem prorſus authoritatem habebit. Quæ omnia conſonant traditis in hac Illatione, notatiunculis, & modificationibus ſuperius adductis.

ILLATIO VIII.

Poſſe Priorem poteſtatem Sub-Prioris Vicarii à ſeipſo deputati ad nutum revocare.

BREVIARIUM.

479 *Sub-Prior Vicarius Prioris pro ejus libitu amoveri poteſt.*

480 *Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur.*

481 *Talis revocatio poteſt fieri tacitè, aut expreſſe.*

482 *Secundo Procuratore nominato, à primo procuratio ablata cenſetur.*

483 *Ceſſante cauſa ceſſare debet effectus. Et quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas ſopit.*

479 OCtavo infertur Poteſtatem prædicti Sub-Prioris Vicarii † pro Prioris *Sub-Prior Vicarius à Priore ab eo revocari poteſt.* libitu amovibilem fore; uti elicitur ex Text. *in l. ſolent, ff. de Offic. Pro Conſ.§.1.c.quamvis, cap.ſi Delegatus de Offic. Deleg.* Quod ſi à lege eſſet ſuffectus, ut jam animadvertimus *num.372.* nullatenus fieret. Cujus optimè reddidit rationem Covarruv. *cap.9.pract.num.1.fin.* Quia ſcilicet talis Vicarius ab uno Abbate, ſeu Priore liberrimè delectus eſt, in illumque transfuſa ab eodem Priore juriſdictio: Ergo eadem libertate poterit ab ipſo Priore revocari,

 quan-

480 quandoquidem † *omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur, cap.1 de Reg jur.in 6.* & probant. Text. *in l.judicium ſolvitur, ff.de judic. c.ut noſtrum, de appellat.* Gloſſ. verb. *Idem,in cap.Romana, princip.de appell.lib. 6.* Stephan. Gratian. *Diſcept Forenſ.Tom.1.cap.92.num.9.* Rebuff. *d.tit.Forma Vicariatus, in praxi num.*192. Navarr. *lib.1.de elect.conſil.*10.*numer.*1. Barboſ. *in Collect. Tom.3 cap.ſi contra unum, num.6. de Offic. Delegat.in 6.* & alii, quos ſupra retulimus.

481 Hæc autem revocatio † tacitè, aut expreſſe fieri poteſt. *Expreſſe*, ſi nominatim Poteſtas ab ipſo concedente revocetur juxta Text. *in l. judicium ſolvitur, ff.de judic.* ibi: *Iudicium ſolvitur vetante eo, qui judicari juſſerat. Tacitè* verò, alium Vicarium ſubrogando. Quo facto primus Vicarius videtur amotus, *Revocatur expreſſe, aut tacitè.*
482 *cap.Clericos,de Offic.Vicar.* DD. *in cap.non juſtè, de Procuratorib.* † quemadmodum ſecundo Procuratore nominato, à primo procuratio ablata cenſetur, *d.cap.non juſtè, l.ſi quis, §.1.ff.de Procuratorib.* Similiter abſente Priore revertente: tunc enim ad illum tam juriſdictio, quàm adminiſtratio pertinet. Planumque eſt, ipſo ſuo reditu Vicariatum revocare, quem pro ſua abſentia ſuf-
483 fecerat: † nam ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus, *l.quod dictum, ff de pactis, cap. cum ceſſante, de appellat.* & quod belli calamitas introduxit, Pacis lenitas ſopit. Text. *in l.unic.C.de caduc.tollend.* à Rebuff. *illum ſequente in praxi tit. Diſpenſatio, de non reſidend.num.42.& tit.Forma Vicariatus, num.22.&* 201. Cardin. Tuſch. *litt.B.concluſ.155.num.2.* Barboſa *cap.quamvis 6.num 4. de Offic. Deleg.lib.6.* alios referens. In ſpecie verò poſſe Guardianum, ſeu Priorem revocare Vicarium à ſe deputatum, tenent Emmanuel 1. *Regular.quæſt.12.art.6* Portell. verb. *Guardianus num.3.* Tu Lector recole, quæ diximus *2.p.n.93.*

ILLATIO IX.

Poſſe Priorem Poteſtatem Sub-Prioris à ſe Vicarii coarctare, ut ſibi expediens viſum fuerit.

BREVIARIUM.

484 *Sub-Prioris Vicarii poteſtas coarctari poteſt ad nutum nominantis Prioris.*

485 *Cui liberum eſt totum negotium in alium transferre, poterit, & in aliquo coarctare.*

486 *Mandatum ad unguem eſt obſervandum; & quod Poteſtatem mandatam exceſſerit, tanquam factum à perſona privata reputabitur.*

484 **N**Onò infertur; † Coarctabilem, & limitabilem eſſe Sub-Prioris noſtri Vicari Poteſtatem ad nutum nominantis Prioris; ita ut circa illa, reſpectu

Digitized by Google

ſpectu quorum coarctata fuerit talis poteſtas, nulla prorſus juriſdictione vigeat. Ratio eſt. Quia juriſdictionales actus, non niſi nomine nominantis Sub-Prior exercet: cujus omnino illa eſt, *l.* 1. §. *qui mandatam*, *ff. de Offic. ejus*. Ideo ab illius pendet arbitrio ipſam poteſtatem, vel ampliare, vel limitare. Rei enim ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata*, *C.*
485 *mandati*. † Et cui liberum eſt, totum negotium in alium transferre poterit, & in aliquo coarctare, *cap. paſtoralis*, 28. §. *Item quum totum*, *ff. de Offic. Deleg.* Ergo in quibus caſibus Vicario demandata non fuerit juriſdictio à delegan-
486 te; illa omnino carebit, † quum non debeat fines excedere mandati, *cap. cui de non Sacerdotali*, *de præbend. in* 6. Rebuff. *tit. Forma Vicariatus*, *num.* 2, 7. *Mandatũ ad unguẽ ſervandũ.* Sed potius ad unguem obſervandum ſit, per Text. *in l. Diligentes*, *ff. mandati*. Et per ea, quæ latè Menoch. *de Recup. poſſeſſ. Tom.* 8. *n.* 13. & 17. & *conſil.* 69. *num.* 73. Quare reſpectu illius, quod poteſtatem ſibi mandatam exceſſerit; perſona dumtaxat privata reputatur; ut in ſimili docuit Thom. Sanch. 2. *de Matrim. diſp.* 11. *num.* 17. Hac motus ratione addidi, *n.* 397. *Si aliqua reſtrictio non exprimatur.* Accinunt Sayrus *Clavi Reg. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 16. Sanch. *Summ. lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 23.

PRINCIPIUM IV.

Eſſe valde probabile, Sub-Priorem à Priore Vicarium, quando eodem Priore abſente, ſive infirmante, Conventui præeſt, Ordinaria juriſdictione gaudere.

BREVIARIUM.

487 *Probabile videtur, Sub-Priorem Vicarium à Priore inſtitutum in abſentiæ, ſeu infirmitatis caſibus Ordinaria juriſdictione gaudere.*

488 *Vicarius conſtitutus promiſſione legis, Ordinariam juriſdictionem accipit.*

489 *Ordinarius judex poteſt, quæcunque ſibi ordinario jure competunt, delegare.*

490 *Ratio, in qua fundatur, juriſdictionem Vicarii Generalis Epiſcopi, ſeu Locum-tenentis Correctoris Ordinariam eſſe ſtabilitur.*

491 *Delegatus ab Ordinario, qui à Principe habet poteſtatem delegandi, Ordinaria juriſdictione gaudet.*

TAmetſi probabiliſſimum ſit, Sub-Priorem (ut ſæpè repetiimus) à Priore ſuffectum in Conventus regimen, & Vicariatum, Delegata tantum juriſdictione pollere; neque ultra Delegationis orbitam illis poteſtatem
487 exire; † nihilominus hic tanquam valde probabile non poſſum non aſſerere; illum in abſentiæ, ſeu infirmitatis caſibus à Priore inſtitutum, Ordinaria juriſdictione gaudere. Non me latet, hanc doctrinam contra- *Probabile eſt Vicariũ à Priore, Ordinaria juriſdictione potiri, & quo pacto?*

Digitized by Google

riam videri ſupra ſtabilito principio, 1. *p. à num.* 91. Nequire ſcilicet Ordinarios creare, niſi Supremum Principem, legem, Rempublicamque liberam, *cap. à judicibus*, 2. *quæſt.* 6. cum ſimilibus. Cæteros quoſque his inferiores tantum poſſe Delegatos nominare. Nec alio majori diſcrimine juriſdictionem Ordinariam à Delegata ſecrevimus, quàm iſtam à quolibet Ordinario poſſe profluere, illam verò ècontra, Text. *in l. more, ff. de juriſd. omn. judic. cum ſimilibus jam citatis.* Illæſo tamen (utpote veriſſimo) tali principio.

Dico: probabiliſſimam prædictam ſententiam eſſe, quæ inter alios ſibi Patronum Bartholum nacta eſt *in l. nec quicquam,* §. *ubi decretum, num.* 6. junctis iis, quæ dixerat *in l. obſervare, num.* 3. *&* 5. *ff. de Offic. Pro-Conſ.* Ratio eſt, Quia per Text. *in Authentico de Collator.* §. *ad hac prohibemus*, juncto *Authentico, ut nulli judic. in princip. eadem collatione*, expreſsè dicitur: Non poſſe ullum Ordinarium Vicarium loco ſui deputare, niſi caſu, quo abeſſe opus ſit, ſive graviter infirmetur, ita ut ſuo muneri nequeat ſatisfacere. Idque ſancitum eſt *l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 3. *nova Compil.* his verbis: *Los Alcaldes, que fueren pueſtos por Nos, y por los Pueblos (aviendo Privilegio para ello) no pongan otros ſubſtitutos en ſu lugar, que juzguen ſino fuere dolientes, ò flacos, de guiſa, que no puedan juzgar: O ſi fueren por nueſtro mandado, ò del Conſejo do ſon Alcaldes, ò a ſus bodas, ò de algun pariente, do deba ir, ò por otra cauſa derecha.* Atqui Vicarius prædictis caſibus adſignatus ad tempus, quandiu ſcilicet, abſentia ſive fracta valetudo perdurat authoritate legis ſuffectus eſt: ergo Ordinarius. † Quia quum permiſſione legis conſtituatur à lege ipſa, Ordinariam juriſdictionem videtur accipere, argumento Text. *in l.* 1. *verſ. Omnia enim, C. de vet. jur. enucl.* Barthol. *d.* §. *ubi decretum, num.* 5. Cujacius *ad Papin. lib.* 1. *quæſt. in l. aliquando,* 5. *ff. de Offic. Pro-Conſ.* Quintana-Dueñas *lib.* 2. *de juriſd. & Imp. tit.* 5. *n.* 7. 488

Si verò citra prædictos caſus Prior Vicarium conſtituat, non videtur id facere voluntate legis: ſiquidem nulli judicum in loco, cujus gubernatio ſibi commiſſa eſt, Vicarium deputare permittitur, §. *d. ad hac prohibemus, & d. Authentico, ut nulli iudicum*, Cagnolus, *in Rubr. ff. de Offic. eius, num.* 8. Anton. Capicc, *deciſ.* 151. *num.* 1. ſed propria authoritate talis Conſtitutio facta creditur: ideoque per illam Vicarius nominatus minimè dicitur Ordinarius, ſed Delegatus tantum: utpote ab inferiore Prælato poteſtatem accipiens, non à lege, Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de Offic. eius*, Curtius Iunior, *in eadem Rubr. num.* 16. Boërius *tract. Magni Conſilii, num.* 87. Molin. *lib.* 1. *de Hiſpan. primogen. c.* 25. *num.* 12.

Bartholium ſequuntur quamplures, quos reperies *in* 4. *part. ſpecul. aur.* Robert. Marant. *diſt.* 5. *à num.* 17. Quibus ſe immiſcuêre tum ipſe Maranta, tùm Molin. *Tract.* 5. *de iuſt. diſp.* 13. *verſ. His ita explanatis, & eod. Tract. diſp.* 10.

Digitized by Google

diſp. 10. verſ. *Vicarii*, qui aſſerit, Generales Vicarios alios in ſui locum, niſi abſentiæ, ſive invaletudinis cauſa non poſſe ſufficere; & ſubjungit: *Sunt verò eiuſmodi ſubſtituti in eventibus eiuſmodi lege conceſſis Iudices Ordinarii, quemadmodum, & ii, quibus ex rationabili cauſa ſubſtituuntur.*

489 Confirmatur. † Quia judex Ordinarius poteſt, quæcunque ſibi Ordinario jure competunt, delegare *l. More*, 5. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* & jure permittitur, ſive neceſſitas urgeat, ſive non, uti elicitur ex *l.* 1. *ff. de Offic. cim.* Ubi in caſu neceſſitatis (ut puta, ſi Magiſtratum abeſſe contingat) meri Imperii Delegatio committitur: Ergo neceſſitas in cæteris cauſis delegabilibus non attenditur, ac per conſequens lex, quæ expreſsè prohibet, Ordinarios Judices Vicarios excepta neceſſitatis cauſa conſtituere, *d.* §. *ad hac prohibemus, & d. Authentico ut nulli iudicum*: Videtur in illis cauſis exceptis Vicarium Ordinarium facere. Nam ſi Delegatus eſſet etiam citra neceſſitatem, poſſit conſtitui; alioqui fruſtra lex talem prohibitionem induceret, ſi Ordinarius non eſſet. Quam doctrinam, huic fundamento nixus, amplexatus eſt Marant. *num.* 18. & ſubſcripſit Narbona *de Appellat. à Vicario ad Epiſcop. part.* 1. *num.* 110. *Ordinaria juriſdictio liberè demandari poteſt.*

490 Eidemque nititur † doctrina illa ſuperius à nobis tradita pro Epiſcoporum Vicariis, Correctorumque Locum-tenentibus, quos noſtrum vulgus *Alcaldes Mayores* vocitat. Quippe iſthic non alio titulo Ordinarii creduntur, niſi quia à Correctoribus conſtituuntur Principis tolerantia, *l.* 10. *tit.* 5. *lib.* 3. *Compil.* ibi: *Se les mande, y encargue de nueſtra parte, que tengan. conſigno Tenientes Letrados.* Unde nulla dubitatio eſſe poteſt, illos Ordinarios evadere, quanquam à Correctoribus nulla compulſis neceſſitate ſubſtituantur: quum ab ipſa lege, ſeu Principe eorundem munus creatum ſit, licèt ad Correctores ipſos perſonarum ſubſtituendarum attineat electio. Cui opinioni maximam authoritatem adfricuit Covarruv. *lib.* 3 *var. cap.* 20. *num.* 4. Avendanno *de exequendis mandatis*, *cap.* 3. *num.* 3. Azeved. *in d. l.* 10. *num.* 1. Morl. *in Emporio iur. tit. de iuriſd. prelud.* 14. *num.* 86. & plures penes ipſos. Quæ ratio eiſdem viribus defendit Ordinariam juriſdictionem Generalium Vicariorum Epiſcoporum. *Vicariorum Generalium & Locumtenentium juriſdictio.*

491 Eodemque modo argumentari, * oportere, aſſerit Maranta citatus, quando aliquis eſſet creatus Ordinarius à Principe cum poteſtate ſubſtituendi. Quia ſubſtitutus eo eventu, videtur creatus authoritate Principis concedentis, & ſic Ordinarius. Probatur eadem ratione, quam modo innuimus: quia abſque ulla Principis permiſſione poteſt Delegatus, conſtitui à quolibet Ordinario: Ergo, quando prædictis caſibus ſpecialis facultas Vicarios creandi conceditur, ut illi Ordinaria juriſdictione polleant; talem facultatem concedi fatendum eſt. Sin minus, hæc ſpecialis facultas, quaſi aërem verberans, in vanum curreret, aut cucurriſſet, quandoquidem nulla *De Delegato Ordinarii habentis à Principe facultatem Delegandi.*

urgenti

urgenti neceſſitate Vicarii conſtitui poſſunt, qui delegata juriſdictione fungantur.

Ex his ſolutio objectionis principio poſitæ colligitur; ſiquidem talibus caſibus nõ conſtituitur Vicarius Ordinarius ab inferiori Prælato, ſed ab ipſa lege, ſive Principe Supremo, poteſtatem Prælato inferiori facientibus, eligendi perſonas, ipſis verò jurisdictionem Ordinariam (ut poſſunt) conferentibus. Unde, quod Alexander *in Rubr. ff. de Offic. ejus*, Jaſon *in l ſi eadem, column.* 3. *ff. de Offic. Aſſeſſ.* docuēre, nimirum: ſubſtitutum Iudicis Ordinarii delegatum fore, de Vicario conſtituto citra prædictos caſus abſentiæ, & infirmitatis ſcilicet interpretatur *ubi ſup.* Marant. quam doctrinam tenet etiam Molin. *dict. diſp.* 3. verſ. *His ita explanatis.*

Hæc quidem, quia ſic ſtabilita à gravibus viris reperi, refero, licet ea omnia & ſingula difficultate non vacent, ſed omnia expendere, brevitas inſtituti noſtri non patitur.

ILLATIO UNICA.

Applicatur prædicta doctrina Sub-Priori Vicario.

BREVIARIUM.

492 *Sub-Priorem à Priore conſtitutum Vicarium infirmitatis, ſeu abſentiæ cauſa, probabile eſt Ordinarium eſſe attenta juris communis diſpoſitione, ac proinde illi conveniunt ea omnia, quæ de à lege ſuffecto diximus.*

493 *Licet talis juriſdictio ſit Ordinaria, omnino tamen dependet, & cohæret juriſdictioni Prioris, & ejus morte, ſeu officii finitione finitur.*

494 *In aliis caſibus Vicarius à Priore Delegata juriſdictione gaudet.*

495 *Religioſi Vicarii à Priore ſuffecti, etiam in caſu infirmitatis, & abſentiæ, gaudent juriſdictione Delegata, nec pro eis aliqua probabilitas militat, attento ſpeciali jure Religionum.*

TAm ex modo ſtabilitis, quàm ex totius operis decurſu deducitur,
492 † Sub-Priorem à Priore infirmitatis, ſeu abſentiæ cauſa Vicarium deputatum probabiliſſimè dici Ordinarium; ac proinde illi convenire, quæ eidem competere diximus, quando à lege ſufficitur: Quandoquidem juxta nuperrimè dicta non minus Ordinarius evadit in prædictis caſibus à Priore deſtinatus, quàm quibuslibet aliis à lege.

493 Unum tamen obſerva, * Hanc ſcilicet Ordinariam juriſdictionem Limitatio.
(quanquam Ordinariam) ita à Prioris juriſdictione, in conſervari dependere, ut deficiente Prioris juriſdictione in nihilum redigatur, quemadmodum de

de Generali Vicario Epiſcopi, nec non de Correctorum Locum-tenentibus
ſupra diximus 1. *p. à n.* 176. Par enim circa hos omnes ratio militat, quum
utrorumque nominatio ab inferiori fiat, lege ſive Principe Supremo per-
mittentibus, poteſtatemque conferentibus.

In aliis autem caſibus infertur, † prædictum Sub-Priorem (Vica-
rium à Priore) Delegatam in omnium opinione juriſdictionem ſortiri, ac
proinde duntaxat ipſi illa competere, quæ in hac ſect. 2. diximus eidem
convenire, tanquam Delegato à Priore.

Hoc tamen etſi attento communi jure valde probabile exiſtimem: in-
ſpecto ſpeciali Religionum jure alia via carpenda videtur. Licet enim ar-
gumenta pro aſſerenda tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus Vicariis Ordi-
naria juriſdictione in prædictis abſentiæ, & infirmitatis caſibus valere con-
494 cedamus; † non ſic in Religioſis Vicariis. Ratio; quia (ut vidimus *ſup.*
num. 405.) Ordinariis Religioſorum ſine prohibitione aliqua integrum eſt,
ſaltem de conſuetudine, ut diximus *num.* 406. Vicarios adſignare, in quos
ſuam transfundant iuriſdictionem ex vi ſui muneris, & ratione intrinſeca
Ordinariæ, qua pollent, iuriſdictionis: cuius intimior effectus eſt (ut iam
diximus) poſſe delegare. Unde, neque abſentia, neque infirmitas neceſſa-
riò intercedere debent; ut Vicarii poſſint ab ipſis deputari. Ergo reſpectu
talium Vicariorum prædictum argumentum elanguet: quia, quum nulla ſit
prohibitio exigens neceſſariò ad nominationem eorundem Vicariorum
cauſam abſentiæ, vel infirmitatis: non eſt, quur recurramus ad facultatem
Canonis, qui ex eo, quod extra prædictos caſus prohibeat Vicarios depu-
tare, quando in eiſdem caſibus eos deſignare concedit, videtur etiam illis
Ordinariam iuriſdictionem elargiri. Quid verò in noſtra Religione di-
cendum ſit, poſtea loco ſuo trademus. Et hæc pro huiuſce partis
tractatione de Sub-Priore in communi ſum-
pto, dixiſſe ſatis
ſit.

Digitized by Google

PARS QVARTA, DE OFFICIO, ET POTESTATE PRIORIS CLAVSTRALIS,

ſive Sub-Prioris ſtrictè ſumpti, juxta peculiaria Hiſpanæ Congregationis Excalceatorum Carmelitarum Statuta.

TRibus Superioribus Partibus pro tenuitate noſtra egimus, De Officio, & Poteſtate Sub-Prioris præſente Priore. Quid eo abſente poſſit, ſi Vicarius relinquatur, etiam diſquiſivimus. Differentias inter eiuſdem Sub-Prioris poteſtatem à Lege, ſeu Supremo Prælato Vicarii, ſive ab ipſo Priore conſtituti, & adſignavimus, & aliquali doctrinæ luce perfudimus. Supereſt, ut ad eundem Sub-Priorem intra *Noſtrorum Statutorum* præſcripta Tractatio deſcendat; ut appareat, in quibus ſtandum ſit communi iure, ac etiam in quibus limitata ſit Sub-prioris poteſtas. Quæ deducentur, tanquam ex totius farinæ polline è principiis, & Illationibus ſupra dictis, ſubinferendo in hac *ultima Parte* aliquot principia, nec non Illationes ex ipſis, ut harmonicè tota iſtiuſce Tractationis ſtructura coagmentetur.

Neque ſolum nobis Carmeliticam primitivam Regulam profitentibus utilem Tractationem exiſtimo, verùm etiam aliorum Ordinum Vicariis. Siquidem cæterarum ſanctiones Religionum, vel Noſtris omnino adſonant, vel tantùm leviter diſſonant. Ideoque tametſi circa *Particularia* Noſtræ Religionis verſetur; communis evadet Doctrina.

PRIN-

PRINCIPIUM I.

Quodnam in Sacra Noſtra Religione Sub-Prioris munus; ad quemque finem inſtitutum?

BREVIARIUM.

1 *Sub-Prior in Noſtra Sacra Religione eſt Coadjutor Prioris.*
2 *Quale ſit præcipuum ejus munus?*
3 *Vocatur Sub-Prior, quia immediati Prælati in N. Relig.* Priores *dicuntur.*
4 *Et eſt proximus Priori.*
5 *Sub-Prioris Officium inter* Nos *Perſonatus eſt.*
6 *Illegitimi ad illud evehi non poſſunt, ob duplicem rationem.*

DIco primò in noſtra Sacra Religione inſtitutum fuiſſe Sub-Prioratum
1 † ad levamentum, & adjutorium immediati Prælati, quemadmodum loquentes de omnibus Religioſis Familiis, ſupra dicebamus 1. *p. num.* 247. Conſtatque ex *Cap.* 13. *part* 3. *Noſt. Conſtit. num.* 10. ibi: *Qui poſſit* *Sub-Prior Coadjutor Prioris.*
2 *Priorem in ferendo onere adjuvare.* † Igitur præcipuum Sub-Prioris noſtri munus eſt vigilare, ut ea, quæ pertinent ad Cultum, & Divinum Officium ſibi injunctum perfectè exequatur, neve abſurdè, præpoſterè, aut indecorè quippiam in Choro fiat. Ut Cæremoniæ, & *Ordinarium* Religionis ad amuſſim obſerventur. Ea quæ à Sub-Priore circa Chorum, Altare, Proceſſiones, & ſimilia Divinum Cultum ſpectantia ordinata fuerint, omnes debent adimplere; niſi Prælatus aliud decreverit: Teneturque qualibet hebdomada Tabulam Officiorum ordinare. Hæc Conſtitutiones Congregationis noſtræ Hiſpanæ *num.* 11. *dicti cap.* 13 *part.* 3. Conſtitutiones verò noſtræ Congregationis Italicæ ſeu S. ELIÆ *parte* 3. *cap.* 26. ſic de Sub-Prioris munere diſſerunt: *Sub Prioris officium eſt, profeſſorum Fratrum magiſtrum eſſe, præterquam in domibus educationi Profeſſorum deſtinatis, in quibus magiſter Profeſſorum eligitur à definitorio Provinciali &c. Chorum moderari, dareque operam, ut divinum Officium cum ritibus ab Eccleſia, Ordinarioque præſcriptis religioſè perſolvatur: Communes Officinas explorare, & an quicquam neceſſarium deſideretur, aliquidve ſuperfluat; an etiam miniſtri rectè officio fungantur, animadvertere: demumque ſi quid remedio egere videbitur, Priorem admonere. Sub-Prior ſi non ſit magiſter Novitiorum vel Profeſſorum, non poſſit in ipſorum cellas, neque ipſi in ejus cellam intrare, niſi abſente Priore. Curam geret Sub-Prior, ut Clauſtrum, Chorus, cæteraque Conventus loca munda ſint, & ut ſupellex bene diſtribuatur: Tabulaque communis*
3 *officia per hebdomadas ſingulas ſcripto diſtribuet, &c.* Diciturque † Sub Prior, quia noſtrorum Conventuum immediati Prælati dicuntur Priores juxta

illa, quæ diximus *ſup. 1. part. num.* 240. id eſt immediatè proximus Priori, † ſive ſecundus ab illo. Quem locum, ut pareſt, obtinet in noſtra Religione, & habetur expreſsè 3. *p.c.*16.*n.* 1, ibi: *Poſt Priorem Sub-Prior ſedebit.* 4

Sub-Prior proximus Priori.

Unde infertur *primò.* † *Perſonatum* eſſe Officium noſtri Sub-Prioris, quum habeat præeminentiam, & præcedentiam, juxta tradita à nobis 2.*p.n.*54. 5

Secundò infertur. Debere legitimum eſſe, † qui ad Sub-Prioratus gradum aſcenſurus eſt, quum perſonatus locum illegitimi occupare prohibeantur, ut dictum eſt 2. *p.num.* 56. Tum etiam; quia ut infra dicemus à lege deputatur, ut in abſentia, ſeu defectu Prioris Conventui præſit: ratione cujus præcisè illegitimi à prædicto munere arcentur, *ut* 2.*p. n.*57. diximus. 6

PRINCIPIUM II.

Ad Sub-Priorem poteſtatem Clauſtralem, ſive Domeſticam attinere; cum ſubordinatione tamen reſpectu Conventualis Prælati.

Breviarium.

7 *Poteſt noſter Sub-Prior ea, quæ illi ex Officio competunt, diſponere, & ordinare.*

8 *Et Religioſi tenentur illi obedire circa res ſibi commiſſas.*

9 *Verbum* debeant *ſuapte natura parendi obligationem importat.*

10 *Aliquando minus propriè honeſtatis debitum. Et quando hoc contingat?*

11 *A Sub-Priore diſpoſita exequenda ſunt, niſi aliud Priori viſum fuerit.*

12 *Prior non poteſt Sub-Priorem loco, & præeminentiis privare, vel jubere, ut ſuperſedeat totaliter ab exequendis, quæ ſunt ſui muneris.*

De Poteſtate Sub-Prioris ratione ſui Officii.

DIco ſecundò: Sub-Priorem poſſe † circa ea omnia, quæ illi ex proprio munere competunt, jubere, diſponere, & ordinare, prout ſibi conveniens viſum fuerit. † Religioſique omnes illius Conventus tenentur illi morem gerere, ſibique ab eodem injuncta ſedulò exequutioni mandare. Quippe ille habet jus præcipiendi intra limites ſuæ domeſticæ gubernationis, uti ſupra dictum eſt. Sic 3. *part. cap.* 13. *dict. num.* 11. *Conſtit.* ibi: *Ea, quæ à Sub-Priore circa Chorum, Altare, proceſſiones, & ſimilia, circa Cultum Divinum, fuerint ordinata, omnes debeant adimplere.*

Ubi

Digitized by Google

Ubi penſandum eſt verbum *Debeant*, † quod ſuapte natura præceptum importat, ac parendi neceſſitatem, uti liquet ex text. *in cap. ſi quis, & Text. in cap. ſi Epiſcopus 11. quaſt. 3. & cap. ſicut Eccleſia 12. quaſt. 2. cap Propoſuit, §. ſuper quo, & cap. oblata, de appellat. cap. ut fama, §. reſpondemus, de ſent. excommunicat.* Quibus, & ſimilibus locis præceptum tali verbulo innuitur, ut adnotavit Thom. Sanch. *in Decalog. lib. 6. cap. 4. numer 36. & de matrim. lib 4. diſp. 23 numer. 2.* & alii plures, Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 47. numer. 9.* Caldas Pereyr. *de emphyteu. quaſt. 1. numer. 2.* Seraphin. *de Privileg. juram. privil 33. numer. 7.* Seſſe *deciſ. 230. numer. 15.* Barbol. *in Collect. tom. 3. Clemen. fin. de ſtat. Monach. numer. 7. & de Diction. uſu-frequentiorib. dict. 77.* 9

Verbum debeat importat præce. tũ.

10 Verùm tamen eſt, quoſdam aliquando † impropria ſignificatione hoc verbo abuti, ratione ſubjectæ materiæ, ita ut ſolum honeſtatis debitum importet, ut ferè omnes Doctores citati fatentur. Quod contingit, quando ex rigoroſa præcepti ſignificatione aliquod ſequeretur abſurdum, ſeu alicujus legis correctio. Conſtat per Text. *in l. Prætor. princ. ff. de edendo,* & tenet Bart. *in l. Creditores* la 2. *numer. 3. C. de pignor.* Ergo volens Conſtitutio, *omnes debere adimplere, quæ circa Cultum Divinum, &c. à Sub-Priore fuerint ordinata*; verbum *Debeant* in ſua rigoroſa ſignificatione capi debet, quum illud ex tali ſignificatu extrahendum, nullum abſurdum ſequuturum ſuadeat; neque id materia ipſa videatur exigere; ſed potius, ut vim obligandi juxta ejuſdem materiæ gravitatem importet, ut ſupra dictum eſt 1. *p. à num. 35. cum ſequent.*

11 Hoc tamen † habebit locum, niſi Prior aliter diſpoſuerit, cui Sub-Prior omnino ſubjectus eſt, quum apud illum plenaria Monaſterii juriſdi-
12 ctio reſideat, ut ſupra dicebamus. † Neque inferas, poſſe Priorem abſolutè Sub-Priori jubere, ut ab exequendis, quæ ſui muneris ſunt, totaliter ſuperſedeat, neque illum primo inter Conventuales loco privare, aut præeminentiis, quibus ratione Officii gaudet, ſpoliare, prout ſupra jam probavimus. Multoque minus poterit eundem ab Officio deponere, aut revocare, ut urgentiori caſu probavimus *ſup. 1. p. num. 77.* ſcilicet, quando à ſolo Priore deſignatus eſt, nec à lege decretum, quanto tempore illius Officium duraturum: Ergo in noſtro Sub-Priore à fortiori hoc verificabitur, qui quidem à Priore nominatus, & à Provinciali confirmatus eſt, à legeque diſpoſitum tempus, quo illius munus perdurare debeat, circa quod nullius inferioris prævalet poteſtas.

Sub-Prioris Poteſtas ſubordinata.

PRINCIPIUM III.

Quibus qualitatibus ornari debeat Sub-Prior in noſtra Religione. & illius nominatio ad quem pertineat?

Breviarium.

13 *Qui ad Sub-Prioratum inter* Nos, *eſt evehendus, talis eſſe debet, ut poſſit Priorem in ferendo onere adjuvare. Et quo pacto hoc adimplere debeat?*

14 *Ratio cur noſtræ Conſtitutiones decreverint, ut Prior ſimul cum Provinciali eligat Sub-Priorem, adſignatur.*

15 *An dignior eligendus ſit? an verò ſufficiat dignus? Remiſſivè.*

Qualis debeat eſſe Sub-Prior.

DIco *Tertiò.* Juxta noſtrorum Statutorum præſcriptum 3. *part. cap.* 13. *numer.* 10. † Perſonam in Sub-Prioratum ſufficiendam, eſſe debere talem, ut poſſit Priorem in ferendo onere adjuvare, quique *ſciat*, *& valeat Prudentis Mediatoris vices præſtare.* Ubi (ut antea expendimus) non tantum requiritur; Sub-Priorem *ſcire*, ſed *valere*: hoc eſt, ut *ſcientia* præſtet pariter, & *valore*, necnon *Authoritate*, & ſic rectè ſuum munus obeat. De quo latiùs ſupra aſſeruimus 2. *part. à num.* 58. 13

Nec alio * noſtræ mihi Conſtitutiones reſpexiſſe videntur, quando 14
ſanciverunt dicto *numer.* 10. Ut Prior ſimul cum Provinciali eligeret Sub-Priorem. Ne ſcilicet, ſi ab uno Priore dependeat, uni Priori aſſentiri, ſeu potius adſentari ſtudeat, & *Officium Mediatoris* non expleat, cujus eſt ita in æquilibrio hærere, ut non potiùs in hanc, quam in illam partem propendeat, quantum Prioralis Dignitas, & reverentia proprio Prælato debita patiuntur. Verùm de hoc ſat dictum *ſupra*, nec opus eadem exſcribere.

An verò * Dignior ad tale munus ſeligendus ſit; an ſufficiat dig- 15
num eligere, ex dictis *ſupr.* 2. *part. numer.* 02. expediri poterit.

PRIN-

PRINCIPIUM IV.

An qui in Sub-Prioratus Officio præficitur alicui noſtræ Sacræ Religionis Conventui, eligi neceſſario debeat ex Provincia, ad quam talis Conventus ſpectat, an vero ex ipſomet Conventu, vel ſufficiat eſſe quemlibet ex Religioſis totius Congregationis, dummodo idoneus reperiatur.

Breviarium.

16 *Qui ad Sub-Priorale Officium evehendus eſt, ex Conventualibus Provinciæ adſumi debet, ſcilicet, qui filiatione, aut natura ad talem Provinciam ſpectat.*

17 *Quæſtio excitatur.*

18 *Ad Sub-Priorale Officium eligi poteſt Religioſus Provinciæ, qui quamvis alibi natus ſit, parentes ejus in tali Provincia, pro qua eſt nominandus, retinebant Domicilium.*

19 *Filius natus extra Provinciam, in qua Parentes domicilium ſortiebantur, Originarius reputatur Provinciæ, in qua tale domicilium aderat, non verò ejus in qua natus eſt.*

20 *Expenditur textus in l. filios 3. C. de Municip. lib. 10.*

21 *Referuntur Authores pro hac parte.*

22 *Ad acquirendum Domicilium attenditur animus, ſive intentio permanendi.*

23 *Interpretatur Gloſſam Interlinealem.*

24 *Non deperditur Domicilium per habitationem etiam decennii, & ultra in alia Provincia, ſi adeſt animus redeundi ad propriam.*

25 *Acquiritur tamen, ſi adeſt animus Domicilium contrahendi, etiamſi breviſſimi temporis habitatio ſit.*

26 *Domicilium re, & animo transfertur.*

27 *Quando non conſtat de animo perpetuo habitandi, præſumitur adfuiſſe per habitationem decennii.*

28 *Decennium requiritur ad præſumendum animum perpetuo habitandi, quando is animus ex aliis conjecturis non deprehenditur.*

29 *Minus rationi conſonum eſſet, ut filius in peregrinatione ſuſceptus, alienus à propria Provincia habeatur.*

30 *Calamitas Matris non debet ei nocere, qui in ventre eſt.*

31 *Ad Domicilii acquiſitionem, ſeu conſervationem magis attendi debet deſtinatio animi, quam corporalis aſſiſtentia.*

32 *Quæſtio hæc multoties fuit mota, & contraria pars, quam plurimos Patronos habet.*

33 *Conciliantur Doctores.*

34 *Probabilitas noſtræ ſententiæ oſtenditur.*

35 *Confirmatur teſtimoniis Sacræ Scripturæ.*

36 *Chriſtus Dominus natus fuerat in Bethleem, & tanquam Originarius Nazareth habebatur.*

37 *Textus in l. 1. ff. ad Municipalem.*

38 *Noſtra ſententia jure Regio hodie, & approbata, & confirmata eſt.*

39 *Aliqui putant, jus Regium in caſu ſpeciali ſolum loquutum fuiſſe.*

40 *Sed contrarium oſtenditur.*

41 *Coarctare leges ad caſum ſpecialem, eſt evaſio difficultatis.*

42 *Plura ſunt negotia, quam leges.*

43 *Qui ſunt Originarii Provinciæ, digniores*

niores judicantur ad ejus Officia ob majorem affectum, quem quiſque habet erga propriam Eccleſiam.

44 *Affectus erga Provinciam magis conſequitur ratione Domicilii, & habitationis, quam Nativitatis.*

45 *Abſurdum ſequitur ex oppoſita ſententia.*

46 *Abſurdum ſemper vitandum.*

47 *Qui admitti debeant pro accipiendis patrimonialibus muneribus, ubi receptum eſt, ut ad ea non niſi naturales admittantur?*

48 *Naturalitas potius deſumitur ex procreatione in aliquo loco.*

49 *Naturalitas ex procreatione transformatur in naturalitatem ex nativitate provenientem.*

50 *Chriſtus Dominus tres habuit Patrias, Nativitatis, Educationis, & Habitationis.*

51 *Naturalitas ex Domicilio parentum proveniens eſt immutabilis.*

52 *Naturalia ſunt immutabilia.*

53 *In aliquo loco Domicilium habens acquiſitum, Naturalis illius loci dicitur.*

54 *In conceſſione facta, ut poſſit recitari Officium Sanctorum, qui Naturales fuerunt alicujus loci, comprehenduntur, qui in illo loco dumtaxat commorati ſunt.*

Ad Sub-Prioratũ evehuntur, qui ſunt de Provincia Natura, aut Filiatione.

NEque ex Jure, neque peculiaribus noſtris legibus circa hoc principium reperi aliquid ſtabilitum. In praxi tamen ſemper obſervari vidi, † 16
quod ad Sub-Prioratus officium alicujus Conventus eligantur, qui degunt in ea Provincia, cujus ſub protectione talis Conventus manet. Quæ praxis fundari poteſt in eo, quod Sanctiones noſtræ circa reliquas Ordinis noſtri Prælaturas decernunt. Ipſarum enim 3. *p. Cap.* 4. *numer.* 6. verſ. *Cæterum*, Quod qui cuilibet Provinciæ præficiendi ſunt (uti ſcilicet Provinciales, Diffinitores, & Priores ſint ex Religioſis, *qui filiatione, aut natura ad eam provinciam ſpectant.* Unde, quum ad juris hujus normam de Sub-Priore debeat philoſophari (qui regulariter defectu, ſive abſentia Prioris Conventui præeſt, ut jam jam dicemus) planum erit, ad tale Officium rectè nominari poſſe, qui FILIATIONE, AUT NATURA ad talem Provinciam ſpectarit.

Quæſtio utilis excitatur.

Non leve tamen † dubium circa prædicta verba Conſtitutionis (quæ ut jam diximus ad Prælatorum electionem præcipuè pertinent, & ex vi conſequentiæ ad Sub-Prioris nominationem) inſurgere poteſt. Scilicet: An ratione illorum verborum, AUT NATURA poſſit ad prædicta officia admitti, qui non eſt natus in ea Provincia, in qua Parentes ſuum habebant conſtitutum Domicilium, ſed in alia, ad quam forſan acceſſerant, vel ad tempus ſolum aderant implicati aliquibus negotiis, ſine animo tamen acquirendi ibi domicilium? 17

Quis dicatur Naturalis Provinciæ?

Reſpondeo affirmativè. † Ratio: Quia quamvis Religioſus alibi natus ſit: Parentes tamen ejus, ut ſupponitur, in tali Provincia retinebant domicilium 18

19 lium pro tempore abſentiæ, quo eis filius natus eſt. † Quòd ſufficiens erit, ut filius dicatur naturalis, ſeu Originarius Provinciæ, in qua parentes domicilium ſortiebantur, non verò eius, in qua caſu natus fuit: Apertèque proba-
20 tur † *ex l. filios* 3. *C. de Municip. lib.* 10. ibi: *Filios apud originem Patris non in materna civitate, & ſi ibi nati ſint, ad honores & munera poſſe compelli.* Ex quibus poſterioribus verbis rectè infertur ad prædicta Officia admitti poſſe, & ſi ibi nati non ſint, aliter enim nullatenus compelli poſſent, quia lex reſiſteret. Cui adſtipulatur bonus textus *l. Cives* 7 *in fin. C. de Incolis, eodem libro*, ibi: *Unde cum profectus*
21 *eſt, peregrinari videtur.* Tenetque † expreſſe Barth. *in d. l. Filios*, exiſtimans, filium ita natum non cenſeri Originarium loci, in quo natus eſt, ſed potius loci, in quo Parentes habebant domicilium. Et probat ſuam ſententiam ex ratione Textus *in l.* 1. *C. de poſtlim. reverſ.* Et in ſpecie prædictam Barth. opinionem ſequitur Platea *d. l. Filios, num* 2. Panormit. *cap. Rodulphus, de Reſcript. num.* 9. ubi Felin. *num.* 19. dicens, in ſua Perſona ſic contigiſſe, & in favorem ſuum fuiſſe pronunciatum. Et Andreas Sicul *conſ.* 52. *num.* 1. *lib.* 2. Thomas Grammatic. *deciſ.* 105. *à num.* 111. Boerius *deciſ.* 13 *à num.* 52. Rebuff. *l.* 2. *column.* 7. *ff. de verb. ſign.* Et ſecundum iſtam opinionem conſulvit Jaſon. *conſil.* 77. *column.* 2. *lib* 3 Et eſſe magis communem adſerit Lancellotus, & Decius hic, & Ripa *tract. de Peſte, de privileg. Scholar. privileg.* 65. Et idem affirmat Afflictis *deciſ.* 384. Salzed. *Pract cap* 54 *num.* 27. Angel. verb. *Civis, num.* 3. Sylveſt verb. *Civitas quæſt.* 14. Navarr. *lib.* 3. *conſil. tit. de prabend. in* 1. *edition. conſil.* 41. & alii, quos refert Maſcard. *de probat.* 3. *p. concl.* 1141. *num.* 1. Hypolit. Riminald. *conſ.* 363 *num.* 254. *lib.* 4. Gutierr. *conſ.* 7. *num.* 7. Enriq. *lib.* 10. *de Sacram. Ordin. c.* 22. *num.* 1. contra alios, quos refert *ibidem* Salzedo dicentes eſſe Originarium loci, in quo revera natus eſt. Gregor. Lupus dicens, ſic ſententia Regii Senatus Pinciani declaratum eſſe, & hoc videri ſibi verius, licet, quia dubium eſt, relinquat cogitandum, *l.* 2. verb. *Maguer, tit.* 24. *part.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 3. dicens: Ad domicilium originis, non ſatis eſt, natum eſſe aliquem in Oppido, in quo Parentes domicilium non habebant, ſed aderant ad tempus cauſa alicuius negotii expediendi: tunc enim non erit Originarius loci, in quo caſu natus eſt, ſed fingitur natus in Civitate, in qua parentes habitationis domicilium ſortiebantur. Quod penè totidem verbis tranſcripſit Merolla *Tom* 2. *Theol. Moral. diſp* 4. *cap.* 3 *num.* 532. Et ultra prædictos Lazar. Fenuc. *de Moment. temp. cap* 28. *num.* 12. Et mordicus tenet Villar. *lib.* 1. *in Silv. reſp.* 7. *nu.* 19. *part.* 4. Carlev. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 2. *n.* 20. *& ſeqq.*

Doctores pro hac ſententia.

22 Ratio autem eſt. † Nam ex quo quis habet animum aliò ſe transferendi, fingitur, non eſſe in illo loco, ubi habitat de præſenti, *l. quæſitum, §. fin ff. de legat.* 3 Et mater, quæ habebat animum revertendi, fingitur ſemper fuiſſe in
23 Civitate, & ibi peperiſſe, *l.* 1. *& l. retro, ff. de Captiv.* Et in hoc † ſenſu debet intelligi Interlinealis ſuper illis verbis, *Matth.* 6. 1. *Et egreſſus inde, abiit in Patriam*

Ratio.

Gloſſ. Interlinealis.

ſuam. Quo loci ſupra ſcripſit: *Nazareth, ubi natus eſt.* Quæ verba aſſumi debent, atque intelligi de hac natura; quia, ut conſtat, non in Nazareth, ſed in Bethleem Chriſtus Dominus natus eſt, ut habetur *Luc.* 2. & poſtea dicemus. Et quod hæc vera ſint, † aliqui ex præfatis Authoribus adfirmant, licet Pa- 24
rentes decennio, & ultra extra Provinciam manſerint, dummodo conſtaret de animo redeundi. Argum. text. *in l. ex facto* la 2. verſ. *Rerum autem, cum ſequent. ff. de heredib. inſtit.* Imò etſi per mille annos ibidem manſiſſent ut dixit Barth. *d. l.* 2. *C. de Incolis, lib.* 10.

Unde † ſicut non acquiritur etiam per ſpatium mille annorum hoc do- 25
micilium, ut cum Barth. diximus, niſi acquirendi animus interveniat; ita èconverſo id acquirit, qui cum eo animo domicilium contrahit etiamſi breviſſimi temporis habitatio ſit. Probatur *ex l. Domicilium, ff ad Municipales,* ibi: *Domicilium † re, & facto transfertur*, juncta Gloſſ. verb. *Domicilium*, ubi inquit: 26
Facto, ſubintellige, & animo; nam hac duo ſunt neceſſaria. Ergo cum hic adſit factum, nempe habitatio, & animus habitandi in perpetuum, comparabitur Domicilium.

Animus ad acquirendū Domicilium deſumitur ex decennii habitatione.

Quando † autem hic animus non conſtat adfuiſſe, præſumitur per ha- 27
bitationem decennii, Gregor. *in d. l.* 32. verb. *Diez annos*, Barboſ. *in l. heres abſens, §. proinde, num.* 78. *ff. de judic.* non quia neceſſarium hoc tempus ſit ad domicilii acquiſitionem. (Minus enim, ut diximus, ſufficiens erit, dummodo de animo conſtet redeundi) ſed quoniam dum non conſtat, de prædicti decennii habitatione præſumitur. Quia ut benè † Thom. Sanch. *ubi ſup. num.* 1. 28
advertit, leges exigentes habitationem decennii, ut ſunt *l.* 2. *C. de Incol. lib.* 10. *l.* 32. *tit.* 2. *& l.* 2. *tit.* 24. *part.* 3. procedunt ad præſumendum animum perpetuo habitandi, & ſubinde domicilium acquiſitum eſſe, quando is animus ex aliis conjecturis non deprehenditur. Probatur *ex l. nihil intereſt* 25. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* ibi: *Neque enim ſatis eſt corpore domum quem rediiſſe, ſi mente alienus eſt.* Cuius rationis præcipuum fundamentum eſt. Quia minus † rationabile, & 29
æquum foret, ut qui animum mutandi Provinciam originalem non habuit, ſed ex aliqua cauſa ab ea receſſerit, ex eo tanquam extorris, & peregrinus ſit judicandus filius in peregrinatione ſuſceptus, *Argument. text.* verſ. *Etècontrario, Inſtit. de Ingen.* ibi: *Quia † non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt, &* 30
attendi debet † deſtinatio animi Parentis magis, quam corporalis aſſiſtentia, d. l. nihil 31
26. *ff. de Capitiv.*

Licet autem verum fatear, † non ſemel, nec raro motam fuiſſe hanc 32
quæſtionem, & contrariam quamplurimos habuiſſe non contemnendos Patronos: (quapropter Doctor Barboſ. *in l. heres abſens, § proinde, num.* 9. *ff. de iudic.* vocat eam *dubiam quæſtionem*, & Narbon. *in* 3. *p. Recop. lib.* 4. *tit.* 1. *l.* 20. *Gloſſ* 2. *num.* 138. prefert de ea, quod ſit *Anceps, & propè implacabilis interpretum contentio.* Et tandem Amaya *in Comm. ad l. Cives* 7. *C. de Incol. lib.* 10. *num.* 43. ſubdit:

Digitized by Google

33 dit: *In cuius veritate inveſtiganda inſudarunt plures*) † ſi tamen rationes Doctorum eam ſequentium, rectè perpendantur, liquebit, in ea non privativè ſegerere, ſed cumulativè, hoc eſt, non negantes ſententiam noſtram veram eſſe, ſed idem de ſua adſerentes. Unde Mazarius *conſ.* 43. *num.* 9. unam, & alteram ſententiam prædicto medio concordare nititur dicens; quod qui in tranſitu ita naſcitur, judicandus erit Originarius loci, in quo natus eſt, *& nihilominus etiam cenſebitur Originarius loci, in quo Pater habet domicilium, quia nihil impedit, quem cenſeri ratione propria Originis Originarium loci, in quo natus eſt, & præterea cenſeri Originarium loci, à quo Pater originem trahit.* Idemque Rebuffus videtur ſenſiſſe *de privil. Scholaſt. privil.* 65. & antecedenter ad eos Bald. *conſ.* 294. *lib.* 4. *Cõciliãtur Doctores.*

Admiſſa tamen contrariæ partis probabilitate, noſtræ ſententiæ pro-
34 babilitas † haudquaquam negari poteſt, dum pro ea militant tot non contemnendæ authoritatis Doctores, tot ſententiæ pro ea prolatæ, tot denique fundamenta, ſolidæque rationes deductæ jure communi.

35 Imò non leviter confirmata manebit ex ſacra pagina: † Cum conſtet Chriſtum Dominum ex tranſitu in Bethleem fuiſſe natum peregrinantibus extra proprium domicilium Parentibus, cum animo tamen redeundi. Sic Luc. 2. *Aſcendit autem & Ioſeph à Galilea de civitate Nazareth in Iudæam civitatem David, quæ vocatur Bethleem, ut profiteretur cum* MARIA *ſibi deſponſata uxore prægnante. Factum eſt autem cum eſſent ibi, impleti ſunt dies, ut pareret, & peperit Fi-*
36 *lium ſuum Primogenitum.* Et ibi Gloſſ. *Non in domo Parentum, ſed in via naſcitur:* † Et hoc non obſtante videmus, quod tanquam Indigena, & Originarius Nazareth apud omnes habebatur. Sic liquet ex pluribus Sacræ Scripturæ locis. In primis Luc. 4. 16. *Venit Nazareth, ubi erat nutritus.* Et ibidem: *Quod audivimus feciſti in Capharnaum, fac & hic in Patria tua.* Ubi, ut vides, Nazareth Patria Chriſti Dominī appellabatur. Et inſuper Matth. 21. *Hic eſt* IESUS *Propheta à Nazareth Galilææ.* Et Ioan. 1. 45. *Invenimus* IESUM *filium* IOSEPH *à Nazareth.* Et infra: *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* Ubi Lyranus *num.* 8. *Notandum hic; quod ſecundum veritatem Evangelii Chriſtus natus fuit in Bethleem, ut habetur* Matth. 2. Luc. 2. *ſicut fuerat prædictum per Prophetam, ſed conceptus fuit, & nutritus in Nazareth, ut habetur* Luc. 2. 4. *& propter hoc vocatur à Prophetis Nazareus, & ſic patet concordia Prophetarum.*

Chriſtus Dominus in Bethleē naſcitur, & Originarius Nazareth habetur.

37 Et confirmatur † ex expreſſo textu *in l. 1. ff. ad Municip.* ibi: *Qui Campano patre natus eſt, Campanus eſt.* *L.* 1. *ff.* ad Municip.

Verùm enim verò quidquid ſit de hoc; jam noſtra ſententia hodierna
38 die † abſque aliquo diſcrimine adprobata manet ex expreſſa huius Regni *l.* 19. *lib.* 1. *tit.* 3. *nov. Compilat.* Ubi Rex noſter Prudens Philippus Secundus decrevit, quod antea tot opinionibus ſuberat. Verba legis ſic ſe habent: *Porque ſe ha dudado, y duda, quales ſe digan naturales, para obtener los dichos beneficios, ordena-*

Hæc ſententia ſtabilitur jure noſtro Regio.

mos, y mandamos, que aquel ſe diga natural que fuere nacido en nueſtros Reynos. Et infra: *Con que ſi los Padres eſtando fuera de nueſtros Reynos en ſervicio nueſtro, por nueſtro mandado, ò de paſſo, y ſin contraer domicilio fuera de eſtos Reynos huvieren algun hijo fuera dellos, eſte tal ſea avido por natural de eſtos Reynos.* Luceque huius legis ductus Azevedo ibidem *num.* 1. prope finem, ubi noſtram ſententiam fuerat ſequutus

Azeved. ſubdit hæc: *Hæc opinio ex lege, ut vides, noſtra approbatur. Ecce ergo* (proſequitur) *quomodo ſi in tranſitu extra Regnum naturalis Regni filium procreet, filius eius naturalis Regni reputatur, dummodo Pater non conſtitueret domicilium extra Regnum.* Denique Burgos de Paz. *in l. Tauri 3. p. 1. concl. 3. à nu. 375.* Salzedus *ad Bernard. Diaz. cap. 54. num.* 17. hanc noſtram opinionem indiſputabilem jam dixerunt poſt hanc legem, & aliam ſimilem Henrici Regis, & expreſſe deciſſam extare prædicto jure noſtro Regio. Quapropter eam ſequitur, & validiſsimè propugnat Ignatius del Villar. *in Silv. Reſp. dict. lib. 1. Reſp. 7. part. 4. n. 19.*

Obiectio. Amaya. Narbon. Nec moleſtat animum † Doct. D. Franciſc. de Amaya (cuius authoritas ſemper apud omnes magni fuit) *in d. l. Cives. num.* 45. & Narbon. *in dict. Gloſſ. 2. num.* 145. dum adſerunt, in præfata Henrici lege, & *d. l.* 19. non conſtitui commune aliquod jus, regulamve: nam leges illæ ſolum loquuntur in caſu ſpeciali, quando Parentes extra Hiſpaniam per tranſitum filium ſuſceperunt, ut eo caſu cenſeatur filius naturalis huius Regni, etſi natus in alia Provincia, ad effectum obtinendi beneficia, quæ non niſi naturalibùs dantur. Quòd jus (aiunt ipſi) non debet ad alios caſus extendi per textum *in l. ius ſingulare. 16. ff de leg.* Hoc inquam non obſtat, nec nos debet movere. 39

In primis. Quia gratis, † & abſque ſufficienti fundamento dicitur deciſionem hanc ſpecialem eſſe, quum contrarium conſtet ex eius proœmio 40

Diluitur. (ex quo colligitur mens, & intentio diſponentis, & ratio finalis, *l. fin. ff. de hæred. inſtit. l. 1. ff ad Macedonian.* cum aliis) ubi fit mentio de hac quæſtione toties pro utraque parte impugnata, ibi: *Porque ſe ha dudado, y duda, quales ſe digan naturales paro obtener los dichos beneficios, ordenamos, y mandamos, &c.* Quia dubitatio illa: An ſcilicet poſſint obtineri prædicta beneficia, non inſurgebat ex eo, quod adeſſet aliqua ſpecialis dubitandi ratio in caſu illo, hæc enim neque adſignatur, neque adſignatu facilis eſt. Dubium igitur oriebatur ex communi controverſia, quam inter Doctores fuiſſe Conditor legis noſcitabat. Itaque eò via legis ducebat, ut prædictam controverſiam complanaret iuxta noſtræ ſententiæ tenorem, regulam generalem conſtituens, non vero ſpecialem.

Secundò; quia non uteunque, † & abſque gravi fundamento admitti debet interpretatio, difficultatem legis evadere curans, illam ſpecialem dicens, & particulari eventui ibi adſignato deſerviens. Nam ſi hæc licerent, facillimè difficultates quantumvis graves diſſolverentur, totque leges, quot 41

negotia

42 negotia ſunt, neceſſariæ forent. Quod revera impoſſibile eſt, † quum plura ſint negotia, quam vocabula *l. ſi poſſunt 12. cum ſeqq. ff. de legib.*

Quod autem prædicta noſtra Conſtitutio intelligi debeat ſecundum hanc ſententiam probatur. Quia quod præcipuè in ea attendi debet eſt, commodum, quod Provincia reportat ex eo quod Prælati, qui ei præficiuntur, ſint indigenæ, ſive naturales. Sic enim perfectius cognoſcent oves ſuas,

Potius attenditur habitatio, quam Nativitas.

43 & oves cognoſcent eos. † Et inſuper quia tales habentur pro dignioribus ob maiorem affectum, quem quiſque habet erga propriam Eccleſiam. Ita S. Thom. *2. 2. q. 63. art. 2. ad* 4. Valencia *Tom. 3 diſp 5. q. 8. punct.* 2. Et propter benevolentiam, & amorem, quo eos populi proſequuntur, ut docet Azor *p. 2.*

44 *lib. 6. cap. 4. q 15.* Atqui † hoc melius conſequitur ratione domicilii, quam ratione nativitatis in Provincia, in qua quis Prælaturam gerit: ergo hæc naturalitas ex domicilio proveniens, præcipuè comprehenditur à lege. Minor probatur. Siquidem neceſſitudo, & benevolentia, qua afficiuntur aliqui, eandẽ Patriam cohabitantes, potius provenit ex notitia, procreatione, & convictu, quam ex ipſamet nativitate. Hæc profecto tanquam accidentarium quid ſolum reputatur.

45 Ulterius quia ex oppoſito ſequeretur, † quod ſi quis in territorio Provinciæ (ut cum propriis loquar) Proto-Parentis noſtri ELIÆ exoriretur, dũ Parentes ejus illac iter faciebant, qui hoc modo natus eſt maneret aptus ſecundum prædictam Conſtitutionem ad illius Provinciæ Officia (ubi nec agnoſcit, neque ab aliquo agnoſcitur, nec ratio aliqua urget, ut veniat dicendum, illum eandem Provinciam peculiari amore proſequuturum, ſiquidem ita natus tanquam alienigena & extraneus habetur) ad propriæ vero, in qua educatus eſt non item. Quod adfirmare, manifeſtum abſurdum continere,

46 non eſt qui dubitet. † Ergo effugiendum, *l. ſcire oportet, §. aliud, ff. de excuſat. tut. l. nam abſurdum, ff. de bon. libert.* Quod præcipuè verùm eſt in legibus, & ſtatutis, quæ magno conſilio fiunt; neque utilitas aliqua (quæ in quavis lege concurrere debet, *cap. erit autem lex, diſt.* 4.) in hoc conſiderari poſſet reſpectu Provinciæ prædicto ſenſu illam admittentis. Unde juxta ſentire noſtrum debet intelligi atque acceptari.

Abſurdũ vitandũ.

47 Et confirmatur. † Quia nullus adſerere poteſt, quod admitti debeat pro accipiendis Patrimonialibus muneribus (ad quæ non niſi naturales, ſive indigenæ vocantur, prout in Burgenſi, & Granatenſi Archi-Epiſcopatu, & Calagurritano, & Palentino Epiſcopatu receptum eſt) qui in aliqua Provincia vagis Parentibus, vel ſolum aliquot per dies cunctantibus, non tamen domicilium conſtituentibus, natus fuit; eodem non admiſſo de illo, qui Parentibus eiuſdẽ Provinciæ domiciliariis eſt ortus altero in Epiſcopatu, in quo ipſis nullũ fuerat domiciliũ. Re enim vera hæc intelligere, expreſsè eſſet contra mentẽ prædictorũ ſtatutorũ decernentiũ munera patrimonialia non extraneis, & alienigenis, ſed indigenis, & naturalibus diſtribui debere.

Digitized by Google

Inſuper confirmatur : Quia hoc quod eſt, † aliquem unius loci eſſe 48
naturalem, præcipuè deſumitur ex procreatione illius in tali loco; quæ qui-
dem, ſi audiendus venit Baldus, † talis valoris eſt, quod in ea transformetur 49
naturalitas per nativitatem, teſte Gregor. Lop. *l.2.tit.20.part.2.lit.D. & in l.*
4.tit.24. dicitur: *La tercera manera de naturaleza es por la crianza.* Ubi Gregor.
Naturalis (inquit) *alicujus Patriæ dicetur, qui eſt nutritus in illa.* † Et etiam Chriſtus 50
Dominus, ut jam retulimus, in ſacra pagina Nazareus dicitur, ſicut & Naza-
reth Patria ejus vocitatur ratione habitationis, & procreationis in ipſa. Un-
de Maldonatus *Tom. 6. tract. 24.* verſ. *Dicitur autem,* adſerit: *Chriſtum Dominum*
tres habuiſſe Patrias, Nazareth quidem Conceptionis, & educationis; Bethleem nativi-
tatis; Capharnaum verò habitationis à tempore, quo cœpit prædicare.

Chriſtus Dominus habuit tres Patrias.

Denique ; quia verbum *Natura* in præfata conſtitutione, non ſolum
comprehendit naturam originariam, & naturalem, † ex domicilio Paren- 51
tum, ut vidimus, provenientem (quæ immutabilis eſt, ut probatur *ex l. Aſſum-*
ptio, ff. ad Municip. ibi: *Nec recuſando quis Patriam, ex qua Oriundus eſt, mutare poteſt.*
l. Origine, C. de Municip. lib. 10. Cujus ratio eſt; quia domicilium originis eſt na-
turale, † & naturalia immutabilia ſunt, ut docet aliis relatis, Menoch. *lib. 6.* 52
præſumpt. 42 num. 4. & conſ. 90. num. 10. volum. 1.) ſed etiam naturam † ex pro- 53
pria habitatione provenientem. Quod probatur; † quia in Pontificiis litteris 54
Pii V. relatis, & confirmatis à Gregorio XIII. decernitur, ut poſſit recitari
Officium Sanctorum, *qui illius Diœceſis* (verba ſunt Pontificis) *naturales ſunt.* Et
ex vi verborum dicti diplomatis Quintana-Duennas *in ſua pro Sanctis Toleta-*
na Diœceſis Hiſt. advertencia 2. num. 6. docet poſſe recitari de illis Sanctis, qui
dum hic viverent, habitarunt in illa Diœceſi. Quod probat nervosè pluribus
fundamentis. Sed pro eis ad Authorem Lectorem remitto. Ergo ſemel con-
ceſſo, quod Religioſus, de quo nunc loquimur, Conventualis ſit talis Pro-
vinciæ, in quam legitimè ſuum domicilium, ſive Conventualitas tranſlata
fuit ſufficiens erit, ut talis Provinciæ dici poſſit naturalis, ſicut ſat eſt, aliquem
Sanctum, dum inter nos viveret, habuiſſe domicilium in aliqua Provincia, ut
naturalis illius dici poſſit in ordine ad recitandum de illo ſecundum verba
Apoſtolicarum litterarum, ibi: *Qui illius Diœceſis naturales ſunt.* Nec ad hoc ne-
ceſſarium erit ſpatium habitationis decem annorum; ipſum enim
ſolum requiritur ad animi, ut ſupra diximus,
manifeſtationem, ſi ex alia conje-
ctura de eo non
conſtet.

Naturalia immutabilia.

Quintana Duennas.

PRINCI-

Digitized by Google

PRINCIPIUM V.

Quanto tempore in noſtra Religione Sub-Priorale munus perduret.

Breviarium.

55 *Officium Sub-Prioris tribus annis perdurat, & ſi hoc tempus adimplere nequiverit, tribus menſibus poſt Capitulum Generale tranſactu exſpirat.*

55 *Sub-Prioris Vicariatus exſpirat, ſi Sub-Prior ad aliud Officium incompatibile adſumatur, & ſuccedit Antiquior Monaſterii. Et num. 59.*

57 *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*

58 *Sub-Prioris Vicariatus, ſi ad aliud Officium incompatibile Sub-Prior evectus ſit, exſpirat, nec tenetur exſpectare Priorem denuò adventurum.*

60 *Si Sub-Prior de novo electus ſupervenerit ante completum triennium, vel ante tres menſes poſt celebratum Capitulum, ad Officium admitti non debet, uſque dum anteceſſor expleverit, vel tres annos ſui Officii, vel tres menſes poſt Capitulum, aut Officio renunciet.*

61 *Tempus à lege deſtinatum inferior alterare non poteſt.*

62 *Quæſtio utilis excitatur.*

63 *Tres menſes, quos conſtitutio requirit, computandi ſunt à conſumato Capitulo.*

64 *Dictio* A, *regulariter excludit illud, cui adnectitur, & denotat terminum à quo, & ſeparativa dicitur.*

65 *Probatur exemplis.*

66 *Probabile eſt in noſtro caſu à principio Capituli timeſtre eſſe computandum.*

67 *Si dictio* A, *ſtatuat terminum ab ipſo actu, non verè à tempore ejuſdem actus; ſtat incluſivè. Probatur exemplis.*

68 *Interpretatur Caput noſtræ Regulæ de jejunio, illis verbis:* A feſto Exaltationis S. Crucis.

55 DIco *Quartò.* Per triennium inter nos durare Sub-Priorale Officium. † Si tamen delabenti jam triennali curriculo, quod à Capitulo in Capitulum (uti dicimus) ſupputatur, electus fuit, exſpirat poſt trimeſtrem terminum à Capitulo Generali ſequenti celebrato. Patet per noſtras Conſtitutiones, *d. num.* 10. ibi: *Officium Sub-Prioris duret tribus annis: Et quamvis prædictum tempus, non fuerit expletum, tribus menſibus à Capitulo Generali tranſactis exſpiret.* Ex quo liquet; quòd ſi Sub-Prior unà cum Priore nominetur, vel poſt unum, aut duos menſes à tempore ſuæ nominationis, ad idem tempus ſequentis triennii ſuum Officium adimplebit, ita ut per trimatum perduret. Quo finito, etiamſi alius Sub Prior non fuerit nominatus ab officio vacabit.

Sub-Prioris Officium durat tribus annis: & quid ſi hoc tempus non adimpleatur?

56 Si verò, † contigerit, ut adimpleatur triennium antequam Prior de novo electus ad Monaſterium ſuperveniat, illicò in Conventus regimen Senior ſuccedit, ut præcipitur *3. part. cap* 13. *num.* 12. Idemque dicemus, ſi Sub-Prior ſuffectus in Vicarium, loco Prioris ad Generale Capitulum accedentis, in Priorem adſumatur. Nam † incluſio unius eſt excluſio alterius, *l. cum*

57

Prætor,

Prætor, ff. de judic. l. cum maritus, C. de Procurator. l. quamvis, C. de pignorib. l. ait Prætor, §. Sed quod Papinianus, ff. de minorib. cap. Nonne, de præſumpt. Et per aſſumptionem alterius Officii vacat primum. † Neque prædicto caſu tenetur Sub-Prior, Priorem de novo adventurum exſpectare, ut de Prioribus tranſacto ſui Prioratus tempore decernitur, *dict. cap. 15. num. 6.* id enim præcisè Prioribus convenit; nec ad alios oportet extendere, utpote à communi exorbitans jure. 58

Si verò † Sub-Prior poſt dimidium annum ab incœpto triennio nominatus fuerit, vel alio tempore, ita tamen, ut poſt tres menſes à Capitulo Generali ſuum exequi munus incæperit, tali caſu ad uſque tantundem tempus alios nimirum tres menſes poſt ſequens Capitulum perſiſtet. Quibus tranſactis, etiamſi ad triennii complementum longius tempus deſideretur, quam prædicti tres menſes, non tamen illos excedere fas eſt, quum expreſsè Conſtitutio ſanciverit: *Quod quamvis prædictum tempus non fuerit expletum, tribus menſibus à Capitulo Generali tranſactis expiret.* 59

Ex quo pro praxi colligitur; † quod in prædictis caſibus, nempe, quando ante completum triennium Sub-Prior electus de novo ſupervenerit, minimè Sub-Prior anteceſſor locum illi Sub-Prioralem relinquere tenetur. Quod ſi, ut triennium adimpleatur, ampliori tempore opus ſit, quam trium menſium à Generali Capitulo celebrato tranſactorum, non ideo ultra tales tres menſes Officium Sub-Prioris extendi oportet; ſed quanquam triennalem curſum non conſummaverit, prædictis tribus menſibus expletis advenienti Sub-Priori locum cedit, ante illorum expletionem minimè, niſi fortè Officio renunciet. Ratio eſt; † nam prædictum tempus à lege deſtinatum eſt, cujus diſpoſitionem, nec transverſo ungue, Provincialis alterare nequit (utpote inferior) nova alterius Sub-Prioris nominatione, *cap. propoſuit, de conceſſ. prabend. cap. inferior, de majoritat. & obed.* cum ſimilib. & jam ſupra diximus *p. 2. nu. 1. 8. & 9.* 60 61

Quæſtio excitatur. Forte dubitabis. † Num verba Conſtitutionis, ibi: *A Capitulo Generali* intelligenda ſint, ita ut tres menſes Sub-Priori conceſſi pro ſui triennii complemento computari incipiant, incœpto Capitulo, an verò completo? Caſus frequenter evenire poterit: quare ab illius expeditione abſtinere non debui. † Hæc ſupputatio à perfecto Capitulo ordienda eſſe videtur, ita ut à perfectione Capituli incipiat. † Probatur ex natura ipſa illius præpoſitionis *A*, qua Conſtitutio utitur: quæ quidem regulariter excludit illud, cui adnectitur, & denotat terminum *à quo*, unde *ſeparativa* dicitur: ut præter plures Textus & Gloſſas, & Doctores, quos plena manu Cenedus congeſſit *Practicar. qq. tract. de Dictionib. ſingular. 1.* tenent Octavianus Vulpell. *de Præpoſitionum, & Adverbior. ſignific. dict. A, n. 6.* Stephanus Gratianus *Diſcept. Forenſ. c. 161. n. 5.* Aloyſ. Ricc. *in Collect. deciſ. p. 2. collect. 389.* Scaccia *de Appellat. qu. 12. num. 57.* 62 63 64

Dictio A, ſtat incluſivè.

Unde

65 Unde † fit (docet Gratian. *d. cap.* 161. *num.* 25.) quod ſtante ſtatuto; *Ut à pulſu campanæ de ſero nullus incedat cum armis*; intelligendum ſit poſt finitam pulſationem. In contractu verò emptionis alicujus fundi adſignatis terminis *à quercu ad Olivam*; non comprehenditur *Quercus*, ut docet Bald. quem refert, & ſequitur Octavianus Vulpell. *num.* 1. niſi aliud *ſubjecta materia, contractus natura, contrahentium mens, favor, ſive odium, vitatio ſequuturi abſurdi, correctio legis,* vel tandem *ſenſus juri conformior* exigere videantur. Tunc enim incluſivè ponetur terminus *à quo*, ut docent citati Doctores, & omnes communiter: At in hoc caſu aliquam harum rationum militare non apparet, ut per ſe liquet.

66 Nec renuo in caſu noſtro, † probabile fore tempus à Capituli inchoa- *Dictio A, aliquando inclusivè ſe habet.*
67 tione ſupputandum. Ratio eſt. Quia † quando præpoſitio *A* uſurpatur à lege ſeu diſpoſitione, ſtatuendo terminum ipſius actus, non temporis ejuſdem actus: utputa, ſi diſpoſitio dicat: *Quod conſanguineus intra annum à venditione ad retractum admittatur*. Tunc venditio incluſivè intelligetur, & à momento illius ad momentum annus computabitur. Secus tamen eſſet, ſi diceret: *A die venditionis*. Atqui in hac noſtræ Conſtitutionis clauſula non adſignatur terminus temporis, ſed ipſius actus, ibi: *A Capitulo*, non *à die Capituli*: Ergo trimeſtre ſpatium à principio Capituli computari debet, ac proinde dictio *Capituli* incluſivè intelligenda erit. Hanc ſententiam pluribus tenet Cened. *ubi ſupra num.* 15. ab illaque (inquit) non eſſe recedendum, quia communiter approbatur: & eſt multorum Doctorum, & jurium authoritate ſuffulta: qui etiam contraria argumenta reſolvit. Si caſus occurrat, doctus deliget, quæ ſibi magis placuerint.

68 Sed hic noto † juxta prædictam ſententiam communi Religionis conſenſu intelligi caput noſtræ Sacræ Regulæ, ubi jejunium indicitur *à Feſto Exaltationis S. Crucis, uſque ad diem Dominicæ Reſurrectionis*. Nam ipſo Exaltationis Dominicæ Crucis Feſto jejunamus; quod non fieret juxta eandem ſententiam, ſi Textus diceret: *A die Exaltationis. Feſtum* enim *Actus* eſt, qui eo die celebratur. Vide, ſi placet, quæ hanc in rem diſſerit noſter ſapientiſſimus Thomas à Jesu, *Expoſitione* in Regul. *c.* 11. *part.* 3. *dubio* 1. adducens Navarrum *Conſil.* 18. de præbend. & dign. *num.* 6. *Reg. N. Carmelitana.*

Et hæc ſunt, quæ ad Sub-Priorem ſpectant, præciſè ſui muneris ratione. Si verò plura, Lector, aves, ad ſecundam hujus operis partem recurre, ubi plenam tractationem invenies. At illa, quæ Præſidentiæ ratione loco Prioris ipſi competunt, ſequentibus Principiis, Illationibuſque diſquiremus.

Digitized by Google

PRINCIPIUM VI.

Num tempore Provincialis Conventus, ſive Capituli Sub Prior Conventui præſit; idemque contingere debeat, ſi Prior electus in ſocium ad Generale Capitulum ſuffragaturus accedat?

BREVIARIUM.

69 *Iure noſtro antiquo, ſi Prior accedebat ad Capitulum, ſive Generale, ſive Provinciale, Sub-Prior præſidebat ex vi legis in Conventu.*

70 *Et Provincialis alium Præſidem deputare non poterat.*

71 *Idem obſervatur in Congregatione Caſinenſium.*

72 *Hodie tamen novo jure poteſt Provincialis ex juſta cauſa alium Vicarium deſignare.*

De abſentia Prioris tendentis ad Capitulum.

DIco *Quintò*. † Attento jure noſtro antiquo tempore Capituli Provincialis, quo Prior à Conventu abeſt, præſidebat Sub Prior eidem Conventui ipſo jure abſque aliquo facto hominis. Sic 3. *part. cap.* 4. *nu.* 11. ibi: *Quando Prior tendit ad Capitulum Provinciale, ejus loco præſideat in Conventu Sub-Prior.* Idemque decernitur, quando Prior ad Generalem Conventum ſocius accedit, ut *ibidem* habetur. 69

Quibus caſibus † integrum non erit Priori, imò nec Provinciali alium Præſidem deputare. Nam quum uterque ſit lege inferior, illaque abſolutè diſponeret, ut Sub-Prior iiſdem caſibus præſideret: contra legis diſpoſitionem aliquid attentare, illicitum erat, niſi gravis cauſa aliud exigeret diligenter examinata, & cognita. 70

Prior Claſtralis Caſſinenſis.

Accinebat † Conſtitutio noſtra aliæ Conſtitutioni Caſſinenſis Congregationis, quæ teſte Sayro in Clavi Regia *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 16. ſic ſe habet: *Prior Clauſtralis Congregationis Caſſinenſis tempore Capituli Generalis abſente Abbate vota Monachorum irritare poteſt, quum ex Conſtitutionibus Ordinis à Summo Pontifice confirmatis illo tempore Poteſtas regiminis penes Priores Clauſtrales remaneat.* † Novo tamen jure licitum eſt Provincialibus hiſce caſibus alium Vicarium juſta de cauſa ſubrogare: nam expreſsè illis conceditur 3. *part. cap.* 4. *num.* 11. ibi: *Niſi aliud Provinciali juſta ex cauſa videatur.* 71 72

PRINCI-

Digitized by Google

PRINCIPIUM VII.

Exceptis Abſentiæ caſibus Principio Superiori propoſitis, in aliis quibuſvis, niſi Prior alium Vicarium deputet, Sub-Prior Vicarius Conventui ex vi legis præficitur.

Breviarium.

73 *In abſentia* Prioris, *niſi alium Vicarium deſignet, Sub-Prior Vicarius à lege deputatur.*

74 *Impleta conditione purificatur diſpoſitio.*

75 *Dictio* Niſi, *præcedente oratione adfirmativa, conditionem importat.*

76 *Impleta conditione, ita valet actus conditionalis, ac ſi purè à principio eſſet emiſſus.*

77 *Verbum* Præſideat, *quum ſit temporis præſentis, diſpoſitionem inducit.*

78 *Et quia eſt modi ſubjunctivi æquivalet Imperativo.*

79 *Verbum Imperativi modi, etiam ſi temporis præſentis ſit, non inducit ipſo jure diſpoſitionem. Et quo pacto hoc intelligendum ſit: num* 80.

81 *Dictio* Alius *Relativa eſt, ac diverſitatem Perſonarum inducit, & includit diverſa ab expreſſis.*

82 *Prior, quando à Conventu abeſt, ſi Vicarium non nominavit, nihil illo facto Sub Priori præſtat.*

83 *Maritus hæres inſtitutus, ſi repudiet hæreditatem, cui mulier ſubſtituta eſt donationis cauſa, nil cenſetur donare.*

84 *Textus in l.* ſi ſponſus, §. ſi Maritus, ff. donat. int.

85 *Textus in l. quod autem* 6. §. proinde, *ff.* quæ in fraud. credit. l. non fraudantur 177. ff. de regul. jur.

86 *Debitor, qui non eſt ſolvendo, ſi repudiet hæreditatem, eo fine, ut ad creditores non perveniat, ſed ad filios, qui ſecundario inſtituti ſunt, nihil de ſuo filiis hoc facto donare in creditorum fraudem videtur.*

87 *Conditione exiſtente purificatur diſpoſitio.*

88 *Si Prior deſignet Sub-Priorem Vicarium, habebit juriſdictionem à lege, Delegatam à Priore, & eo caſu evenire poterit, ut tanquam Delegatus valeat facere, quod Ordinarius nequibat, vel èccontra.*

89 *Epiſcopus extra Synodum poteſt minuere numerum Miſſarum. Et quo jure?*

90 *Poteſtas, quæ pertinet ad Epiſcopos pro exequutione teſtamentorum, pertinet tanquam Ordinaria, & tanquam Delegata, & in Capitulum Sede vacante tranſit tanquam Ordinaria, licet tanquam Delegata non tranſiret.*

91 *Epiſcopus aliquando poteſt tanquam Delegatus, quod illi prout Ordinario non permittitur.*

92 *Sub-Prior à Priore Vicarius nominatus aliquando tanquam Delegatus exequi poterit, quod ei, ut Ordinario denegatur, vel èccontra.*

Dico, in reliquis † abſentiæ Prioris caſibus, niſi Prior ipſe alium Vica- 73
rium deſignaverit, Sub-Prior Vicarius Conventus à lege deputatur. Sic
3. part. cap. 23. num. 12. ibi: Sub-Prior in abſentia Prioris (niſi alius Vicarius ab eo fuerit deſignatus) in Monaſterio præſideat. Licet enim *num. 4. ejuſdem Capituli* ſtatuatur,

 Priorem

Priorem à Conventu ſuo recedentem, poſſe ex Sacerdotibus illius (etiam Sub-Priore Præſente) Vicarium eligere; inferius tamen verbis ſupra relatis, eo ipſo, quod Prior alium non deſignet, deſignat Sub-Priorem: Ergo, eo caſu, Sub-Prior Conventui præerit ex diſpoſitione legis conditionem illam apponentis, *niſi alius Vicarius ab eo fuerit deſignatus*. Unde fit † quòd impleta conditione (nimirum alio Vicario à Priore non deſignato) pura remanet legis diſpoſitio, decernentis Vicarium in abſentia Prioris Sub-Priorem. Hæc conſequentia membratim probabitur. 74

Dictio Niſi.

Primò. Nam diſpoſitionem hanc conditionalem eſſe, patet ex † adverbio *Niſi*, quod præcedenti adfirmativa Oratione, conditionem importat, ut tenet Covarruv. 4. *Decret. 2. part cap 4. num.* 10. Inde eruens nucleum textus *in l. quibus* 40 *§. quidam Titio, ff. de conditionib. & demonſtrat.* Adſtipulatur Thom. Sanch. 1. *de matrim. diſp.* 19. *num.* 2. 75

Secundò; † Adimpleta conditione puram remanere legis diſpoſitionem, ac ſi talis conditio appoſita non eſſet, probatur ex ipſa natura diſpoſitionis conditionalis, cui ineſt, ut adveniente conditione, ita valeat actus, ac ſi purè, & abſolutè à principio eſſet emiſſus, ut expreſſe per Text. *in l potior* 11. *fin. princip. ff. qui potior in pignor. habe. & inibi* Scribb. 76

Tertiò: Quod expleta conditione (nempè, ſi Prior alium Vicarium non ſufficiat) ad Sub-Priorem Vicarium Conventus agere, pertineat, abſque aliquo facto hominis, ex verbo *Præſideat*, infertur. Quod, † quum temporis præſentis ſit, ipſo jure diſpoſitionem inducit juxta doctrinam, Gloſſ. *in l. jubemus* 14. §. OEconomus, *C. de Sacroſanct. Eccleſ. l.* 5. verb. *jubeas, C. de juriſdict. omn. judic.* Quam communem adſerunt Cremenſ. *ſingul.* 7. Jaſon. *l.* 2. *num.* 13. *&* 15. *de jur. emphit.* Tiraquell. pluribus citatis, *C. de Revocand donat.* † & licet verbum *Præſideat*, ſubjunctivi modi ſit, qui æquivalet Imperativo, quique † licet temporis præſentis ſit, diſpoſitionem non inducit ipſo jure, ut pluribus juris locis, Gloſſematibus, & Doctoribus probat Sayrus in Clavi Reg *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 21 Cujus ratio eſt. Nam † modi imperativi natura intrinſecè habet, ad alium aliquem, cui imperatur, reſpicere. Ac proinde Legislator utens prædicto modo non vult, ut res ipſa abſque aliquo facto hominis exequutioni mandetur; ſed ut ab illo fiat, cui ipſum dirigitur Imperium. Hoc minimè habet locum, quotieſcunque ſic in diſpoſitione verbum imperativi collocatur, ut non ſignificet aliquod hominis miniſterium, tale imperium exequentis; neque illud innuat interventurum. Et hujuſmodi in legibus pœnalibus ſunt verba illa *Subjaceat, Incurrat, Incidat*, & ſimilia: ut notat Caſtro. *de poteſt. Legis Pœnal. cap.* 1 *regul.* 3. *circa med.* & Sayr. *loco citat.* nec non plures apud illum: Ergo, quum verbum *Præſideat*, quo N. utitur Conſtitutio, non attendat alicujus tertii miniſterium, quia neque Priori, neque alteri deputatio imponitur; liquet Præſidentiam Sub-Prioris non egere Prioris nominatione, 77 78 79 80

ſeu

ſeu alicujus miniſterio; ſed eo ipſo, quod Prior alium non deſignet Vicarium, ad Sub-Priorem legis authoritate Præſidentia pertinet.

81 Ulterius probatur ex verbis ipſis: † *Niſi alius Vicarius ab eo fuerit deſignatus.* Ubi dictio *Alius* relativa eſt; ideoque alium reſpiciens, ut pluribus docet Thom. Sanch. 3. *de matrim. diſp.* 20. *num.* 2. ac proinde *diverſitatem Perſonarum* inducit, quia includit diverſa ab expreſſis, ſeu includit nominata, ut animadvertit Pariſ. *conſil* 78. *num.* 21. *volum.* 2. *& conſil.* 92. *num.* 5. *volum.* 1. Socin. Junior. *conſil.* 40. *n.* 31. Cened. *ſingul* 4. *n.* 33. Ergo Vicarius à Priore adſignabilis alius à Sub-Priore cenſetur. *Dictio Alius.*

Confirmatur ex ipſa *Conſtitutione*, ibi: *Prior à ſuo Conventu recedens poteſt ex Sacerdotibus illius, etiam Sub-Priore præſente, Vicarium eligere.* Ergo non Sub-Priorem, circa quem jam ipſa lex diſponit, *num.* 12. ut præſideat, *niſi alius Vicarius à Priore fuerit deſignatus.*

Sed dicet aliquis: Ipſa alium nominandi omiſſione videri Sub-Priorem à Priore nominatum; ideoque tali eventu Vicaria poteſtas illi competet,

82 tanquam à Priore procedens. Sed fallitur. † Quia tali omiſſione nihil Prior Sub-Priori confert, ſed tantum amovetur impedimentum, quod obeſſet ejus Præſidentiæ, quo de medio ſublato, Sub-Prior ex vi legis ſic diſpo-

83 nentis Conventui præeſt. Probat † bonus Text. *in l. ſi Sponſus* 5. §. *Maritus*, *ff.*

84 *de donat. inter virum, & uxor.* Ubi decernitur: † Quod ſi Maritus hæres inſtitutus, & mulier ei ſubſtituta, repudiet ille hæreditatem donationis cauſa, repudiatio valeat. Quia licet maritus hæreditatem repudiarit, eo fine, ut integra ad uxorem perveniret, non tamen illa repudiatio donatio cenſetur inter conjuges; ideoque valida eſt: *Nihil enim maritus de patrimonio ſuo deponit*, ait *Text. in l. ſi ſponſus. §. maritus ff. de donat. inter.*

85 Julianus. Idem probat † Text. *in l. quod autem* 6. §. *proinde*, *ff. quæ in fraud. cre-*

86 *dit. & in l. non fraudantur* 177. *ff. de regul. jur.* ubi dicitur: † Quod ſi debitor non ſit ſolvendo, quia impotens effectus eſt ad creditoribus ſatisfaciendum, hæreditatem repudiet eo fine, ut ad creditores non perveniat, ſed ad filios, qui ſecundariò inſtituti ſunt, ſeu abinteſtato hæredes futuri; hujuſmodi repudiatio, non cenſetur donatio, aut alienatio, ut poſſit revocari, quaſi in creditorum fraudem facta. Et ratio utriuſque eadem eſt. Quia ſcilicet ſuccedentes (uxor, aut filii) in talem hæreditatem nihil à repudiante accipiunt, ut benè Bartholus *in d. l. quod autem, longiuſculè à princ.* & Covarruv. 4. *Decretal.* 2. *part. cap.* 7. § 1. *num.* 12. & alii. Quippe tantum removetur obſtaculum, quo alter à ſucceſſione impediebatur: quo remoto, ſtatim ſuccedit, qui alias ſucceſſurus erat. Ergo ſimiliter in noſtro caſu, omiſſione alium Vicarium adſignandi nihil videtur Sub-Priori à Priore conferri, ſed tantum amoveri impedimentum, quod ſi adeſſet, obſtaret, ne Conventui præſideret: quo ablato extemplò, abſque aliquo facto hominis authoritate legis Vicarius evadit. *L. quod autem §. proinde, ff. quæ in fraudem credit.*

Niſi mavis dicere, quòd omiſſione alium Vicariũ deputandi, nihil opera-

tur præter adimpletionem conditionis, ſub qua voluit lex Sub-Priorem præ-
87 ſidere ibi: *Præſideat, niſi alius Vicarius fuerit deſignatus.* † Et conditione exiſtente defæcata, & purificata manet diſpoſitio, *d. l. potior.* 1. *fin. princ. qui potior. in pignor. hab.* Quare tunc Sub-Prior in Vicarium ſubrogatur ipſa lege diſponente.

88 Et addo; † quod ſi expreſſe Sub-Prior à Priore in Vicarium ſufficiatur, licet talis nominationis virtute Sub-Prior juriſdictione Delegata fungatur, non ideo ſpoliabitur Ordinaria, quæ illi tanquam à lege Vicario incumbit. Ratio eſt. Nam his duobus concurrentibus poteſtatibus (ut benè poſſunt) ſive Ordinariæ Delegata ſuperveniente, ut tali caſu contingeret, jus Delegationis non obſtat, nec aufert, quod per amplius (quale eſt jus ordinariũ) ad eum pertinebat. *Ordinaria, & Delegata juriſdictio ſimul dari poſſunt.*

Unde venit, quòd ſi Prior deſignans Sub-Priorem Vicarium, illius juriſdictionem aliqualiter coarctaſſet, tunc ex vi juriſdictionis Delegatæ præciſè circa nonnulla poteſtate careret: & licet tanquam Delegatus ad eandem impotens cenſeatur, & veluti privatus reſpectu eorundem, ut dicebamus 3. *part. ſect.* 2. *num.* 485. nihilominus tanquam Ordinarius ea poterit exequi, ſi talia ſint, quæ ex vi juriſdictionis Ordinariæ ipſi competant, quandoquidem amplioris Privilegii uſui, non obſtat conceſſio alterius reſtrictioris, ut docent Cordub. *ſuper Compend. Mendicant.* verb. *Diſpenſatio*, *num.* 24. Sanchez *in Decal lib.* 4 *cap.* 43. *n.* 21.

89 Hac ratione motus † Navarr. *in Summ. Lat. cap.* 25. *num.* 13. adfirmat, non obſtante determinationem Tridentini, ut Epiſcopus una cum Synodali Capitulo poſſit numerum Miſſarum minuere, quando ſtipendium Capellanis adſignatum tenue admodum eſt, quominus id etiam extra Synodum facere poſſit. Et reddit rationem, inquiens: *Quia id poterat jure antiquo, cui præfatum decretum non derogat.*

90 Eodem modo † (& noſtro caſui faventius) licet ad Epiſcopos jure Ordinario pertineret ad Teſtamentorum exequutionem compellere; ut conſtat per Text. *in cap.* 3. *de Teſtament.* & licet poſtmodum à Tridentin. *Seſſ* 25. *cap.* 8. *de Reform.* idem injungatur ipſis Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, quæ poteſtas, utpote Delegata, transfundi non poterat in Capitulum Sedevacante, tamen tranſit; ad ipſumque Capitulum pertinet, tanquam Ordinaria. Ita Sanchez 8. *de matrimon. diſp.* 2. *num.* 10. & etiam poſt Concilium docuêre, Molin. *Tract* 1. *de juſt. diſp.* 250. Matienc. *lib* 5. *Recop. tit.* 4 *l.* 14. *gloſſ.* 1. *num.* 47. Covarruv. *in cap. Ioannes*, *num.* 2. *de Teſtament.* Azor. *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 39. *q.* 6. Quarant. *in Summ. Bullarii*, verb. *Capitulum Sedevacante*, verſ. *Septimo quæro.* Barb. *de Poteſt Epiſcop. part.* 3 *alleg* 82 *num.* 3. *& in Collect. Tom.* 1. *cap.* 2. *ne Sedevacante*, *num.* 14. *& in declarat. ad Trident d. cap.* 8. verb. *Epiſcopi.*

Econtra

91 Econtra † verò uſuvenire poterit, quod aliquid competat jure Delegatæ juriſdictionis, quod non competeret Ordinariæ, ut ſtando ipſis terminis *dict. cap 8. de Reformat.* viſitur. Nam ſi contingeret, quod Teſtamentorum Exequutores Officiales ſint Sanctæ Inquiſitionis, & ideo à juriſdictione Ordinariorum exempti, ſive alicujus Academiæ Profeſſores, & hoc nomine ab Epiſcopali juriſdictione liberi virtute litterarũ Conſervatoriarum; tunc licet Epiſcopus tanquam Ordinarius, nequeat cogere illos ad talem exequutionem; valebit tamen, tanquam Delegatus Sedis Apoſtolicæ, cuius juriſdictione nullatenus exuitur, ut tenet Franciſcus Leo *in Theſaur. For. Eccleſiaſt. part. 2. cap. ultim. fin.* Barboſ. *d. allegat. 82. num. 14. & in Collect. c. 3. de Teſtament. num.* 8.

92 Ergo ſimiliter † in noſtro caſu utraque Poteſtate gaudebit Sub-Prior Vicarius, ac per conſequens continget, quòd licet, quà Delegatus eſt, nonnulla exercere non valeat, ea tamen valebit, qua Ordinarius, ſi talia ſint, quæ Ordinariæ ſubſint juriſdictioni; & econverſo poterit evenire, ut ea poſſit, quâ Delegatus, quæ minimè poterat, quà Ordinarius præcisè. Ponamus exemplum: Si Prior illum nominet tribuendo totius ſuæ poteſtatis plenitudinem, quamvis præcisè ratione Ordinariæ Juriſdictionis nequiret circa Conventus regimen aliquid *innovare*; quia quoad hoc limitatam habet à lege poteſtatem, ut infra dicemus; poterit nihilominus ex vi plenariæ Delegationis, non ſecus, ac ipſe Prior Delegans.

PRINCIPIUM VIII.

Quotieſcunque Prior, vel prævenitur morte, ſuſpenditur, promovetur, ſeu privatur, ſuccedit Sub-Prior ex vi juris in Conventus regimen veluti in caſu à Noſtris Conſtitutionibus omiſſo; & quid dicendum quandiu Prior à Communitate ſequeſtratus, exercitiis ſpiritualibus vacat?

BREVIARIUM.

93 *In aliis caſibus præter abſentiæ, quibus Prior deficere poteſt, nihil ſtabilitum eſt de perſona in Vicariũ deſignanda.*

94 *Nullus actus incipere poteſt, ubi finem accipere debet.*

95 *Uſusfructus tempore mortis inutiliter relinquitur.*

96 *Dare ſimul duos effectus contrarios, cum ipſa rei natura pugnat.*

97 *Verba debent intelligi ſecundum communem uſum*

98 *Verbum* Abſentia *ſecundum communem uſum loquendi non intelligitur de morte.*

99 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni juris communis.*

100 *Abbate ſeu* Priore *ſuſpenſo à collatione beneficiorum, ad* Priorem *Clauſtralem ſive Sub-Priorem jure communi collatio devolvitur.*

101 *Quod decernitur in caſu excommunicationis, videtur etiam decerni in caſu mortis, ſuſpenſionis, aut interdicti.*

102 *Quando duo caſus æquiparantur in jure,*

jure, quod diſpoſitum in uno, & in alio diſpoſitum cenſetur.

103 *Si Prior decedat, ſuſpendatur, aut promoveatur, Sub-Prior noſter in ejus locum ſuccedit.*

104 *Poterit tamen Generalis, aut Provincialis alium Vicarium eo caſu deſignare.*

105 *Quid dicendum ſit, quando Prior ſemotus à Communitate, ſpiritualibus exercitiis vacat in particulari adicula?*

106 *Nec intereſt ſi extra Clauſtrum, vel clauſuram extructa ſit.*

107 *Ex eo, quod Prior ad vicinum aliquod pradium per unum, vel duos dies diverterit, non dicitur abeſſe, ut Sub-Priori aliqua poteſtas accreſcat.*

108 *Ad caſus urgentes quibus periculū imminet mora cauſa, bene ſe extēdit Sub-Prioralis poteſtas, etiā praſente Priore.*

109 *Neceſſitas non habet legem.*

110 *Si urgeat tempus communicandi, aut celebrandi, poterit Sub-Prior, ſi non eſt aditus ad Priorem, abſolvere à reſervatis cum onere comparendi.*

111 *Interpretatur noſtras Conſtitutiones, 1. p.cap.3.num.2.*

DIco *Septimò*: † Deficiente Priore ſive morte prævento, ſive privato, ſuſ- 93
penſo, promoto, aut excommunicato, aut quovis alio impedimento
ſimili prohibito à regimine Monaſterii, nihil à Noſtris legibus de Perſona
Conventui præficienda ſtatutum reperio. Prædictis enim locis præcisè fit
ſermo de abſentia Prioris à Conventu, ut expreſsè elicitur ex verbis illis, *dicto*
num.4. Prior à ſuo Conventu recedens; necnon *ex num.*12. ibi: *Sub-Prior in abſentia*
Prioris (*niſi alius Vicarius ab eo fuerit deſignatus*) *in Monaſterio praſideat.* Caſu enim
quo vita defungatur, ſive privationem, aut ſuſpenſionem incurrerit, &c. nequit Prior alium Vicarium deſignare. Nam licet mortis tempus, privationis,
ſeu ſuſpenſionis antevertens aliquem Vicarium deſignaverit, ipſe Vicarius
deficiente Prioris iuriſdictione prorſus exſpiraret, ut ſupra diximus 3 *p.ſect.2.*
*a.num.*474.

Nullus actus incipere poteſt ubi finem accipere debet.

Nullus verò † actus incipere poteſt; ubi finem accipere debet juxta
illud Philoſophi: *Synteſis rerum, ſic ſe habet cum analyſi, ut exinde primum ſynteſis* 94
cœperit, ibi analyſis terminetur. Cui effato conſonat alterum Moralis Philoſophiæ lumen, Modeſtinus ſcilicet, *l. Titio, cum morietur* 51. *ff. de uſufructu.* † 95
Quo loci inutile judicatur legatum uſus-fructus relictum mortis tempore, &
rationem reddit I.C. nimirum: *Quia in id tempus confertur, quo Perſona diſcedere*
incipit: † aliàs ſimul & ſemel duos effectus contrarios daremus, quod cum ip- 96
ſa rei natura pugnat, teſte Platone 4. *de Rep.* & docet Thom. Sanch. 7. *de matrim.diſp.*115.*num.*2. Ergo Conſtitutio jubens, quod Sub-Prior *in Prioris abſentia praſideat, niſi ab eo alius Vicarius fuerit deſignatus*, convincitur ſolummodo loqui de abſentia à Conventu, retento munere Priorali, & habituali iuriſdictione. Tunc enim integrum illi eſt Vicarium deſignare; aliis verò caſibus minimè; quum juriſdictio in illis conferenda in id tempus collata eſſet, quo finem debebat accipere.

Secundò:

Digitized by Google

Secundò: Nam eſſet maxima verborum contorſio, ſeu impropria uſur- *Abſentia*
patio; ſi verbum illud: *In abſentia Prioris* intelligeretur de morte, ſeu priva- *hic non ſu-*
97 tione: † Verba autem debent intelligi ſecundum communem, & tritum *mitur pro*
loquendi uſum, Text. *in l. librorum*, §. *quod tamen Caſſius* Ub. Barthol. *ff. de* *morte.*
Legat. 3. *l. Labeo, ff. de Suppellect. leg. l. cum de lanionis*, §. *item* verſ. *Optimum ergo*, *ff. de Fund. inſtruct.* & *inſt. legat. l. cum aurum*, C. *de donation. cap. ex litteris de Sponſalib.* Card. Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 1. Anton. Souſa *in Relect. de Cenſur. Bull. Cœnæ*, *cap.* 2. *num.* 4. & *cap.* 6 *diſp* 39 *num.* 5. & *cap.* 7.
98 *num.* 5. & alii. Verbum verò *Abſentia*, † juxta vulgatem acceptionem, & uſum, ſolum ſignificat *egreſſionem à loco in locum*, ſeu *defectionem à loco*, non verò *è vita*, ſeu *à vita*: Ergo prædictis locis tantum ſtatuitur, quid in abſentiæ caſu fieri oporteat; alii verò caſus permittuntur.

Neque exiſtimes, *num.* 11. *d. cap.* 4 *Conſtitut.* aliquid ordinari circa prædictos caſus; ibi enim tantum ſermo inſtituitur caſu, quo Prior Conventu egrediatur tempore Provincialis, ſive Generalis Capituli. Nec alibi quicquam ſtatutum eſſe, novi.

Unde fit. Quod, quum noſtræ leges, quid in ſimilibus caſibus faciendum ſit, omnino reticeant; id Juris Communis diſpoſitioni relictum credatur.
99 tur. † Nam caſus à nova Conſtitutione omiſſus intelligitur ſecundum jus
antiquum, *l. ſi verò*, §. *de viro, ff. ſolut. matrim. l. commodiſſime, ff. de liber. & poſth.* *Caſus o-*
Gironda *de Privileg n.* 556. & 586. & eſt omnium communis ſententia. *miſſus.*
Quod verò à communi jure circa caſum omiſſum ſancitum reperitur eſt;
100 † ut Abbate ſuſpenſo à collatione Beneficiorum ad Priorem Clauſtralem collatio devolvatur, Text *in Clem. ne in agro*, §. *ſi quis autem*, verſ. *Abbate*, *de ſtat. Monach.* Idemque dicendum, quotieſcunque ceſſet jurisdictio Prælati, ſive per mortem, ſive privationem, &c. Siquidem his caſibus eadem ratio viget, & prorſus in jure æquiparantur; ut patet, *cap.* 1. *de Offic. Vicar. in* 6.
101 Ubi, † quod decernitur de Epiſcopi excommunicatione, videtur etiam decerni de morte, ſuſpenſione, aut interdicto. Nempe, quod prædictis caſibus juriſdictio Vicarii ejuſdem expiret, ſi ſuſpendatur, ut pluribus te-
102 net Thom. Sanch. 3. *de matrim. diſp* 30. *num.* 8 & 2. Quando verò † duo, vel plures caſus æquiparantur in jure; quod diſpoſitum eſt in uno, diſpoſitum & in aliis cenſetur, ut Gloſſ tenet *in l. Mancipia*, verb. *Advocandum*, *C. de ſerv. fugit.* Gloſſ *fin. in l. ſi quis ſervo*, *C. de Fur.* Ant. Gomezius 2 *variar. cap.* 11. *num.* 1. verſ. *Advertendum tamen eſt*, Tiraquell. *de Retract. lignag* § *his*, *Gloſſ.* 1 *num.* 10. Surd. *de aliment. Tom.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 2. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 16 Flores *variar. quæſt.* 3. *num.* 27. Caldas Pereyr.
103 *de Poteſt. eligendi*, *cap* 7. *num.* 5. † In noſtra Sacra Religione ſic receptum eſt. Statim enim, ac Prior decedit, ſive per aliquod temporis ſuſpenditur, aut promovetur ad aliquod cum Priorali munere incompatibile Officium,

eo ipſo abſque aliqua nominatione ſuccedit Sub-Prior in Conventuali regimen, & ad illum tota poteſtas devolvitur. Sic more introductum.

Verùmenimverò † Præpoſiti cùm Generalis, tùm Provinciales poterunt quolibet prædictorum caſuum alium Vicarium præſignare excluſo Sub-Priore. Hîc verò Vicarius iuriſdictione Delegata Præſidentiam exercebit, ut infra dicemus. Ratio eſt. Quia Sub Prior his caſibus ſufficitur in Vicarium ex vi tantum iuris communis, velut in caſu à lege omiſſo, Quæ ceſſat, ſi Generalis, vel Provincialis Vicarium deſignent.

De Priore exercitiis vacanti.

Dubitabis, † ſi tempore, quo pro more noſtro Prior in Sacra ſeparata Ædicula à Communitate ſemotus ſpiritualibus exercitiis operam navat, tunc Sub-Prior ſimiliter Conventui præerit, ac ſi prorſus abeſſet Prior. Quæ dubitatio parum mihi negotii faceſſeret, ni crediderim, alios dubitaſſe. Reſpondeo ergo negativè. Nam eo caſu domi Prior eſt, nullaque gravi præpeditus invaletudine aliove conſtrictus impedimento, ne poſſit domeſtico gubernio intendere. Præſente verò priore nulla præter Oeconomicam (ſeu proprius Clauſtralem, aut Domeſticam) conceditur poteſtas; & hæc non niſi dependenter à priore præſenti, cuius ſubeſt iuriſdictioni, ut latè ſtabilivimus *princip. 4. ſecundæ part.* Nec velle priorem ſe in cellulam, ſeu Sacram Ædiculam ad tempus recipere, ut intentiùs, imentiùſque ſpiritualibus vacet, ab eo iuriſdictionem tollit, vel Conventus regimen, ſed tantum occaſioni eſt, ut ille ampliorem Sub-priori poteſtatem mandet, ut ſic liberior, ac expeditior, curis temporalibus exutus, interiora tractare valeat. Quo caſu quicquid à Sub priore tractandum ſit, iure Delegationis illi conveniet; poteritque pro ſuo libitu hanc mandatam reaſſumere poteſtatem, quia ſicut ſponte illam commiſit, ita liberrimè poterit commiſſionem, ſive coarctare, ſive auferre iuxta Textum *in c. 1. de reg. jur. in 6.*

Neque intereſt, † ſi ſacra Ædicula, aut ſacellum extra Clauſtrum, ſive Clauſuram conſtructum ſit. Nam quoad hoc pro Conventus reputantur parte, quum intra Monaſterii ſepta concluſa ſint; ideoque de priore inibi degenti, ac ſi Communitati intereſſet, loquendum eſt. Neque etiam obſtat talis ſegregatio, ut poſſit ad priorem deferri quicquid talium exercitiorum tempore gerendum occurrat. Si enim diu quicquam ſe obtulerit, facillimè poteſt adiri prior, ſi verò noctu, ſi puta aliquem Religioſum pro adiuvando moribundo egredi, ſicut fores, ut egrediatur, aperiuntur, ſic ut prior fiat certior, adaperiri queunt. Imo Quintana Duennas *ſingul. ad Sept. Eccl. Sacram. Tom. 1. tractat. 2. ſingul. 13. num. 2.* ſentit, nullam Sub-priori poteſtatem accreſcere, eo quod prior ad vicinum aliquod prædium recreationis, ſeu Viſitationis cauſa per unum, vel duos dies diverterit.

Quintana-Duennas.

Quod

Quaſi idem ſit in ſuburbiis, ſeu vicino prædio degere, ac manere domi.

108 Sed non ideo † comprehenſos volo caſus urgentes, in quibus ſi con-
109 ſulatur prior, aliquid imminet periculi moræ cauſa. † Tunc etenim ipſa neceſſitas poſt ſe rapit. (Quamvis prior ſpiritualibus exercitiis non inſiſteret) omnes leges, omniumque legum diſpoſitiones. Quamobrem Thales ille Mileſius (ſi Plutarcho fidimus, *cap. 26. de placitu philoſoph.* & Diogeni Laërtio *in ipſius vita*) dicebat: *Neceſſitatem validiſſimum quoddam eſſe, ut quæ univerſa Naturæ prævaleat.* Et Valerius Max. *lib. 7. tit. 6. Abominandæ Neceſſitatis leges amariſſimas eſſe, & truculentiſſima imperia. Nam Neceſſitatis Imperio paret tota Mortalium Majeſtas.* Ideo conſultè Horat. *lib. 3. Carm. Od. 24.*

Neceſſitas illicitum facit licitum.

Si figit adamantinos
Summis verticibus dira Neceſſitas.
Clavos; non animum metu
Non mortis laqueis expedies caput.

110 Unde, † ut bene ſubdit Quintana-Duennas, *d. num. 2.* Si communicandi, aut celebrandi urget tempus, poterit Sub-Prior, ſi non eſt aditus ad Priorem, abſolutionem à reſervatis concedere cum onere comparendi. Et à fortiori idem dicetur de conceſſione, ſive facultate ad alia levia, ſive minus gravia.

Hæc omnia inſpecto iuris rigore certiſſima autumo, nec ullo modo
111 noſtris Conſtitutionibus contraria. Namque † quod 1. *part. cap. 3. num. 2.* dicitur, nempè: *Quod qui in hujuſmodi exercitiis verſantur, ab omni Officio, & occupatione liberi eſſe debent, noctu, diuque in cella, ſive ſolitaria adicula Deo vacantes morari:* non intelligitur de Prælato, ſed de reliquis Conventus Officialibus, & Miniſtris exterioribus occupationibus deputatis. Nec ad conſequendum finem, quem ipſa exoptat Conſtitutio, ſcilicet ſpiritualium frequentationem exercitiorum (ſuppoſita humana fragilitate) proportionatum medium foret Priores tandiu ab Officio ſuſpendere, quandiu prædictis vacarent exercitiis: ſed æquum fuit eorum arbitrio relinqui, ut vel omnino à negotiis ſuperſederent, vel aliquibus intendere poſſent, diviſo pro ſuo libitu Gubernationis onere cum Sub-Priore, ut antea dicebamus.

Explicatur N. Cōſtitutio.

PRINCIPIUM IX.

In omnibus prædictis caſibus Sub-Prior Ordinaria juriſdictione pollet, & æquali pot[illegible] ſtate, ac Prior ipſe gaudet, exceptis his, quæ à lege ſpecialiter limitantur.

BREVIARIUM.

112 *Sub-Prior noſter morte, privatione ſuſpenſione, promotione Prioris, ſive abſentia, niſi alium deſignet Vicarium, manet cum Ordinaria juriſdictione, & eadem poteſtate, ac ſi eſſet Prior, niſi ſpecialiter aliquid illi denegetur.*

113 *Ordinaria juriſdictio ſuapte natura omnes cauſas [illegible] ſe.*

114 *Ordinaria poteſtas limit[illegible] [illegible] dari poteſt.*

115 *Quilibet actus juriſd[illegible] ram competente judice [illegible]*

116 *Juriſdictio [illegible] dinaria [illegible]*

DIco Nonò: In omnibus his caſibus, † quibus, ut dictum eſt, Sub-Prior Conventui præeſt: nimirum Priore ad Provinciale, ſeu Generale Capitulum accedente, ſive quacunque alia abſentia, non deſigne[illegible] Vicarium: ſive mortuo, privato, ſuſpenſo, aut pr[illegible] manet Sub-Prior cum Ordinaria juriſdictione, cumque plena Authori[illegible] ac Poteſtate, quemadmodum ſi Prior eſſet. Ratio [illegible] caſibus ex noſtrarum Conſtitutionum diſpoſitione, [illegible] & conſuetudine legitimè in Religione introducta præſidet, ut diximus, & probavimus: Ergo ſortitur Ordinariam juriſdictionem [illegible] talis juriſdictio, & à lege profluit, & à conſuetudine. [illegible] Sub-Priorem in Religione noſtra omnem [illegible] poteſtatem, nec non juriſdictionem habere in prædictis caſibus, de qua loquuti ſumus *ſect.* 1. 3. *par.* ad omnes actiones inibi expreſſas, his exceptis, quæ ſpecialiter illi denegantur, ſeu per Conſtitutionum diſpoſitiones reſtringuntur, circa quæ ob impoſitam à lege prohibitionem, nullam, ut ſupra diximus, habet poteſtatem.

Ordinaria juriſdictio limitari poteſt.

Quanquam † verò ea ſit Ordinariæ juriſdictionis natura, ut ad omnes ſe extendat cauſas, & illas comprehendat ſub ſe, ut conſtat per T[illegible] *l. ſi pupillus, § territorium, ff. de verb. ſign. & per alia, quæ congerit* [illegible] *nullit. ſent. defectu juriſd. Ordin. num.* 32. Nihilominus † tamen [illegible] ſtas limitabilis eſt, & quicquid in talem limitationem [illegible] ab incompetenti judice attentatum habetur, licet acti[illegible] judicatum [illegible] quia tam iſti, quàm quilibet alii debent coram competenti Judice acti, Text. *in l. ſecundum Divi, C. de Donat. l. fin. C. de* [illegible]

[illegible]

Vantius *ubi ſup. num.* 33. Specular. *de juriſd. omn. judic. princ.* Quos citant, & ſequuntur Sbrozz. *de Offic. Vicar. lib* 2. *q* 57. *numer.* 9. *&* 10. Narbona *de Appellat. à Vicario ad Epiſcop. part.* 1. *num.* 99.
166 † Ideoque experimur, quòd tametſi Epiſcoporum Vicarii juriſdictio Ordinaria ſit, non tamen ſub illa ea includuntur, quæ à jure limitantur per Text. *in cap.* 2. *& ult. de Offic. Vicar. in* 6. *& c.* 2. *de præb. eod. lib.* & tenent Sbrozz. & Narbon. citati.

LIMITATIO I.

Sub-Priori Præſidi non deberi nec Præeminentias, nec locum Priori competentes.

Breviarium.

117 *Sub-Prior noſter, licet tempore ſuæ præſidentiæ verus Prælatus ſit, non gaudet loco, nec præeminentiis Prioris.*

118 *Dictio ſcilicet eſt declaratoria præcedentium.*

119 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

120 *Explicatur Caput ſecundum, num.* 5. *noſtri Cæremonialis.*

121 *Et Caput* 13. *numer.* 12 *&* 13. 3. *part. Conſtit.*

122 *Qui de uno affirmat, de alio negare videtur.*

123 *Electio unius eſt reprobatio alterius.*

117 *Primò* limitatur † Sub-Prioris Poteſtas à noſtris Conſtitutionibus. Licet enim tempore ſuæ Præſidentiæ verus Prælatus ſit, & conſequenter omnes eidem Præeminentias deferri oporteat, quæ ipſi deferrentur Priori, inſpecto tamen ſpeciali jure noſtro, neque Prioralem occupat locum, nec Præeminentiis potitur Prioralibus. Nam Priore deficiente non inſidet illius loco, tam in Choro, quam in Refectorio, &c. ut aliàs deberet juxta ſtabilita 3. *p. ſect.* 1. *à num.* 229.

Præterea quum Conſtitutiones noſtræ decernant 1. *p. cap.* 15. *numer. fin.* ut Subditi Prælatos honorifico titulo *noſtrorum Patrum* adficiant, minimè eodem titulo ornant Sub-Priorem: quippe à lege *ibi* prohibetur, ſiquidem, quum illos enumeret, qui Prælatorum nomine veniunt quoad talis Tituli acquiſitionem, appoſita particula
118 † *Scilicet*, quæ præcedentium declaratoria eſt, ut tenent cum multis Barboſ. *de Diction. uſu frequent. dict.* 42, *num.* [illegible]. ſingillatim nominat P. Generalem, Definitores Generales in toto Ordine, Provinciales in ſua Provincia, & unumquemque Priorem in ſuo Conventu. *Dictio ſcilicet declaratoria eſt.*

119 Idque corroborat recepta in Religione conſuetudo † optima legum interpres, Text. *in cap. cum dilectus, de conſuet. l. more, ff. de legib. l.* [illegible] *ff.* [illegible] *eod.* Sylvan. *conſil.* 88. *num* 27. Tiraquell. *de Nobilitat. cap.* [illegible] *num.* 9. Afflictus *Neapolit. deciſ.* 166. *num.* 9. *& deciſ.* 173. *num.* 2. Menoch. *conſil.* 3 *num* 44. *& conſil.* 599. *Conſuetudo optima legum interpres.*

*ſil.*399.*numer,*21. Maſcard. *de probat concl.* 1415.*numer.* 10. Brunor. a Sole *in lo-cis communib.* verb. *Conſuetudo, num* 6. Cald. *in l. ſi Curatorem* , verb. *Contra-ctum, numer.* 29. *C. de integr. reſtit.* Camill. Borrell. *in Summ. deciſ. tit.* 14 *num.* [illegible]

Eademque ratione in Prima, & Completorio nec confeſſionem, nec bene-dictionem impertit, quemadmodum ex noſtri Cæremonialis *præſcripto*, [illegible] *num.* 3. Prælatus facere debet. Inſuper licèt Priores in Choro Miniſtros, & Hebdomadarium ſacris indutos præcedant (*ut ibidem* habetur) Sub - Prior minimè, ſed primus ab illis ſedet, & ſic in aliis ſimilibus.

Quæ omnia (ut dictum eſt) inde proveniunt, quia quoad illa co-arctata eſt Sub - Prioris authoritas, ut prædicti actus teſtantur, & colligitur *d. cap.* 15. *Conſtit. num. fin.* & clariùs ex Cæremoniali, *cap.* 2. *num.* 3. ubi quum di-ſpoſuiſſet, debere Miniſtros Altaris ſedere in Choro immediatè poſt Præla-tos ſubjungit: *Y por Prelados ſe entienden nueſtros Padres General, Difinidores, Pro-vinciales, Prior del Convento. Y en qualquiera parte que ſe hiziere mencion de Prela-dos, para coſas ſemejantes ſe han de entender los dichos.* Expende ly, *para coſas ſeme-jantes.* Quod innuit tantum quoad præeminentiam loci, & alias ſimiles co-arctari nomen *Prælatus*, ita ut Sub - Priorem Præſidem non comprehendat, quemadmodum illud ſuapte natura comprehenderet.

Et probatur † expreſſius ex 3. *part. Conſtit. cap.* 13. Ubi, quum dictum eſſet, *num.* 12. quod Sub - Prior præſideat in abſentia Prioris, niſi alius Vi-carius ab eo fuerit deſignatus, quodque in Sub - Prioris abſentia præſideat Antiquior ex Conventualibus, eveſtiglo ſubjungit, *num.* 13. *Declaramus tan-dem, quòd omnis Vicarius electus eandem Poteſtatem, & præeminentiam habet, ac ſi eſſet Prior.* Ergo, ſi loquens Conſtitutio de utriuſque Vicario, tantum de ele-cto à Definitorio, ibi: *Vicarius electus*, ait, *quòd eandem Poteſtatem, & præemi-nentiam habet, ac ſi eſſet Prior*: conſequenter videtur id alii Vicario denegare; † nam qui de uno dicit, de alio negare videtur, ut conſtat per Text. *in cap.* 122 *nonne, de præſumpt.* cum ſimilib. & † electio unius, eſt alterius reprobatio, [illegible] *l. cum ita legatum*, §. 1. *ff. de condit. & demonſtr.* Surd. *conſil.* 428. *n.* 8.

LIMITATIO II.

Quanam pœna puniendus in Ordine noſtro ſit, qui Sub - Priorem injuria aliqua adfecerit?

Breviarium.

124 *Noſtri Sub - Prioris authoritas diminuta eſt circa aliqua* [illegible] *quoad* [illegible]

125 *Injuria Sub - Priori Noſtro irrogata mi-nor cenſetur, quam ſi Priori irroga-*[illegible]

126 *Pœna debet* [illegible]

127 *Probabile eſt* [illegible] *dum, qui Priorem* [illegible]

quam, qui Sub-Priorem.
128 *Explicatur Caput* 2. Cæremonialis, *num.* 3.
129 *Explicantur noſtræ* Conſtitutiones, 1. *part. c.* 5. *n. fin.*
130 *Lex Correctoria non eſt protrahenda ultra caſus expreſſos*
131 *Explicantur noſtræ* Conſtitutiones, 4. *p. C.* 4. §. 4. *ac Percuſſoribus.*

AGentes *ſup.* 3. *part. à num.* 231. de Sub-Priore in communi reſolvimus, eadem pœna mulctandum eſſe in Sub-Priorem injurium, ac ſi eſſet in Priorem ipſum: Diſquirere nunc reſtat: Utrum in noſtra Religione ſtandum ſit inibi dictis; an aliter ratiocinandum?

124 Negativè reſpondendum videtur. Quippe † in noſtra Religione Sub-Prioris Authoritas (ut ita dicam) in aliquibus diminuta eſt, quandoquidem plura illi non deferuntur, in iis, quæ authoritatis ſunt, quæ attento communi jure ipſo deberentur. Nam, ut vidimus ſpeciale jus Noſtrum adhuc ſi Conventui Ordinaria juriſdictione præſideat, illi non concedit præeminentias Prælati: Ergo non debent Religioſi ita vereri Sub-Priorem, ac ſi Prior eſſet, & per conſequens † injuria illi irrogata minor cenſebitur, quam ſi Priori irrogaretur. Nec æquali, ſed diſpari pœna vindicanda; † quia pœna debet commenſurari delicto, *cap. non adferamus* 24. *quaſt.* 1. *Authentico ut Patri-Familias ſuccedat*, §. *quia verò*, *cap. Felicis*, verſ. *Illud autem*, *de Pœnis*, *lib.* 6 *c.* 2. *fin. de his quæ fiunt à major. part. Capit.* Thom. Sanch. *de matrim. diſp.* 32. *num.* 9. *De injuria Sub-Priori noſtro irrogata. Negativa ſententia.*

125

126

Et confirmatur ex §. 4. *de Percuſſoribus*, 4. *p. cap.* 4. *Conſtit.* Ubi decernéns; quo ſupplicio caſtigandus ſit, qui violentas alii manus injecerit, ad Prælatorum injurias deſcendens, ait: *Conſiderata qualitate Prælatorum eſſe vindicandas.* Ergo, quòd maximè in prædictis pœnis infligendis attendi oportet, qualitas, ſive Authoritas eſt.

127 Æquè tamen probabile † exiſtimo æquali pœna adficiendum, qui Prælatum injuria adfecit, & qui Sub-Priorem. Ducor verbis illis *Imitatione proxima citatis*, ex † noſtro Cæremoniali, *cap.* 2. *num.* 3. *Para coſas ſemejantes.* Quæ, ut videbamus, non obſcure innuunt, præcisè, quoad *præeminentias* ibi adſignatas, aut ſimilia, denegari Sub-Priori Prælati Authoritatem. Unde reſtrictio illa Authoritatis, non eſt ad alios caſus diſſimiles pertrahenda. *Affirmativa probabilis.*

128

129 Probatur *Secundò* † ex 1. *part. Conſtit. cap.* 5. *n. fin.* Ubi quum de reverentia à Subditis Prælatis debita tractaretur, deque pœna delinquentibus circa hoc inferenda, ſtatim ſubjungit: Poſſe Sub-Priorem in Prioris abſentia præceptis formalibus Religioſos Conventuales obſtringere. Quorſum hæc, nulla Clauſula interpoſita, dum de Prælatorum agitur Authoritate, ni Sub-Priorem ipſum Præſidentem eadem Authoritate pollere, Conſtitutio oſtendere, voluiſſet?

Et

Et confirmatur. Nam Ordinatio, quæ Authoritatem Sub-Prioris [illegible] qualiter minuit eſt juris communis Correctoria, † ac proinde tantum in ca[illegible] ſibus expreſſè ab illa aſſignatis obſervanda; minime ad alios diſſimiles [illegible] trahenda, ut conſtat per Text. *in l. præcipimus, C. de Apell.* Et cum Doctorum communi tenent Vera Cruz *in Appendic. dub. 14. concl. 3.*

Objectio diluitur. Neque ſententiæ † negativæ fundamentum deſumptum è verbis [illegible] *Conſiderata qualitate Prælatorum*, obeſt. Nam rectus illorum ſenſus eſt [illegible] mili dignus pœna cenſeatur, qui Superiorem Prælatum injuria adfecit; [illegible] verò aliquam poſuit diſtinctionem inter Prælatos, qui in eadem categoria [illegible] gradu ponuntur, quales ſunt Prior, & Sub-Prior Præſes: cum eadem [illegible] dictione, eademque Authoritate uterque fulgeat.

LIMITATIO III.

Sub-Priorem Vicarium non poſſe alium Vicarium deſignare abſentiæ cauſa.

Breviarium.

132 *Sub-Prior Prioris Vicarius, non poteſt alium Vicarium deſignare abſentia cauſa.*

133 *Infirmitatis cauſa poterit aſſignare Vicarium.*

134 *Extra infirmitatis caſum totam ſuam poteſtatem delegare Sub-Prior minimè poterit.*

135 *Prior [illegible]*

TErtiò Poteſtas Sub-Prioris limitatur. Nam, † quamvis [illegible] jure communi poſſet, ut vidimus *3. part. ſect. 1. numer. 325* ſuam Poteſtatem alteri demandare, eo quod verus Prælatus ſuæ Præſidentiæ tempore evadat, omnibuſque Regularibus Prælatis integrum ſit, totam ſuam Poteſtatem [illegible] tiæ ergo delegare; nihilominus hoc non poſſe Sub-Priorem [illegible] tum eſt, *cap. 13. num 12. 5. part. Conſtitut.* Ubi Sacerdos in Religione Antiq[illegible] deſignatur Præſes Sub-Prioris abſentia, ibi: *In abſentia verò Sub-Prioris [illegible] deat Antiquior ex Conventualibus.*

Sub-Prior Vicarius, quando poſſit Vicarium ſibi conſtituere. Attamen † infirmitatis cauſa licebit Sub-Priori, ſuam poteſtatem [illegible] teri delegare ratione Ordinariæ, qua gaudet, juriſdictionis: quia [illegible] ut ſæpè diximus, unus eſt ex actibus Ordinariæ juriſdictionis. Neque [illegible] exercitium ullo jure prohibitum eſt Sub-Priori, ac per conſequens [illegible] exiſtimo: Sub-Priorem gravi infirmitate impeditum, ita ut Monaſterii regimini intendere non valeat; poſſe alium nominare, qui vices ſuas [illegible] tio eſt. Nam Conſtitutio ſpecialiter in abſentiæ caſu Antiquiorem S[illegible]

tem Conventui præfuturum deſtinavit, caſum verò *Infirmitatis* reticuit: Ergo in eo non videtur coarctata Sub-Prioris Poteſtas, ne poſſit, quod ex vi Ordinariæ juriſdictionis illi competit. † Extra verò infirmitatis caſum totam
134
135 ſuam Poteſtatem delegare, minimè poterit, † quum neque poſſit Prior, ut habetur *3. part. Conſtitut. cap. 13. n. 4.* Sed circa particulares caſus, uterque benè poterit, ſuam Poteſtatem alteri mandare, utputa novitium ad profitendum admittere; de aliquo delicto cognoſcere, & id genus alia. Sic more receptum.

LIMITATIO IV.

Non poſſe Sub-Priorem Vicarium Abſente Priore aliquid innovare.

BREVIARIUM.

136 *Sub-Prior Vicarius Prioris in ejus abſentia nihil innovare poterit.*

137 *Hac limitatione Conſtitutio bono pacis conſulit.*

138 *Pro Conſervanda pace multa de jure conceduntur, quæ alias non licebât.*

139 *Verbum* Innovare *Conſtitutionis interpretatur juxta Rubricam ne Se devacante aliquid innovetur.*

140 *Dictio* Aliquid *etiam minima comprehendit*

QVartò: Sub-Prioris Poteſtas limitatur, *3. part. cap. 13. nu. 12. Conſtitut.* Ubi, quum decreviſſet Conſtitutio, Sub-Priorem in abſentia Prioris Conventui præfuturum, niſi Prior alium Vicarium deſignaverit, inque Sub-
136 Prioris abſentia ſucceſſurum fore Antiquiorem Sacerdotem Conventus, † ſubjungit: *Et tam ii, quam illi in abſentia Prioris, cujus vices gerunt, nihil innovare præſumant.* Idem omnino decernunt Conſtitutiones Congreg. noſtræ Italicæ ſeu S. ELIÆ *3. part. c. 26. num. 3.* diſtinctè prohibentes Sub-Priori, & quibuſvis aliis, in abſentia Prioris cœnobio præſidentibus, ne aliquid innovent, &c. Qua limitatione exiſtimo; prohibere legem voluiſſe; ne Sub-Prior alterare poſſit, ſeu innovare ſuæ tempore Præſidentiæ Conventus regimen in
137 Prioris præjudicium; ſed in eo ſtatu illud relinquat, ac Prior reliquit. † Conſulit profecto Conſtitutio bono Pacis inter Priorem, & Sub-Priorem, quæ omnino perturbaretur, ſi innovationi circa regimen locus daretur. Ut colligitur argum. Text. *in cap. his quæ, de majorit. & obedient.* ibi: *Pro bono Pacis no-*
138 *ſtra Providentiæ reſervamus.* Quia † pro conſervanda Pace, & concordia multa de jure conceduntur, quæ aliàs non licebant, *cap. ultim. de Tranſaction. cap. niſi eſſent, de Præbend. l. Æquiſſimum, ff. de uſu-fruct.* F[illegible] min. *de Reſignat. lib*[illegible]*, cap. 3. n.* 165. Gonzalez *ad Reg. 8. Cancellar. Gloſſ. 5. n. 12.* & hoc modo interpretan-

Sub-Prior Vicarius innovare nil poteſt.

Hh dum

Rubrica ne Sedevacante aliquid innovetur.

dum † eſt verbum *Innovare*, quemadmodum interpretatur in *Rubric. Decretal.* [illegible] *Ne Sedevacante aliquid innovetur.* Quo Titulo intendit Pontifex, ut non alte[illegible]rentur, neque innoventur Eccleſiæ res tempore Sedisvacantis in Epiſcopi, & Diœceſis præjudicium. Ita Gloſſ. *in d. Rubr.* Molin. *tract. 5. de juſtit. diſp.* 11. ver[illegible] *Ex eodem quoque fundamento.* Et elicitur ex Text. *in cap. 1. & ſeqq. eod. tit.* 4. Quod verò de innovatione prohibetur etiam in minimo intelligendum eſt. Nam

Dictio Aliquid.

Dictio *Aliquid*, qua tam Rubrica, quàm Conſtitutio utuntur pro minim[illegible] etiam reſupponit, ut docet Tiraquell. *in l. ſiunquam*, *C. de Revocand.* [illegible] verb. *Omnia, numer.* 4. Menoch. *remed* 14. *Recuper. numer.* 8. *& conſil.* 4. *numer.* 18. *& conſil.* 39. *numer.* 9. *& conſ.* 178. *numer.* 29. Surd. *deciſ.* 28. *numer.* 8. *&* [illegible] 383. *num.* 12. Cened. *ſingul, num.* 1. Gratian. *diſcept. Forenſ. c.* 509. *n.* 35. Barbo[illegible] *Dictionib. diſt.* 14. *num.* 6.

ILLATIO I.

Quænam prohibita cenſeantur per limitationem: Ne aliquid innovetur.

BREVIARIUM.

141 *Quid prohibeatur per voculam* Innovare?

142 *Non poteſt Sub-Prior auferre præceptum à Priore impoſitum.*

143 *Explicatur textus in cap.* 1. ne Sedevacante

144 *Prohibere, ne aliquid innovetur, idem eſt, ac prohibere, ne ſtatus Monaſterii mutetur.*

145 *Sub-Prior Vicarius non poteſt removere Officiales, quos Prior deſignavit.*

146 *In prohibitione* Ne Sedevacante aliquid innovetur, *prohibitum eſt, quidquid in Epiſcopi ſupervenituri præjudicium cedit.*

147 *Sub-Priori Vicario abſente Priore contractus facere non permittitur.*

148 *Non valet judicium agitatum cum Eccleſia Sedevacante.*

149 *Capitulum Sedevacante* [illegible] *neceſſaria exercere* [illegible]

150 *Etiamſi Sed*[illegible] *per Epiſcopi renuntiationem*

151 *Quod diximus de Sede Epiſcopali vacante, intelligendum eſt de* [illegible]

152 *Optime* [illegible] *Conſtitutio* [illegible] *prohibet aliquid innovare,* [illegible] *proportionatur.*

153 *In hac Conſtitutione, quod* [illegible] *videtur.*

154 *Contrarium tamen* [illegible] *batur.*

155 *Sub-Prior Vicarius* [illegible] *tempore ſuæ præſidentiæ* [illegible] *ſtitutio non* [illegible] *ſtatem.*

PRimò infertur: ex hac limitatione ſtrictam eſſe Sub-Prioris Poteſtatem, † ne valeat, immutare quicquam de Conventu, ſive Monaſterii ſtatu [illegible]

ſed illum conſervet eo modo, ac Prior, dum adeſſet, conſervabat; & hoc
142 pro bono, ut diximus, Pacis; † utputa, ſi Prior aliquod præceptum impoſuerat, nequibit Sub-Prior, idem auferre; non quia illius juriſdictio claudicet circa hoc, ſive deficiat: Verè enim ſuccedit loco Prioris cum æquali juriſdictione, & Poteſtate. Ideoque quemadmodum licebat Priori, tale præceptum auferre, ita & Sub-Priori liceret: niſi Conſtitutio, quoad hoc illius juriſdictionem ſtringens obſtaret, jubens; *ne aliquid innovare præſumat*, quia alias totum Conventus regimen ſuſque deque verteretur, & inverteretur.

143 Favet † text. *in cap. 1. ne Sedevacante.* Ubi quum Pontifici propoſitum fuiſſet, ut Monaſterium Glaſtonienſe ad priſtinum revocaret ſtatum, tempore, quo Sedes Batonienſis Eccleſiæ vacabat, in cujus præjudicium talis reductio fieret, noluit Pontifex, acquieſcere, ea ratione motus: *Quia* ſcilicèt, ***Sedevacante non debet, aliquid innovari.*** Et Summa, quàm adfixit Gloſſa huic ca- *Cap. 1. ne Sedevacante.*
144 piti eſt: *Vacante Sede ſtatus ejus mutari non debet.* Ergo prohibere, † ne aliquid innovetur idem eſt, ac prohibere, ne ſtatus Monaſterii mutari poſſit. Idem
145 dicito † de remotione Officialium Conventus, quos Prior deſignatos reliquit, & generatim de quolibet, quod juſſis, ac diſpoſitioni abſentis Prioris contrarium fuerit. Quæ omnia incluſa cenſentur illa clauſula *Ne aliquid in-*
146 *novare præſumat*; † quemadmodum, quia Capitulo ſimiliter inhibitum eſt; ne Sedevacante aliquid innovare poſſit, prohibitum etiam videtur, quicquid in Epiſcopi ſuperventuri præjudicium cedere poſſit, ut patet *prædicto titulo* Ne Sedevacante, *per tot.*

Nec diſſimili circumſpectione procedendum exiſtimo in caſibus emp-
147 tionis, † & venditionis, ſive alienationis, aut obligationis circa bona Conventus; quum omnia hæc prohibita cenſeantur (ſi notabilia ſint) pro bono Pacis. Quippe in Prioris vergeret præjudicium, cujus eſt habenas pro to-
148 tius triennii curriculo moderare. † Sic videmus, non valere judicium motum cum Eccleſia Sedevacante, ut habetur *cap. fin. eod. tit.* Et rationem reddit Summus Pontifex, his verbis: *Eo quod careat legitimo Defenſore.* Ex qua intulit Gloſſ. verb. *Vacante. Quod vacante Sede nihil fieri debet, unde poſſit Epiſcopo præjudicari. In aliis verò* (ſubdit) *in quibus non præjudicatur poteſt Capitulum ſup-*
149 *plere Vicem Epiſcopi.* Et conſonant alia jura in eadem Gloſſa. Inde videtur, † procedere communis reſolutio, quæ dictat, non poſſe Capitulum Sedevacante exercere, niſi neceſſaria: ut per Gloſſ. verb. *Capituli, in Clem. 1. §. 1. de hæret.* Pavinus *de Poteſt. Capit. Sedevac part. 1. princ. q. 7. nu. 7.* Azeved. *ad Curiam Piſſan lib. 1. c. 8 num. 11. & 12.* Sarmient. *ſelect. lib. 3. c. 15 num. 3* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop p. 3. alleg. 133 n. 4.*

150 Quod benè † congruit cum doctrina noſtra etiamſi Sedes vacet per Epiſcopi renuntiationem, ut Anton. Gabr. *Tom 3 comm. opinion. tit. de Procur. concluſ. 3 n 3.* & Flaminius *de reſignat. benefic. lib. 1. q. 5 n. 42. cum ſeqq.* qui reſolvit,

 eodem

eodem modo pro † Abbatibus, & Prioribus ad triennium tempore inter-medio à finitione ſui Officii uſque ad novi Prælati adventum, ut advertit Barboſ *in Collect. Tom. 3 dict. cap. fin. ne Sedevac. n. 2.*

Maneat ergo; † optimè noſtras Conſtitutiones Pontificio juri concinere, & concinnè cum eo proportionari.

Objectio. Sed fortè objicies; † hanc Poteſtatis coarctationem non oriri à noſtra Conſtitutione, ſed à communis juris fonte derivari; quandoquidem Epiſcopi Sedevacante, etiam Capitulo prohibetur, aliquid innovare: Ergo noſtra Conſtitutio non limitat Sub-Prioris Poteſtatem, ſed oſtendit circa illam innovationem, prorſus nullam habere. Nec juris communis correctoria cenſebitur, ſed tantum expoſitiva, & velut Commentarium, ſive Gloſſa.

Diluitur. Reſpondeo. † Quòd quotieſcunque ob Prioris abſentiam aliquis ſuccedit in Monaſterii gubernium, non dicitur ſucceſſiſſe Sedevacante, ſicut neque in urgentiori caſu: nimirum mortuo, vel amoto Priore, dicitur Sedem vacare, ut probabimus infra. † Quare inſpecto jure communi liceret Sub-Priori, quælibet innovare, ſi Conſtitutio non ſe oppoſuiſſet, & illius Poteſtatem, quoad iſta, pro bono Pacis coarctaſſet. Non aliter ergo diſpoſitionem juris Legiſlatores Noſtros præ oculis habuiſſe liquet, niſi ut ab illa tanquam ab exemplari deducerent; quid faciendum eſſet in abſentia Prioris; quandoquidem ex innovatione eo caſu permiſſa, eadem incommoda merito timerentur emerſura, quæ jus Canonicum timuit Sedevacante. Unde patet Noſtram Conſtitutionem, licet ad juris amuſſim conſtructam, non juris communis interpretativam, ſed correctivam eſſe, quatenus limitat Poteſtatem circa ea, quæ attento jure communi licerent.

ILLATIO II.

Nullum reddi quicquid adverſus ſtabilita Sub-Prior attentaverit, & quo pacto hoc intelligendum.

BREVIARIUM.

156 *Quidquid Sub-Prior ſua præſidentiæ tempore innovaverit, nullius eſt valoris.*

157 *Mera prohibitio legis nulla adſignata pœna, etiam ſine clauſula annullante facit actum nullum.*

158 *Adſignata pœna per legem, tollit actus nullitatem.*

159 *Verbum Præſumere dolum importat.*

160 *Ubi dolus exigitur, non ſufficit ignorantia craſſa, aut lata culpa.*

161 *Qualibet ignorantia interveniente, [illegible] ficit animus delinquendi, [illegible] gens temeritas.*

162 *Sub-Prior Vicarius [illegible] rationabili cauſa [illegible] recurſus ad [illegible]*

163 *[illegible] textus [illegible] & [illegible] verb. Pro bono pacis ſit.*

Illa-

156 SEcundò infertur, † nullius valoris eſſe, quicquid circa ſibi limitata in
157 hac parte attentaverit Sub-Prior. Ratio eſt: † Quia quotieſcunque lex, *Lex pœnam non apponens.*
ſive ſtatutum aliquid prohibet, & remanet pura prohibitio, nulla pro tranſgreſſionibus adjecta pœna, quamvis lex non apponat annullantem clauſulam, quicquid contra talem prohibitionem fiat, redditur caſſum, & inane. Vantius *de Nullit. Rubr. Quot, & quibus modis nullitas in judicio proponatur, num.* 55. Bocacc. *in Conſtit. Pin en. Gloſ. 6. num.* 107. Suarez *lib. 5. de legibus, cap.* 28. *num.* 20. Salas *eod. Tractat. quæſt.* 96. *tractat.* 14. *diſp.* 16. *ſect.* 8. *num.* 22.

158 Secus tamen erit, † ſi ad pœnæ impoſitionem progrediatur: nam adſignata pœna tollit actus nullitatem. Sic *ubi ſup.* Vant. *num.* 58. Suareus *d. cap.* 28. *num.* 29. Salas *dict. ſect.* 8. *num* 27. Cephalus *conſil.* 47. *num.* 14. Bechis *prax Noritior. diſp.* 7. *dub.* 4. *fin.* Ergo quum talis Conſtitutio omnino prohibeat aliquid innovare, ſine progreſſu ad pœnæ adſignationem, ſequitur nullum fore, quicquid contra talem prohibitionem contigerit attentari, licet non extet clauſula annullans.

Sed limita *primò*: Ita ut innovatum ſit factum *doloſè*, ſive *temerè*. Si *Limitatio prima.*
159 enim bona fiat fide, ratum, firmumque erit. † Quippe verbum *Præſumat*, Præſumat, *dolũ importat.*
quo inibi Conſtitutio utitur, vitium importat, ut inquit Gloſſ. *cap. Statutum,* §. *Inſuper*, verb. *Præſumat, de Reſcript. in 6.* Hippolytus *in l. de minoribus, princip. num.* 39. *ff. de Quæſt.* Barboſ. *Tom.* 3 *Collect. d. cap. Statutum, num.* 77. Nec qualecunque vitium, ſed opus eſt, ut fraudulenter, & doloſè fiat. Nam *præſumens* dolum, temeritatemque præſefert. Ut bene Cardin. *Clement.* 1. *de privil. quæſt.* 39. Immol. *Clement.* 1. *de Reſcript. num.* 11. qui ait: *Hoc verbum importare vexationem, & attentationem contra jus.* Thom. Sanch. 9. *de matrim. diſp.* 32. *num.* 38. Barboſ. *tractat. de Dictionib. diction.* 278. & 274. *& in Collect. Tom.* 1. *cap. decernimus, n.* 5. *de judic.* qui & alios adducit.

Unde fit, quod, quum in prædicta Conſtitut. nullitas ſit pœna impoſita præſumenti contra jus aliquid innovare; minimè talis pœna incurratur, dummodo dolus, aut temeritas non interceſſerint, ſed validum, firmumque conſtabit tale factum. Nec ſequendæ nullitati ſufficiet culpa lata, ſive
160 ignorantia, quantumvis craſſa, quia † ubi dolus exigitur, non ſufficit ignorantia craſſa, aut lata culpa, per Text. *in l. ſed & ſi lege,* §. *ſcire, ff. de petit. hæred.* ibi: *Non puto eſſe prædonem, qui dolo caret, quamvis in jure erraverit.* Nam, ut optimè Bartholus *in l. quod nerva, num.* 7. *ff. de acquir. poſſeſſ. Ignorantia juris præſumitur ex lata culpa,* & liquet ex text. *in l. igitur* 12. verſ. *Et generaliter, ff. de liberal. cauſ. l. ſi quis id quod. fin.* verſ. *Dolo malo ff. de juriſd.* Tenetque Gloſſ. *in l. actionibus*, verb. *Non etiam, ff. de in litem jurando, & in l. plagii* la 2 verb. *Ingen.*, *C. ad leg. Flaviam, de plagiar.* Bald. *ibid. in princ.* Qui rationem hiſce

verbis reddit : *Quia* † *qualibet ignorantia interveniente deficit animus deli[illegible] quendi.* Niſi fortè craſſitudo adeo pingueſceret, ut creverit in temeritatem [illegible] Eo enim caſu, non excuſaret ignorantia à reatu, nec proinde à pœna; ſed [illegible] liter innovans nulliter feciſſe, crederetur. Nam in rei veritate doloſè, [illegible] fraudulenter proceſſit. Ita Ant. Navarr. nec diſſentit Enriquez, quos refert, & ſubſequitur Tho. Sanch. 9. *de matrim. diſp.* 32. *n.* 39.

Limitatio ſecunda. Limita *ſecundò*: † Niſi cauſa rationabilis ſuperveniat, perſuaden[illegible] ctam innovationem, quæ non pateretur ad abſentem Priorem recurſum, [illegible] quidem tali eventu immutare, ſeu innovare, non modo adverſus leg[illegible] cenſeo, verùm & menti illius valde conſonum. Quod probatur † [illegible] *in cap. his, quæ* 11. *de major. & obed.* Ubi ſibi reſervans Summus Pontifex [illegible] rigere, ſeu cenſuras imponere Sedevacante, providens hac via Eccleſiæ tranquillitati, & Paci, iſta reſervatione non obſtanti, commentatur Gl[illegible] verb. *pro bono pacis fin. Quod ſatis poteſt concedi argumento illius, c quod Ca[illegible] tulum vacante Eccleſia, quum cauſa rationabilis ſubeſt, poterit excommunicare ſu[illegible] ditos, ſi fuerint contumaces, & inobedientes*: Ergo ſimiliter, quamvis [illegible] Conſtitutio prohibeat pro bono Pacis, *Ne aliquid innovare præſumat.* Sub Prior Vicarius: *Satis poteſt, concedi argumento ipſius Conſtitutionis, id poſſe [illegible] rationabilis ſubſit.* Nec meritò poterit Prior conqueri, non eſſe fideliter [illegible] Sub Priore præſtitum, quod præſtare ratione muneris tenebatur.

ILLATIO III.

Quænam poſſit Sub-Prior Vicarius abſque innovationis pro-hibita nota?

BREVIARIUM.

164 *Quæ poſſit Sub-Prior Vicarius facere abſque culpa innovationis.*

165 *A Rubrica bene deſumitur argumentum, præcipuè quando Rubrica eſt* [illegible] *ne.*

166 *Ru*[illegible] *noſcetur,* [illegible]

TErtiò infertur: † Poſſe Sub-Priorem Vicarium ſine prædictæ prohibitionis tranſgreſſione, corrigere ſubditos, punire, vota irritare, & ſuper iiſdem diſpenſare, necnon in jejuniis Eccleſiaſticis, reliquiſque Regularibus obſervantiis, & irregularitatibus. Inſuper poterit, [illegible] penſare, quemadmodum cum ſibi ſubditis, eorum Confeſſiones [illegible] & à reſervatis abſolvere, modo ſupradicto; cenſuris ligare, [illegible]

enodare etiam reſervatis, Corporalia, & cætera pro cultu Divino benedicere juxta dicta 3. *part. ſect. 1. per tot.* Ratio eſt, nam cuncta hæc tam ex vi juris communis, quàm ſpecialis Privilegiorum pertinent ad Sub-Priorem præſidentem; nec Religio quoquo modo reſtrinxit talem Poteſtatem; neque ſupra prædicta videtur illa cadere prohibitio: *Nulla ratione aliquid innovare, præſumat.* Probatur. Quia totidem verbis inhibetur Capitulo, ne Sede vacante aliquid innovet, ut conſtat ex Rubr. *Ne Sede vacante aliquid innovetur. Quæ prohibitio* (ut notat ibi Gloſſa) *loquitur negativè, & ponit Orationem perfectam, & ex ea poteſt argui, quòd nihil quis innovari Sede vacante in ipſius*
165 *Sedis præjudicium.* † Argumentum verò bene deſumitur à Rubrica, ut probat Joannes Petrus Moneta *Tract. de Option. Canon. cap. 2. num. 4.* ideoque validum reputatur in jure, ut conſtat per Text. *in l. 1.* verſ. *Quoniam*, ubi Barthol. *ff. ſi cert. pet.* Everardus *in Topic. loc. 45.* Petr. Andr. Gramat. *in Dialect. leg. lib. 2. loc. 7.* Aldovinus *conſil.* 101. *num.* 6. Menoch. *conſil.* 3. *num.* 15. *& conſil.* 485. *num.* 2. 11. *&* 12. Cenedo *Canonicar. qq. quæſt.* 21. *num.* 16. Et admitti ſolet, ut concludens, Ferrer. *Conſtit. Catalon. Gloſſ. 1. num.* 118. Quod maximè procedit, quoties Rubrica clara eſt, & undequaque perfecta; neque indiget aliqua ſuppletione, ſive additamento. Anton. Monachus Florentin. *deciſ.* 46. *num.* 78. Fachin. *conſil.* 51. *num.* 14. *lib.* 1. Barboſ. *de locis Communib. argumentor. loc.* 98. *num.* 2. Quæ omnia inveniuntur dicta in Rubrica, ut è relatis verbis Gloſſæ conſtat.

Argumentum deſumitur à Rubrica.

166 Quo tamen † non obſtante Regulæ vice pronunciatur: Poſſe Capitulum Sede vacante totam juriſdictionem exercere, niſi in caſibus ſpecialiter ſibi prohibitis, Navarr. *conſil.* 44. *de tempor. ordin. in novis*, Mol. *Tract.* 5. *de juſt. diſp.* 11. *num.* 3. Pavin. *de Poteſt. Capit. Sede vac. part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 5. Gutierr. *Canonicar. qq. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. Flamm. *de Reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 23. *à n.* 26. Azor. 2. *part. Inſtit. Moral. lib.* 3. *cap.* 27. *q.* 6 Quarant. *Summ. Bullarii*, verb. *Capitulum Sede vacante a princ.* Garc. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 4. Barboſ. *Tom.* 2. *Collect. cap.* 2. *ne Sede vacante*, *à num.* 4. *uſque ad* 25. qui plures ex his, quos nos retulimus caſus adducit, in quibus aſſerit; Capitulum Poteſtatem habere: neque illos comprehenſos videri in *Rubr. de no aliquid innovetur.* Ergo pariformiter interpretanda ſunt verba noſtræ Conſtitutionis; ac proinde Regulæ inſtar tradendum: *Poſſe Sub-Priorem, quæcunque non ſpecialiter prohibentur ſive prohibita innovationis nota exercere*: poteritque quoslibet actus exequi, dummodo aliquid non innovet, quod poſſit officere bono pacis, cujus fini prædicta prohibitio deſervit.

Hanc eandem conſequentiam intulit Gloſſ *in cap. his quæ, de majorit. & obedient.* ubi decernens Pontifex, ut Clerici, & Capellani omne obſervantiæ officium Capitulo deferant, omnemque reverentiam, quemadmodum defun-

defuncto Cardinali Epiſcopo tenebantur deferre, ibi: *Eidem Eccleſiæ [illegible] renter exhibeant omnia ſupra dicta.* Statim limitat Capituli poteſtatem [illegible] correctionem, excommunicationem, & ſuſpenſionem, quæ omnia ſibime [illegible] reſervat *pro bono Pacis.* Quibus ex verbis deducit Gloſſa concluſionis [illegible] *Ergo videtur, quod de jure communi, vacante Eccleſia, transfertur poteſtas ad Capi[illegible] lum. ſed pro bono Pacis Papa hoc ſibi reſervat, quum omnia alia liberè à Capitul[illegible] ſervaverit. Et ita vacante Eccleſia Capitulum poteſt judicare, abſolvere, excommu[illegible] nicare.* Hucuſque Gloſſa, quæ adfert text. *in c. ad abolendam 1. reſponſo, [illegible] hæretic. c. cum olim, de majorit. & obed.*

Gloſſa.

ILLATIO IV.

Quo ſenſu interpretari debeant noſtræ Conſtitutiones Sub-Priori copiam facient[illegible] imponendi præcepta, & quanto tempore Prior abeſſe debeat, ut tali facultate uti poſſit?

Breviarium.

167 *Per verbum* Volumus, *novum jus conſtituitur.*

168 *Verbum* Declaramus *non conſtituit novum jus, ſed antiquum declarat.*

169 *Declarare non eſt de novo aliquid facere, ſed jam factum aperire.*

170 *Interpretatur noſtras Conſtitutiones, 1. p. c. 5. fin.*

171 *Sub-Prior Vicarius, abſente P[illegible] ſpatium viginti quatuor [illegible] poteſt præ[illegible] & [illegible] actus jur[illegible] exercere.*

172 *Quod exempli [illegible] non re[illegible] nem.*

173 *Sub-Pr[illegible] nem, [illegible]*

Sub-Prior Vicarius an poſſit præcepta imponere.

QVartò infertur: Quî exponi debeant verba Conſtitutionum noſtrorum 1. *part. cap.* 1. *fine: Volumus* (ſcilicet) *& declaramus, quod in abſentia proprii Prælati Conventus, quando eſt extra oppidum, & amplius, quam per viginti quatuor horas immoratur, ejus Vicarius, vel Præſidens poſſit in caſu neceſſitatis præceptum imponere.* Hic enim ex parte conditur novum jus † per verbum *Vo[illegible] lumus*: de cujus natura eſt novum jus conſtituere, ut tenet Gloſſa, & J[illegible] relati à Thom. Sanchez 8. *de matrim. diſp.* 28. *num.* 27. Ex parte ve[illegible] quum jus exponitur per verb. † *Declaramus*: quod ſuapte natura [illegible] novi juris conſtitutivum, ſed priſci declarativum, ut conſta[illegible] per T[illegible] *redes palam* 21. §. *ſi quid poteſt ff. de Teſtam.* Et docent DD. quos ſequitur [illegible] fert Magdalenus *de numero teſtium, cap.* 30. *n.* 3. inquiens: * Quod de[illegible] non eſt de novo aliquid facere, ſed jam factum aperire, ut ait Conſul[illegible] *Adeo, §. cum quis, ff. de acquirend. rer. dom.* ibi: *Qui excuſſit ſpicas, non novam [illegible]*

ſaci[illegible]

Verbum Volumus.

Verbum Declaramus.

facit, ſed eam, quæ eſt detegit. Quod pluribus docent Gloſſ *in cap. Per tuas*, verb. *De novo de donation* Girond. *de Privileg n.* 579. Mantic. *de conject. lib.* 3. *toto tit.* 1. Brunor à Sole *locor comm.* verb *Declaratio* 1. Bertazol. *de Clauſul. Inſtrum. Clauſul.* 30. *gloſſ.* 4 *n. m.* 1 Roland à Valle *conſ.* 15. *num.* 27. *volum.* 3. Mar. Antonin. 1. *variar. reſol.* 13. *nu.* 12. Galer. *in Marg.* verb. *Declarare*, Rota *deciſ.* 454. *nu.* 2. *Tom.* 1. *p.* 1. apud Farinac.

170 Novum igitur † conditur ius quatenus prædicta Conſtitutio vult, &
171 decernit, † quod Prior à Conventu abſit per amplius, quàm per XXIV. horas, ut poſſit Sub-Prior præcepta imponere, & conſequenter verus haberi Prælatus, omneſque iuriſdictionales actus, de quibus loquuti ſumus, exercere: quod variis opinionum fluctibus antea iactabatur, ut prænotavimus 3. *part. ſect.* 1. *a num.* 380. Alii enim exiſtimabant, ſufficere, ut Prælatus ab oppido abeſſet, ubi conſtructum erat Monaſterium. Nonnulli ampliùs requirebant exiſtimantes talem egreſſum inſufficientem, ſi eodem die Prælatus egrediebatur reverſurus. Quas inter diſſentaneas opiniones Conſtitutio ſe ingeſſit, decernens requiri, ut Vicarius valeat præcepta imponere, quod abſentia Prioris per XXIV. horas, & amplius duratura ſit extra oppidum.

Licet ergo præcisè de præceptorum impoſitione agat Conſtitutio, eadem ratio militat pro quibuslibet poteſtatis, & iuriſdictionis actibus. Caſus
172 † verò præcepti exempli gratia expreſſus fuit, quod minimè reſtringit generalem diſpoſitionem, Text. in *l.* 1. § *quod vulgo*, *ff. de vi armata*, *l. damni infecti*, *ff. de damn. infect. l penult.* § *ult. ff de iur. & facti ignor. l. ſcire*, § *oportet ff de excuſat. tutor.* Tiraquell *in l ſi unquam*, verb. *Libertos*, *num.* 37 *C. de Revoc. donat.* Surd. *conſil.* 308. *num.* 10. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib* 2 *cap.* 8. *num.* 4. Gratian. 3. *Diſcept. Forenſ. c.* 563 *n.* 73 Cardin. Thuſc. *Tom.* 3. *lit. E. concl.* 547. Flamin *de conſid. q.* 9. *num.* 55. & alii paſſim. *Exempli gratia adductum non reſtringit regulam.*

Declaratur inſuper à Conſtitutione jus, de quo eſſe poterat aliqua dubitatio. Nam, quum vetitum eſſet Sub-Priori Vicario aliquid in Prioris abſentia innovare, dubitari poterat; ſi Sub-Prior aliquod præceptum imponens, in legem peccaret? Videbatur enim impoſitio præcepti aliqualis eſſe
173 regiminis innovatio; † quod declarat prædicta Conſtitutio, non eſſe Innovationem, ideoque poſſe à Sub-Priore Vicario imponi circumſtantiis debitis concurrentibus, & neceſſitate id exigente, ibi: *In caſu neceſſitatis.* Quæ conditio ad præceptorum impoſitionem indifferenter à Prælatis omnibus obſervari debet, ita ut non *niſi in gravi cauſa* (ait Conſtitutio *d. cap.* 5. *num.* 5.) *ſummaque cum maturitate* præceptum imponatur.

ILLATIO V.

Priorem in noſtra Religione etiam pro abſentiæ tempore habitualem, & actualem juriſdictionem penes ſe retinere.

BREVIARIUM.

174 *Prior abſens retinet non ſolum habitualem, ſed etiam actualem juriſdictionem.*

175 *Et in hoc coarctatur Sub-Priorum noſtrorum juriſdictio.*

Prior abſentiæ tempore omnẽ ſuam retinet juriſdictionem.

QUintò infertur, quod firma ſtante probabili ſententia, qua ſup. 3. §. num. 349. ſancitum eſt, † Priorem abſentem, pro tempore, quo abſentia 174 durat, ſuſpenſam habere juriſdictionem, ligatumque habere actualem uſum illius cum modificationibus ibi præfixis: hoc minimè in Religione noſtra poteſt, aut debet admitti, in qua Prior, etiam abſens toto adhuc tempore, quo perſeverat abſentia, retinet non ſolum habitualem, ſed actualem juriſdictionem, ſic integram in ſua vi, ac ſi præſens foret Unum enim præcipue inter fundamenta, quibus nitebatur illa ſententia, fuit, quia juri communi, ſive ſpeciali placet, toto illo tempore, quo Prior abeſt, in Sub-Priore vigere omnimodam poteſtatem, & adminiſtrationem, cum temporalium, tum ſpiritualium Conventus abſque ſubordinatione (pro tunc) aliqua ad Priorem, qui abeſt: † Hæc autem ratio deficit in Sub-Prioribus noſtræ Religionis, 175 quibus ab ipſa lege præcipitur, ut nihil in abſentia Prioris innovare præſumant: & conſequenter lex ipſa coarctat latitudinem juriſdictionis alias ipſis debitam, illamque quodammodo reſtringit, & ſubordinat principali Prælato, in quo, etiam abſentiæ tempore, vult vigere non tantummodo habitualem, ſed actualem juriſdictionem, & exercitium illius, non minus, ac ſi præſens exiſteret. Secus etenim ſi contingeret; pro illo tempore Conventus ipſe careret capite, à quo abſolutè gubernaretur, ſi ex una parte ſuſpenſam haberet actualem juriſdictionem Prior abſens, & ex alia Sub-Prior præſens nullatenus poſſet aliquid in gubernatione innovare. Quapropter firmare tenemur, in Religione noſtra ſecundum propria ſtatuta, & leges; Priorem abſentem, ubicunque reſideat, exercere poſſe quoſcunque actus juriſdictionis voluntariæ circa ſibi Subditos Religioſos, dummodo commodè valeant executioni mandari. Sic abſolutè firmat Portellus, verb. *Prælati poteſtas, in addit, num.* 11.

ILLA-

ILLATIO VI.

Poſſit ne Sub-Prior Vicarius facultatem alicui ſubdito à Priore denegatam concedere ?

BREVIARIUM.

175 *Sub-Prior poteſt concedere licentiam, ſive diſpenſationem à Priore antea denegatam, ſi Prior non habet dictamen abſolute contrarium.*

177 *Similiter poteſt dare talem facultatem, etiam contra dictamen Prioris, ſi dictamen illud minus conſonet præſcripto legis.*

BRevi ab iſtius quæſiti nodo me expediam. Quicquid enim hic negotium poſſet nobis faceſſere, ſupra diſquiſivimus, agentes de Diſpenſatione, ſive licentia à ſuperiore negata, & rurſus ab inferiori petita. A quo poſſe illam concedi, non obſtante Superioris denegatione, reſolvimus. Sed modo ſpecialis dubitandi ratio ſe offert; quia licet ex ſuperiùs dictis planum ſit, id iuxta totius poteſtatis ſuæ amplitudinem Sub-Priori licere, limitata tali poteſtate per clauſulam illam: *Nihil innovare, præſumat*, minimè id integrum videtur, quum nulla maior innovatio appareat, quàm concedere, quòd Prælatus negarat, ac proinde ab eo prorſùs diſſentire, cui inconvenienti cavendo plurima Patrum, Doctorumque ſenſa ſupra 1. *p. a. num.* 252. adgeſſimus.

176 Igitur pro ratione decidendi, noto: dupliciter † poſſe Prælatum, aliquam facultatem negare. Vel enim ideò negat, quia iudicat abſolutè ipſam concedere non expedire, & prædicto adhæret dictamini: vel modò iudicat expediens, modò non pro circumſtantiarum temporis, & loci varietate: Si licentia primo modò denegata fuit, illius conceſſio innovatio cenſebitur, ac proinde illicita Sub-Priori. Si verò denegata fuit, non quia contra Prioris dictamen abſolutè, ſed quia pro tunc iudicavit non expedire, illius conceſſio poſteriùs à Sub-Priore facta minimè dicetur innovatio regiminis. Nam iuxta dictamen ipſius Prioris eſſe poteſt, ut quod antea denegatum eſt, poſtea concedatur, quum ſupervenire, poſſit cauſa, quæ facultatem antea negatam, poſtea ſuadeat concedendam. Neque Sub-Prior tenetur, iis duntaxat cauſis moveri, ad aliquid concedendum, quas ſufficientes Prior iudicavit, quanquam debeat in communi dictamini Prioris non diſſentire.

177 *Limita:* † niſi dictamen Prioris minus conſonet præſcripto legis: nam eo caſu ab eo diſſentire, minimè aliquid innovare cenſendum erit contra bonum pacis, quum rectiùs ad tale bonum conſequendum, præſcriptum legis ducat, quam Prioris dictamen.

ILLATIO VII.

Quanam Poteſtate vigeat Sub-Prior Vicarius ad excipiendas Novitiorum Profeſſiones: & quanam ratio anſam circa hoc dubitandi Religioni præbuerit?

BREVIARIUM.

178 *Declarationis effectus eſt, quæ obſcura ſunt explicare.*

179 *Novitios ad profeſſionem admittere, ad Monaſterii Prælatum ſpectat.*

180 *Vacante Sede Priorali, Monaſterium non poteſt profeſſiones recipere.*

181 *Abbas, ſeu Prior non poteſt aliquem ad profeſſionem admittere, niſi cum majori parte Capituli.*

182 *Quando aliquis actus indiget conſenſu Epiſcopi, & Capituli, nec Epiſcopus ſine Capitulo, nec Capitulum deficiente Epiſcopo poterit illum exequi.*

183 *Capitulum aliud eſt à Prælato.*

184 *Quando Perſonæ duplicis generis ad aliquem actum deſiderantur, non unam tantum, ſed & alteram neceſſum eſt concurrere.*

185 *Mortuo, ſive deficiente Prælato, ſi lex deſignet Vicarium, qui Conventui præſit, Sedes Prioralis non dicitur vacare.*

186 *Poteſtas ad recipiendas profeſſiones delegabilis eſt.*

187 *Ad recipiendas huiuſmodi profeſſiones poteſt delegari etiam Frater Laicus.*

188 *In generali commiſſione [illegible] ea, quæ in ſignum ſpecialis [illegible] competunt.*

189 *Poteſtas recipiendi profeſſiones [illegible] cialis, ſed Ordinario iure Prælato [illegible] venit, & 192.*

190 *Quod Superioribus Prælatis [illegible] iure competit, delegari [illegible] cus ſi [illegible] Prælato [illegible]*

191 *Nomine Abbatis omnes Prælati [illegible] guntur.*

193 *Vt aliquid dicatur pertinere [illegible] privilegii ſingularis, requiritur [illegible] taliter Superioribus [illegible] inferioribus d[illegible].*

194 *Ad validitatem profeſſionis [illegible] tur, ut con[illegible] Prælatus, & Conventus.*

195 *Nec ſufficit [illegible] rutra parte [illegible] pars [illegible]*

196 *In præ[illegible] receptione, [illegible] præſcripta. Et num. 197.*

198 *In Ordine noſtro requiritur [illegible] ceſſaria Provincialis.*

Declaratio Capituli Generalis diſquiritur.

SExtò ſupereſt inferenda ratio, quæ Conventum, ſive Generale Capitulum noſtrum anno M. DC. XXII. coegerit ad declarandum: *Poſſe Sub Priorem Novitiorum profeſſiones excipere.* Quæ declaratio inſerta jam Conſtitutionum corpori extat 2. *part. cap.* 2. *num.* 18. Quippe declarationis effectus eſt, verbum obſcurum clarius explicare. Decius *in l. edita, num.* 47. C. *de edendo*, Pariſ. *conſil* 65. *num.* 5. & 6. *volum.* 1. Ruin. *conſil.* 225. *num.* 6. *volum.* 1. Socin. Junior *conſil* 95. *nu.* 72. & 76. *volum.* 3 Quod per ſe patet. Neque de Sub-Priore à lege Vicario ulla rationabilis dubitatio videtur emergere potuiſſe, † quandoquidem Profeſſionum acceptatio directè ad Monaſterii Prælati actionem

attinet; ut conſtat per Text. *in cap. Porrectum, de Regular* ibi : *Et recipitur ab Abbate.* Et in *cap. ad Apoſtolicam eod. tit.* ibi : *Abbate per ſe, vel per alium recipiente.* Et præter ſupra dicta jura Scribentes, tenent Leſſius *de juſt. lib. 2. cap.* 41 *dub.* 7. *num.* 71. Bechis *in praxi Novitior. diſp.* 12. *dub.* 1. *num.* 17. Cuchus *Inſtit lib.* 3. *tom.* 1. *de Regul. num* 54. Villalobus *in ſumm. Tom.* 2. *Tract.* 35. *diffic.* 20. *num* 5. his verbis: *La Profeſsion ſe ha de hazer en manos del Prelado del Convento, que es el que puede con el Convento recebirla.* Et Portell. *Dub. Regul.* verb. *Abbas, num.* 9. Atqui quotieſcunque Sub Prior Conventui præeſt, à lege deſignatur Vicarius, ut late probavimus; † conſequenter verus Prælatus evadit cum Ordinaria juriſdictione, nec non plenitudine poteſtatis, niſi quoad aliqua talis poteſtas ipſi fuerit limitata : Ergo, quum nulla limitatio præceſſiſſet, quæ Profeſſionum receptioni obſtaret, irrationabiliter videtur dubitandum, redundanſque talis declaratio, quum nulla obſcuritas illam præexegiſſet; nec de Profeſſionum validitate merito ambigi poterat, ut validas illas declaraſſet Capitulum.

Hic tamen non obſtantibus, dico : jure dubitatum fuiſſe de Poteſtate N. Sub-Prioris Vicarii quoad excipiendas Profeſſiones, ac proinde, non ſu-
180 perfluam, ſed neceſſariam fuiſſe Capituli declarationem. Ratio eſt ; † quia vacante Sede Priorali certum eſt, non poſſe Monaſterium, aliquem ad profitendum admittere, ut tenet Azorius *Inſtit. Moral.* 1. *part. lib* 12. *cap.* 4. *quæſt.* 3. Sanch. *in Decalog. Tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 67. Navarr. 3. *Commentar. de Regul. nu.* 5
181 & alii apud ipſos. Probatur. Quia † Abbas, ſeu Prior aliquem ad Profeſſionem nequit admittere, niſi una cum majori parte Capituli; ut docent Cucc. *lib.* 3. *Tom.* 1. *num* 56. Sà, verb. *Religio, nu.* 76. Lupus *allegat.* 31. *num.* 3. Navarr. *conſil.* 9. *de Conſtit à num.* 19. *in nov. &* 3. *de Regular, num.* 5. Spino *ſpecul. teſtam. gloſſ.* 12. *princip. num.* 2 *&* 3. Azor *Inſtit. Mor. lib.* 12. *cap.* 5. *quæſt.* 3. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 83 *num* 9. *cum ſeqq* Leſſius *lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *num.* 6. Rodericus 3. *Regular. qu* 17. *art.* 7. Sanch. *d. cap.* 4. *num.* 67. Portell. verb. *Abbas, num.* 7. Ergo deficiente Prælato non poterit Conventus Novitiorum Profeſſiones excipere. Hanc conſequentiam probant Sanch. citatus ex Text. *in cap. unic.* § 1. *ne Sede vacante, in* 6. Quia Pontifex *ibi* decernit. Quod quotieſcunque collatio beneficii ad Epiſcopum unà cum Capitulo ſpectat, poſſit Capitulum Sede-
182 vacante conferre; ſecus ſi ad ſolum Epiſcopum pertineat. † Et ſtatim, § 1. id explicat, ut intelligatur, quando ita in ſolidum utrique convenit, ut neque Epiſcopus conſenſu, vel conſilio Capituli indigeat, neque hoc conſenſu Epiſcopi, vel conſilio. Secus, quando alter alterius conſenſu, aut conſilio indiget. Tunc enim ſicut nullus erit actus à Capitulo deficiente Epiſcopi conſenſu, ſic etiam nullus redderetur defectu conſenſus Capituli : Et ſic intelligit Sanch. Text. *in cap. fin. de Regular.* qui doctrinam iſtam enervare, videbatur Et infert : *Ergo, quum Abbas nequeat, ad Profeſſionem admittere ſaltem ſine Conventus conſilio ; non poterit Conventus vacante Monaſterio admittere.* Nec tali caſu

Sede vacante Monaſterium profeſſiones nequit recipere.

patet aditus, ut dicatur, relictam à Priore fuiſſe poteſtatem Sub-Priori Vicario ad prædictum effectum. Quia, ut diximus, Prior non illum Præſidem deſignat, ſed lex; unde ad talem Commiſſionem adſtruendam non apparet fundamentum.

Hæc igitur dubitationis fomitem ſuppeditare potuerunt circa Poteſtatem Sub-Prioris ad excipienda ſolemniter Novitiorum vota, quippe, abſente Priore, videbatur abſolutè Monaſterium Prælato carere, cujus conſenſus neceſſariò ad Profeſſionum exceptionem requirebatur. Quod declarare voluit noſtrum Capitulum, ideoque explicuit, validas fuiſſe Profeſſiones in Sub-Prioris Vicarii manus emiſſas; & ſimiliter valituras fore, quæ in poſterum emitterentur, tanquam in veri, & legitimi Prælati manus. R[illegible] Nam licet Conventus ſine Prælato nequeat Novitios ad profitendum admittere (ut enim dictum eſt, tam Prælatus excipiens, quàm Capitulum conſentiens requiruntur, † & Conventus, ſive Capitulum aliud eſt à Prælato ge-

Capitulum aliud eſt à Prælato.

cum quadam Gloſſa communiter recepta, pluribuſque juris ſanctionibus tenet Navarr. *conſil. 12. tit. de elect. nu.* 2. Emmanuel 3. *Regular. quæſt* 38. *art* 1. Quando † duplicis generis ad aliquem actum Perſonæ requiruntur, non [illegible] unius generis perſonam concurrere, niſi & alterius concurrat. Sic Felinus *cap. ex litteris, num.* 10. verſ. *Modò adverte, de probation.* Sanch. 3. *de matrim. diſp.* [illegible] *num*, 1. †) Hæc tamen in noſtro caſu non urgent; quippe diverſimodè in illo contingit, quum lex deſignet perſonam, quæ Prælati vices gerat, ita ut in ejuſdem Prælati locum ſubrogetur cum ejuſdem juriſdictione, & Poteſtate. Quare minimè Monaſterium vacare (licet Principalis Prælatus vita fungatur, ſeu quovis modo deficiat) dicendum eſt. Ratio ergo pro parte contraria affirmata evaneſcit; quum Perſonæ generis utriuſque requiſitæ ad tales Profeſſiones excipiendas concurrant, nimirum Prælatus Conventus vota excipiens, & Conventus ipſe talium votorum emiſſioni una cum Prælato conſentiens.

De Vicario habẽte juriſdictionem Delegatam.

De Vicario verò à Prælato deſignato, ſive Generali, aut Provinciali, qui, ut poſtea dicemus, ſolummodo inter Noſtrates juriſdictione Delegata gaudet, † ſimiliter dubitari, poſſe non videtur; quandoquidem Poteſtas ad recipiendas Profeſſiones delegabilis eſt, ac proinde poteſt Prælatus per ſe, vel per alium, ut conſtat ex Text. *in d. cap. ad Apoſtolicam*, ibi: *Per ſe, vel per alium.* Quod adeo verum eſt, ut vel Frater Laicus ex commiſſione Prælati talis Poteſtatis ſit capax, ut pluribus probat Thom. Sanch. *in Decalog. lib.* 2 [illegible] 4. *num.* 77. Villalob. *Tract.* 35. *diffic.* 20. *num.* 5. Ex † quo deducitur; quod adhuc Priore præſente, ſi aliqua occupatione detentus ſit, aut nolit Profeſſioni intereſſe; poteſt de ejuſdem licentia Sub-Prior, vel alius, Profeſſionem admittere, quæ quidem prorſus valida erit tam in foro fori, quam in foro Poli, ut advertit Diana 3. *p. tract.* 2. *de Dub. Regul. reſol.* 70.

Nullo-

Nihilominus tamen etiam de ſimili Vicario rationabilis dubitatio exorta eſſe potuit, in quam licet non impingeret, potuit tamen aliquantiſper hærere noſtrum Generale Capitulum, ut prudenter judicaret, opus declaratione eſſe. Ratio eſt: Quia jus ad excipiendas Profeſſiones ad Abbates, Prioreſque locales ſpectans, videtur ſpeciali jure illis convenire, hoc eſt in Privi-
188 legii, & excellentiæ ſingularis ſignum; nec non Superioritatis. † Quod quidem cum Generali commiſſione, non videtur in Commiſſarium transferri, ſive transfundi per Text. *in cap. quod in translationem, de Offic. Legat*, cujus ver- *Cap quod*
ba: *Licet in Regnum Siciliæ Generalis ſit tibi commiſſa Legatio, ad ea tamen ſine ſpecia-* *in translationem,*
li mandato noſtro, non debuiſti manus extendere, quæ in ſignum Privilegii ſingularis ſunt *de offic.*
tantum Summo Pontifici reſervata. Ubi Gloſſ. verb. *Reſervata*, ait: *Iſta enim, quæ in* *leg.*
ſignum Privilegii ſunt quaſi meri Imperii, & ideo Generali commiſſone non transferuntur. Ergo in adſignatione Vicarii abſolutè facta à Priore, non videtur comprehenſa Poteſtas Profeſſionum excipiendarum.

Hac tamen ratione non obſtante merito noſtrum generale Capitulum declaravit, dictam Poteſtatem in Vicarium prædictum ſimul cum generali
389 commiſſione tranſmiſſam. † Ratio eſt. quia Poteſtas hæc, non in Privilegii ſpecialis ſignum, ut conabatur objectio, pertinet ad Prælatum; ſed Ordinario jure ex vi ſui muneris: Ergo, ut aliquis gaudeat prædicta Poteſtate ſufficit Abbatis, ſeu Prioris generaliter vices gerere. Nec neceſſaria erit ſpecialis commiſſio ad excipiendas Profeſſiones. Probo conſequentiam ex Text. *Quid dicatur in ſignum ſpecialis Privilegiis competere?*
190 *in l. 1. ff. de Offic. ejus: Quæcunque † ſpecialiter à lege, vel S.C.* (ait Papinianus) *vel Conſtitutione Principum tribuuntur, mandata juriſdictione, non transferuntur. Quæ verò jure Magiſtratus competunt, mandari poſſunt.* Ubi Gloſſ. verb. *Tribuuntur*, inquit: *Tribuuntur, ut majoribus Magiſtratibus: Secus verò, ſi municipalibus, qui minimi ſunt, aliquid etiam ſpecialiter demandatur.* Tunc enim demandatur, quia jure Magiſtratus competit. Et inferiùs, verb. *Quæ verò: Dicitur ergo, jure Magiſtratus alicui competere, quod competit, eo ipſo, quod Magiſtratus eſt, hoc eſt, id haberet, etiamſi viliſſimus Magiſtratunculus.*

Probatio autem antecedentis ex dictis colligitur. Sed majoris claritatis ergo ſuppono, quod ut aliquid conveniat Prælato ſpeciali jure, hoc eſt, in Privilegii ſpecialis ſignum, ita ut generali non comprehendatur commiſſione ſine peculiari mandato, inſufficiens eſt, ſi concedatur Prælatis indefinitè, ſed requiritur, ut tales Prælati Superiores ſint, utpote Generales Præpoſiti, & Provinciales: *Tribuuntur majoribus Magiſtratibus*, dixit cit. Gloſſa, ſignificans Provinciarum Præſides. Quod conſonat text. *in l. illicitas, ff. de Offic. Præſid.* Secus vero, *ſi municipalibus Magiſtratibus; qui minimi ſunt, aliquid etiam ſpecialiter demandetur.* Quia, quando aliquid inferioribus Prælatis, quales Conventuales ſunt, conceditur (qui municipalibus Magiſtratibus æquivalent) tune deman-

demandatur non in ſingularis Privilegii ſignum, ſed jure Magiſtratus, hoc eſt, propter vim, ſeu Poteſtatem Magiſtratus ejuſdem: Ergo toties dicetur aliquid competere jure Magiſtratus quoties competit eo ipſo quod Magiſtratus eſt ſine reſpectu ad ſuperioritatem, ſiquidem vel Magiſtratiunculis, etiamſi viliſſimis demandatur, ut loquebatur Gloſſa.

Nunc ſic Admiſſio Profeſſionum ex vi juris communis non modo pertinet ad Superiores Prælatos (qui Provinciarum Magiſtratibus æquiparantur) ſed quibuslibet etiam inferioribus (Municipalibus æquipollentibus) convenit, quales ſunt Abbates, & Conventuales Priores, ut conſtat ex d. cap. *Porrectum, d. c. ad Apoſtolicam.* † Nomine verò Abbatis venit in jure quilibet Religioſorum Collegio Præfectus cum Ordinaria juriſdictione, ut notat Azorius *Inſtit. Moral. 1. part. lib. 12. cap. 19. quæſt. 10.* ex Panormit. *in cap. ex parte, de Poſtulat. Prælat.* Mirand. *in Manual. Prælat. Tom. 1. qu. 15 art. 3.* qui ait: Quod nomine Abbatis omnes in univerſum intelliguntur Prælati: Ergo, quamvis ſpecialiter Abbatibus concedat jus, poſſe Novitiorum Profeſſiones admittere, non id conceſſum eſt in ſingularis Privilegii ſignum, ſed illis jure competit Prælaturæ, ſeu Magiſtratus; eo ipſo, quòd Magiſtratus eſt, ut ait Conſultus: ac proinde tali Poteſtate gaudent jure Ordinario, non peculiari: Ergo generali commiſſione ab ipſis facta transfertur talis Poteſtas in Vicarios. ac proinde validè Profeſſiones Novitiorum admittunt ex vi talis commiſſionis Vicariæ, & Præſidentiæ, niſi expreſsè illis prohibeatur.

Nomine Abbatis venit quilibet immediatus Prælatus.

Hæc tamen prohibitio non extat, ut ſupponimus, ergo rectè noſtrum Capitulum Generale validas fuiſſe declaravit Profeſſiones emiſſas in prædictorum Vicariorum manus.

Et confirmatur: Quia, quum prædictorum Prælatorum juriſdictio procuIdubio Ordinaria ſit, conſequenter fatendum eſt, poſſe omnia illa exequi, quæ illis competunt ex vi talis juriſdictionis, niſi reſpectu alicuius ſpecialiter inhibeantur. Sic expreſsè Victoria *in Relect. de Poteſtat. Eccleſ. quæſt. 2. num. 28* Dominic. Soto *in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 4.* Rodericus *Tom. 1. quæſt. 27 artic. 6* Mirand. *loc. cit. art. 5* & alii. † Unde eo ipſo, quod aliquis ad Prælaturam evehitur; ex natura rei, & ex vi talis Officii illi competit Profeſſiones excipere, quemadmodum cætera ad regimen, & incrementum, & Communitatis conſervationem neceſſaria; niſi ſpecialiter illi à Superiore adimatur talis Poteſtas: † Ergo, ut fateamur ad aliquem Prælatum, in ſignum Privilegii ſingularis attinere Novitios ad profitendum admittere, neceſſarium erat, ut conceſſa tali Poteſtate Superioribus, Inferioribus negaretur (ut ſaltem non concederetur.) Nam ſi quibuſvis Prælatis indiſcriminatim tribuitur, non videtur illis competere ex Privilegio ſpeciali, ſed ex proprio munere. Atqui jure communi, ad quoſque Prælatorum ſpectat Profeſſiones excipere: Ergo commiſſione generali ab ipſis facta in Commiſſarios, ſive Vicarios hæc Poteſtas

videtur

videtur tranſfuſa, quemadmodum, & alia ad prædictos Prælatos ex vi ſui muneris pertinentia.

Ad Profeſſionem requiritur conſenſus Conventus, & Prælati, & quo pacto?

Sed dubitabis. Nam, ut diximus ad Profeſſionum validitatem requiritur † concurſus cùm Prælati, tum Conventus, ita ut, neque totus Conventus reluctante Prælato, neq; Prælatus diſſentiente Conventu poſſet aliquem ad profitendum admittere. Sic Navarr. *lib. 1. conſil. ſecund. edit conſil. 9. de Conſtit. quæſt. 5. num. 12.* Rodriq. 3. *Regular. quæſt. 17. art. 7.* Sanch. *in Decalog. Tom. 2 lib 5.* (194)
195 *cap. 4. n 68.* † Nec ſufficit conſenſus Prælati una cum alterutra parte Capituli, ſed debet major pars cum Abbate convenire, cũ Gloſſa Franco, Abbate,
196 Immol. Anton. & Navarr. ut tenet Sanch. *num. 69.* † Et videmus apud cæteros Ordines praxi receptum (quod de noſtra Religione ſaltem certum eſt) ſufficere, ut aliquis ad Profeſſionem admittatur, conſenſum majoris partis Capituli; numerato etiam inter ſuffragantes Priore, ſine ſpeciali attentione; num ille candidum aut nigrum calculum dederit, quia clanculum in pyxidem demittuntur calculi.

197 Huic † difficultati dupliciter reſpondeo. *Primò* cum Sanchez *ubi ſupra num. 65.* concedendo, verum probare argumentum, niſi conſuetudo legitimè præſcripta, Religionis privilegia, aut Conſtitutiones aliud habeant. Nam his caſibus hæc attendi oportet. In noſtro autem Ordine lege ſtabilitum eſt 2. *part. Conſtit. cap. 2. num 12.* ut Novitii ad Profeſſionem admittantur conſentiente majori parte Capituli per ſecreta ſuffragia nulla facta mentione de ſpeciali conſenſu Prælati.

Provincialis licentia requiritur ad Profeſſionem.

198 *Secundò* reſpondeo; etiam in † noſtro Ordine diſpoſitionem juris communis obſervari, quia concurrit Prælati conſenſus (ſcilicet Provincialis) ſine cujus facultate nullus ad profitendum admittitur, ut habetur *dict. capit. 2 num. 18. princip.* & inſuper accedit conſenſus majoris partis Capituli. Sed hæc poſterior ratio minus placet, quum Provincialis non ſuffragetur, neque Profeſſionem recipiat, ſed tantum licentiam præſtet, ut poſſit recipi, ibi: *Præcedente licentia Provincialis*, Ideo tu tene primam.

ILLATIO VIII.

Quibus in Præſidentiis locum habeant limitationes illæ; nimirum, ut Sub Prior Vicarius neque aliquid innovare præſumat, neque Præeminentiis Prælati potiatur?

Breviarium.

(1) *Limitatio illa,* Ne aliquid Sub-Prior Vicarius innovare præſumat, *non habet locum, quando Prior tendit ad Capitulum Generale, ſive Provinciale.*

200 *Dictione Hic, & Ille ſunt demonſtrativæ ad oculum.*

201 *Quando Sub-Prior ſuccedit in locum demortui, ſuſpenſi, ſive amoti principalis Prælati, non prohibetur aliquid innovare.*

202 *Limitatio ſubla. Ne Sub-Prior, præter præeminentias Prioris, de omnibus præſidentiis intelligi debet, electus Vicarius evadat.*

SEptimò infertur: Correctionem legis, ut Sup-Prior Vicarius *nulla ratione aliquid innovare præſumat*, † non intelligi, quando Prior à Conventu abest acceſſurus ad Generale, ſeu Provinciale Capitulum. Eo enim tempore abſolutè illi Præſidentiam Conſtitutio defert 3. *part. cap.* 4. *num.* 11. *princip.* ibi: *Quando Prior tendit ad Capitulum Provinciale, ſeu Generale, ejus loco præſideat in Conventu Sub-Prior, niſi aliud Provinciali juſta ex cauſa videatur.* Hinc eſt: quod quando *cap.*13 *num.*2. inquit, ut Sub-Prior in Prioris abſentia præſideat, niſi alius Vicarius ab eo fuerit deſignatus, inque Sub Prioris abſentia Antiquior Sacerdotum ſuccedat, & ſubjicit: *Et tam hi, quàm illi, qui abſente Priore, ejus vices gerunt nulla ratione aliquid innovare præſumant*, non ideo comprehenſa videtur abſentia Prioris ad Capitulum accedentis. Quod liquet verbis illis: *Sub Prior præſideat in abſentia Prioris, niſi alius Vicarius ab eo fuerit deſignatus*; quæ de abſentia tempore celebrationis Capituli non poſſunt interpretari, quum eo caſu alium deſignare Vicarium nequeat Prior: Ergo hic non comprehenditur talis abſentia.

Dictio Hic, & Ille. Probatur ſecundò † ex pronominibus *Hi*, & *Illi*, quibus uſa eſt Conſtitutio, quæ quidem demonſtrativa ſunt rei ad oculum, coram ſe poſitæ juxta Text. in *l.* 1. *ff. de nov. oper. nuntiat.* & notata ibi per Barth. & alios. Navarr. *de dictis, & promiſſ. n* 42. Deque pronomine Hic, id probat Text. *in l. nemo, ff. de hæred. inſtit.* & tenet Surd. *deciſ.* 125. *num.* 1. & *conſil.* 108. *num.* 16. Card. Tuſc. *Tom.* 1. *lit. D. concl.* 260. *num.* 13. Vulpell. *de Adverb. ſignific. Dict. Hallem.*, verſ. *Hæc.* De pronomine ILLE tenet expreſsè idem Surd. citat. Monachus Bononienſ. *deciſ.* 66. *num.* 46. & utrunque ut docet Geminian. *conſil.* 108. *num.* 2. rem demonſtratam deſignant, non diverſam. Ergo non comprehenditur in tali conſtitutione Præſidentia, qua Sub-Prior fungitur tempore Capituli, de qua ibi nec verbulum; nam antea de illa ſermo textus fuerat *d. cap.* 4. *num.* 11.

Idemque † dicemus, quotieſcunque Sub-Prior in demortui, ſive amoti, aut ſuſpenſi Prioris locum ſubrogatur. Quia talis Conſtitutio, ut notavimus hac *p.* 4 *num.* 201 horum caſuum non meminit, & ideo in illis locum non habet illa reſtrictio; *Nihil innovare, præſumat*: quia correctoria eſt, ac proinde nullatenus extendenda.

Sub-Prior N. Vicarius non gaudet Quoad † præeminentias verò, & locum, quæ ei, tanquam Prælato deferri poterant, Sub-Priori in omnibus prædictis caſibus reſtricta eſt Authoritas. Nam penes hæc, præcisè voluit lex comprehendi P. N. Generalem, Definito-

Definitores Generales, Provincialem, & Priorem Conventualem, ut ſuprà diximus. Quando verò voluit ſimilibus præeminentiis aliquem Vicarium decorare, id expreſſit, ut 3.*part.cap* 13 *fin.* ibi: *Declaramus tandem, quod omnis Vicarius electus, eandem Poteſtatem, & Preeminentiam in omnibus habeat, ac ſi eſſet Prior.* *Præeminentiis Prioris*

PRINCIPIUM X.

In caſibus, quibus Conſtitutio Prioris Poteſtatem limitat, & Sub-Prioris limitat.

Breviarium.

203 *In omnibus caſibus, quibus Prioris poteſtas fuerit reſtricta, reſtricta videtur, & Sub-Prioris Vicarii*

204 *Exceptio firmat regulam in contrarium*

205 *Subrogatus in locum alterius in ejus locum, & jura ſubrogatus cenſetur*

206 *Nec in plus juris ſuccedit, quàm habet ille, cujus locum occupat.*

207 *Verba, quæ poſita ſunt ad determinationem, non ſequuntur augmentum operari*

208 *Exceptio firmat regulam in contrarium in caſibus illis, qui exceptione ſublata, comprehendebantur ſub illa, ſecus de his, qui non comprehendebantur.*

209 *Exceptio ponitur ad reſtringendam, non ad ampliandam regulam.*

203 DIco *decimò*: Poteſtatem † Sub Prioris Vicarii coarctatam cenſeri in omnibus caſibus, quibus poteſtas Prioris apparet reſtricta. Ratio eſt: Nam Sub Prior præſes, dum in locum Prioris ſubrogatur, eadem poteſtate viget ac Prior; minimè autem ampliori. Ideo plurimi Authorum advertenter, dum de hac re loquuntur, inquiunt, Sub-Priorem Vicarium cum eadem poteſtate ſuccedere in Conventus regimen, ac ſi eſſet Prior. *In quibus Prioris poteſtas reſtricta videtur, & Sub-Prioris Vicarii reſtricta videtur*

Sed forte alicui in mentem veniet, hanc concluſionem ſuperfluere, quum dubitari rationabiliter non poſſe videatur Sub Priorem Vicarium, non plus poteſtatis habere, quam ille, cujus vices gerit. Nihilominus non prorſus irrationabilis dubitatio eſt; ſiquidem dici poterat, quod reſtricta à lege Sub-Prioris Poteſtate in aliquibus caſibus, videretur circa quoſvis alios ipſi conceſſa, dummodo, ratione ſui muneris, & juris, illi aliàs convenirent,
204 juxta vulgare axioma: † Quod *exceptio firmat regulam in contrarium*, *l. Nam quod liquide, § fin. 1. reſponſ. ff. de penu legat. l. qui teſtamento* 20 *§. mulier, ff de teſtam. nt. l. ex eo, ff. de teſtibus, l. quæſitum, § idem reſpondit*, & ibi Gloſſ. *ff. de fund. inſtruct. cap. 2. de conjug. lepros. cap. Dominus* 32. *quæſt.* 7. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt* 70. *num.* 4. Surd. *conſil.* 303. *num.* 11. Valaſc. *conſul.* 45. *num.* 1. *fin.* Mar. Antonin. 1. *variar. reſolut.* 5 *num.* 28. *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

Subrogatus quo pacto ſuccedat in locum ſubrogati.

Cui dubiolo ſatisfacies, ſi dicas; non amplius Sub Priori poſſe jus convenire, quàm illud erat, quòd habebat Prior, cujus ſuccedit loco. Nam † ſubrogatus in locum alterius, in ejus locum, & jura ſubrogatus cenſetur, *l. ſi cum, §. qui injuriarum, ff. ſi quis caution.* Ubi Barthol. Bald. & Angel. *& l. 1. § hæc actio, ff. ſi quis teſtamento liber eſſe juſſus eſt.* Thomas de Thomaſſet. *reg. 289.* Pichard. *§. ex conditionali, num. 13. Inſtit. de verbor. oblig.* Tobias Nonius *ad § ſed non hæres, Inſtit. de teſtam. num. 5.* Surd. *deciſ. 35. num. 9.* Portell. verb. *Provincialis, primis addit. num. 5* † Nec in plus juris ſuccedit, quàm habet ille, cujus locum occupat, *l. 2. C. de Pœn. l. 1. C. qui pro ſua juriſdictione, cap. Nemo poteſt. 29. de regul. jur. in 6.* Seſſe *Aragoniar deciſ. 188. num. 15.* Cæſar Argel. *de Contradict. legitim. quæſt. num. 58.* Pichard *princip. Inſtit. de acquiſitione per arrogation. num. 49.* Surd. *conſil. 126. num. 31.* Coarctatio vero à noſtra Conſtitutione facta eſt, qua poteſtas Sub Prioris limitatur, ne omnia poſſit, quæ aliàs, tanquam ſucceſſori Prioris, illi conveniebant, utpote cum eadem juriſdictione illius vices gerenti, ad reſtringendam ejus poteſtatem fuit appoſita, ac proinde † verba illa, quæ appoſita ſunt ad coarctationem, & diminutionem, nequeunt augmentum operari juxta text. *in l. legata inutiliter 19 ff. de legat. 1.* Thom. Sanch. *Tom. 2 in Decalog. lib. 7. cap. 3. num. 8.*

Ad objectionem verò † reſpondeo; prædictum axioma locum habere in caſibus illis, qui ſublata exceptione comprehendebantur ſub illo, ſecus de his, qui non comprehendebantur, ut patet per text. *in l. Lucius, § 1.* & ibi Barth. *ff. ad Trebellian. l. Generalis, §. uxori, ff. de uſufruct. legat.* & plures, quod adducunt Everardus *in Topic. loc. ab except. ad Regul. num. 2.* Mieres *de majorat. 2. edit. part. 1. quæſt. 22. num. 22.* Sanch. *lib. 1. cap. 10. num. 39. Tom. 1. in Decalog.* Covarruv. 2. *var. c. 5. num. 7.* Ratio eſt; † quia exceptio ponitur ad reſtringendam regulam, non ad ampliandam, *l. 1. ff. de regul. jur.* Unde fit, non poſſe regulam extendi ad alios caſus, qui aliàs non includebantur ſub illa, virtute exceptionis: Atqui in noſtro, quamvis Conſtitutio poteſtatem Sub-Prioris non reſtrinxiſſet, minimè ipſi erat poteſtas, aut juriſdictio circa caſus, etiam Priori denegatos, quandoquidem in ejus poteſtatem, & non ampliorem ſuccedit:

Exceptio ponitur ad reſtringendam regulam.

Ergo adjecta prædicta exceptione, ſeu coarctatione, non comprehenduntur ſub illa, ii caſus, qui aliàs, ipſa ſublata, non pertinebant ad Sub-Priorem, ut Prælati Vicarium.

ILLATIO

ILLATIO I.

Sub Priori non eſt Poteſtas ad exponendum Religioſos pro Confeſſionibus audiendis, neque ad puniendum citra gravem culpam.

Breviarium.

210 *Sub-Prior Vicarius non poteſt facultatem concedere, pro excipiendis confeſſionibus.*

211 *Sub-Prioris Vicarii poteſtas ad puniendum, non ſe extendit ultra gravem culpam.*

210 PRimò infertur † ex proximo Principio; limitatam eſſe Sub-Prioris poteſtatem, ad exponendum Religioſos pro confeſſionibus audiendis; quia talem licentiam præbere ſolius eſt Provincialis, ac proinde denegata Priori, tametſi aliàs uterque Prior ſcilicet, & Sub Prior illas concedere poterant, ut dicebamus *ſup.3.p.ſect.1.num.*209.

211 Alibi jubet Conſtitutio, quod præcisè ad gravem † culpam incluſivè ſe extendat Prioris iuriſdictio. Ideo licèt aliàs iuxta dicta 3. *part. ſect 3. à num.* 27. abſolutè Sub Prior Vicarius poterat caſtigare ſibi ſubditos, & corrigere, limitanda eſt hæc poteſtas juxta limitationem Priori intimatam. Idem dicito in reliquis caſibus, quibus poteſtas Prioralis reſtringitur iuxta ſuperius Principium.

ILLATIO II.

Poſſitne Sub-Prior Vicarius ſtando ſpeciali juri noſtro ſibi Confeſſarium eligere?

Breviarium.

212 *Capitulum Generale poteſt tollere, ſeu limitare uſum privilegiorum*

213 *Capitulum Generale non poteſt quidquam decernere adverſum ius commune.*

214 *Privilegium inſertum corpori juris, reputatur jus commune.*

215 *Sed non transgreditur limites privilegii.*

216 *Liberum eſt cuilibet privilegio renuntiare.*

217 *Prælatus eo ipſo, quod Officium acceptat, videtur renuntiaſſe quolibet privilegio juri ſtatuto contrario.*

218 *Priores noſtri, ſive eorum Vicarii à lege, ſive Supremo Prælato ſuffecti poſſunt eligere Confeſſarium, & ſi nullam habeant adprobationem à Generale, vel Provinciale.*

219 *Privilegium inſertum corpori juris non videtur comprehendi nomine privilegii, ſed habetur pro lege.*

220 *Alphonſus Leo refertur.*

221 *Laudatur conſuetudo in Seraphica Capucinorum Familia introducta: Ne Guardiani, licet poſſint, eligant Confeſſarium ex non adprobatis.*

S*Ecundò* infertur; quî reſolvenda ſit dubitatio, quæ ſeſe offert in præſenti [illegible] rum de electione Confeſſarii. Licet enim *ſup.3 p.ſect 1.a.num* 240. probaverimus, Privilegium eligendi Confeſſarium Sub Priori competere, [illegible] lominus tamen potuit noſtra Sacra Religio, tali privilegio quoad Prælatos immediatos renuntiare. Quod ſi præſtitit, non erit integrum Sub-Priori confeſſarium ſibi deligere iuxta dicta *Superiori Principio.*

Igitur 2.*part.Conſtit.cap* 7.*num*.5. decernitur; ut Sacerdotes ſimplices noſtræ Religionis nullam habeant iuriſdictionem ad audiendas confeſſiones Fratrum, etiam Sacerdotum, *niſi de Licentia Provincialis, ſeu Generalis.* Quæ verba videntur coarctare poteſtatem eligendi confeſſarium, quæ [illegible] tam ad Priores, quàm ad Vicarios pertinebat. Ratio eſt; quia † Generali Capitulo integrum eſt, limitare, ſeu omnino tollere privilegiorum uſum, ut [illegible] Portell. verb. *Privilegium,n.*68. Mirand *in manual Tom.2 quæſt.*43.*art* 4. [illegible] man.1.*Regular.q.*9.*art*.2. licet nulla ad id ſpeciali gaudeat Pontificis conceſſione, ut reſolvit Hieronymus Rodericus *reſol.*106.*n.*26.*in Comp Regul*[illegible].

Capitulũ Generale poteſt limitare privilegiorum uſũ.

Nec obſtat, † ſi opponas: nequire Capitulum Generale [illegible] adverſus ius Canonicum decernere, *cap.quod ſuper his, de maioritt & obedient.* [illegible] Panormit. & alii Canoniſtar. & in ſpecie Mirand. *quæſt.* 25. *artic.* 5 [illegible] Tamburin. *de iur. Abbat Tom.*1 *diſp.*15.*q* 12.*nu*.6. Idem Portell. verb. [illegible] *num.*9. Salas *de legibus diſp.*8 *ſect.*13.*num.*56. Navar. *de Regularib.* [illegible] Qui adfert ſtatutum quod iam à Generali Capitulo Sacræ Religionis [illegible] Franciſci de Paula. Atqui † privilegium de quo loquimur, inſertum eſt corpori iuris, *cap. fin. de pœnit. & remiſſ.* ac proinde ius commune reputatur per text. *in l.eius Militis §. Militia miſſus, ff. de teſtam. Milit.* Iaſon [illegible] cip. Lother. *de re benefic.Tom.*1.*lib.*2.*quæſt.*7.*num* 26 Ergo non eſt [illegible]; neque potuit cedere Generale Capitulum, aut contra illud aliquid ſtatuere.

Privilegium inſertũ corpori iuris ius commune reputatur.

Reſpondetur enim: † Quod licet dictum Privilegium inſertum ſit corpori iuris, non tamen limites Privilegii, ſeu favoris tranſgreditur, † quibus liberum eſt unicuique renuntiare. Text. *in l. ſi iudex ff. de* [illegible] *conſcribendo*, *C.de Epiſcop. & Cleric.l.penult. C.de pact.c.ſi de terra, de Privileg.* [illegible] verſ. *Niſi, de teſt.c. Apoſtolicam, de Regularib.c ex conſcientia, de* [illegible] Et [illegible] Thomas de Thomaſſet. *regul.*58. Thuſc. *Tom* 6.*lit. R. concl.* 170 [illegible] bol. *in l. Alia, §. eleganter, num.*12 *& ſeqq. ff ſolut. matrim.* Vitalis de Cambio *Tract. Clauſ.pag.*203 *num.*5. Morl. *in empor.tit.*10.*de locat.* Azorius [illegible] *p.lib* 5.*c.*22.*q* 10. Franciſc. Leo *Theſaur For. Eccleſ p.*2.*c.*7.*num.*49 Suarez [illegible] *gib. lib.*8.*c.*33. Ergo conſtitutio iubens ut nullus confiteatur, niſi Sacerdoti [illegible] confeſſiones audiendas per Generalem Præpoſitum, ſive Provincialem [illegible] probato, apparet limitare privilegium, ſeu potius uſum Privilegii, quod [illegible] pertinebat ad Priores, & per conſequens eorum Vicarios. Ipſique Priori, [illegible]

Vicari[illegible]

217 Vicarii, † quando munera ſua acceptant videntur tacitè tali Privilegio renuntiare, eo ipſo quod acceptant, imbibito in ipſa acceptatione quodam pacto implicito obſervandi ſcilicet, & curandi, ut obſerventur, tam Conſtitutiones, quàm Generalis Capituli decreta, ut prænotavit Peregrin. *in Comment. ad ſuas Conſtit. conſtit. 5. p. 1. c. 9. lit. C. §. 1.*

218 Quibus non obſtantibus, dico. † Priores, ſive eorum Vicarios, hujuſmodi privilegio gaudere; poſſeque eligere Confeſſarium; tametſi nullam habeat approbationem Confeſſarius ipſe à Generale, vel Provinciale. Ducor, quia Conſtitutio hæc declaratoria eſt, tantumque dirigitur ad explicandum quid in hac re noſtris Religioſis obſervandum eſſet: *iuxta Religionis ſtatuta, præſcriptam conſuetudinem, Privilegia, & ius commune.* Quod quidem adfirmat eſſe, ut ſimplices Sacerdotes noſtræ Religionis (non approbatis ſcilicet ad Confeſſiones audiendas per Generalem, ſive Provincialem) careant omni iuriſdictione ad prædictas confeſſiones excipiendas. Ideo utitur verb. *Declaramus*, quod ut prænotavimus *num.* 168. ſuapte natura non condit ius de novo, ſed vetus explicat: Ergo non videtur voluiſſe, aliquomodo limitare privilegium, quod ex vi iuris communis tam Prioribus competit, quàm eorum Vicariis. Imo ipſum confirmaſſe videtur, ſe componens ad normam iuris communis in tali declaratione, ut ex ipſius Conſtitutionis verbis proœmialibus elicitur, ibi: *Innitentes tam iuri communi, &c.*

Addo inſuper, quod tametſi Clauſula; *Non obſtante quolibet privilegio*, eſ-
219 ſet appoſita; non ideo iſti, de quo modo agimus, derogare videretur: † nam quum adglutinatum ſit corpori iuris, non videtur comprehendi ſub privilegii nomine, ſed habetur pro lege, ut tenet Gloſſ. *in Authentico qua in Provincia, C. de crimin. verſ. Illud. & in l. 3. C. de ſilentiar. & Decurion. lib.* 12. Barb. *in l. 2. §. Legatis, num.* 187. *ff. ſolut. matrim.* Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, num.* 559. Iacob Bean. *de privil. 1. Conſ. p. 3. privil.* 100. *num.* 2. Ruin. *conſ.* 228. *n.* 13. Rebuff. *reſponſ.* 15. *verſ. Septimò etiam*, Mandoſ. *de privil. ad inſtar gloſſ.* 14. *n.* 2. Gomeſius *in c. 1. n. 93. de Conſtit. in 6.*

Privilegiũ inſertum corpori iuris nõ comprehendi-tur nomine Privilegii, ſed habetur pro lege.

220 Addit etiam Alphonſ. Leo *de Offic. & poteſt. Confeſſ. Tom. 2. Reſol. 11. num.* 45. & 106. Capitulum Generale non poſſe, niſi accedat confirmatio Pontificis, huic privilegio derogare: quod non probo, quia ſupradictis contrariatur.

221 Laudoque morem, † qui teſte Ludovico Coriolano *de caſib. reſervat. part. 1. ſect. 1. art. 21. num.* 8. in ſua Sacra Religione introductus eſt: Nimirum, ut Guardiani licet poſſint ſibi ad libitum Confeſſarium eligere; nihilominus communiter eligant unum de deputatis. Quod quidem (ait Coriolanus) laudabiliter ſimul, & meritoriè ſervant. *Coriolano.*

ILLA-

ILLATIO III.

Sub-Priorem Vicarium non poſſe in Iudicem Conſervatorem adſumi, bene tamen Delegatum Apoſtolicum agere.

BREVIARIUM.

222 *Priores noſtri, & eorum Vicarii nequeunt Conſervatorio munere fungi.*

223 *Poſſunt tamen Sedis Apoſtolicæ* [illegible] *tionem obire.*

TErtiò infertur: † quod licet iuxta ſupradicta 3. *par. ſect.* 1. *à num.* 304. Sub-Prior poterat in Iudicem Conſervatorem eligi, attento communi iure, ſpeciali tamen noſtro non poteſt, ut liquet ex *c.* 13. 3. *p. n.* 5. Vbi tam Prioribus, quam cæteris Vicariis prohibetur; ne poſſint Conſervatoris iudicis [illegible] fungi, niſi caſu, quo Pontificale mandatum interſit.

Sub-Prior N. Vicarius poteſt Delegatũ Apoſtolicũ agere.

Poterit tamen † Sedis Apoſtolicæ Delegationem obire, & quaſcunque litteras Pontificias exequutioni mandare, ut dictum eſt 3. *p. ſect.* 1. *à num.* 20[illegible] Ratio eſt: Nam Sub-Prior Vicarius verus Prælatus cenſetur cum Ordinaria iuriſdictione; quod ſufficit, uti oſtendimus, ut in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus dicatur, ad prædictum effectum expediendarum litterarum Papæ. Neque aliqua obſtat ſpecialis prohibitio, quam ego noverim.

PRINCIPIUM XI.

N[illegible] *Vicarii iuriſdictionem Priore vita* [illegible]

BREVIARIUM.

224 *Sub-Priori Vicarii iuriſdictio, quocunque caſu* [illegible] *in Prioris* [illegible] *ſuccedat, non exſpirat morte Prioris, nec illius Officii finitione.*

225 *Quando Prior pro ſua abſentia tempore alium* [illegible] *terim* [illegible] *Poteſ*[illegible]

Iuriſdictio Sub-Prioris N. Vicarii non exſpirat finitione Officii Prioris

DIco Vndecimò: † Sub Prioris Vicarii iuriſdictionem quocunque caſu abſentiæ in Prioris Officium ſuccedat, non exſpirare morte Prioris, ſive illius muneris finitione, ſeu ſuſpenſione, ut diximus 3. *p.* [illegible] *n.* 374. [illegible] generatim de Præſidentibus à lege deputatis. Ratio eſt: Nam is [illegible] Ordinaria iuriſdictione fungitur, quæ non exſpirat ullo ex prædictis caſibus Priori ſupervenientibus. † Imò in abſentiæ caſu, de quo loquimur, potius [illegible]boratur, & radicatur Vicarii poteſtas, quandoquidem & ſi illam non [illegible]

adeptus

adeptus; accidente quovis illorum eam adipiſceretur, utputa, ſi Prior aliquem pro ſuæ abſentiæ tempore Vicarium deſignaverit, & interim dum abſens eſt, moriatur: illicò Vicarii juriſdictio ab eodem deputati finitur, & tota ad Sub-Priorem devolvitur. Ratio deſumitur ex Principiis ſupra ſtabilitis. Quia ſcilicet talis Vicarii juriſdictio, utpote Delegata, nequit ſupervivere concedenti ſed ad illius exſpirationem exſpirat, cujus loco ex præſcripto juris ſuccedit, ut habetur *Clem. ne in agro, §. ſi quis autem, verſ. Abbate, de ſtat. Monach.*

PRINCIPIUM XII.

Vicarium à Priore nominatum juriſdictione Delegata gaudere: & quænam virtute talis juriſdictionis ad illum pertineant?

Breviarium.

126 Vicarius à Priore deſignatus juriſdictionem delegatam ſortitur.

Dico *Duodecimò*: Priorem caſu abſentiæ, ſive gravis infirmitatis poſſe (adhuc Sub-Priore præſente,) quemlibet Sacerdotum Vicarium deſignare, ut expreſſè conſtat ex *Cap. 13. num. 4. & 12. 3. p. Conſtit.* ultra quos minimè id poteſt, prohibente dicta N. Conſtitutione, licet poſſet inſpecto jure communi, ut ſup. diximus *3. p. ſect. 2. à num. 405.* *De Vicario à Priore nominato.*

126 Quibus caſibus Vicarius † ab eo deputatus juriſdictionem ſortitur Delegatam, & conſequenter omnia illa poteſt exercere, quæ numeravimus *3. part. pene per tot. ſect. 2.* niſi in aliquibus à Priore illius poteſtas reſtringatur, ſive à lege, ut quando præcipit; ne aliquid innovare, præſumat *dict. c. 13. n. 12.* ibi: *Et tam hi, quàm illi nihil innovare præſumant.* Ubi indiſcriminatim loquitur de omnibus Vicariis in abſentia Prioris deſignatis, ſive ab ipſa lege, ſive à Priore, ut expendentes illa verba notavimus hac *4. p. à n. 139.* ſive in iis, quibus reſtricta eſt à lege Prioris poteſtas, ut in urgentiori caſu dicebamus à *num.* 203. loquentes de Sub-Priore Vicario à lege ſuffecto. Et ſi forte probabile eſt juxta *dict. 3. p. ſect. 2. à n. 487. princ. ult.* prædictis caſibus abſentiæ, & infirmitatis Vicarium à Priore nominatum pollere Ordinaria juriſdictione omnia ad illum ſpectabunt, quæ convenire, diximus, Vicario à lege deſignato *3. p. ſect. 1. per tot.*

Quia licet verum ſit à nobis fuiſſe dictum *ſup. n. 495.* hanc probabilitatem locum non habere in Religionibus, in quibus ſive lege, ſive more eſt receptum Prælatos omni prohibitione ſecluſa, delegare ſuam poteſtatem, eorumque loco nominare Vicarios tam infirmitatis, & abſentiæ caſibus, quàm in aliis quibuslibet (quapropter in hoc caſu langueſcere diximus rationem il-

lam generalem quæ, attento jure communi adſignata eſt; videlicet, nam eo ipſo, quod lex prohibet delegationem dictæ facultatis, & pro certis caſibus concedit, perſpicuum eſt Vicarios nominatos in caſibus à lege exceptis eſſe Ordinarios, alioquin fruſtra lex talem prohibitionem induceret, ſi Ordinarii non eſſent.) In noſtra tamen Religione hoc aliter ſe habere videtur, cum in ea Prioribus maneat prohibitum 3.*p.c.*13.*n.*4. loco ipſorum Vicarios ſubſtituere, qui juriſdictionem exerceant, ut lex hæc conſentanea appareat juri in Authent. cit. Ergo noſtri Vicarii per Priorem nominati in valetudinis, vel abſentiæ eventibus, juriſdictione pollebunt Ordinaria, quum permittente Religionis jure conſtituti ſint.

PRINCIPIUM XIII.

Vicarium à Generale, ſeu Provinciale deſignatum eadem Poteſtate Delegata potiri ac ſi à Priore fuiſſet deſignatus.

BREVIARIUM.

227 *Vicarius à Provinciale ſuffectus Delegata juriſdictione gaudet. Idemque dicendum eſt de Vicario à Generali creato.*

228 *Princeps, aut Supremus Prælatus, dum alicui juriſdictionem conferunt, Ordinariam conferre cenſentur, niſi adponatur clauſula, ex qua aliud colligatur.*

229 *Patris N. Generalis facultas, Ordinarios creandi, limitata videtur.*

230 *Ad Vicarium à Provinciale, ſeu Generale deſignatum non major poteſtas pertinet, quam ſi à Priore fuiſſet ſuffectus.*

231 *Tota Prioris poteſtas viget in Provinciale, Provinciali vero, & Prioris eminenter Generali ineſt.*

232 *Limitatio illa:* Ne poſſit tamen in abſentia Prioris, *non comprehendit Vicarios à Generale, ſive Provinciale deſignatos.*

233 *Vicarii à Generale, vel Provinciale ſuffecti, à quo ipſi eorum dependent, juriſdictionem accipere, & illius morte, ſeu amotione Vicariatus finitur.*

234 *Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis.*

De Vicario à Generali, ſive Provinciale ſuffecto.

DIco *Decimotertiò:* † Tametſi à P. N. Generali, ſeu Provinciali aliquis 227
in Vicarium deputetur, juriſdictionem Delegatam ſortitur, Ordinariam minimè.

Contra alterutram iſtius adſertionis partem objici poteſt, quod ſupra diximus 1.*p.n.*95. nimirum, † integrum eſſe Supremo Prælato creare Ordinarios, viderique Ordinariam elargiri juriſdictionem, quotieſcumque alicui 228
confert juriſdictionem, non appoſita clauſula ex qua colligatur talem juriſdictionem deſcendere ab authoritate deſtinantis, ut docuit Gloſſ. *in l.* 2. *ff. de Offic. ejus.* Ubi Barth. & Alex. *in ead. Rubr. n.* 13, necnon Alciat, *in Rubr. de Offic. Ordin. n.* 25, & explicuimus *ſup.* 3.*p.ſect.* 1.

Atqui

Atqui Præpoſitus N. Generalis in toto Ordine Prælatus Supremus habeatur: Ergo, eo ipſo, quod aliquem Vicarium deſignat ſine clauſula, ex qua colligatur, juriſdictionem Delegatam committere, videtur committere Ordinariam. Et tenet expreſſè Emman. *3. Regul. [illegible]* ubi inquit: quod quotieſcunque Superior Vicarium ſubrogat loco abſentis, defuncti, vel impediti, videtur eundem conſtituere cum Ordinaria juriſdictione. Et ſubjicit: Hoc verificari quando tales Vicarii deſignantur à Provinciali, vel Generali. Sed minus benè adtribuit hanc Poteſtatem Provinciali, ut ſupra jam refellimus *1. p. à num* 11.

229 Sed his non obſtantibus, vera noſtra Concluſio eſt, & probatur: † Quia licet N. Præpoſitus Generalis ex vi juris communis poſſit, Vicarium cum Ordinaria juriſdictione deſignare: & illam concedere videretur, niſi aliunde colligeretur delegata, ut benè probat objectio, & nos latius diſquiſivimus, limitata verò hac poteſtate à noſtris Conſtitutionibus *3 p. c. 2. princ. & c. 1. n. 6.* Ubi poteſtatem eligendi, & nominandi Prælatos, qui Ordinaria juriſdictione polleant, uni Generali reſervatur Capitulo, temporeque interlabente à Capitulo in Capitulum Definitorio Generali. Ergo Vicarius à Præpoſito N. Generali deſignatus, non Ordinaria, ſed Delegata poteſtate gaudebit. Licet enim à Supremo Prælato nominatus ſit, qui in totum Ordinem reſplendet tam jure, quam Pontificum Privilegiis cum Noſtræ, tum cæteris Religionibus conceſſis, exerceri tamen hæc poteſtas debet juxta Sanctiones, & limitationes Religionis, ut ex *c. 6. n. 1. p. 3.* conſtat. Quum verò poteſtas N. P. Generalis quoad prædictum effectum reſtricta ſit; haud quaquam valebit Ordinarios creare, ſed tantum Delegatos. Quod à fortiori dicendum eſt de Vicario à Provinciali deputato.

230 Igitur ad prædictum Vicarium † non aliam poteſtatem pertinere liquet, quam ſi à Priore fuiſſet deſignatus. Ratio eſt, quia † tota Prioris poteſtas in Provinciale viget eminenter, utpote in eo Superiore; Poteſtaſque Provincialis eminenter Generali ineſt, tanquam totius Religionis capiti, ut benè Sanch. *lib. 5. in Decalog. c. 4. n. 71.* & conſtat ex *noſtra Conſt. 3. p. c. 6. n. 1.* Ubi, loquens de N. Generali Prepoſito, ait: *Unde ipſe ſolus eam poteſtatem in toto Ordine habet quam Provincialis in ſua provincia, & Prior in ſuo Conventu. Et c. 9.* agens de provinciali, *n. 1.* inquit: *Provincialis totius Provinciæ curam ſolicitè gerat, & in ea poterit omnia facere, quæ Priores in ſuis Conventibus* Ergo ſi Generalis in aliquo Conventu totius Ordinis, vel Provincialis in aliquo totius Provinciæ Vicarium deputet, poſſunt eminentius quodammodo ipſi eam poteſtatem committere, quæ Prælato proprio competit; committique videtur, quotieſcunque talis Vicarius ſine aliqua reſtrictione ſufficitur.

231

Lex Correctoria ad caſus non expreſſos extendi non debet.

232 Apud verò † tales Vicarios non habebit locum limitatio: *Ne poſſint quidpiam innovare in abſentia Prioris*: quandoquidem ipſa non dirigitur hiſce

 Vica-

Vicariis. Et quum Correctoria ſit, nullatenus extendi poteſt ad non expreſſos, *l. præcipimus, C. de appellat. cum ſimilib.*

Attamen prædictis caſibus utraque juriſdictio, † communicata ſcilicet prædictis Vicariis à Generali, vel Provinciali, à Delegante dependebit omnino, ac proinde ab eodem revocabilis erit, & illius morte, ſeu amotione, aut ſuſpenſione, ſive Officii finitione finietur. Nam † reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis, *l. lex vectigali, ff. de pignorib. cum ſimilib.* 233 234

PRINCIPIUM XIV.

De Vicario pro Sub-Priore Præſide ſubrogato in illius abſentia.

BREVIARIUM.

235 *Si Sub-Prior Vicarius abſit, ſive deficiat Antiquior ex Conventualibus in Conventus regimen ſuccedit ex præſcripto legis.*

De Antiquiore Conventus Vicario à lege deſignato.

TEmpore, † quo Sub-Prior in abſentia Prioris Conventui præeſt, ſi etiam ipſum abeſſe contingat, ex præſcripto Conſtitutionis, 3. p. c. 13. n. 12. Antiquior ex Conventualibus in Conventus ſuccedit regimen. De quo, quia omnino, ſicut de Sub-Priore Præſide à lege deſignato ſentiendum eſt, nihil ſpecialiter ſcribimus; quum omnia prorſus, quæ de tali Sub-Priore dicta ſunt eidem deſerviant. 235

PRINCIPIUM XV.

Vicarius à Definitorio delectus verus evadit Prælatus, cum Prælati poteſtate, & Præminentiis.

BREVIARIUM.

236 *Vicarius à Definitorio electus, verus evadit Prælatus cum eadem poteſtate, iiſdemque præminentiis.*

237 *Iuriſdictio, quæ convenit alicui per electionem ad aliquod Officium, cui ex natura ſua talis juriſdictio competit, eſt Ordinaria.*

238 *Facta proviſione de Prælatura, aut Dignitate, intelligitur facta de juriſdictione ei adnexa.*

De Vicario à Definitorio nominato.

DIco Vltimò: Quotieſcunque † noſtrum Generale Definitorium aliquem deſignat, ut loco Principalis Prælati in Monaſterio præſit, eo ipſo, juriſdictione Ordinaria perfruitur, necnon eadem Poteſtate, iiſdemque 236

Præ-

Digitized by Google

Præeminentiis, ac ſi eſſet Prior. Ratio eſt: Nam vel ſufficitur à Supremo Prælato, qualis eo caſu cenſetur Definitorium, vel, ut propriùs loquamur, Definitorio illum deſignante, lex ipſa in eundem transfundit Ordinariam juriſdictionem, omneſque Prælati præeminentias, ut habetur expreſsè 3. *part. cap.* 13. *num. fin.* ibi: *Declaramus tandem, quod omnis Vicarius electus eandem poteſtatem, & praeminentiam in omnibus habeat, ac ſi eſſet Prior.* Cujus rationem alibi adſignavimus cum Suareo 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 8, *princip.* Nempe:
237 † Quia juriſdictio, quæ convenit alicui per electionem Collegii, vel Univerſitatis ad aliquod Officium, cui vel natura ſua, vel virtute legis talis juriſdictio competit, eſt Ordinaria, &, ut bene Petr. de Ancharran. in *Clement.* *Anchar.*
238 2. *num.* 9. *de Reſcript.* † facta proviſione de Dignitate, intelligitur facta de juriſdictione ei adnexa:

Unde more receptum eſt, ut exemptus habeatur, qui ſemel tali Vicariatu gaviſus eſt, ab examine, ſeu ſcientiæ periculo, quod ſingulis trienniis à Provinciali fieri conſuevit, tam pro iis, qui ſacris concionibus operam navant, quàm pro iis, qui confeſſiones excipiunt, à quo eximuntur Priores. Quod quidem reſpectu Sub Priorum, & aliorum Vicariorum non obſervatur, licet à lege deputentur Præſides, verique ſint Prælati. Nam quoad iſtam, & ſimiles præeminentias, non veniunt Prælatorum nomine in noſtra Sacra Religione, ut diximus ſupr. *num.* 117.

PRINCIPIUM ULTIMUM.

Poſſe Sub Priorali Officio fungi in aliqua Provincia, qui in ea permiſſu Superiorum veram acquiſivit Conventualitatem, licet ad illam nec profeſſione, nec natura pertineat.

Breviarium.

239 *Ad Sub-Priorale munus adſumi poteſt pro quolibet Conventu Provinciæ, qui nec natura, nec profeſſione ad eam ſpectat, gaudet tamen illius Conventualitate.*
240 *Provinciales dicuntur, qui in Provincia habitant, & domicilium habent, non verò, qui inde oriundi duntaxat ſunt.*
241 *Explicatur textus in l.* Provinciales, 190. *de verb. ſignif.*
242 *Provincia, quæ prabuit conſenſum ad ſtabiliendam aliquam legem, ad conſequentiam etiam prabuiſſe cenſetur.*
243 *Verba legis accipi debent ſecundùm propriam, & naturalem ſignificationem.*
244 *Niſi lex utatur verbis impropriis.*
245 *Contrarietas ſemper eſt vitanda.*
246 *Gratia evitandæ correctionis à propria verborum ſignificatione eſt recedendum.*
247 *Abſurdum eſt concedere inferiori, quod Superiori eſt denegatum.*

Digitized by Google

MEritò hæc quæſtio poſtulabat pertractari, eo loco, quo non prorſus diſſimilis altera, nempe: *An qui in Sub-Prioratus Officio præficitur alicui noſtræ Religionis Conventui, eligi neceſſariò debeat ex provincia ad quam talis Conventus ſpectat, &c.* pertractata eſt *ſup. 4. part. princip. 4.* Quia vero ratio quæ tunc eam omittere ſuaſit, omnino ceſſavit, & à pleriſque reſolutionem difficultatis maximoperè deſiderari nobis innotuit, eam hic pertractare, licet præpoſterè, breviter cogimur, in ſuum poſtea chorum accommodandam, ſi Deo favente opus hoc aliquando iterum prælo remandari contingat. Igitur adeſt fundamentum ad hujus Principii excitationem, *3. part. Noſt. Conſtitut. cap. 4. num. 6.* verſ. *Cæterum*, ut præcitato loco vidimus, ubi Conſtitutio hæc habet: *Cæterum Electores in Capitulo Generali teneantur pro qualibet provincia provincialem, & Diffinitorem, nec non tot priores, quot habet Conventus ex Religioſis, qui filiatione, aut natura ad eam ſpectant, eligere.* Quæ verba jam diximus *ſup. num. 6.* ad Sub-Priores etiam pertinere poſſe.

Nunc autem quærimus, an ratione illius verbi *Filiatione* poſſit exoriri Sub-Priorale munus (Quod idem ſubintellige de cæteris muneribus) in aliqua provincia, qui ad eam, nec natura, nec profeſſione ſpectat, ſed in illa veram acquiſivit Conventualitatem juſſu Superiorum, id potentium concedere?

Affirmativè reſpondendum exiſtimo. † Ratio eſt, quia illo incolatu, 239
ſive Conventualitate videtur acquiſiſſe filiationem in illa provincia, eamque in filium eum adoptaſſe.

Probatur ſecundò ex difficili quadam, atque eleganti Ulpiani ſententia, *in l. provinciales, 190. ff. de verbor. ſignific.* ubi Provinciales dicuntur, † qui 240
in provincia domicilium habent, non verò qui ex provincia oriundi ſunt: *provinciales eos* (inquit Ulpianus) *accipere debemus, qui in provincia domicilium habent, non eos, qui ex provincia oriundi ſunt.* † Pro qua enucleanda ſententia 241
D. Franciſcus de Amaja *in Commentar. ad text. in l. Cives, num. 15. C. de Incol. lib. 10.* exiſtimat, quod, quum dicimus *provinciales*, hoc verbo non ſignificamus civilitatem, ſeu originem, ſed tantum habitationem, & domicilium, quia Originarius (inquit) non eſt vicinus, niſi etiam habitet, ut probatur *in l. 2. C. ubi Senatores*, ibi: *in provinciis verò ubi larem foverent.* *Et l. 8. tit. 2. lib. 7.* Recop. ibi: *A los naturales, que ſean vezinos, y moradores.* Qui prædictam autem habitationem non habet, etiam ſi naturalis ſit, non utitur commodis, & utilitatibus, aut juribus loci originis, ut probant relati à Narbona *in l. 20. Gloſſ. 2. tit. 3. lib. 4. Recopil. n. 154. & ſequenti.* Et ſtatutum loquens de Civibus non verificatur in Originariis, qui in civitate non habitant, ut voluerunt plures apud Petr. Barboſ. *in l. lex abſens, § proinde, ff. de judic. artic. de foro origin. num. 115.* Cum ergo (concludit Amaia) Provincialis ille verè dicatur, qui in provincia habitat, ille tantum hoc nomine cenſebitur,

ſebitur, qui domicilium habet, non qui inde oriundus eſt. Ex præfatis igitur textu, atque doctrina non leviter conſtat proprius (ad minus) illum *provincialem*, ſive *filium provinciæ* haberi, & dici poſſe, qui Conventualitate in ea, aut habitatione gaudet, quàm qui his excluſis, inibi duntaxat, aut natus, aut profeſſus eſt.

Nec obeſt dicere, hanc Conventualitatem, ſive incolatum acquiri Generalis authoritate, & beneplacito, ut poſtea dicemus, minimè tamen interveniẽte provinciæ conſenſu, qui ad adoptionem videbatur neceſſarius, nam quod omnes tangit, ab omnibus debet adprobari. Nam reſponderi

242 poteſt, quod † quando lex præbet Generali facultatem, ut ejus conſenſu interveniente talis mutatio fieri poſſit, ſupplet provinciæ conſenſum, qui præceſſit, quando illud lege ſtabilitum fuit.

Quod præcipuè ſine hæſitatione aliqua adfirmare debemus, quando provincia aliquo ſpeciali actu declaraverit ſuum conſenſum tali adoptioni accommodaſſe, ut puta ſi Capitulum Generale, aut Provinciale illum propoſuiſſet pro prædictis muneribus obeundis juxta ſtabilita 3. *p. Conſtit. cap.* 4. *num.* 6. vel eum elegiſſet in Socium, ſive Subſtitutum, ad quæ non niſi filii provinciæ admitti poſſunt, ut habetur *dict. cap.* 4. *num.* 5. ibi: *Duo Socii eligantur, qui ſint ex Conventualibus illius provinciæ.* Et infra: *Similiter eligantur quatuor Subſtituti, in quibus qualitates in Sociis requiſita reperiantur.* Quo eventu jam conſenſum provinciæ verè, & expreſsè interveniſſe conſtat.

243 Nec ſufficiet dicere, † hanc filiationem non propriam, ſed fictitiam eſſe, & verba legis eſſe accipienda in potiori ſignificatu ſecundum ſuam propriam, & naturalem ſignificationem, *l. ex parte*, §. *Inſulam*, *ff. de verbor. obligat. l. Statim Florus*, §. *Cornelio*, *ff. de jure Fiſci*, Surdus, *deciſ.* 288. *num.* 27. Cardin. Thuſc. *Tom.* 8. *litt. V. concluſ.* 91. quod præcipuè in Statutis locum habet, quæ intelligi debent ea proprietate, ac Vulgus intelligit, *l.* 1. §. *ſi is qui navem*, *ff. de exercitatoria actione*, *l.* 1. §. *hac verba*, ubi notat Barth. *ff. de negot. geſt.* Cardoſ. *in prax. judic.* verb. *Verbum*, *n.* 16.

244 Quia reſpondetur hoc eſſe verum, quum lex † utitur verbis propriis, ac naturalibus, ſecus verò, quum impropriis, & translatitiis, ſicut eſt illud *Filiatione* in Conſtitutione prædicta. Unde quum filiatio proveniens ex adoptione (de qua dicit Bald. *conſil.* 146 *princ. quod ſunt filii ficti, natura non cooperante*) impropria ſit, & hoc ipſum dici debeat de filiatione, quæ ex profeſſione provenit, conſtat translatitiè Conſtitutionem fuiſſe loquutam.

Et confirmatur ex alio noſtrarum Conſtitutionum loco, 3. *part. cap.* 2. *num.* 15. ubi, dum decernitur, quod electiones ſe ſe inter unum, & alterum Capitulum offerentes (quas *intermedias* vocant) fiant à Definitorio, ſtabilitum fuit, hoc debere fieri: *Regulariter ex Religioſis filiis illius provinciæ, pro qua fit*

Digitized by Google

ſit electio natura, profeſſione, aut actuali habitatione. Ubi, in ordine ad electiones, filios provinciæ vocat non ſolùm eos, qui ſunt natura, & profeſſione, verùm etiam, & actuali habitatione. Ergo quum Conſtitutio *dict. cap. 4. num. 6. fin.* exigit electos futuros eſſe illius provinciæ, pro qua ſit electio, *natura, aut filiatione*; ly filiatione comprehendit, & non excludit eos, qui ſunt filii illius provinciæ actuali habitatione; aliàs malè *dict. cap. 2. num. 15.* filios nuncuparet eos, qui ſunt illius provinciæ natura, profeſſione, aut actuali habitatione.

Nec ſatisfacies, ſi dicas *dict. num. 15.* ſermonem fuiſſe de electionibus intermediis, quæ à Definitorio celebrandæ ſunt, non verò de celebrandis à Capitulo Generali, de quibus aliter ſtabilitum eſt, *dict. cap. 4. num. 6.* ſcilicet, ut in eis nominentur Religioſi, qui filiatione, aut natura ad eam provinciam ſpectant.

Nam reſpondetur, illud verbum *Filiatione* eſſe per ſe ſufficiens, ut comprehendat omnes quolibet titulo filios provinciæ, ſive profeſſione, ſive actuali habitatione, ut jam probavimus, & ipſa Conſtitutio prædicto *num. 15.* ſatis perſpicuè oſtendit, illis verbis: *Ex Religioſis filiis illius provinciæ natura, profeſſione, aut actuali habitatione:* quæ quum ex ſe liqueant, nullam emendicant ponderationem. Maximè cum filiatio etiam translatitiæ ad profeſſionem uſurpetur, ut probavimus.

Secundò probatur noſtra concluſio. Quia contrarietas ſemper eſt † 245 † vitanda, & concilianda in omni diſpoſitione, *l ubi repugnantia. ff. de reg. jur. cap. cum expediat, de elect. lib. 6.* Alexand. *conſ. 141. viſo teſtamento, num. 4. & 5. lib. 2.* Surd. *deciſ. 276. num. 3.* Franciſc. Aretin. *conſil. 9. in princip.* ubi adſerit, quod interpretatio debet fieri, ut tollatur omnis contrarietas: & jura juribus concordari oportere, probat cum pluribus Thom. Sanch. *7. de matrimon. diſp. 37.* † Et gratia evitandæ correctionis, à propria verborum 246 ſignificatione eſſe recedendum, docet idem Sanch. plura adducens, *lib. 1. de matrim. diſp. 16. num. 6.* Ergo licet dato, & non conceſſo, quod hæc noſtra expoſitio non eſſet ita legitima, & rigoroſus ſenſus illius verbi *Filiatione* eam non caperet, deberet utique neceſſario ſic intelligi, ut evitetur contrarietas, quæ ex *cap. 2. noſtrarum Conſtit. cum cap. 4.* inſurgebat, ſi aliter Filiatio ſumatur in uno, ac in altero textu.

Et confirmatur primò: Quia abſurdum foret adſerere Capitulum Generale neutiquam poſſe eligere Conventualem actualem alicujus provinciæ, Definitorium autem poſſe. Ex quo † veniret, conceſſum eſſe Inferiori, quod Superiori fuerat denegatum. Quod, quàm ſit abſurdum, nemo eſt, qui non videat. 247

Secundò confirmatur. Quia non ita facile adſignari poterit aliqua differentiæ ratio, ob quam Definitorio concedatur talis poteſtas in electionibus

nibus intermediis, & denegata ſit Generali Capitulo. Nam (ſuppoſita idoneitate, quam habere debet eligendus ſive à Capitulo, ſive à Definitorio) quod in electionibus intermediis eligi à Definitorio poſſit, qui actu eſt Conventualis, neceſſariò pervenire debet, vel quia ex tali electione aliquod commodum reportat Provincia, vel quia ex eo adminiſtratur, & juſtitia diſtributiva, & commutativa, tam reſpectu Provinciæ, quàm ipſius Religioſi, vel ob aliam rationem, quæcunque illa ſit; atqui hæc omnia neceſſariò concurrunt in eligendo à Capitulo Generali, & ubique eadem omnino, pariformiterque ratio currit. Ergo id quod in uno eventu admittitur, & in altero etiam admitti debet. Quia ubi eſt eadem ratio; debet eſſe eadem juris diſpoſitio.

Nec infringes, ſi occurras dicens, has leges in noſtra Religione ſenſu diverſo communiter fuiſſe intellectas ita, ut in electionibus inter unum, & aliud Capitulum mediantibus eligi poſſint, qui actualiter ſunt Conventuales provinciæ, non verò in electionibus à Capitulo Generali provenientibus. At conſuetudo eſt optima legum interpres, ergo &c.

Ad hoc enim reſpondetur, eas leges (ni fallor) oppoſito ſenſu ſecundum cruſtam, ſive corticem ad ſummum perceptas fuiſſe, non verò ſeriò enucleatas. Quod profectò inſufficiens eſt, ut eas diſſonas omnino fateamur; præcipuè tamen, cum praxis alicujus Generalis Capituli id penitus non convicerit, quam quidem non conſtat præceſſiſſe, ut neceſſarium erat, ad hoc, ut conſuetudine receptum eſſe, diceretur, imò contrarium non difficulter exiſtimo, probari poterat ex praxi.

Roboraturque ex altera noſtra Conſtitutione, quæ habetur 3. *part. cap.* 4. *num.* 6. ubi decernitur, ut in Provinciali Capitulo quilibet Gremialium deſignet duplicatum numerum Religioſorum ad officia Provincialis, & Priorum ex Religioſis actu Conventualibus. Sed ſic eſt, quod omnes qui ſchedulis adſignari poſſunt, habiles neceſſariò eſſe debent, ut à Capitulo Generali eligi valeant. Quia licèt poſtea ſubjiciat: ut ſic nominati habeant omnia requiſita ad prædicta munera, pro requiſito intelligit, eſſe actu Conventuales: aliter enim præter rem eſſet, exprimere tale requiſitum, permittendo illos talibus ſchedulis ſcribi, ut ſic in Capitulo Generali eligi poſſint; nam poſtea ſubdit: *Et ex ibi adſignatis communiter, & regulariter eligantur.* Et addit, quod pro noſtro caſu dignum notatu eſt: *Tam in Capitulo Generali, quàm in Definitorio.* Ergo utrobique indifferenter valebit eligi, pro quolibet munere provinciæ, qui actu Conventualis eſt, ſi diſpoſitio legis rectè perpendatur.

Et confirmatur. Nam quando aliqui ratione alicujus impedimenti nequeunt eligi in proximo Capitulo; decernitur, ut ſchedulis non ſcribantur, licèt aliàs capaces ſint. Quapropter ſubdit ibidem, quod non adſignen-

tur, qui per integrum ſexennium Prælatura functi ſint, ibi: *Dum tempore Capituli Generalis immediatè futuri ſexennium in gubernatione non expleverint.* Ergo eo ipſo, quod permittantur ſcribi in ſchedulis, qui actu Conventuales ſunt, eos ad talia munera habiles præſupponi, fatendum eſt.

Tertiò probatur noſtra ſententia. Quia tale ſtatutum rationi repugnaret, eſſetque oppoſitum bono communi & Religionis utilitati. Cujus ratio eſt: Quia conceſſa facultate P. N. Generali Religioſos transferendi, dum ſibi expediens videatur, de una in alteram provinciam, ut habetur ex *Conſtit. c. 6. num. 3.* ibi: *Ad Patrem Generalem ſpectat, Religioſos de una in alteram provinciam transferre.* Quum hæc translatio ob provinciarum, ſive Religioſorum commodum compluries neceſſaria ſit, non videtur poſſe adeſſe urgentem aliquam rationem ad ſtabiliendum, ſic translatum ad Provinciam, ad illius munera, ſive officia ineptum eſſe, ſi aliàs bonæ indolis, ſubolis ingenii, obſervantiæ, & Religionis ſtudioſus reperiatur; præcipuè tamen ſi annis aliquot provinciæ adfuiſſet, conducibiliter, & piè ipſi deſerviendo: aliter enim manifeſtè corruerent juſtitia diſtributiva reſpectu ipſius, reſpectu verò provinciæ commutativa, ſiquidem ab illa emolumentum, quod talis Religioſi miniſterio ſubſequi poſſet, auferretur. Conſtat autem quodlibet ſtatutum non innixum rationi, aut bono communi oppoſitum eſſe repudiandum. Ergo quum hoc reperiatur in præfata legis interpretatione, protinus explodi debet.

Tu verò, cujus NOMINI ſuper omne nomen tremens flectitur omne genu, COELESTIUM, TERRESTRIUM, ET INFERNORUM, DEUS VERUS DE DEO VERO, faxis, ut quantuluſcunque hic meus (cui ultimam impoſui manum die, quo dulciſſimum hocce tuum nomen toto jam Orbe perſonat) in laudem tui ipſius cedat (O cedat!) qui cum Patre, & Spiritu Sancto per infinita ſæculorum ſæcula regnas: AMEN.

Quicquid in hoc Opere, vel alibi dixi, aut dixero, non modo S. ROMANÆ ECCLESIÆ judicio ſubjecta ſunto, verùm & cujuslibet rectiùs ſentientis limæ.

FINIS

SYLLABVS NOTABILIVM.

Primus Numerus Partem denotat; Secundus Numerum marginalem.

A

A. Vide, *Dictio.*

Abbas, ſeu Prior per ſe, vel per alium poteſt Novitios ad profitendum admittere, 3, 456.

Abbas, ſive quilibet alius immediatus Prælatus eſt proprius Religioſorum Paſtor, 3, 194. Ejus committens Prælato aliquos caſus, de Abbate, non verò de alio Superiore intelligitur, 3, 193.

Abbas, ſeu Prior non poteſt aliquem ad profeſſionem admittere, niſi cum majori parte Capituli, 4, 181. Et è contra, 4, 182.

Abbate, ſeu Priore ſuſpenſo à collatione beneficiorum, ad Priorem Clauſtralem, ſive Sub-Priorem ipſo jure collatio devolvitur, 4, 170.

Ad Abbatem, ſeu Priorem abſolutè ſpectat tota Conventus gubernatio tam circa ſpiritualia, quàm tēporalia, 2, 3.

Abbates, ſive Priores poſſunt aliquos caſus, etiam ipſis præſentibus, Sub-Priori, vel alteri demandare, 2, 7.

Abbatis nomine omnes Prælati intelliguntur, 4, 191.

Abbatiſſarum poteſtas, qualis? 1, 62.

Abbatiſſarum juſſa parvipendentes, peccant contra obedientiæ votum, juxta gravitatem materiæ, 2, 42.

Abeſſe non dicitur, qui brevi eſt reverſurus, 3, 384.

Abſens Prior quando dicatur? 4, 105. *cum duobus ſequentibus.*

Abſentes Priores, vide, *Priores abſentes.*

Abſentia Prioris qualis requiratur, ut Sub-Prior gaudeat juriſdictione Prælati principalis? expenditur, 3, 380. Non placet Peregrini ſtabilitè dicentis requiri abeſſe Priorem, non ſolum à domo, ſed etiam à civitate, 3, 381. Nec Lezanæ adhærentis ſufficere, ut Prior extra Conventum, vel Oppidum exiſtat, 3, 382. Nec Dianæ tenentis ſufficere ut Prior eodem die non reverſurus ſit, 3, 383. Verior ſententia requirit tempus viginti quatuor horarum, 3, 385. Limitatur in poteſtate ad reſervandos caſus, 3, 387. Pelizzarius explicatur, 3, 386.

Abſentia, vide, *verbum.*

Abſentia Prioris idem confert Sub-Priori Vicario, ac defunctio Officii, ſive vitæ, 3, 199. & 200.

Abſentia Prioris, ut ad Sub-Priorem Vicarium regimen Conventus pertineat, per viginti quatuor horas debet perdurare, 4, 171.

Abſolvendi poteſtatem habens à læталibus, habet poteſtatem abſolvendi à qualibet cenſura non reſervata, tam à jure, quàm ab homine generaliter lata, 3, 174.

Abſolvere poteſt Sub-Prior à Priore Vicarius ſuos Religioſos à peccatis non reſervatis, & à reſervatis Prælato, ſive Prælatis indefinitè, 3, 421.

Abſolvere ſibi Subditos poteſt Sub-Prior tempore ſuæ præſidentiæ ab omnibus cenſuris latis, vel à jure, vel a Religione, 3, 171.

Abſolvere à cenſuris, vide, *Sub-Prior à lege Vicarius an poſſit abſolvere à Cenſuris?*

Abſolvere poſſe Prælatos Regulares à non reſervatis, vide, *Prælati Regulares ſunt Ordinarii Paſtores.*

Abſolutio a caſibus, & Cenſuris eſt actus juriſdictionis voluntariæ, 1, 67.

Abſolutio ab excommunicatione eſt actus juriſdictionis voluntariæ, & poteſt fieri extra propriam Diœceſim, 1, 81.

Abſolutio à Cenſuris, vel aliis caſibus occultis, Epiſcopis à Tridentino conceſſa imperriri non poteſt extra territorium, 1, 83. Contrarium tamen probabile, 1, 84.
Abſolutio Sacramentalis prærequirit poteſtatem Ordinis, & juriſdictionis, 3, 264.
Abſurdum eſt concedere Inferiori, quod Superiori eſt denegatum, 4, 247
Abſurdum ſemper vitandum, 4, 46.
Acceſſorium ſequitur naturam principalis, 1, 188
Actum indigentem conſenſu Epiſcopi, & Capituli neque Epiſcopus ſine Capitulo, neque Capitulum deficiente Epiſcopo poſſunt exequi, 4, 182.
Actus incipere non poteſt ubi finem accipere debet, 4, 94
Actus abſolvendi in privilegiis potius ad interius, quàm ad exterius tribunal pertinet, 3, 191.
Adminiſtrationem bonorum Monaſterii habet immediatus Prælatus, 1, 217.
Admittere poteſt Sub-prior Vicarius à priore Novitios ad profeſſionem, 3, 436
Adoptari poteſt quis apud ſe ipſum, 1, 75.
Adoptio eſt juriſdictionis volūtariæ, 1, 66
Affectus, vide, *Provinciam.*
Aliquid, vide, *Dictio.*
Alius, vide, *Dictio*
Animus permanendi attenditūr ad domicilii acquiſitionem, 4, 22.
Animus perpetuò habitandi præſumitur ex habitatione decennii, 4, 27.
Antiquior Conventus, quando ſuccedat in Monaſterii regimen? 4, 56.
Antiquior ex Conventualibus ex præſcripto legis in Conventus regimen ſuccedit, ſi Sub-prior Vicarius abſit, ſive deficiat, 4, 235.
Apoſtolicas literas expedire, vide, *Delegatus Apoſtolicus.*
Arbitri accipiunt juriſdictionem à partibus, 1, 91. Sed rectius accipiunt eam [illegible] jure, 1, 92.
Archi-Diaconi, & Archi-presbyteri Officium habet quandam ſimilitudinem cum Officio Sub-prioris, 1, 232.
Archi-Diaconi, & Archi-presbyteri [illegible] caſu [illegible] dicuntur, 1, 279.
Argumētum de mandato [illegible] mandatum juriſdictionis valet [illegible]
Argumentum de juriſdictione ad [illegible] nium eſt validum in jure, [illegible]
Argumentum ab ethymologia [illegible] validum eſt, 3, 34[illegible]

B

BArnabas de Reſſa & [illegible] tor, 1, 268.
Benedicendi corporalia, ornamenta [illegible] & cæt. attento jure communi nulla [illegible] facultas Regularibus Prælatis [illegible] Actus hic benedicendi ex ſola [illegible] tione Epiſcopali cenſetur, [illegible] liqua, vide, *Sub-Prior [illegible] Conventus præeſt, & Sub-Prior [illegible] Vicarius poteſt benedicere*
Benedictina plura Monaſteria abſque [illegible] batibus ſolos agnoſcebant, & [illegible] Priores, 1, 212.
Ad Beneficia patrimonialia, pro quibus non niſi naturales vocantur, qui admitti debeant? 4, [illegible]
Beneficium dari dicitur propter officium, 1, 7.
Beneficium dicitur Officium [illegible] hibitum, 1, 2.
Beneficii [illegible] voluntari[illegible]
Beneficium conferre ſibi non poteſt, qui aliis habet facultatem conferendi, [illegible] 139.

C.

CÆremonialis noſtri caput 2. explicatur, 4. 120. & 128
Cæterorum appellatione [illegible] duntur, 1, [illegible]
Calatravenſis Conventus [illegible] ca lectionem in Choribus, [illegible]
Calatravēſis Conventus Sub-prior quam poteſtatem habeat? 2, [illegible]
Capitulum Sedevacante [illegible] ceſſaria exercere valet, [illegible] Sedes vacet per Epiſcopi [illegible] nem, 4, 150.
Capitulum aliud eſt [illegible]

Capitulum Generale poteſt tollere, ſeu limitare uſum privilegiorum, 4.212. Sed non poteſt decernere contrarium juri communi, 4.213.

Captivitas in jure pro morte civili reputatur, 1.168. & per captivitatem ſervus quiſque efficitur, 1.172.

Caramuel refutatur, dum adſerit Conventuales nõ teneri obedire Sub-Priori, niſi in foro exteriori, eamque obligationem ad 4. Decalogi pertinere, 1.46.

Caſinenſis Monaſterii Clauſtralis Prior tempore Capituli habet regimen Conventus, 3.19.

Caſus reſervatus de Falſificante ſigillum, ſive manum Officialium Conventus, proponitur, 1.14. Et Portelli Peyrinis, & Suarez ſententiæ referuntur, 1.15.16.17. & 18. Authoris ſententia explicatur, 1.19.20.21.

Caſus omiſſus relinquitur ad diſpoſitionem juris communis, 4.99.

Caſus duo, quando æquiparantur in jure, diſpoſitum in uno, & in alio diſpoſitum cenſetur, 4.102.

Cauſa diſpenſationis ceſſante an ceſſet diſpenſatio? Remiſſivè, 3.152.

Cauſa juſta requiritur ad diſpenſationes ſuper leges Superioris elargiendas, 3.74. Et quæ hæc ſit? 3.75.78.90.& 91.

Cauſa ſpecialis non requiritur in his rebus, quæ, ut licitè fiant, licentiam Superioris prærequirunt, 3.94. Sufficiet tamen rationabilis titulus, 3.95.

Cauſa ceſſante ceſſare debet effectus, 3.483.

Cauſæ meri, mixtique imperii an delegari poſſint? Remiſſivè, 1.131.

Cenſuræ, & peccata duo ſunt vincula, quę beneficio abſolutionis auferuntur, 3.164.

Ceſſante cauſa diſpenſationis an ceſſet diſpenſatio? Remiſſivè, 3.152.

Ceſſante cauſa ceſſare debet effectus, 3.485.

Chriſtus Dominus, licet in Bethleem naſceretur, in Nazareth natus dicitur, & quare? 4.23.

Chriſtus Dominus, licet in Bethleem natus Originarius Nazareth dicebatur, 4.36.

Chriſtus Dominus habuit tres Patrias, 4.50.

Ciſtercienſi in Religione limitata eſt ſecundario Prælato poteſtas excommunicandi, 5.33.

Clauſula in Bullis Pontificiis adponi ſolita *Sub pœna privationis ab Officio, Graduum, Dignitatum, &c.* interpretatur, 1.32. *cum ſequentibus.*

Clauſtralis Prior, vide, *Prior Clauſtralis.*

Clauſtrum à claudendo dicitur, 1.223. Et quur in Monaſteriis ſic appellatum? 1.224.

Coadjutor nominatur ſolatium coadjuvati, 1.251.

Coadjutor Prioris dicitur Sub-Prior, 4.1.

Coadjuvare Priorem Sub-Prioris Officium, 4.13.

Collatio beneficii eſt actus juriſdictionis voluntariæ, ſed exerceri nequit ab Epiſcopis Romæ exiſtentibus, niſi Papa exeat urbe, 1.182.

Commiſſio, vel poteſt eſſe Realis, vel Perſonalis, 3.283. Quando dicatur Realis, & quando Perſonalis? Remiſſivè, 3.287.

Commiſſio Vicario Epiſcopi injuncta nequit ab Epiſcopo expediri, 3.291.

Commiſſio facta Vicario Epiſcopi, tranſit in ſequentem Vicarium, ex benignitate juris, 3.300.

Committens Prælatus alii juriſdictionem ſuam non operatur, ut duo Prælati dici poſſint, 3.334.

Committens abſolutè vices ſuas, nihil ſibi reſervat, 3.432.

Commoditas commoditatis non datur, 1.148.

Commodum ex malitia non eſt reportandum, 1.45.

Commutatio eſt actus juriſdictionis voluntariæ, 1.67.

Concedere Inferiori, quod Superiori eſt denegatum, abſurdum eſt, 4.247.

Conceſſa aliqua re, conceduntur & neceſſaria ad illam comparandam, 3.398.

Conceptionis Marianæ in controverſia laudabiliter plures voto ſe adſtringunt ad pientiorem opinionem ſequendam. 1.260.

Condemnatio fit per ſententiam imponentem obligationem, quæ ab Inferiore auferri nequit, 3.102.

Conditione exiſtente purificatur diſpoſitio, 4.74.& 87.

Conditione impleta ita valet actus conditionalis, ac ſi purè à principio eſſet emiſſus, 4.76.

Confeſſarius habens poreſtatem abſolvendi à lætalibus, poteſt abſolvere à qualibet cenſura non reſervata, tam à jure, quam ab homine generaliter lata, 3.174.

Confeſſarium eligere an poſſint Prælati Regulares? vide, *Prælatis Privilegium à jure conceſſum.*

Confeſſarium eligere non poteſt Sub-Prior ratione ſui Officii, 2.20.

Confeſſarium eligere poſſunt Priores noſtri, & eorum Vicarii. 4.218.& 221.

Pro Confeſſionibus excipiendis non poteſt Sub-Prior noſt. Vicarius facultatem concedere, 4.210.

Conſervatores in Judices eligi poſſunt de jure communi, qui habent Dignitates, vel Perſonatus in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, 3.307. Conventuales Prælati an ex hoc jure eligi poſſint? dubitatur, 3.306. Ex vi privilegiorum ſuorum certum eſt, poſſe, 3.309. Et ſemper reperitur utilitas Monaſterii, 3 313.

Conſervatorio munere fungi non poſſunt Priores noſt. neque eorum Vicarii, 2.222.

Conſtitutionibus noſtris congruè ſtabilitum eſt, ne Sub-Prior in abſentia Prioris aliquid innovare præſumat, 1.262.

Conſtitutiones noſtræ, dum prohibent aliquid innovare, congruunt optimè juri Pontificio, 4.152. Et quo pacto? 4.153.& 154.

Conſtitutiones noſtræ, dum prohibent, ne aliquid innovetur, rectè conformantur cum Rubrica *Ne Sede vacante, &c.* 4.166.

Conſtitutiones noſtræ, 1. p. c. 5. fin. interpretantur, 4. 170.

Conſtitutiones noſtræ, p. 3. c. 13. n. 10 explicantur, 4.14.

Conſtitutiones noſtras, 1. p. n. 2. c. 5. interpretatur, 4.111.

Conſtitutiones noſtræ, c. 13. nu. 12. & ſequenti, 3. p. expenduntur, 4.121.

Conſtitutiones noſtræ, 1. p. c. 5. fine explicantur, 4.129.

Conſtitutiones noſtræ, 4. p. c. 4. §. 4. explicantur, 4.131.

Conſuetudo eſt optima legum interpres, 4. 119.

Conſuetudo introducta in Seraphica Capuccinorum familia, Ne Guardiani, licet poſſint, eligant Confeſſarium ex non adprobatis, laudatur, 4.221

Conſuetudo confert Ordinariam juriſdictionem, 1. 97.

Contentioſa juriſdictio quæ ſit? 1.64. Aliquando induit naturam voluntariæ juriſdictionis, 1.71.

Contentioſa juriſdictio diſtinctionem perſonarum requirit, 1. 73. 3. p. 121. Non exercetur extra proprium territorium, 1. 76. Excommunicatio ad eam pertinet, 1. 78.

Contentioſa juriſdictio exerceri poteſt in alieno territorio, ſi Judex territorii, & Partes conſentiant, 1.86. Et ſufficit tacitus conſenſus Judicis alieni territorii, 1.88. Inſuper, & Partium, 1. 89.

Contractus celebrare Sub-Priori noſtro Vicario non permittitur abſente Priore, 4.147.

Conventualis Prior, vide, *Prior Conventualis.*

Conventus Calatravenſis obſervantia circa lectionem in Clauſtro, 1.228.

Correctionis evitandæ gratia, a propria verborum ſignificatione eſt recedendum, 4.246.

Correctore vita, ſive Officio functo ejus Locumtenens ſuum proſequitur

ex

ex nova commiſſione 1.196. vide, *Locum-tenentes.*

Correctoria lex non eſt extendenda ultra caſus ab ea adſignatos, 4.130.

D.

DEbeat, ſuapte natura parendi obligationem importat, 4.9. Aliquando minus propriè honeſtatis debitum, 4.10.

Debitor, vide, *Fraudem.*

Decennium requiritur ad præſumendum animum perpetuo habitandi, 4.28.

Declaramus, vide, *Verbum.*

Declarationis effectus eſt, quæ obſcura ſunt, explicare, 4.178.

Delegabilis eſt poteſtas ad profeſſiones recipiendas, 4.186. *cum ſequentibus.*

Delegabilis eſt facultas conceſſa Prælatis ex vi ſuorum privilegiorum, 3.203. Quia talis facultas competit dignitati, vel Officio, 3.206.

Delegans juriſdictionem, majorem poteſtatem penes ſe retinet, quam conceſſit, 3.458.

Delegare poteſt Ordinarius, 1.124. *cum ſequentibus.* Totam ſuam juriſdictionem inconſulto Principe delegare non poteſt, 1.130. & 3.400. Nec Ordinariam Juriſdictionem ex privilegio provenientem, 1.129.

Delegare poteſt Prælatus Inferior facultatem, quam habet abſolvendi à reſervatis Superiori, 3.224. Nam per illam facultatem ſibi conceſſam reſtitui videtur in jure, quod poſt reſervationem illi fuerat ablatum, 3.225.

Delegare alteri ſuas vices pro tempore abſentiæ poteſt Sub-Prior Vicarius a lege ſuffectus, 3.325.

Delegare an poſſit Sub-Prior Vicarius a Priore nominatus? vide, *Sub-Prior Vicarius a Priore ſuffectus.*

Delegare poteſt Judex Ordinarius, quæcunque ſibi jure Ordinario competunt, 3.489.

Delegare totam ſuam poteſtatem, quando poteſt Sub-Prior noſter Vicarius? 4.132. 133. & 134. Et quid circa delegationem aliquorum caſuum, 4.135.

Delegari poſſunt non ſolum actus juriſdictionis, ſed & alii, 3.415.

Delegari poteſt privilegium in favorem animarum conceſſum, 3.414. Et conceſſum intuitu dignitatis, 3.415. Et poteſtas, quæ competit, non Perſonæ, ſed Dignitati, vel Officio in perpetuum, 3.416.

Delegari poſſunt non ſolum quæ competunt jure Ordinario, ſed etiam quæ ex Principis privilegio proveniunt. Et quo pacto hoc intelligi debeat? 3.417.

Delegari non poteſt, quod Superioribus Prælatis jure ſpeciali competit. Secus, ſi cuilibet Prælato, 4.190.

Delegata juriſdictio a quolibet Ordinario poteſt concedi, 1.118.

Delegata juriſdictio reſtringenda, etiamſi à Principe procedat, 1.149. Et eſt infirmior Ordinaria, 1.151. Et accidentalis dicitur, 1.154.

Delegata juriſdictio voluntaria aliquando eſt favorabilis, 1.150.

Delegata juriſdictio morte concedentis exſpirat re integra, 1.158. Et ejus ratio adſignatur, 1.159. Nec transfunditur in Delegatum, quouſque ea uti cœperit, 1.164. Et eo caſu non expirat concedentis morte, 1.166. Exſpirat ſimiliter morte civili, 1.167. Et corruit quoquomodo Delegantis juriſdictio corruat, 1.174.

Delegata juriſdictio aliquando ab ipſa lege profluit, 3.2.

Delegata juriſdictio, quando concurrat cum Ordinaria? 3.146. Et quando non? 3.147.

Delegata juriſdictio minùs favorabilis, & infirmior eſt Ordinaria, 3.453.

Delegata juriſdictio inſufficiens eſt, ut gaudens illa, in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutus dicatur, 3.469.

Delegatam habens poteſtatem diſpenſandi ſine limitatione, vel cum aliqua Communitate, cujus ipſe eſt pars, poterit, & ſecum diſpenſare, 3.420.

Delegati ad confeſſiones audiendas, licet

licet ſint ad univerſitatem cauſarum, nequeunt vel unius confeſſionis audientiam delegare, 3. 448. Etiam Vicarium Officium committendo, contra Martinum Perezium oſtenditur, 3. 450.

Delegatio eſt actus juriſdictionis Ordinariæ, 3. 326.

Delegatio eſt effectus juriſdictionis Ordinariæ, 3. 394.

Delegatione Sedis Apoſtolicæ Priores noſtri, & eorum Vicarii fungi non poſſunt, 4. 223.

In Delegato Apoſtolico prærequiritur Dignitas tempore delegationis, non vero, quando exequutioni mandatur, 3. 284. & 296.

Delegatus poteſt aliquando delegare, 1. 94.

Delegatus alienam juriſdictionem ſortitur, 1. 117.

Delegatus an habeat proprietatem juriſdictionis? 1. 119. An ſolum uſum? 1. 121.

Delegatus poſſidet juriſdictionis ſubſtantiam, proprietatem non habet, 1. 122.

Delegatus non ſubdelegat (etiamſi delegatus ſit à lege Prætoria, 1. 135) Et qua ratione? 1. 132.

Delegatus Principis ſubdelegat, 1. 133. Et Delegatus à lege civili, 1. 134. Et Delegatus ad univerſitatem cauſarum, qui habetur ut Ordinarius, 1. 136.

Delegatus ad univerſitatem cauſarum quis dicatur? 1. 137. Et quid de delegatione generali quo ad cauſas, limitata vero quo ad perſonas? 1. 138.

Delegatus non poteſt alteri partem ſuæ commiſſionis ſubdelegare, 1. 139. Alii abſolute adfirmant delegare poſſe, 1. 141. Alii diſtinguunt non poſſe delegare articulum continentem juriſdictionem, bene tamen in mero facto conſiſtentem, 1. 142. & 143.

Delegatus an ſubdelegare poſſit, ſi habeat ad hoc poteſtatem à Delegante? 1. 144. & 145.

Delegatus Principis dignior cenſetur Ordinario, 1. 153.

Delegatus Principis infirmior Ordinario, 1. 152. Et ab eo puniri poteſt, ſi delinquat extra vel intra cauſam delegationis, 1. 156.

Delegatus promovetur ob ſuſpicionem, 1. 155.

Delegatus, & Vicarius Generalis Epiſcopi differunt, 1. 193.

Delegatus accipit juriſdictionem ab Ordinario Delegante, 1. 194.

Delegatus Apoſtolicus eſſe poteſt, qui in Dignitate Eccleſiaſtica eſt conſtitutus, 2. 14. Et pro quo tempore delegationis Dignitas prærequiratur 3. 284. vide, *Dignitas*.

Delegatus Apoſtolicus quilibet Monachus eſſe poterit, ſi Pontifex ex certa ſcientia illum nominaverit, 2. 19.

Delegatus, & Vicarius, ſeu Vices gerens differunt, 3. 8.

Delegatus ad univerſitatem cauſarum reputatur tanquam Ordinarius, 3. 397.

Delegatus ad univerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare, 3. 442. Et conſuetudine permittente totam ſuam delegationem ſubdelegat, 3. 445.

Delegatus ad univerſitatem cauſarum poteſt ſuam juriſdictionem ſubdelegare. Quod intelligendum eſt in foro exteriori, ſeu interiori conſcientiæ, ſecus in pœnitentiali, 3. 447 & 448.

Delegatus ab Ordinario, qui à Principe habebat delegandi poteſtatem, Ordinariam juriſdictionem ſortitur, 3. 491.

Dictio *A*. regulariter excludit illud, cui adnectitur, & denotat terminum à quo, & ſeparativa dicitur, 4. 64. & 65. Et aliquando, ſi ſtatuat terminum ab ipſo actu, ſtat incluſive, 4. 66. & 67.

Dictio *Niſi*, præcedente oratione adfirmativa, conditionem importat, 4. 75.

Dictio *Alius* relativa eſt, ac diverſitatem perſonarum inducit, & includit diverſa ab expreſſis, 4. 81.

Dictio *Aliquid* etiam minima comprehendit, 4. 140.

Dictio

Dictio *Scilicet* eſt declaratoria præcedentium, 4. 188.

Dictio *Hic*, & dictio *Ille* ſunt demonſtrativa ad oculum, 4. 200.

Dictio *Dum* importat conditionem, 3. 545.

Dictio *Quaſi* denotat improprietatem, 3. 158. Et quid importet? 3 24.

Dignior an eligendus ſit ad Sub-Prioralc Officium? 4. 15. & 2. 62.

Dignitas cum adminiſtratione dicitur *Officium* latè ſumptum, 1. 10.

Dignitas requiritur pro expediendis literis Apoſtolicis, 2. 14.

Dignitas in Delegato Apoſtolico requiſita ad Literas Apoſtolicas expediendas, quo tempore adeſſe debeat? 3. 284. & 296. Qualis ſit cauſa impulſiva ita ſtatuendi, ut Dignitas deſideretur in expedituro Literas Apoſtolicas? 3. 283. Et qualis cauſa finalis? 3. 286.

Dignitate ut quis dicatur conſtitutus nihil intereſt, ut Officium ejus conditionis ſit, ut parum ſit duraturum, nec ne. 3. 278.

ad Dignitatem Prioralem dupliciter poteſt aliquid pertinere, 3. 57.

Dignitatis nomen dupliciter accipitur, 3. 270.

Dimiſſorias ad ordines concedere Sub-Prior Vicarius poteſt, 3. 236. Eſt actus juriſdictionis, 3. 237. Non ceſſat per mortem, ſeu finitionem Officii concedentis, 3. 238.

Diſpenſans Prælatus ſecum, poterit uti diſpenſatione poſt ceſſationem ſui officii, 3. 128.

Diſpenſans Prælatus ſecum in jejuniis Quadrageſimæ, interveniente juſta cauſa, poteſt tali diſpenſatione uti etiamſi dimidiata Quadrageſima defungatur Officio, 3. 140. Idem dicendum de Prælato, qui ratione itineris ſecum diſpenſavit in jejuniis, ſive in divini Officii recitatione, 3. 141. Dummodo perſiſtat juſta cauſa, 3. 142.

Sine *Diſpenſandi* poteſtate humanum regimen moraliter ſubſiſtere non poterat, 3. 36.

Diſpenſandi poteſtas in Prælatis vel provenire poteſt a jure communi, ſeu proprio, vel privilegio, 3. 38.

Diſpenſandi poteſtas ad Sub-Priorem Vicarium pertinet, 3. 37. Reliqua, vide verbo *Sub-Prior.*

Diſpenſandi poteſtas cuivis Prælato incumbit, niſi à Superiore limitetur, 3. 88.

Diſpenſandi obtinens facultatem à Pontifice cum Religioſo Illegitimo ad Prælaturas, & de facto diſpenſans, ſi poſtea objicit durat diſpenſatio, 3. 109.

Diſpenſans in lege Superioris, in alienis bonis diſpenſat, & ut validè diſpenſet, juſta cauſa debet intervenire, 3. 90 & 91.

Diſpenſat Summus Pontifex etiam cum invito, 1. 63.

Diſpenſatio ex natura ſua eſt actus juriſdictionis voluntariæ, 1 67. & 69.

Diſpenſatio, & licentia differunt, 3. 92.

Diſpenſatio non cadit ſuper rebus, quæ ut licitè fiant, indigent licentia Superioris, 3. 93.

Diſpenſatio abſolutè conceſſa non exſpirat extincto jure concedentis, 3. 106. vide, *Licentia*, ſive *Diſpenſatio.*

Diſpenſatio abſolutè facta, & perfecta tollit vinculum legis, 3. 129. Et non ceſſat obitu diſpenſantis, 3. 130.

Diſpenſatione ſemel petita à Superiore, nec impetrata an poſſit poſtea ab Inferiore concedi? 3. 96. & 100.

De Diſpenſatione circa Eccleſiaſtica præcepta, vide *Sub-Prior à lege Vicarius*

Diſpenſationem ante à Priore negatam poteſt noſter Sub-Prior Vicarius concedere. Et quo pacto? 4 176. & 177.

Diſpenſationes Inferiorum Prælatorum regulariter verſantur circa ea, quæ frequentiora ſunt, 3. 68.

Circa *Diſpenſationes* irregularitatum qualis poteſtas ſit Religionum Prælatis? vide

vide verbo *Irregularitas*.

Diſpenſationibus, quas Prælatus ſibimet conceſſit, non erit inconveniens uti poſt ſuum Officium finitum, 3.137.

Diſpenſatus in jejunio Quadrageſimali, juſta cauſa interveniente, ſi ea ceſſaverit, tenebitur ex tunc jejunare, 3.153. & 154.

Diſpenſatus in obligatione jejunii, ſeu recitatione divini Officii, pro aliquo die ob juſtam cauſam, licet poſtea ipſo die cauſa ceſſaverit, nec recitare, nec jejunare tenetur, 3. 162.

Diſtinctionem Perſonarum requirit juriſdictio contentioſa, 1. 73. Voluntaria minime, *ibid*.

Diſtinctio Perſonarum non requiritur in actibus juriſdictionis Voluntariæ, ſecus in actibus juriſdictionis coactivæ, 3. 121.

Diverſa ubi ſunt nomina, diverſa ſunt miniſteria, 3. 225.

Doctores adſerentes votum obedientiæ non reſpicere Abbatiſſas, ſeu Prioriſſas, Sub-Priores, ſeu Vicarios, Explicantur, 2. 40.

Doctores adſerentes Sub-Priorem à lege Vicarium Ordinaria gaudere juriſdictione, referuntur, 3. 12.

Doctores referuntur, quibus probatur Sub-Priorem à lege Vicarium verum Prælatum evadere, 3.17.

Doctores referuntur adſerentes filium dici naturalem Provinciæ, in qua Parentes ſuum domicilium ſortiebantur, licet alibi natus ſit, 4. 21. Hæc quæſtio fuit multoties agitata. 4. 32. Conciliantur Doctores, 4. 33.

Dolus ubi exigitur, non ſufficit ignorantia craſſa, ac lata culpa, 4. 160.

Domiciliarius alicujus loci Naturalis illius loci dicitur, 4. 53. & 54.

Ad *Domicilii* acquiſitionem magis attendi debet deſtinatio animi, quam corporalis aſſiſtentia, 4. 31. *cum ſequentib.*

Domicilium Patris facit filium Naturalem, & Originarium illius Provinciæ, licet alibi natus ſit, 4. 19.

Domicilium acquiritur animo permanendi, 4. 22.

Domicilium non deperditur per habitationem in alia Provincia Decennio & ultra, ſi adeſt animus redeundi ad propriam, 4. 24.

Domicilium acquiritur, etiamſi breviſſimi temporis habitatio ſit, ſi adeſt animus ibi contrahendi, 4. 25. Et [illegible]tur facto, & animo, 4. 26.

Dominativa poteſtas diſtinguitur a juriſdictionali, 1. 54. Ad quæ ſe extendat, 1. 56. *cum ſequentib.* Fundatur in Obedientiæ voto. 1. 60. & 2. p. 36.

Dominativa poteſtas quo pacto ad Sub-Priorem pertineat? 2. 24. & 35.

Dominativa poteſtas non ineſt [illegible] Sub-Priori, ſed partialiter, 2. 5[illegible].

Dominativa poteſtas in Prælati eſt ad inſtar Patris-Fam. in domo ſua, 2. [illegible] Differunt, *primò*, quia Patris Famil. circa temporalia, Prælatorum vero circa ſpiritualia verſatur, 2. [illegible] *Secundo*, quia Patris-Fam [illegible] ex obedientia Parentibus debita, Prælatorum vero, ex Obedientiæ voto, 2. 39.

Dominativa poteſtas ſufficiens eſt ad [illegible]ritanda vota, 2. 49.

Dominium penes duos eſſe non poteſt, [illegible] 329.

Dum, vide, *Dictio*.

E.

EAdem res diverſo iure cenſeri non debet, 1. 86.

Eccleſia Collegiata Regularis venit appellatione Prioratus Conventualis, [illegible] 216.

Eccleſia dividi nequit inter duos Prælatos, 3. 333.

Eccleſiis Collegiatis, & Cathedralibus [illegible] valet Officium [illegible] aut Prioris Clauſtralis, ubi Dignitates reperiuntur, quæ Epiſcopo dumtaxat ſubjectæ toti Capitulo [illegible]

ucpeta Archi-Diaconi, Archi-Presbyteri, Decani, 1. 232.
Effectus duos contrarios ſimul dari, cum ipſa rei natura pugnat, 4. 96.
Electio unius eſt reprobatio alterius, 4. 123.
Electio neceſſaria in Generali Præpoſitio, in aliis non item, 1. 108.
Electio Sub-Prioris, vide, *Sub-Prioris Electio.*
Per *Electionem* Collegii, vel Univerſitatis ad aliquod Officium, cui adnexa eſt juriſdictio, lex ipſa juriſdictionem defert, 1. 99. & 4. 235. Et facta proviſione de Prælatura intelligitur facta de juriſdictione adnexa, 4. 238.
Per Electionem regulariter confertur juriſdictio Ordinaria, 1. 106.
Eligendus Confeſſor virtute capit. fin. de pœnit. debet eſſe ab Ordinario adprobatus, 3. 261. Contraria ſententia non eſt improbabilis, 3. 262.
Eligendi Confeſſarium data facultate non intelligitur data ad caſus reſervatos, 3. 259.
Eligendi Confeſſarium facultas an competat ex privilegio ab Innocentio IV. conceſſo Confeſſariis noſtri Ordinis? Remiſſivè, 3. 260.
Eligere Confeſſarium an poſſint Prælati Regulares? vide, *Prælatis privilegium à jure conceſſum.*
Eligere Confeſſarium Priores noſtri, & eorum Vicarii poſſunt, 4. 218. & 221.
Emancipatio eſt actus juriſdictionis Voluntariæ, 1. 66.
Emancipari poteſt quis apud ſe ipſum, 1. 75.
Epiſcopalis poteſtas ad exequutionem teſtamentorum pertinet tanquam Ordinaria, & tanquam Delegata. Et quid operetur? 4. 90.
Epiſcopatus, & Vicariatus inter ſe ſunt incompatibiles, 3. 293.
Epiſcopi Romæ exiſtentes beneficium conferre nequeunt, niſi Papa ab urbe exeat, 1. 82.
Epiſcopi non poſſunt extra Diœceſim impertire abſolutionem à cenſuris, vel aliis caſibus occultis ex vi Tridentini, 1. 83. Contrarium eſt probabile, 1. 84.
Epiſcopi quo ad Ordinariorum inſtitutionem inferiorem poteſtatem habent, quam Generales, 1. 111. In aliis pluribus ampliori gaudent poteſtate, 1. 112.
Epiſcopi juriſdictio, & ejus Vicarii Generalis eadem cenſetur, eidemque Tribunali uterque præeſt, & pro eadem perſona reputantur, 1. 185.
Epiſcopis conceditur, ut poſſint Vicarios Generales conſtituere, 1. 190. & p. 2. 6. Ratio conceſſionis, 1. 191. Sed juriſdictionem Epiſcopi illi non tribuunt, 1. 192.
Epiſcopo excommunicato, ſive ſuſpenſo ſuſpenditur juriſdictio ejus Vicarii, quouſque Epiſcopus abſolvatur, 1. 184.
Epiſcopus extra Diœceſim excommunicare, nequit, 1. 77.
Epiſcopus extra Synodum poteſt minuere numerum Miſſarum. Et quo jure? 4. 89.
Epiſcopus aliquando poteſt tanquam delegatus, quod illi ut Ordinario non permittitur, 4. 91.
Epiſcopus non valet juriſdictionem Ordinariam concedere, 1. 100.
Epiſcopus nequit expedire commiſsionem ſuo Generali Vicario injunctam, 3. 291.
Epiſcopus, & ejus Vicarius ſunt diſtinctæ perſonæ, 3. 292.
Epiſcopus diſpenſare poteſt cum Parocho per ſeptennium ſtudiorum cauſa, ne ad Sacerdotium promoveatur, 3. 402. Et pro eo tempore nominat Vicarium eius loco, 3. 403.
Ethymologia plurimum conducit ad rei ipſius, de qua agitur, naturam declarandam, 3. 341. Validumque ex ea deſumitur argumentum, 3. 340.
Exceptio firmat regulam in contrarium, 4. 204. Intellige ex caſibus, qui exceptione

ceptione ſublata comprehendebantur ſub illa, ſecus de his qui non comprehendebantur, 4. 208. Quia ponitur ad reſtringendam, & non ad ampliandam regulam, 4. 209.

Excommunicare non poteſt Epiſcopus extra ſuam Diœceſim, 1. 77.

Excommunicare poteſt Sub-Prior Vicarius, 3. 31. Contra Rodriquez, 3. 32. In Religione Ciſtercienſi limitata eſt hujuſmodi poteſtas, 3. 33.

Excommunicatio ferri non poteſt in totam communitatem, bene tamen in ſingulos ſeorſim, 3. 30.

Excommunicatio generalis lata ab homine æquiparatur excommunicationi à jure latæ, ſi non reſervetur, 3. 173.

Excommunicatio privat ab omni juriſdictione, 3. 434.

Excommunicatio eſt actus juriſdictionis contentioſæ, 1. 78.

Excommunicationis caſu quidquid decernitur, videtur etiam decerni de morte, ſuſpenſione, aut interdicto, 4. 101.

Excommunicato Epiſcopo ſuſpenditur juriſdictio eius Vicarii, 1. 184.

Excommunicatus tenetur ad penſum divini Officii, 1. 44.

Excommunicatus non amittit juriſdictionem, niſi denuntiatus ſit, aut excommunicatio procedat ex notoria Clerici percuſſione, 3. 473.

Exempli gratia expreſſum, non reſtringit generalem diſpoſitionem, 4. 172.

Exequi non expedit omnia, quæ licent, 1. 202.

Extincto jure Authoris, extinguitur jus Succeſſoris, 1. 165.

F.

FAlſificantis ſigillum, ſive manum Officialis Conventus, peccatum reſervatur. Vide *Caſus*.

Filius natus extra Provinciam, in qua Parentes domicilium ſortiebantur, Originarius reputatur Provinciæ domiciliariæ, 4. 19.

Filius in peregrinatione ſuſceptus alienus à propria Provincia haberi non debet, 4. 29.

Forum interius propriùs eſt Inferioris, quam Superioris Prælati, 3. 192.

In Fraudem Creditorum non videtur factum, ſi debitor, qui non eſt ſolvendo, repudiet hæreditatem eo fine, ut ad creditores non perveniat, ſed ad Filios, 4. 86.

G.

IN Generalem Religionis poſt exemptionem translatum eſt abſolutum dominium, 1. 104.

In Generali commiſſione non veniunt ea, quæ in ſignum ſpecialis privilegii competunt, 4. 188

Generalis poteſt Ordinarios conſtituere, 1. 105. & 3. p. 5. Et in eo perinde [illegible] eſt electio, in aliis Prælatis non item, 1. 108. Et quo pacto Superior dici debeat? 1. 109. Gaudet ampliori poteſtate, quam Epiſcopus, quo ad Ordinariorum inſtitutionem, 1. 111. In aliis pluribus eam reſtrictiorem habet, 1. 112.

Generalis noſtri facultas Ordinarios creandi limitata videtur, 4. 229.

Generalis prohibitio etiam minima comprehendit, 1. 140.

Gloſſam Interlinealem interpretatur, 4. 23.

Gratia conceſſa ad arbitrium, ſeu beneplacitum concedentis morte illius exſpirat, 3. 18

Gratia abſolutè facta non exſpirat morte concedentis, 3. 106. *cum ſequentib.*

Guardiani in Seraphico Capucinorum Ordine laudabiliter non utuntur privilegio eligendi ſibi Confeſſarium, 4. 266.

Guardianis poteſtas conceſſa a Provinciali, remanet penes eorum Vicarios, ſeu Vicariorum Vicarios, 3. 446.

H. H

H.

HIc, vide, *Dictio*.
Horæ Canonicæ appellantur Divinum Officium, 1. 6.

I.

IEjunii Quadrageſimalis lex multiplex eſt, & ſingulis diebus quaſi novam obligationem inducit, 3. 155. Habet tractum ſucceſſivum. Et quo pacto hoc intelligendum? 3. 156. Singulis diebus adeſt nova jejunii obligatio, 3. 157. Poſt diſpenſationem cujuslibet diei debet nova cauſa produci, & præexiſtere, 3. 159. Salas reneitur adſerens diſpenſatum pro tota Quadrageſima manere diſpenſatum, etiamſi cauſa ceſſaverit, & ad ſummum peccare venialiter, 3. 164. Reneitur ſimiliter diſtinctio P. Granados, 3. 166.
Jejunii diſpenſatio pro aliquo die perdurat, etiamſi ipſo die cauſa ceſſaverit, 3. 162.
Jejunium non ſervans dum tranſit per locum, ubi obligatione voti jejunatur, venialiter peccat, 5. 165.
Ignorantia qualibet interveniente deficit animus delinquendi, niſi ſit ingens temeritas, 4. 161.
Ille, vide *Dictio*.
Illegitimi ad Prælaturas evehi non poſſunt, 2. 56. & 4. p. 6.
Illegitimus eſſe non poteſt Sub-Prior, 2. 57.
Immediati Prælati habent in Monaſterio eandem poteſtatem, ac Abbates, quomodolibet nuncupentur, 1. 218. Et dicuntur habere dignitatem, 1. 219.
Imperium merum ſignificat Antonomaſticos nomen poteſtatis, 1. 49.
Incertæ perſonæ juriſdictio committi non poteſt, 1. 146.
Incluſio unius eſt excluſio alterius, 3. 290, & 4. p. 57.
Inferior nihil poteſt contra legem Superioris, 2. 34.
Inferior non poteſt alterare tempus à lege deſtinatum, 4. 61.
Inferioris præceptum non indiget confirmatione Superioris, ſufficit, ut ipſe non contradicat, 2. 31.
Infinitas ſemper vitari debet, 1. 148.
Injuria irrogata Prælato, non ex perſona, ſed ex Officio dimetiri debet, 3. 233.
Injuria Sub-Priori irrogata qua pœna plectenda? 4. 125. & 127.
Innovare, poſitum in Conſtitutionibus noſtris, interpretatur juxta Rubricam juris *Ne Sede vacante aliquid innovetur*, 4. 139. Quid per verbum *Innovare* prohibeatur? 4. 141. Quidquid ſic innovatum fuerit, nullius erit valoris, 4. 156.
Innovare poſſet Sub-Prior Vicarius tempore ſuæ præſidentiæ, ſi Conſtitutio non coarctaſſet. 4. 155.
Innovare poterit Sub-Prior Vicarius, ſi rationabilis cauſa ſubſit, nec ſit recurſus ad Priorem abſentem, 4. 162. Et quæ ſint, quæ poſſit Sub-Prior Vicarius facere abſque culpa innovationis? 4. 164.
Innovare aliquid circa regimen Monaſterii non eſt prohibitum Vicariis à Generale, vel Provinciale loco Prioris ſuffectis, 4. 232.
Innovationis prohibitio non habet locum, quando Sub-Prior præeſt Conventui pro abſentia Prioris tendentis ad Capitulum Generale, ſive Provinciale, 4. 199. Vel quando ſuccedit in locum de mortui, ſuſpenſi, vel amoti principalis Prælati, 4. 201.
Innovationis prohibitio operatur immutationem ſtatus Monaſterii, 4. 144.
Intentio non deſervit verbis, 1. 42.
Invito à Summo Pontifice diſpenſatio conceditur, 1. 68.
Irregularitas immediatè profluit à Pontificis poteſtate, 3. 51. Circa Irregularitatum diſpenſationem plura ſunt conceſſa Prælatis Regularibus,

quam Epiſcopis, 3. 53.

Irregularitatem ex homicidio occulto voluntario contractum poſſunt Regulares Prælati diſpenſare, 3. 54. Modò homicida in foro contentioſo nequeat convinci, 3. 55. Et poſſunt diſpenſare, non ſolum ad ordines, ſed ad Prælaturas, 3. 59. Inſuper, & in quibuſvis pœnis, & ſuper quavis irregularitate, 3. 60. Et etiam, ſecundum aliquos, in bigamia, 3. 62. Et in irregularitatibus ex occulto delicto provenientibus, 3. 64. Non ex vi Tridentini, 3. 63. Sed ex conceſſione Pii V. 3. 64.

Ad *Irritanda* vota ſufficiens eſt Dominativa poteſtas, 2. 49.

Irritare non poteſt Sub-Prior præſente Prælato Conventualium vota, 2. 50. Indirectè tamen aliquando poterit, 2. 52.

Irritare poteſt vota Subditorum Sub-Prior Vicarius à Priore tempore ſuæ præſidentiæ, 3. 431. Etiam Priore excommunicato, 3. 433.

Irritare poteſt Sub-Prior à lege Vicarius vota Subditorum, 3. 40. *cum tribus ſequentib.* Etiamſi ſint emiſſa de licentia Prioris abſentis, 3. 44.

Judex in territorio alieno, licet exercitium non habeat, gaudet tamen habituali juriſdictione contentioſa, 1. 87.

Judicandi munus ab eo, qui conſtituit, removeri poteſt, 1. 182.

Judices à Primoribus Regni conſtituti in ſuis Villis, Ordinarii ſunt, 1. 163.

In Iudicibus nomen poteſtatis iuriſdictionem præſefert, 1. 51.

Iuriſdictio duplex, 1. 63. Contentioſa, ſive Neceſſaria, & quæ ſit hæc? 1. 64. Alia voluntaria, & ex quibus eius natura dignoſcatur? 1. 65.

Juriſdictio prorogativa, quæ? 1. 72.

Juriſdictio duplex: Ordinaria, & Delegata, 1. 90.

Juriſdictio quando competit per Collegii electionem ad aliquod Officium, cui ex natura ſua ipſa juriſdictio [illegible] adnexa; ſic electo lex confert juriſdictionem, 1. 99. & 4. p. 235.

Juriſdictio non poteſt committi [illegible] perſonæ, 1. 146

Juriſdictio Epiſcopi, & Generalis Vicarii ſimul in utroque reſidet, 2. [illegible].

Juriſdictio ad Sub-Priorem non [illegible] præcisè ratione ſui muneris, 2. [illegible] & 9.

Juriſdictio Prælatis per neceſſ[illegible] 4.

Juriſdictio Sub-Prioris à lege Vi[illegible] non cohæret juriſdictioni Prioris [illegible]ſentis, nec ab eo dependet, 3. [illegible] & 376.

Juriſdictio una, & eadem penes pl[illegible] reperiri, cum ſubordinatione tam[illegible] inter ſe, 3. 335.

Juriſdictio, ſi duplicetur, ma[illegible]ctum habet ſecunda, quam p[illegible] 352.

Juriſdictio Sub-Prioris à lege Vic[illegible] non extinguitur extincta ju[illegible]ne Prioris, 3. 374.

Juriſdictio Vicarii Generalis eſt ac[illegible]ria juriſdictioni Epiſcopi, 3. 37[illegible]

Juriſdictio Sub-Prioris V[illegible] que caſu abſentiæ in [illegible] ſuccedat, non ex[illegible]ti, ſive ejus Offici[illegible] Vide *Dele[illegible]ria.*

Juriſdictionalis poteſtas diſtincta eſt [illegible] Dominativa, 1. [illegible]

Juriſdictionem eandem penes d[illegible] non eſt inconveniens, ſi per vi[illegible]legationis, vel cum al[illegible]tione commun[illegible], 3. 479.

Juriſdictiones Ordinaria, & Dele[illegible] poſſunt concurrere, 3. 146. [illegible] non, 3. 147.

Juriſdictionis actus, qu[illegible] bet fieri coram comp[illegible] 115.

Juriſdictionis cujuſque [illegible] vus, 1. 171.

L.

LEctionem in Clauſtro Monachi tenent, 1.227.
Legatum annuum eſt virtute multiplex, 3.161.
A Lege profluit Ordinaria iuriſdictio, 1. 97.& 98.
Leges Religionum principaliter invigilant integritati Regularis Obſervantiæ, 1.258.
Leges coarctare ad caſum ſpecialem, eſt evaſio difficultatis, 4.41.
Legis prohibitio etiam ſine clauſula anullante, facit actum nullum, ſi aliqua non adſignatur pœna, 4.157.& 158.
Lex correctoria non eſt protrahenda ultra caſus expreſſos, 4.130.
Liberti obſequium ergo Patronum appellatur Officium, 1.6.
Licentia in quo à diſpenſatione differat? 3.92.& 93.
In his, quæ *Licentiam* prærequirunt, non eſt neceſſaria ſpecialis cauſa, 3. 94. Sufficiet tamen quilibet rationabilis titulus, 3.95.
Licentia à Superiore denegata poteſt ab Inferiore concedi, 3.105.
Licentia, ſive diſpenſatio non exſpirat extincto jure Prælati concedentis, 3.106 Etiam ſi non demandetur exequutioni, niſi poſt finitionem Officii, 3.107.
Licentia abſolutè conceſſa ſemper durat, dum non revocatur, 3.110. Neque indiget confirmatione Succeſſoris, 3.111. Etiam ſi parum duret concedentis Officium, 3.112.
Licentia facit licitum, quod ſine illa non licebat, 3 134.
Licentia in quo differat à diſpenſatione? 3.136.
Licentia ſupponit aliquam prohibitionem, 3.145.
Licentiæ in Religionibus reſtrictioribus conceſſæ non præſumuntur, ſine ſubjectione ad Prælatum ſuperventurum, 3.103.
Licentiæ obtinendæ Subditus eſt capax ſubjectum, Prælatus minimè, 3.135.
Licentiam non poteſt ſibi Prælatus præbere pro rebus exequendis poſt Officii finitionem, 3.131. Exequitur jure proprio ea, quæ Subditi de ejus licentia poſſunt efficere, 3.132. Non indiget licentia pro re jam incepta tempore, quo Officio fungebatur, 3 133.
Licentiam non poteſt ſibi Prælatus præbere, ut tranſacto Prælationis tempore Religioſorum confeſſiones audiat, 3.148.
Licentiam à Priore antea denegatam, quando poſſit Sub-Prior noſter Vicarius concedere? 4.176 & 177.
Licentias, ſive diſpenſationes factas, quæ palā exequendæ ſunt, non expedit exequi abſque ſupervenientis Prælati confirmatione, ſecus de illis, quæ occultè ſunt exequendæ, 3. 114. Nec aliter præſumendum eſt, Prælatos eas Concedere voluiſſe, 3. 115.
Locale illud dicitur, quod ſub certo termino continetur, 3.344.
Locum-tenentis Officium exſpirat, ſi Corrector ultra trimeſtrem a civitate abſuerit. Quo facto ſtatim eius Officium vacabit; ſed ex legis diſpoſitione ſubſiſtit Locum-tenentis Officium. Et quo pacto? 3.477.
Locum-tenentes Correctorum, ſicut & Vicarii Generales, Juriſdictionem Ordinariam habent, & eodem jure cenſeri debent, 1.195. Et eis conceſſum eſt jure Regio, ut caſu, quo Corrector vita, ſive Officio defungatur, munus ſuum proſequantur ex nova commiſſione, 1.196,
Eminentiſſ. Card. de Lugo ſententia, 3. 139. Diſtinctio ab eo tradita adprobatur, 3.143. Ratio tamen ejus expungitur, & genuina adſignatur, 3.144.

M. Ma-

M.

MAgiſter Novitiorum, & Profeſſorum non intelliguntur nomine Officialium in decreto Clementis VIII. de falſificante, literas Officialium, 1. 23.

Magiſtratus ſive Romanus, ſive Provincialis delegare poteſt, 1. 125. Sive ſit major, ſive infimus, 1. 126. Et quæcunque jure Magiſtratus competunt, delegari poſſunt, 1. 127. Et quid ſit jure Magiſtratus aliquid competere? Ibidem.

Magiſtratus ceſſat Principe adveniente, 3. 289.

Magiſtratuum poteſtas aliquando vocatur imperium, 1. 52.

Magiſtri Novitiorum, & Juniorum poſſunt aliquando indirectè illorum vota irritare, 2. 53.

Ex Malitia commodum non eſt reportandum, 1. 43.

Mandatum ad unguem eſt obſervandum, 3. 486. Et quod poteſtatem Mandantis exceſſerit, tanquam factum à Perſona privata reputabitur, Ibidem.

Manumiſſio eſt actus juriſdictionis voluntariæ, 1. 66.

Maritus hæres inſtitutus, ſi repudiet hæreditatem, cui mulier ſubſtituta eſt, aut ab inteſtato ſucceſſura donationis cauſa, nihil cenſetur donare, 4. 83.

Matris calamitas non debet ei nocere, qui in ventre eſt, 4. 30.

Sanctus Maurus conſtitutus fuit à Sancto Benedicto Prior Clauſtralis Caſinenſis Monaſterii, 2. 59.

Mendicantes non communicant cum Monachalibus in aliquibus privilegiis, 3. 319.

Monaſteria benè ordinata unum videntur eſſe corpus, & invicem membra, 1. 250.

Monaſteria Religioſorum dici non poſſunt Eccleſiæ Collegiatæ, 3. 358.

Monaſterium nunquam dicitur deſtitutum aliquo Superiore, qui in Monachos Ordinariam juriſdictionem [illegible] ceat, 2. 73.

Monaſterium Vallis-Oletanum S. Benedicti olim non Abbatiali, ſed Prioris dignitate vigebat, 3. 58.

Mors Civilis dicitur captivitas [illegible] 68.

Mors Civilis dicitur profeſſio in Religione approbata, 1. 173.

Mors Civilis non æquiparatur [illegible] quoad juris effectus, 1. 79. Æquiparatur tamen, quando ex qualitate [illegible] tri utraque mors eumdem [illegible] effectum, 1. 170.

Morte Civili exſpirat juriſdictio Delegata, 1. 177.

Motus proprius Sixti V. contra [illegible] lares illegitimè natos explicatur [illegible] 34.

Alii Motus proprii, in quibus [illegible] ſula, *ſub pœna ſcilicet* [illegible] *nitatum*, *&c.* reperitur, [illegible] tur, 1. 39.

N.

NAturalia ſunt immutabilia, [illegible] 52.

Naturalis [illegible] quiſquam vis alibi natus ſit, Parentes ejus in tali Provincia retinebant domicilium, [illegible] 18.

Naturalitas potius deſumitur ex [illegible] tione in aliquo loco, quam ex [illegible] tate, 4. 48.

Naturalitas ex domicilio Parentum [illegible] veniens eſt naturalis, 4. 51.

Neceſſitas non habet legem, 4. 124.

Niſi, vide *Dictio*.

Nomina ubi ſunt diverſa, [illegible] miniſteria, 3. 295.

Nominat Sub-Priorem noſtrum [illegible] mul cum Provinciali, 4. 14.

Nominatio Sub-Prioris, vide *Sub-* [illegible] *electio*.

Quod *Noſtrum eſt*, ſine facto noſtro à nobis evelli non poteſt, 1. 161.

O.

OBedientiæ voto fundatur Dominativa poteſtas, 2. 36.
Obedientiæ votum rigoroſe ſumptum elevat ratione finis, quæ natura ſunt levia, quæ ad gravitatem culpæ, 2. 41.
Ex Obedientiæ voto derivatur in Prælatos poteſtas Dominativa, 1. 60.
Obedire ex vi voti Obedientiæ tenentur Religioſi, illi, cui à Prælato delegata eſt poteſtas, 2. 43.
Obedire communibus Officialibus Conventus non tenentur Religioſi, 2. 44.
Obedire Sub-Priori ratione ſui Officii circa res ſibi commiſſas, ex obedientiæ voto Religioſi tenentur, 2. 45. Et Sub-Priori noſtro, 4. 8.
Obligatio propria, qua quis adſtringitur aliquid facere, dicitur Officium, 1. 3.
Obſequium, quod Libertus Patrono præſtat, dicitur Officium, 1. 5.
Odia reſtringenda, 1. 29.
OEconomica poteſtas quæ dicatur? 1. 200.
OEconomicam adminiſtrationem ad Sub-Priorem pertinere, quo ſenſu accipi debeat? 2. 100.
Officia appellantur tam Eccleſiaſtica beneficia, quam alia munera, 1. 8. Etiam villa, 1. 9.
Officia; alia Honoris, alia Oneris, 1. 40.
Officiales Religionum alii utuntur ſigillis, alii non, 1. 22.
Officiales Conventus à Priore deſignatos Sub-Prior Vicarius removere non popoteſt, 4. 145.
Officialibus Conventus Religioſi non tenentur obedire circa res ſibi commiſſas ex obedientiæ voto, 7. 44. Bene tamen Sub-Priori, & ratio differentiæ adſignatur, 2. 45.
Officialis nomen in decreto Clementis VIII. reſervantis caſum falſificantis literas Officialium Conventus accipitur de Officiale, qui cum falſificante de facto in aliquo Conventu cohabitat, 1. 27. Et Generales, atque Provinciales dicuntur propriè Officiales Conventuum quo ad hanc reſervationem, 1. 26. Et dumtaxat comprehenduntur Officiales Conventus, in quo falſificans commoratur, 1. 30. Et huius ratio adſignatur, 1. 31.
Juxta Officii finem poteſtas eſt coarctanda, 1. 203.
Sub pœna adponi ſolita privationis ab Officio, Graduum, &c. in Bullis Pontificiis, comprehenduntur ea Officia, quæ habent adjunctam ſuperioritatem, 1. 35. Vel quæ habent dumtaxat honorificos gradus cum ſuperioritate, 1. 37. Sed ſententia Authoris diſtinguit inter Officia *Honoris*, ut ea ſcilicet comprehendantur, & *Oneris*, quæ non comprehendantur, 1. 40.
Officio Prioris Clauſtralis quid ſit eſſentiale, & quid accidentale? 1. 230.
Officio Prælati tam intrinſeca videtur juriſdictio, ut vix ſine ea exerceri poſſit, 3. 4.
Officium à non officiendo dictum, 1. 1.
Officium amicis exhibitum dicitur beneficium, 1. 2.
Officium ſumitur pro obligatione propria, 1. 3.
Officium paternum dicitur parentum obligatio erga liberos, 1. 4.
Officium vocatur obſequium, quod libertus Patrono præſtat, 1. 5.
Officium Divinum appellantur Horæ Canonicæ, 1. 6.
Propter Officium dari dicitur beneficium, 1. 7.
Officium latè ſumitur pro Dignitate, cum adminiſtratione, & iuriſdictione, 1. 10.
Officium latè accipitur pro præſidentia ſive præeminentia ſine iuriſdictione, 1. 11.

Officium ſtrictè importat adminiſtrationem ſine juriſdictione. & ſine præcedentia, 1. 12.
Officium in Religionibus aut ſumitur prout condiſtinctum à Dignitate, & Perſonatu, vel promiſcuè, 1. 13.
Officium in Religionibus quo pacto circa pœnas uſurpetur? 1. 46.
Officium, & Poteſtas, in quo diſcriminentur? 1. 201.
Officium Sub-Prioris eſt coadiuvare Prælatos, 1. *à num.* 242. *per totam Illationem cum duabus ſequent.* Non eſt quid diſtinctum à Monaſterio, 2. 18. Eſt Perſonatus, 2. 54. Non exſpirat Prioris morte, quando à Religione eſt ſtabilitum, 2. 67. Secus ſi ad arbitrium Prioris relicta ſit non ſolum nominatio, ſed etiam creatio talis Officii. 2. 68. Ita conſtitutum videtur in Regula S. Benedicti, 2. 69. In praxi aliter receptum, 2. 70. & 71. Officium Sub-Prioris non dependet à Priore, 2. 77. Frequenter tempus durationis illius præfinitur, 2. 81. Præcisè ratione talis Officii nulla iuriſdictio ad eum pertinet, 2. 1. & 2. An ſit arbitrarium? Vide *Sub-Prioris Officium an ſit arbitrarium?*
Officium noſtri Sub-Prioris quale ſit? 4. 2. Eſt Perſonatus, 4. 5. Illegitimi ad illud evehi non poſſunt, 4. 6. Quanto tempore duret? 4. 55.
Omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur, 1. 181. & 3. p. 480.
Juri *Opinionem* probabilem ſequendi poteſt quis cedere, 1, 260.
Ordinaria iuriſdictio à Principe Supremo emanat, 1. 95. Et ab ipſo in cæteros derivatur, 1. 96 Vel profluit à lege ſive conſuetudine, 1. 97. Et hoc dupliciter, 98.
Ordinaria iuriſdictio conferri non poteſt ab Epiſcopo, 1. 100.
Ordinaria iuriſdictio regulariter per electionem confertur, 1. 106. Poteſt tamen conferri nominatione eius, qui Supremus eſt, vel alterius, qui à Supremo habeat poteſtatem, 1. 107.
Ordinaria iuriſdictio etiam ab homine concedi valet, & quando? 1. 106.
Ordinaria iuriſdictio ex privilegio competens, delegari non poteſt, 1. 129.
Ordinaria iuriſdictio favorabilis, & ideo amplianda, 1. 149. Et eſt connaturalis, 1. 154.
Ordinaria iuriſdictio non extinguitur concedentis morte, 1. 157 & ratio adſignatur, 1. 159. Adhæret oſſibus, 1. 160.
Ordinaria iuriſdictio conceſſa ad nutum concedentis; morte, ſeu Officii finitione concedentis non finitur, 1. 162. Et ratio adſignatur, 163.
Ordinaria iuriſdictio non ſolum habetur per electionem in Prælatis Regularibus, ſed etiam à Generale obtineri poteſt. 3. 5.
Ordinaria iuriſdictio, quam ius Prælatis Regularibus concedit, præcipuè reſpectu immediatorum conceditur, 3. 73.
Ordinaria iuriſdictio poteſt concurrere cum delegata, 3. 146. Et quando non? 3. 147.
Ordinaria iuriſdictio dominium, & proprietatem importat, 3. 328.
Ordinaria iuriſdictio à Prælato inferiori procedere non poteſt, ſed vel à lege, vel Supremo Prælato, 3. 392.
Ordinaria iuriſdictio favorabilior, & firmior eſt delegata, 3. 453.
Ordinaria iuriſdictio ex natura ſua omnes caſus ſub ſe comprehendit, 4. 113. Poteſt verò limitari, & coarctari, 4. 114.
Ordinaria iuriſdictio cenſetur conferri à Supremo Prælato, vel alio potente eam concedere, niſi de oppoſito conſtet, 4. 228.
Ordinariam iuriſdictionem qui conferre poteſt, in dubio præſumitur talem contuliſſe, 1. 281.
Ordinarii plures pro eodem Officio bene poſſunt deputari. Et quo pacto? 3. 347.
Ordinariis omnibus eſt prohibitum, ne

poſſint

poſſint Vicarios adſignare, qui una cum illis juriſdictionem exerceant, 2. 5. Et ſolum Epiſcopis jure Canonico, & Correctoribus jure Regio conceditur, 2. 6.

Ordinarios conſtituere poſſunt Primores Regni, 1. 103. Similiter, & Generales Religionis, 1. 105.

Ordinarios creandi facultas pertinet ad Generalem, 4. 219.

Ordinariorum Judicium plures ſunt gradus, 3. 21.

Ordinarius habet propriam juriſdictionem, 1. 117.

Ordinarius habet in ſe radicatam juriſdictionem, & eam poteſt delegare, 1. 124. Sive Magiſtratus Romanus ſit, ſive Provincialis, 1. 125. Sive ſit Major, ſive Infimus, 1. 126.

Ordinarius non poteſt mandare in conſulto Principe totam ſuam juriſdictionem, 1. 130. & 3. p. 400.

Ordinarius non removetur ob ſuſpicionem, 1. 155. & ab eo puniri poteſt Delegatus Principis, ſi delinquat, 1. 156.

Ordinarius Superior Delegato remanet, 3. 460.

Ordinarius cauſam à ſe commiſſam vel limitare poteſt, vel in integrum revocare, 3. 461.

Ordinarius Judex delegare poteſt, quæcumque ſibi Ordinario jure competunt, 3. 489.

Ordinarius, qui à Principe habet poteſtatem delegandi, transfert in Delegatum ordinariam juriſdictionem, 3. 491.

Ordinem ob commune bonum inſtitutum Superiori non licet ſine cauſa pervertere, 2. 233.

Originarii Provinciæ digniores iudicantur ad eius officia, 4. 43.

P.

PRo Pace conſervanda multa jura concedunt, quæ aliàs non licebant, 4, 138.

Parentum obligatió erga liberos dicitur Officium Paternum, 1. 4.

Par in parem non habet imperium, 3. 45. Et qui per parem vult aliquid facere, non illi iubet, ſed innuit, 3. 46.

Parochus non poteſt in perpetuum alteri curam demandare in conſulto Epiſcopo, 3. 401. Poteſt tamen per aliquod breve tempus. Et quodnam ſit breve tempus? 3. 404. Diſpenſat cum Parocho Epiſcopus per ſeptennium ſtudiorum cauſa, ne in Sacerdotium promoveatur, 3. 402. Et pro eo tempore Epiſcopus nominat Vicarium ejus loco, 3. 403.

Pater-Familias eſt obediendum in foro conſcientiæ, 2. 47.

Patris-Famil. poteſtas in quo differat à Prælati Regularis poteſtate? Vide *Dominativa poteſtas Abbatiſſa.*

Peccata, & Cenſuræ duo ſunt vincula, quæ beneficio abſolutionis auferuntur, 3. 169.

Peregrinus tranſiens per locum, ubi ieiunium voti-obligatione ſervatur, illud non ſervans nec venialiter peccat. 3. 165.

Perſonæ duplicis generis, ſi ad aliquem actum deſiderantur, utræque debent concurrere, 4. 184.

Perſonatus latè ſumitur pro Officio, 1. 11.

Perſonatus reputatur Sub-Prioris noſtri Officium, 4. 5.

Ad Perſonatum reducitur Officium Sub-Prioris, 2. 54.

B. Petrus vocatur *Prior* Apoſtolorum, 1. 207.

Plura ſunt negotia, quam vocabula, 4. 42.

Pœna privationis ab Officio ad quid ſe extendat in Religionibus? 1. 46.

Sub Pœna privationis ab Officio, Graduum, Dignitatum, &c. quæ Officia comprehendantur, vide verbo *Officium.*

Pœna gravis ex vi Dominativæ poteſtatis infligi nequit, 1. 59.

Digitized by Google

Pœna corporalis, & pœna ſpiritualis, quæ? 3. 29.

Pœna à Superiore impoſita quando non eſt reſervata, cuilibet Ordinario eius relaxatio conceditur, 3. 77.

Pœna debet commenſurari delicto, 4. 126.

Pœnas ab Inferiore impoſitas Superior Prælatus non poteſt minuere, vel auferre, 3. 80 Niſi Inferior jam defunctus ſit vita, ſive Officio, vel niſi Subditus legitimè appellaverit, 3. 81. Contrarium tamen probabiliſſimum, 3. 82.

Pœna taxata pro injuria irrogata Prælato præcisè ratione talis injuriæ non augmentatur, quia Prælatus ſit dignior, 3. 234.

Pœnam non poteſt infligere Sub-Prior noſter Vicarius ultra gravem culpam, 4. 212.

In pœnis infligendis regulariter mitius agi debet cum illo, qui juniorem offendit, quam qui ſeniorem, 3. 235.

Pœnitentiarius Generalis Epiſcopi an poſſit facultatem excipiendarum confeſſionum delegare? 3. 449.

Poteſtas à verbo poſſum derivatur? 1. 47.

Poteſtas generaliter ſumpta ſecundum materiam, cui accedit, diverſificantur, 1. 48.

Poteſtas Abbatiſſarum qualis? 1. 62.

Poteſtas œconomica quæ dicatur, 1. 200.

Poteſtas, & Officium in quo diſcriminentur? 1. 201.

Poteſtas eſt coarctanda iuxta Officii finem, 1. 203.

Poteſtas duplex; Dominativa, & Juriſdictionalis, 1. 53. 54. & 55.

Poteſtas Sub-Prioris ratione ſui Officii dimetienda eſt juxta cujuslibet Religionis ſtatuta, 2. 27. Omnino dependet à Priore, 2. 25. & 29.

Poteſtas Prælatorum Regularium, vide *Prælatorum Regularium poteſtas.*

Poteſtas directiva, & Coercitiva ad Sub-Priorem à lege deputatũ ſpectat, 3. 27. & 28.

Poteſtas Prælatis conceſſa ad diſpenſandum in homicidio voluntario eſt intelligenda non ſolum de diſpenſatione ad Ordines, ſed ad Prælaturas, 3. 59.

Poteſtas competens non perſonæ, ſed Officio, vel Dignitati in perpetuum, eſt Ordinaria, & per conſequens delegabilis, 3. 416.

Poteſtas abſolvendi, quæ competit Prælatis Regularibus virtute privilegiorum, eſt delegabilis, 3. 423. Doctrina Patris Suarecii examinatur, 3. 424.

Poteſtas pertinens ad Sub-Priorem præſente Priore,? 4. 7.

De Poteſtate diſpenſandi, vide *Diſpenſatio.*

Poteſtatem abſolutam nemo poteſt alteri in ſe tribuere, 1. 61.

Poteſtatis nomen Antonomaſticos merum imperium ſignificat, 1. 49. Frequentius authoritatem, & jus aliquid faciendi importat, 1. 50. In Judicibus præſefert juriſdictionem, 1. 51. Et aliquando Magiſtratuum poteſtas appellatur Imperium, 1. 52.

Præceptum Inferioris, licet non indigeat confirmatione Superioris, indiget tamen, ut ipſe non contradicat, 2. 31.

Præceptum à Priore impoſitum non poteſt auferri à Sub-Priore Vicario, 4. 142.

Præceptum imponere, & alium quemlibet actum juriſdictionis obire Sub-Prior noſter Vicarius poteſt abſente Priore per ſpatium vigintiquatuor horarum, 4. 171. Et hoc ſine innovationis nota, 4. 173.

Præeminentiæ principalis Prælati pertinent ad Sub-Priorem Vicarium à lege tempore ſuæ præſidentiæ. 3. 229.

Præeminentiis, & loco Prioris non gaudet Sub-Prior noſter tempore præſidentiæ, 4. 117. Et habet locum in omnibus præſidentiis, niſi electus Vicarius evadat, 4. 202.

Prælati Regulares poſt exẽptionis indultum,

Digitized by Google

tum,ſucceſſerunt Epiſcopis in poteſtatem,& juriſdictionem,1.110.
Prælati poteſtatis duo ſunt præcipuè partes, *homo* ſcilicet,& *poſſeſsio*, 1.197.
Prælati Officio tam intrinſeca videtur juriſdictio, ut vix ſine ea exerceri poſſit, 3.4.
Prælati Religionum, quam poteſtatem habeant circa irregularitatum diſpenſationem? Vide *Irregularitas.*
Prælati Regulares ratione ſuorum privilegiorum poſſunt abſolvere ſibi Subditos à quibuſcunque cenſuris etiam Papalibus, & in Bulla Cœnæ contentis, 3.182. Secus à cenſura contracta ex Simoniaca Ordinationé, 3.183.
Prælati immediati propriùs eſt forum interius,quam Superioris, 3.192. Et jus committens Prælato aliquos caſus, de immediato intelligitur, 3.193.
Prælati nomine Immediatus intelligitur, 3.195. Eſt proprius Religioſorum Paſtor, 3.194.
Prælati Regulares delegare poſſunt facultatem conceſſam ex privilegiis, 3. 203.204.205.& 206.
Prælati Regulares ſunt Ordinarii Paſtores ad ſuos Subditos abſolvendum in Sacramentali foro,3.207. Cum ſubordinatione tamen Inferiorum ad Superiores, 3.208.
Prælati Ordinarii Religionum poſſunt facultatem excipiendarum confeſſionum delegare,3.209.Imo tenentur, 3. 211. Quæ obligatio eſt gravis ex natura rei, & ex ſpeciali decreto Clementis VIII.3.211.
Prælati Regulares non poſſunt Subditos cogere ſibi confiteri, 3.211.
Prælati Sæculares non adſtringuntur alteri delegare facultatem excipiendarum confeſſionum, 3.210.
Prælati Religionum ſunt in Dignitate conſtituti cum Officio, & juriſdictione, 3.271.
Prælati Regulares an poſſint in Conſervatores eligi? De jure communi dubitatur. 3.306. Ex vi ſuorum privilegiorum certum eſt,eligi poſſe, 3.309. Et ſemper eſt utile Monaſterio, 3.313.
Prælati duo uni Eccleſiæ præfici non poſſunt, 3.333.
Prælati Regulares Superiores, & Inferiores Ordine Hierarchico ſe inter ſe habent,3.337. Differunt in modo gubernandi, 3.443.
Prælati Infimi qui ſint? 3.339.
Prælati Immediati quur Locales appellentur? 3.342.
Prælati Regulares poſſunt ipſorum loco Vicarios conſtituere, 3.405. Authores pro hac ſententia referuntur, 3. 406.
Prælati ii cenſentur, qui juriſdictionem Ordinariam habent, 3.455.
Prælatis immediatis Monaſterii, nomen *Prioris* attributum fuit, 1.211.
Prælatis Regularibus plura ſunt conceſſa circa diſpenſationem irregularitatum, quam Epiſcopis, 3.53.
Prælatis immediatis magis neceſſaria eſt poteſtas diſpenſandi, quam Superioribus, 3.72. Et juriſdictio Ordinaria, quam jus concedit Prælatis, reſpectu Immediatorum conceditur, 3. 73.
Prælatis immediatis, quibus per Religionem eſt adempta Confeſſarios adprobandi poteſtas, poſſunt, imo debent Confeſſarios deputare, eis facultatem excipiendarum confeſſionum tribuendo, 3.213.
Prælatis ut Prælatis facultas conceſſa pertinet ad eorum Vicarios, 3.219.
Prælatis privilegium à jure conceſſum eligendi ſibi Confeſſarium, pertinet tam ad Superiores, quam ad Inferiores, 3.241. Alii minus probabiliter ad ſolos Generales reſtringunt, 3. 242. Capitulum Generale Prædicatorum explicavit, hoc privilegium fuiſſe conceſſum quibuſvis Prælatis, 3.243. Non bene Suareus adducitur à Diana pro contraria parte, 3.244. Explicatur pro noſtra ſententia, 3. 245. Et licet hoc privilegium de ſola abſolu-

Digitized by Google

abſolutione Sacramentali loquatur, extenditur ad ea omnia, quæ Prælati erga ſuos Subditos valent exercere extra, & intra confeſſionem, 3. 255. An virtute privilegii iſtius poſſint Prælati eligere Confeſſarium, qui eos abſolvat à caſu reſervato proponitur, 3.254. Reſolvitur negativè, 3.257. Pater Thomas Hurtado proponit hanc quæſitionem, ſed aliam videtur decidere, 3.255. Talis Confeſſor eligendus debet eſſe à Ordinario adprobatus, 3.261. Contraria tamen ſententia non eſt improbabilis, 3.262.

Prælatis Regularibus nulla eſt facultas de jure communi benedicendi corporalia, ornamenta, &c. 3.314. Poſſunt tamen virtute ſuorum privilegiorum tam pro ſuo, quam pro alieno uſu; & violatas Eccleſias, Cœmeteria, &c. reconciliare, 3. 316. Reſtringuntur tamen prædicta privilegia ad proprios uſus Regularium dumtaxat, 3.324.

Prælato cuivis incumbit diſpenſandi poteſtas, niſi à Religione, vel Superiore limitetur, 3. 88.

Prælato irrogata injuria non ex perſona, ſed ex Officio dimetienda eſt, 3.233.& 234.

Prælatorum Regulariũm poteſtas quaſi Epiſcopalis cenſetur, 3.23. Non ex æquo omnibus quadrat, 3.25. Dimetienda eſt ex cujuslibet Religionis variis ſtatutis, 3. 26.

Prælatorum Inferiorum poteſtas ad diſpenſandum verſatur regulariter circa ea, quæ frequentiora ſunt, & paſſim occurrunt, 3.68.

Prælatorum Regularium poteſtas ad diſpenſandum ad omnia illa ſe extendit, ad quæ ſe extendebat Epiſcopalis poteſtas ante exemtionem, 3. 84. Et ſi aliqua reperitur reſtrictio non profluit à jure communi, ſed ab ſpeciali Religionis, 3. 85. Unde quo adhoc ſtandum erit præſcripto legis, ſive conſuetudinis in qualibet Religione recepto, 3. 87.& 88.

Prælatorum poteſtas ſic ſe habet ut Inferiorum eminenter vigeat in Superioribus, 4.231.

Prælatura requirit juriſdictionem Ordinariam in foro externo, 2.11.

Prælatura conceſſa, & juriſdictio ei adnexa conceſſa videtur, 4.238.

Prælatus ex vi poteſtatis Dominativæ talem habet poteſtatem in Subditos, qualem Pater-Famil. ergo domeſticos, 1. 57. Sed differunt, quia Prælalati poteſtas ſpiritualia concernit, Patris vero Famil. temporalia, 1.58. Conveniunt, quia neutri eſt juriſdictio propriè ſumta, ita ut gravem pœnam infligere valeat, 1.59.

Prælatus dicitur, ad quem in foro externo Ordinaria juriſdictio pertinet, 3. 15.

Prælatus verus eſt Sub-Prior à lege Vicarius, 3.16. *cum ſequentibus*

Prælatus nequit poteſtatem Succeſſoris impedire, 3. 47.

Prælatus Conventualis potens diſpenſare-ſeu licentiam conferre, adhuc poterit, ſi Generalis, vel Provincialis licentiam, ſive diſpenſationem denegaverint, 3. 103.

Prælatus licentias, ſive diſpenſationes concedens, non præſumitur eas contra bonum pacis concedere voluiſſe, 3. 115.

Prælatus ſuccedens non debet abſq; cauſa Anteceſſorum juſſa invalidare, 3.116

Prælatus ea omnia, quæ Subditis valet concedere, poteſt & ſibi, 3.117.

Prælatus poteſt ſecum diſpenſare, 3. 118.

Prælatus non poteſt ſibi facultatem præbere pro exequendis rebus poſt ſui Officii finitionem, 3. 131. Exequitur jure proprio ea, quæ ut à Subditis licite exequi valeant, licentiam prærequirunt, 3.132. Si prædeterminavit aliquid facere, & re jam incepta, defunctus eſt Officio, poterit talem perficere, ſibique applicare ſine nova licentia,

Digitized by Google

licentia, 3. 133. Non eſt capax licentiæ, 3. 135. Poteſt abſque aliquo inconvenienti uti diſpenſationibus, quas ipſe conceſſit ſibi tempore ſui Officii, poſt illud finitum, 3. 137. In licentiis vero contrarium erit dicendum, 3. 138.

Prælatus ſecum diſpenſans ex cauſa juſta in Quadrageſimali jejunio, poteſt non jejunare, etiam poſt Officii finitionem, 3. 140. Idem dicendum de Prælato, qui ratione itineris ſecum diſpenſavit in jejuniis, ſive in Divini Officii recitatione, 3. 141. Dummodo perſiſtat juſta cauſa, 3. 142.

Prælatus non poteſt ſibi facultatem concedere, ut tranſacto prælationis tempore, Religioſorum confeſſiones audiat, 3. 148. Pellizzarii ratio reiicitur, 3. 149. Et vera adſignatur, 3. 150. Indirecte poteſt ſibi facultatem aliquid faciendi tribuere poſt finitum Officium; & quo pacto? 3. 151.

Prælatus Regularis non poteſt abſolvere à cenſuris latis ab Epiſcopo in Religioſos juxta Tridentini decreta, 3. 176.

Prælatus indefinitè prolatus quemlibet, qui prælatus ſit, comprehendit, 3. 179. & 196.

Prælatus non comprehenditur in ſua reſervatione, 3. 223.

Prælatus Superior dans facultatem Inferiori, ut à peccatis à ſe reſervatis abſolvat, nullam facultatem denuò committit, ſed reſtituit, quod poſt reſervationem fuerat ablatum, 3 225.

Prælatus committens alii juriſdictionem, non conſtituit alium prælatum, 3. 344.

Prælatus Supremus potens Ordinariam juriſdictionem concedere, & committens alicui univerſitatem cauſarum, videtur conſtituere Ordinarium, non Delegatum, 3. 389. & 390.

Prælatus aliud eſt à Capitulo, 4. 183.

Prælatus eo ipſo, quod Officium acceptat, videtur renuntiare quodlibet privilegium ſuis ſtatutis contrarium, 4. 117. Vide verb. *Abbas.*

Præpoſitus dicebatur, qui quandam Prioratus curam habebat, & alii prælato ſubjiciebatur in eodem Monaſterio, 1. 231. Et fuiſſe primum ab Abbate conſtat ex pene omnibus antiquioribus Regulis, 1. 233. Et in Regula S. Auguſtini pro eo, quem nunc Sub-Priorem dicimus, accipitur, 1. 234. Poſtea abiit in deſuetudinem, & eius loco nomen Prioris Clauſtralis ſucceſſit. 1. 235. Reliqua vide verbo *Prior Clauſtralis,* & verb. *Prior,* & verb. *Sub-Prior.*

Præſentare ſe dignitatibus non poteſt, qui alios præſentare tenetur, 3. 123.

Præſumere, vide *Verbum.*

Præſumitur animus perpetuo habitandi ad domicilii acquiſitionem, vide *Animus.*

Princeps, quando alicui abſolutum dominium concedit, concedit conſequenter facultatem Ordinarios creandi, 1. 102.

Vocula *Prior* multipliciter ſumitur; aliquando pro eo, qui ætate, vel antiquitate Ordinis alios præcellebat, 1. 205. Aliquando vero pro prima perſona Monaſterii, 1. 206. Beatus Petrus vocatur Prior Apoſtolorum, 1. 207. In Regula noſtra accipitur pro Patre noſtro Generale, 1. 208. In Regula Sancti Benedicti pro Abbate uſurpatur, 1. 209. Aliquando vero pro ſecunda Monaſterii perſona, ideſt Sub-Priore accipitur, 1. 210. Poſtea hoc verbum Prælatis Monaſterii immediatis attributum fuit, 1. 211. Et qui antea Priores dicebantur, Sub-Priorum nomen acceperunt, 1. 213.

Prior dicitur vel Conventualis, vel Clauſtralis, 1. 214.

Prior Conventualis præeſt Monaſterio, 1. 215. Cum adminiſtratione bonorum, & juriſdictione, 1. 217. Habet eam-

eamdem facultatem, ac Abbates, 1. 218. Et dicuntur habere dignitatem, 1. 219. Et in nonnullis Religionibus exercent Pontificalia inſtar Abbatum, 1. 220.

Prior Conventualis præficitur Monaſterio, & eſt verus Prælatus, 1.238.

Prior, & Sub-Prior quaſi unam perſonam gerunt, 1. 241. Non tenetur Sub-Priorem in ipſius loco conſtituere, ſed liberum eſt illi alium nominare, niſi à lege contrarium caveatur, 1. 275. Non poteſt Sub-Priorem privare his, quæ ad ſuum Officium ſpectant, 2. 30. Poterit tamen juſta exiſtente cauſa Sub-Prioris juſſa revocare, at ſine cauſa non erit licitum, 2. 32 Nec amovere Sub-Priorem pro ſuo libitu nequit, 2. 74. Et quando poterit? 2. 75. & 83.

Prioribus, & Guardianis facultas conceſſa, ut poſſint abſolvere à reſervatis, pertinet etiam ad eorum Vicarios tempore abſentiæ, 3. 218. & 219.

Prior Conventualis ea de cauſa poteſt Delegatum Apoſtolicum agere, quia eſt principale caput Monaſterii, & habet Officium cum juriſdictione, 3. 275.

Prior abſens tempore abſentiæ ſuſpenſam habet juriſdictionem, ſive quo ad exercitium impeditam, quando in ejus loco Vicarius à lege conſtituitur. Et quo pacto hoc Intelligendum? 3. à num. 327. Doctores pro hac ſententia referuntur, 3. 348.

Prior Localis abſens, dum ad Conventum redit, ſuum reſumit Officium abſque novo titulo, 3. 350. Pro tempore abſentiæ ſuum Officium, & Dignitatem retinet, & gaudet honoribus Prælati, 3. 353. Poteſt Confeſſarium eligere, 3. 354. Doctrina Patris Suarei circa hoc notatu digna, 3. 355. Si tempore abſentiæ habeat ſecum aliquem Subditorum, reſpectu illius poterit exercere quoſcunque actus juriſdictionis voluntariæ, 3. 356. Contentioſæ vero non poterit, niſi Prælatus proprii territorii, & Partes conſentiant, 3. 357.

Prior abſens, & Vicarius à lege in ejus locum ſuffectus æqualis ſunt poteſtatis abſque ulla ſubordinatione, 3. 361.

Prior non poteſt amovere à Vicariatu Sub-Priorem à lege Vicarium, 3. 372.

Prior Conventualis eſt Ordinarius ſuorum Subditorum, 3. 393.

Prior jure Ordinario poteſt delegare in Sacramentali foro poteſtatem abſolvendi, etiam à reſervatis, 3. 422.

Prior nominans Sub-Priorem Vicarium abſolute videtur concedere omnimodam poteſtatem, niſi in aliquo eam reſtringat. Ipſe tamen omnem juriſdictionem potiori jure penes ſe retinet, & exercere poteſt, 3. 457.

Prior noſter non poteſt Sub-Priorem loco, & præeminentiis privare, vel jubere, ut ſuperſedeat totaliter ab exequendis, quæ ſunt ſui muneris, 4. 12. Quando à Conventu abeſt, quamvis Vicarium non nominet, nihil illo facto Sub-Priori præſtat, 4. 82. Etſi illum Vicarium expreſsè deſignet, Sub-Prior habebit eo caſu juriſdictionem Ordinariam à lege, Delegatam vero à Priore. 4. 88.

Prior, ſi decedat, ſuſpendatur, aut promoveatur, Sub-Prior noſter in ejus locum ſuccedit, 4. 103. Niſi alium Vicarium Generalis, aut Provincialis deſignet, 4. 104.

Prior non cenſetur abſens, etiamſi extra clauſurā vacet exercitiis ſpiritualibus ſemotus à Cōmunitate, 4. 105. & 106.

Prior ex eo, quod ad aliquod vicinum prædium per unum, vel duos dies diverterit, non dicitur abeſſe, ut Sub-Priori aliqua poteſtas accreſcat, 4. 107.

Prior noſter extra infirmitatis, & abſentiæ cauſam totam ſuam poteſtatem non delegat, bene tamen ad aliquos parti-

Digitized by Google

particulares caſus, 4. 135.

Prior noſter abſens retinet non ſolum habitualem, ſed etiam actualem juriſdictionem voluntariam, 4. 174.

Prior noſter & ejus Vicarius poſſunt eligere Confeſſarium, etſi nullam habeant adprobationem à Generale, vel Provinciale, 4. 228. Et laudatur conſuetudo in Seraphica Capuccinorum Familia introducta. Ne Guardiani, licet poſſint, eligant Confeſſarium ex non approbatis, 4. 221. Non poſſunt in Conſervatores eligi, 4. 222. Poſſunt tamen Sedis Apoſtolicæ delegatione fungi, 4. 223.

Prior Clauſtralis ideo Prior dictus, quia poſt Abbatem eſt primus Conventualium, 1. 221. Clauſtralis dicitur à Clauſtro, 1. 222. Clauſtro præficitur, & Abbati ſubeſt, 1. 225. Habet curam Clauſtri, 1. 226. Ut Monachi in Clauſtro ad lectionem reſideant, 1. 227. In Clauſtro debet ſemper eſſe, 1. 229. Et ejus Officii eſſentiale eſt, ut Conventus primæ perſonæ ſubjiciatur, & ſit primus ab ea, accidentarium vero, ut hoc, vel illo nomine ſignificetur, 1. 230. Antiquitus Præpoſitus dicebatur, 231. Conſtat ex penè omnibus antiquioribus Regulis, 1. 233. Et ex S. Auguſtini regula, 1. 234. Nomen Præpoſiti abiit in deſuetudinem, & ejus loco nomen Prioris Clauſtralis ſucceſſit, 1. 235. Poſtea nomen Prioris principali Prælato eſt attributum, & Sub-Prioris nomine ſecundarii Prælati vocari cœperunt aliquibus in Religionibus, 1. 236. In aliis vero circa hoc diverſis nominibus nuncupantur, 1. 237.

Prior Clauſtralis poſt Abbatem ad adminiſtrationem Clauſtri deputatur, 1. 239. Et [illegible] Sub-Prior, ſeu Vicarius Conventus, 1. 240. Nomen Prioris Clauſtralis [illegible] ſolum retinetur in Religionibus, quæ per Abbates gubernantur, 1. 241.

Prior Clauſtralis non poteſt Delegatum Apoſtolicum agere. Et qua ratione? 3. 276. Clauſtralis non dicitur quando Conventui præeſt & Abbati non ſubjicitur, 1. 273. Doctrina Farinacii dicentis Priorem Clauſtralem venire appellatione [illegible], explicatur, 1. 274. Explicatur textus in Clementin. 2. *de Reſcript.* 1. 275. [illegible] verbo *Præpoſitus*. Et verbo *Sub-Prior*.

Prior Clauſtralis Caſinenſis Congregationis præeſt Conventui ex [illegible] tempore Capituli Generalis, 4. 71.

Prioralis Officii vacatio regulatur juxta vacationem Sedis Epiſcopalis, 4. 151.

Prioratus Conventualis appellatione venit Eccleſia Collegiata Regularis, non Sæcularis, 1. 216.

Priore ſuſpenſo devolvitur poteſtas ad Sub-Priorem, 2. 72.

Prioriſſa, vide *Abbatiſſa*.

Privilegium Tridentini conceſſum Epiſcopis diſpenſandi ſuper irregularitatibus ex occulto delicto provenientibus, non competit Prælatis Religionum, 3. 63.

Privilegium conceſſum Benedictinis Vallis-Oletanis comprehendit quamvis irregularitatem, & etiam (ſecundum aliquos) bigamiam, 3. 61. & 62.

Privilegium conceſſum circa aliqua, ad quæ alias ſe extendebat poteſtas Prælatorum, quo pacto accipi debeat? 3. 70.

Privilegium perſonale non transfertur in alium, 3. 202.

Privilegium inſertum corpori juris perſeverat, niſi nominatim derogetur, 3. 263.

Privilegium conceſſum ab Innocentio VIII Ciſtercienſibus ad benedicenda ornamenta, expreſſe mentionem facit de Vicariis, 3. 317. Sed non de qualibuſcumque, [illegible] qui in abſentia Prælatorum Localium præſint Monaſteriis, 3. 318. Inſuper eſt aliud privilegium à Leone X. Benedictinis conceſſum circa hujuſmodi benedictiones,

 nes,

aes,3.32 [illegible] *Praxis*,& intelligentia horum privilegiorum,3.321.322.& 323. Reſtringuntur dicta privilegia ad proprios dumtaxat uſus Regularium, 3 324.

Privilegium in favorem animarum conceſſum eſt delegabile,3.414

Privilegium conceſſum intuitu Dignitatis eſt delegabile, 3.415

Privilegium indultum Abbatibus, *Prioribus*, & *Præſidentibus* Ordinis S Benedicti per communicationem conceditur quibuſvis cæterorum Ordinum *Prælatis*, qui correſpondent prædictis Officiis Benedictinorum, 3.418

Privilegium, in quo de Vicariis fit mentio,pertinet ad Vicarios,quando Conventui præſunt.Nec circa hoc *Prior* aliquid limitare poterit,3.426.

Privilegium inſertum corpori juris reputatur jus commune,4 214. Non venit nomine privilegii, ſed habetur pro lege,4.219. Sed non transgreditur limites privilegii,4.215.

Privilegio renuntiare cuilibet eſt liberum,4.216. Et contrario ſuis ſtatutis videtur renuntiaſſe Prælatus eo ipſo, quod Officium acceptat.4.217.

Privilegio non indiget Sub-*Prior* Vicarius a lege , ut poſſit uti facultate conceſſa *Prælatis* Religionum,3 201

Privilegio conceſſo pro Societate JESU ad Judices Conſervatores eligendos cæteri Ordines participant,3 312.

Privilegio conceſſo ſpecialiter Prælatis non valebit uti Sub-Prior Vicarius a Priore,quia Prælatus non eſt,3 441.

Privilegiorum facultas abſolvendi a [illegible] conceſſa Prælatis Religi[illegible] [illegible]delegabilis eſt,3 203. Non Per[illegible] [illegible] ſed Rei [illegible],3.205 Pe[illegible] [illegible] Prælati in juriſdictionem quæ propria [illegible] [illegible] non interceſſiſſet,3.204.

Privilegiorum facultas competens Dignitati, vel Officio, delegabilis eſt, 3 20[illegible]

Privilegi[illegible] Concilium Ge[illegible]

[illegible]

Procuratore [illegible] procuratio [illegible]

Profeſſionum recipiendarum [illegible] legabilis eſt,4 186. [illegible] co,4.187. Non ſpecial[illegible] [illegible] jure Prælato convenit, 4 [illegible] 192.

Profeſſionum recipiendarum [illegible] ſpectat ad Prælatum Monaſt[illegible] 179. Et Monaſterium [illegible] feſſionem recipere, vacante [illegible] rali,4.180.

Ad Profeſſionem recipiendam [illegible] currere conſenſus Prioris [illegible] partis Capituli, 4 181.184. [illegible] praxi tamen aliter [illegible] ptum,4 196.& 197. In [illegible] requiritur [illegible] lis,4 198.

Profeſſionem recipere Sub-Prior [illegible] Vicarius poteſt [illegible] [illegible] etiam La[illegible] 268.

Prærogativa [illegible]

Provincia qua [illegible] ſtabiliendum [illegible] ſequentia [illegible] 242

Ex Provinc[illegible] ſumi deb[illegible]

Provinc[illegible] ratio[illegible] quam [illegible] 4 [illegible]

Provinciales [illegible] habitant [illegible] verò [illegible] 4.24[illegible]

Provincialis [illegible] ſimilis Epiſcopali [illegible] tur,1.114

Provincialis N [illegible] [illegible], & Provincialis [illegible] poteſt alium Præſidem [illegible] Conventu Provinciæ [illegible] Sub-Prior præſidi[illegible] [illegible] tamen novo [illegible]

Q.

Quaſi, vide *Dictio.*

R.

IN Regula S. Benedicti pro Abbate Prior uſurpatur, 1. 209.
In Regula noſtra, *Capit.* 1. Prior accipitur pro Patre N. Generali, 1. 238.
In Regula D. Auguſtini nomen *Præpoſiti* pro Sub-Priore accipitur, 1. 234.
In Regula D. Benedicti Officium Sub-Prioris arbitrio Abbatis relictum videtur, 2. 69. In praxi tamen aliter eſſe receptum contra Caramuelem oſtenditur, 2. [illegible] 71.
Regulæ noſtræ verba illa de jejunio *à feſto Exaltationis S. Crucis* interpretantur, 4. 68.
Rei-Publicæ intereſt conſervatio juriſdictionis Ordinariæ, 1. 163.
In Religione Seraphica, quid receptum ſit mortuo Guardiano? 3. 478.
Religioſi ex Obedientiæ voto tenentur illi obedire, cui a Prælato delegata eſt poteſtas, 2. 43.
Religioſi ut ad Officia forenſia admittantur, concurrere debent licentia Prælati, & utilitas Monaſterii, 3. 411.
Religioſi Vicarii, vide *Vicarii Religioſi à Priore inſtituti.*
Religioſorum Monaſteria [illegible] non poſſunt Eccleſiæ Collegiatæ, [illegible]
Non Reſervantur caſus à Pontifice regulariter, niſi cum aliqua cenſura reſervata, 3. 214.
Reſervare ſibi aliquos caſus poteſt Sub-Prior tempore ſuæ præſidentiæ, 3. 226. [illegible] Prioris ſit valde notabilis, 3. 227.
Reſervatio Clementis VIII peccati falſificantis ſigillum [illegible] Literas Officialium Conventus, vide verbo *Caſus.*
Reſervatio odioſa, 1. 38.
Reſoluto jure dantis reſolvitur jus accipientis, 4. 214.
Reſtricta videtur Sub-Prioris Vicarii poteſtas in omnibus caſibus, quibus Prioris poteſtas videtur reſtricta, 4. 203.
Revocare non poteſt aliquis in totum nec in partem poteſtatem, 2. 78.
Rubrica *Ne Sedevacante aliquid innovetur* prohibitum eſt quidquid in Epiſcopi ſuperventuri in præjudicium cedit, 4. 146. Explicatur juxta tenorem noſtræ Conſtitutionis, 4. 166.
A Rubrica bene deſumitur argumentum, 4. 165.
Rubricæ Decretalium de Officio, & Poteſtate Judicis Delegati, & Pandectarum, ff. de offic. ejus differunt a Rubr. C. de offic. ejus, 3. 9.

S.

Scilicet. Vide *Dictio.*
Sæculares Prælati non adſtringuntur ſuam poteſtatem alteri delegare, 3. 212.
Sedevacante judicium cum Eccleſia agitatum non valet, 4. 148. Et Capitulum Sedevacante ſolummodo neceſſaria exercere valet, 4. 149. Etiamſi Sedes vacet per Epiſcopi renuntiationem, 4. 150.
Sententiam adſerentium abſolutè, Subditum obtemperare non debere Prælato præcipienti probabiliter bonum, quod Subditus probabiliter judicat iniquum, nec adprobat, nec ſequitur, 1. 129.
Servitus [illegible] non datur, 1. 148.
[illegible] quiſque efficitur per Captivitatem, 1. 172. Et eſt incapax cujuslibet juriſdictionis, 1. 171.
Speciale ut aliquid dicatur, requiritur ut taliter Superioribus concedatur, quod Inferioribus denegetur, 4. 193.
Spiritualium cura quibus in rebus ſita ſit? 1. 198.
Subdelegatus non ſubdelegat, 1. 147.
Subditus adeundo Superiorem, non ceſſit ju-

 ſit ju-

ſe juri Interiorem adeundi, 3.99.
Subditus eſt ſubjectum capax licentiæ, 3.135.

De Sub-Priore in communi.

Sub-Priores hodie dicuntur, qui antea Priores dicebantur, 1.213.
Sub-Prior diverſimodè hodie in Religionibus nuncupatur, 1.236. & 237.
Sub-Prior, & Prior quaſi unam perſonam gerunt, 1.244.
Sub-Priori quid ſpecialius committatur? 1.245. Diverſimodè hoc in Religionibus receptum eſt, 1.246.
Ad Sub-Priorale munus adſumi poteſt pro quolibet Conventu Provinciæ, qui nec natura, nec profeſſione ad eam ſpectat, ſi gaudet illius Conventualitate, 4.239.
Sub-Prioris proprium munus eſt coadjuvare immediatos Prælatos, 1.242. Ut in omnibus Priori auxilium præſtet, 1.247. Quaſi altera Prælati manus debet eſſe, 1.248. Omnium membrorum præter capitis uſurpet officium, 1.249. Nominatur ſolatium Prælati, 1.251. Nihil contra Prioris voluntatem, & ordinationem faciat, 1.252. Invigilet Clauſtrali paci, 1.253. Hæc [illegible] provenit ex dictaminum conformitate, 1.213. Caveat, ne ſecundum Priorem ſe ſomniet, 1.255. Reputatur pro una, eademque perſona cum Priore 1.256. Rarò continget, ut expediat à ſententia Prioris deviare, 1.257. Tenetur obtemperare Priori, quamvis probabiliter judicet iniquum, quod præcipit, etiam in opinione adſerentium ſubditum tali præcepto obtemperare non debere, 1.259. Cùm Officium admiſit, ceſſit juri habendi indifferentiam opinionum cum Priore, 1.261. Fratres in Abbatis dilectione confirmet convertens corda filiorum ad Patrem, & è contra, 1.263. Neque in Prioris abſentia ſe exhibeat mitem, ut Priorem faciat apparere crudelem, 1.264.
Sub-Prioris electio, ſive nominatio [illegible] facto diverſimodè ſe habet [illegible] verſa Religionum ſtatuta, 1.26[illegible] nominatio convenienter [illegible] tur, 1.266. Prima ſententia ad [illegible] Priorem à Priore nominari debere [illegible] 267. Alia è contrario ad[illegible] nominandum non eſſe, 1.269. [illegible] decernit, ut Prior Sub-Priorem [illegible] cum Provinciale eligat, 1.270. [illegible] valdè conſonant uſui, qui tempore [illegible] Gregorii vigebat, 1.271.
Sub-Prioris Officium an ſit [illegible] Affirmative videbitur reſpond[illegible] ex Regula S. Benedicti, 1.272. [illegible] xis etiam in Religione ipſa [illegible] na, & in cæteris omnibus [illegible] officium, eſſe ſtabilitum [illegible]
Sub-Prior ratione ſui officii Ordin[illegible] habet poteſtatem, 1.274. In abſ[illegible] Prioris regulariter conſtitutio[illegible] Monaſterio præſide[illegible] nominari, 1.27[illegible]
Sub-Priores [illegible] Vicarii [illegible] uantur, 1.283.
Sub-Prior, dum Prælatus Monaſt[illegible] adeſt non habetur [illegible] ventus, ad hoc, ut [illegible] ras, comprehendatur [illegible] Clementis VIII. [illegible] tus Monaſt[illegible]

De Sub-Priore [illegible] Officii.

Sub-Prior ratione ſui Officii nulla ſpiri[illegible] tuali juriſdictione gaudet, 2.[illegible] Qu[illegible] modocunque, & à quocunque [illegible] natus ſit, 2.[illegible] [illegible] dictionalem exercere poteſt, neque [illegible] bi, neque aliis licentiam aliquam [illegible] bere, 2.8. & 9. Et quo pacto [illegible] dum veniat, pertinere ad illum [illegible] canonicam admoneſtationem [illegible] Non gaudet privilegiis Prælatis [illegible] ceſſis, neque à Sede Apoſtolica [illegible] delegari, 2.12. & 13. [illegible] cleſiaſtica dignitate [illegible] eſſe Procurator, Ex[illegible]

vocatus, 2.16. Non liberatur a Monachatu 2.17 Nec dicitur habere officium a Monaſterio diſtinctum, & quod illi relinquitur, acquiritur Monaſterio, 2.18 Non poteſt ubi confeſſarium eligere, 2.20.

Sub-Prior poteſt circa res ſibi commiſſas præcipere, corrigere, & leviter punire, 2.23. Quæ ſui muneris ſunt, ordinare, & Religioſi tenentur in illis obſequium præbere, 2.26. Poteſtas ejus dirimenda eſt juxta cujuslibet Religionis ſtatuta, 2.27. Omnino dependet a Priore, 2.25. & 29. Quo pacto ad eum ſpectet Dominativa poteſtas, 2.24.

Sub-Priorem privare Prior non poteſt his, quæ ſui muneris ſunt, 2.30. Poterit ejus juſſa ex cauſa invalidare, at ſine cauſa non licebit, 2.32.

Sub-Prioris poteſtas a Dominativa, quæ Prælatis competit, derivatur, & utraque circa eaſdem res tendit, 2.35.

Sub-Prioris juſſa parvipendentes, peccant contra obedientiæ votum ſecundum gravitatem materiæ, 2.42. & 45.

Sub-Priori in foro conſcientiæ obediendum eſt, 2.42. & 47. Et juſſa ejus transgrediens, peccat contra Religionem, 2.48.

Sub-Prior Conventualium vota irritare non poteſt, 2.50. Indirecte aliquando poteſt 2.52.

Sub-Prior habet præcedentiam ſine juriſdictione. Ejuſque officium eſt perſonatus, 2.54. Talis præcedentia communiter, & communi jure ſtabilita eſt, 2.55.

Sub-Prior illegitimus eſſe non poteſt, & ratio adſignatur, 2.57. Talis debet eligi, qualis ipſe Prior ſeu Abbas, 2.58. Præ cæteris poſt Abbatem potens debet eſſe in opere, & ſermone, 2.60. Et quando dignior ſit eligendus? 2.62

Sub-Prior ad curam Clauſtri conſtituitur, 2.63. Et in Clauſtro, vel circa Clauſtrum debet ſemper eſſe, 2.65.

Sub-Priorale officium non exſpirat morte Prioris, 2.67. *cum ſequentibus.*

Ad Sub-Priorem devolvitur poteſtas ſuſpenſo Priore, 2.72.

Sub-Priorem non poteſt Prior amovere pro ſuo libitu, 2.74. Et quando poterit? 2.75.

Sub-Prior licet a Priore nominetur, ejus officium ab eo non pendet, 2.77. Secus quando præficitur a Priore ejus Vicarius in ipſius abſentia, nam tunc poterit ab eo removeri a Vicariatu, ſed non à Sub-Priorali officio, 2.83. Quod, quum à Doctoribus plerumque non explanetur, generat confuſionem, 2.84.

Sub-Prior Calatravenſis Conventus qualem poteſtatem habeat, 2.28.

De Sub-Priore à lege Vicario.

Sub-Prior à lege Vicarius deputatus in abſentia Prioris, Ordinaria gaudet juriſdictione, 3.1. Et dicitur habere officium a Religione adprobatum, cui juriſdictio eſt neceſſario adnexa, 3.3.

Sub-Priores differunt à Vicariis Generalibus Epiſcoporum, 3.11.

Sub-Prioris Vicarii juriſdictio, quæ competit illi in abſentia Prioris, dignoſcitur ejus nominatione in Vicariatu, 3.13. Et Doctores communiter non diſtinctè de hac nominatione loquuntur, 3.14.

Sub-Prior à lege Vicarius verus Prælatus eſt, 3.16. *cum ſequentib.*

Sub-Priores Vicarii officium dicuntur habere in perſonas Monachorum, 3.18

Sub-Prior Vicarius à lege non indiget aliquo privilegio, 3.20

Sub-Prior à lege Vicarius habet poteſtatem quaſi Epiſcopalem, 3.22.

Ad Sub-Priorem à lege Vicarium deputatum pertinet plenariè poteſtas Directiva, 3.27. Similiter, & Coërcitiva non ſolum ratione Dominativæ poteſtatis, ſed etiam, & juriſdictionis, 3.28.

Sub-Prior excommunicare poteſt, 3.31. Contra Emmanuelem Rodrig. 3.32. In

gione Ciſtercienſi ſublata eſt talis poteſtas, 3. 33. Habet poteſtatem circa temporalia, ac ſi eſſet Prior, 3. 34. Poteſt ea omnia, quæ ad rectam adminiſtrationem Conventus ſunt neceſſaria, 3. 35.

Sub-Prior à lege Vicarius poteſt diſpenſare. 3. 37.

Sub-Priori à lege Vicario competit tam Dominativa, quam juriſdictionalis poteſtas, 3. 39. Ex vi Dominativæ poteſt vota irritare, 3, 40. 41. 42. & 43. Etiamſi ſint emiſſa cum licentia Prioris abſentis, etiamſi juraſſet ſe non revocaturum, 3. 44.

Sub-Prior tempore ſuæ præſidentiæ poteſt diſpenſare in quibuslibet votis, 3. 49. Non tamen in Pontifici reſervatis, 3. 50.

Sub-Prior diſpenſare poteſt in irregularitatibus, in quibus a jure communi Epiſcopus poteſt item habet, 3. 52. Et in irregularitate ex homicidio occulto voluntario contracta, 3. 54. Modo homicida in foro contentioſo convinci non poſſit, 3. 55. Et eſt intelligendum non ſolum de diſpenſatione ad Ordines, ſed etiam ad Prælaturas, 3. 59. Inſuper, in quibuſcunque pœnis ſuper quavis irregularitate, 3. 60. Et etiam ſecundum aliquos in bigamia, 3. 62. Similiter poteſt diſpenſate ſuper irregularitatibus ex occulto delicto provenientibus, non ex vi Tridentini, ſed ſpeciali privilegio Pii V. 3. 64. 65.

Sub-Prior a lege Vicarius vere dici debet Prælatus Conventus, 3. 66.

Sub-Prior ſuccedit in his, quæ Priori jure Ordinario, licet ſpeciali, competunt, ſecus in his, quæ jure ſpeciali delegato, 3. 56.

Sub-Prior à lege Vicarius diſpenſare poteſt circa Eccleſiaſtica præcepta, 3. 67. Et hoc non ratione alicujus privilegii, ſed ratione officii, 3. 69. Inſuper & in regularibus obſervantiis, 3. 71. Qualis poteſtas magis neceſſaria eſt immediatis Prælatis, quam ſuperioribus, 3. 72. Et circa pœnas a Religione taxatas, 3. 74. Juſta cauſa interveniente. Et quæ ſint cauſæ juſtæ, 3. 78. Super pœnis vero a Superiore impoſitis diſpenſare non poteſt, 3. 79.

Ad Sub-Priorem Vicarium poteſtas [illegible] penſandi pertinens, ad omnia ſe [illegible] dit, ad quæ ſe extendebat Epiſcop[illegible] poteſtas ante exemptionem, [illegible] diſpenſare poteſt cum ſibi [illegible] per quibuſcunque non limitatis, [illegible]

Sub-Prior Vicarius concedere [illegible] penſationem, ſive licentiam [illegible] Prælato denegatam, 3. 1[illegible]4.

Sub-Prior tempore ſui Vicariatus [illegible] cenſuris, quam a peccatis Subdit[illegible] ſolvere poteſt, 3. 168.

Sub-Prior a lege Vicarius an poſſit [illegible] vere a cenſuris impoſitis a [illegible] ſenti. Remiſſive, 3. 175. An poſſit [illegible] ſolvere a cenſuris, quas [illegible] Religioſos ferre permittitur [illegible] dentini decreta, 3. 176. Non valet [illegible] ſolvere a cenſuris intra [illegible] Superiori reſervatis, [illegible] Prælato diſcrimina[illegible] 178. A cenſuris [illegible] rum abſolutio Epiſ[illegible] mittitur, Sub-Prio[illegible] 180. A cenſuris [illegible] Privilegiorum [illegible] nem faciant de [illegible] Vicariis, 3 [illegible] Prælatis pluralit[illegible] ſive ſingulariter, 3. 19[illegible].

Ad Sub-Priorem [illegible] vilegiorum [illegible] ru adeſt [illegible] tentiam [illegible] Conſilium Suarez, [illegible] recedit omnes poteſtas [illegible] tat Vicario, [illegible] ſatum [illegible] do [illegible] re, 3. 1[illegible].

Sub-Prior [illegible] giorum conceſſis non [illegible] caliter in illis [illegible] ſufficit, ut Prælato [illegible] cedantur, 3. 197. Suarez [illegible]

tur, & explicatur, 3.198.

Quod de Sub-Priore Vicario dicitur, dum Prior vita, ſive officio defunctus eſt, dicendum quoque venit, quando in abſentia Prioris a lege ſubrogatur, 3.199. Pellizarius explicatur, 3.200.

Sub-Prior Vicarius a lege non indiget aliquo privilegio, ut poſſit uti facultate conceſſa Religionum Prælatis, 3.201.

Sub-Prior Vicarius a lege poteſt abſolvere a peccato indefinite Prælato reſervato, & aſſignatur ratio Naldi, & Peyrinis, 3.215. Genuina ratio proponitur cum Pellizario, 3.216. Etiamſi Subditus ſine cauſa diſtuliſſet confeſſionem pro tempore ſui Vicariatus, 3.217. Similiter poteſt abſolvere a reſervatis, quando reſervatio ſit Prælatis pluraliter, ſecus ſi nominatim Generali, aut Provinciali reſerventur, 3.220.

Sub-Prior Vicarius, qui poteſt ſibi ſubditos abſolvere a reſervatis Superiori, poteſt alteri facultatem committere, ut illum abſolvat, 3.221. & 256. Leandri ſententia examinatur, 3.222.

Sub-Prior Vicarius, qui habet a Superiore facultatem abſolvendi a reſervatis per ipſummet Superiorem, poteſt alteri talem facultatem committere, 3.224. & 225.

Sub-Prior Vicarius tempore ſuæ præſidentiæ poteſt aliquos ſibi caſus reſervare, 3.226. Dummodo abſentia Prioris ſit valde notabilis, 3.227.

Ad Sub-Priorem Vicarium pertinent tempore ſuæ præſidentiæ omnia indulta Prælatum principalem concernentia, exceptis his, quæ Abbatiali dignitati conceduntur, 3.228.

Sub-Prior Vicarius a lege ſuccedit in Prioris locum non ſolum cum eadem poteſtate, ſed & cum eadem authoritate, 3.230. Injuria illi irrogata eadem pœna plecti debet, ac ſi in Priorem eſſet commiſſa, 3.231. 232. & 233.

Sub-Prior Vicarius poteſt dimiſſorias ad Ordines concedere, 3.236. Et non ceſſaut Vicariatus finitione, 3.238.

Sub-Prior a lege Vicarius poteſt confeſſarium [illegible] tempore ſui Vicariatus, 3.240. [illegible]

Sub-Prior Vicarius a lege deputatus eſt ſolus, & abſolutus Superior Monaſterii, minime tamen ſi a ſolo Priore deputetur. Hoc poſterius adſentitur contra Tamburinum, Dianam, & Peyrinis, 3.252.

Sub-Prior a lege Vicarius poteſt Novitios ad profitendum admittere, 3.267.

Sub-Prior a lege Vicarius poteſt eſſe delegatus Sedis Apoſtolicæ, & dicitur in dignitate conſtitutus, 3.269.

Sub-Prior tempore ſui Vicariatus a lege eſt verus Prælatus Monaſterii cum juriſdictione Ordinaria, 3.297.

Sub-Prior habet officium perpetuum, 3.281. Non habet ſucceſſorem in officio, 3.297.

Sub-Prior Vicarius differt a Vicario Generali Epiſcopi, 3.301. & 332.

Sub-Prior Vicarius a lege poteſt in Judicem Conſervatorem adſumi, 3.304. Explicatur Emmanuel pro hac ſententia, 3.305.

Sub-Prior Vicarius dum Conventui præeſt, 3.318. Poteſt quævis ornamenta ad Divinum Cultum ſpectantia benedicere tam pro ſuo, quam pro alieno uſu, & violatas Eccleſias, Cæmeteria, &c. reconciliare, 3.316. Reſtringitur tamen hæc poteſtas ad proprios dumtaxat uſus juxta aliquos, 3.324.

Sub-Prior Vicarius a lege poteſt ſuas vices, ſi abeſſe contingat, alteri delegare, 3.325.

Sub-Prior dum Conventui præeſt a lege ſuffectus, proprius nominari debet Præſes, quam Vicarius, 3.338.

Sub-Prior a lege Vicarius conſtitutus non eſt ſubditus abſentis Prioris, nec inferior illo, ſed æqualis cenſetur, 3.359. Nõ adſtringitur cenſuris, ſive præceptis impoſitis a Priore, 3.360. Doctores, qui pro hac ſententia militant, adducuntur, & ponderantur, 3.363. Ejus poteſtas, & Prælati abſentis æquales.

les ſunt abſque ulla ſubordinatione, 3.361. Poteſt abſolvere ſibi ſubditum pro eo tempore abſentiæ a cenſura impoſita ab abſente Priore, 3.365. Et idem quod dicitur de juriſdictione Sub-Prioris Vicarii mortuo, vel amoto Priore, dici debet in caſu abſentiæ, 3.366. Inferuntur aliqua, 3.367. Non poteſt puniri à Priore redeunte circa ea, quæ ut talis Vicarius commiſit, 3.369. Secus tamen in his, quæ ut privatus deliquerit, 3.371.

In Sub-Prioribus duo tempora conſiderantur, alterum quando Conventui non præſunt, ſed ſub cura Prælatorum ſunt, alterum quando vice funguntur Prælatorum, 3.364.

Sub-Prior à lege Vicarius non poteſt amoveri à Priore, 3.372. Tamburin. notatur, 3.373.

Sub-Prioris a lege Vicarii juriſdictio non extinguitur extincta juriſdictione Prioris, 3.374.

Sub-Prior Vicarius, & Vicarius Epiſcopi differunt, 3.303. 332. & 377.

Sub-Prior à Generale Vicarius nominatus eandem juriſdictionem habet, ac ſi à lege nominatus fuiſſet, 3.388.

Sub-Prior Vicarius à Priore.

Sub-Prior Vicarius à Priore abſolute nominatus ſine aliqua reſtrictione eſt delegatus ad univerſitatem cauſarum, 3.395. Ejus poteſtas ad omnia ſe extendit, ad quæ Prioris ſe extendebat, 3.396. In regendo Conventu habet eandem poteſtatem, ac Prior, 3.399.

Sub-Prior Vicarius à Priore ſuffectus gaudet pro eo tempore poteſtate tam coactiva, quam directiva, 3.408. Habet poteſtatem diſpenſandi, 3.409. In votis, 3.410. In jejuniis, 3.411. In obſervantiis regularibus, 3.416. In irregularitate contracta ex homicidio voluntario, 3.413. Diſpenſare etiam poteſt in quavis irregularitate, 3.417.

Sub-Prior Vicarius à Priore poteſt [illegible] diſpenſare ſuper quibuſcunque [illegible] ſua Communitate, poteſt, 3.41[illegible]

Sub-Prior à Priore Vicarius [illegible] poteſt ſuos Religioſos a peccatis [illegible] reſervatis, & a reſervatis Prælatis, [illegible] Prælatis indefinite, 3.42[illegible].

Sub-Prior à Priore Vicarius [illegible] privilegio Religioni concesso [illegible] de Vicariis ſit mentio. Nec Prior [illegible] hoc aliquid limitare poteſt, [illegible] Præſente Priore non poteſt, 3.4[illegible] 428. 3.429.

Sub-Prior Vicarius Prioris tempore [illegible] præſidentiæ vota ſubſtituti [illegible] poteſt, 3.431. Etiam Priore ex[illegible]nicato, 3.433.

Sub-Prior Prioris Vicarius poteſt [illegible] rios ad profitendum admittere, [illegible] 436.

Sub-Prior Prioris Vicarius poteſt benedicere Corporalia, & [illegible] miſterio, 3.438. Ex Privilegio Innocentii VIII. conceſſo [illegible] carius in ipſorum abſentia [illegible]. Privilegium [illegible] rios a Priore deſignatos [illegible] contra Rodriq. [illegible] 44[illegible]

Sub-Prior Vicarius à Priore [illegible] uti Privilegio [illegible] non eſt Prælatus, [illegible]

Sub-Prior Vicarius Prioris poteſt [illegible] Vicarium in [illegible] tuere, quia [illegible] eſt, [illegible] 445.

Sub-Prior Vicarius à lege poteſt [illegible] tem excipiendi [illegible] confeſſiones [illegible] legare, [illegible] 451.

Sub-Prior Vicarius à Priore [illegible] juriſdictione, quam à lege [illegible] ſuffectus, 3.452.

Sub-Prior à Priore Vicarius [illegible] non eſt Prælatus, 3.454. [illegible] cenſetur, ligandi [illegible] pendi, conferendi, &c. 3.45[illegible]

Sub-Prior Vicarius à Priore [illegible] bus Prælati non gaudet, 3.45[illegible]

illi irrogata minori pœna plecti debet, quam ſi Priori illata fuiſſet, 3, 463. Non poteſt Confeſſarium eligere, 3, 469. Neque in Judicem Conſervatorem eligi, neque delegationem Apoſtolicam obire, 3, 465. Nec dicitur in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutus, neque exercere juriſdictionem propriam, 3, 466.

Sub Prioris Vicarii à Priore ſuffecti juriſdictio exſpirat morte Prioris, vel ejus officii ceſſatione, 3, 470. Suſpenditur Priore excommunicato, 3, 472. Sive ſuſpenſo. Quod eſt intelligendum de ſuſpenſione, prout dicit cenſuram, 3, 474. Quocunque caſu Prior juriſdictionem amiſerit, extincta erit juriſdictio Sub-Prioris ejus Vicarii, 3, 475. Et recidit præſidentia Conventus in Sub-Prioris perſonam ex diſpoſitione juris, niſi aliud ſit ſtabilitum, 3, 476.

Sub-Prior Vicarius Prioris pro ejus libitu amoveri poteſt, 3, 479. Et talis amotio poteſt fieri tacitè, aut expreſsè, 3, 481.

Sub-Prioris Vicarii poteſtas coarctari poteſt ad nutum nominantis Prioris, 3, 484.

Sub-Priorem Vicarium à Priore inſtitutum in abſentia, ſive infirmitatis caſibus, Ordinaria juriſdictione gaudere, probabiliter dici videtur, 3, 487.

Sub-Priorem à Priore Vicarium conſtitutum infirmitatis, ſive abſentiæ caſibus probabile eſt, Ordinarium eſſe, attenta diſpoſitione juris communis, 3, 492. Cohæret tamen ejus juriſdictio juriſdictioni Prioris, & ejus morte, ſeu finitione officii finitur, 3, 493. Vide verb. *Præpoſitus*, & verb. *Prior Clauſtralis*.

Sub-Prior noſter ratione ſui officii.

Sub-Prior noſter eſt Coadjutor Prioris, 4, p. num. 1. Quale ſit præcipuum ejus munus? 4, 2. Vocatur Sub-Prior, quia immediati Prælati in noſtra Religione Priores dicuntur, 4, 3. Et eſt proximus Priori, 4, 4. Officium ejus eſt perſonatus, 4, 5. Illegitimus eſſe non poteſt, 4, 6. Poteſt ordinare, quæ illi ex officio competunt, 4, 7. Et Religioſi ei tenentur obedire, 4, 8. Niſi aliud Priori viſum fuerit, 4, 11. At non poterit eum privare loco, & præeminentiis, 4, 12. Quibus qualitatibus ornatus eſſe debeat? 4, 13. Quis eum eligat? 4, 14. An dignior ſit eligendus, 4, 15.

Sub-Prior adſumi debet ex Conventualibus provinciæ, qui filiatione, aut natura, ad eam ſpectant, 4, 16. Sufficiet, ut parentes in provincia domiciliũ habuerint, licet caſu alibi natus ſit, 4, 18. Ejus officium durat tribus annis, vel ſi impleri non poſſunt, ultra tres menſes à Capitulo Generali non extenditur, 4, 55. Exſpirat etiam, ſi ad aliud officium incompatibile Prior adſumatur, 4, 56, & 59. Nec tenetur expectare Priorem denuo adventurum, 4, 58. Si alius Sub-Prior denuo electus ſuperveniat ante triennium, vel ante trimeſtre, admitti non debet, uſque dum tempus anteceſſor expleverit, aut officio renunciet, 4, 60. Jure noſtro antiquo Prior præſidebat ex vi legis in Conventu, quando Prior tendebat ad Capitulum, ſive Generale, ſive Provinciale, 4, 69. Nec Provincialis alium præſidem poterat deputare, 4, 70. Hodie tamen novo jure poteſt, 4, 71.

Sub-Prior Vicarius.

Sub-Prior in abſentia Prioris, niſi alium deſignet, eſt Vicarius à lege deputatus, 4, 73. Quod ſi Prior illum Vicarium deſignet, habebit duplicem juriſdictionem, 4. 88. Et aliquando tanquam Delegatus exequi poterit, quod ei ut Ordinario non erat conceſſum, & è contra, 4. 92. In aliis caſibus præter abſentiæ, quibus Prior deficere poteſt,

Digitized by Google

nihil ſtabilitum eſt de perſona in Vicarium adſignanda, 4. 93. Et ſic tanquam caſus omiſſus relinquitur ad diſpoſitionem juris communis, 4. 99. Et ad Sub-Priorem poteſtas devolvitur, 4. 100. & 103. Præſente Priore nullam poteſtatem habet, niſi ad caſus urgentes, 4. 108. Et tunc poterit abſolvere à reſervatis, cum onere tamen comparendi, 4. 110. Quomodolibet Prior deficiat, Sub-Prior ſuccedit Vicarius à lege, 4. 112. Et eſt verus Prælatus; non gaudet tamen loco, & præeminentiis Prioris, 4. 117. Et ejus authoritas diminuta circa aliqua, 4. 124. Et injuria illi irrogata minor cenſetur, quàm ſi Priori irrogaretur, quoad pœnæ punitionem, 4. 125. Contrarium tamen probabile, 4. 127. Non poteſt alium Vicarium deſignare abſentiæ cauſa, 4. 132. Cauſa tamen infirmitatis bene poterit, 4. 133. In aliis caſibus totam ſuam poteſtatem non delegat, 4. 134. Aliquos verò particulares caſus delegare poterit, 4. 135.

Sub-Prior in abſentia Prioris nihil innovare poterit, 4, 136. Et in hoc quid prohibitum ſit? 4, 141. Non poterit auferre præceptum à Priore impoſitum, 4, 142. Nec removere officiales, quos Prior deſignavit, 4, 145. Nec contractum aliquem celebrare, 4. 147. Et quidquid innovaverit ſuæ præſidentiæ tempore, nullius erit valoris, 4. 156. Niſi rationabilis cauſa interveniat, 4. 162. Quæ ſint, quæ poteſt facere abſque innovatione, 4. 164. Quæ abſentia Prioris ſufficiat, ut ad illum regimen Monaſterii pertineat, 4. 171. Poteſt imponere præceptum, *ibid.* & 4. 173.

Sub-Prior poteſt concedere licentiam, ſive diſpenſationem à Priore ante denegatam. Et quo pacto, 4. 176. & 177. Poteſt Novitios ad profeſſionem admittere. Et qualis ad hoc eſſe poſſit dubitandi ratio? 4. 178. *cum ſeqq.* Limitatio illa: *Ne aliquid innovare præſumat*, non habet locum quando Prior tendit ad Capitulum Generale, ſive Provinciale, 4. 199. Vel quando ſuccedit in locum demortui, amoti, vel ſuſpenſi Prælati, 4. 201. Reſtricta Prioris poteſtate, & Sub-Prioris erit reſtricta, 4. 203.

Sub-Prior non poteſt facultatem concedere pro excipiendis confeſſionibus, 4. 210. Nec ultra gravem culpam pœnam infligere, 4. 211. Poteſt eligere Confeſſarium etiam non adprobatum à Generale, vel Provinciale, 4. 218. Laudabile erit abſtinere ab hoc privilegio, 4. 221. Non poteſt in Conſervatorem eligi, 4. 222. Poterit tamen delegationem Sedis Apoſtolicæ obire, 4. 223. Juriſdictio ejus non exſpirat morte Prioris, ſive illius officii finitione, 4. 224. Quando Prior pro ſuæ abſentiæ tempore alium Vicarium deſignavit, & interim moritur, Vicarii juriſdictio definitur: Et ad Sub-Priorem ex vi legis poteſtas devolvitur, 4. 225.

Sub-Prior ſuccedit in Vicarii Prioris juriſdictionem, ſi Prior abſens deficiat, 4. 225.

Subrogatus in locum alterius, in ejus locum, & jura ſubrogatus cenſetur, 2. 22. 4. 205. Nec in plus juris ſuccedit, quam habet ille, cujus locum occupat, 4. 206.

Succeſſor non debet abſque juſta cauſa juſſa ſucceſſorum invalidare, 3. 116.

Summus Pontifex etiam cum invito diſpenſat, 1. 68. Et ſibi poteſt directè Indulgentias concedere, ſecumque diſpenſare, 1. 74.

Summus Pontifex regulariter non reſervat ſibi caſus, niſi cum aliqua reſervata cenſura, 3. 214.

Superior Prælatus poteſtatem inferioris abſque juſta cauſa non poteſt licitè limitare, & contrarium faciens, peccabit, ac pro eo puniri poterit, 3. 89.

Superior poſtquam aliquem condemnavit inferior, non poteſt illum abſolvere, 3. 97.

Superior

Digitized by Google

Superior negans diſpenſationem, non aufert circa illum caſum inferiori juriſdictionem, 3. 98.

Superiorem adire pro alicujus rei petitione, nullum præventionis effectum operatur in uſu juriſdictionis voluntariæ, 3. 100. Quod etiam in reſcriptis juſtitiæ admittitur, 3. 101.

Supremus Princeps confert Ordinariam juriſdictionem, 1. 95. & 96.

Supremus Princeps, ſive Prælatus, dum alicui juriſdictionem conferunt, Ordinariam conferre cenſentur, niſi adponatur clauſula, ex qua illud colligatur, 4. 228.

Supremus quo pacto dici debeat Generalis Præpoſitus, 1. 109.

Suſpenſio exercitii juriſdictionis, quo pacto intelligenda ſit? 3. 349.

T.

Temporalium adminiſtratio tam extra, quàm intra judicium exercetur, 1. 99.

Tempus durationis officii Sub-Prioris frequenter præfinitur, 2. 81.

Tempus legis non obſervans, non dicitur formam legis obſervare, 2. 82.

Textus in l. *Legatorum*, 3. *C. de juriſd. omn. jud.* explicatur, 1. 93.

Textus in l. *Cognitio*, 4. ff. *de offic. ejus*, & in l. 1. §. *qui mandatam*, ff. eodem, interpretantur, 1. 23.

Textus in cap. fin. de *Inſtitution* explicatur, 3. 120.

Text. in cap. *per veſtras*, *de jure Patronatus*, explicatur, 3. 122.

Text. in l. *in ſingulos*, 4. ff. de *annuis legatis*, & in l. *à nobis*, 5. ff. eodem, 3. 160. & 163.

Textus in cap. *nuper*, *de ſententia excommunicationis*, expenditur, 3, 172.

Textus in cap. fin. *de pœnit. & remiſſ.* proponitur, 3. 239. Et expenditur, 3. 265.

Text. in l. *Provinciales*, 190, de verb. ſign. ediſſeritur, 4 241.

Textus in cap. *ſi Epiſcopus*, *de pœnitent. & remiſſ.* in 6. 3. 258.

Text. in Clem. 1. de *Reſcrip.* explicatur, 3. 171.

Textus in Clem. 2. *de Reſcript.* & in Clem. *Religioſos, de Procuratorib.* Et in cap. 2. *de poſtulando* expenduntur, 3. 312.

Text. in cap. *volentes*, de offic. Legat. explicatur, 3. 351.

Text. in l. *Filios*, 3. C. *de Municip.* lib. 10. expenditur, 4. 20.

Text. in l. *ſi ſponſus*, §. ſi maritus, ff. *de donat. inter.* 4. 84.

Textus in l. *quod autem*, 6. §. proinde, ff. quæ in fraudem creditorum, l. *non fraudantur*, 77. de reg. jur. 4. 85.

Text. in cap. 1. *Ne Sedevacante* explicatur, 4. 143.

Text. in cap. *his quæ*, *de majorit. & obedient.* & Gloſ. ibi. verb. *Pro bono pacis*, explicantur, 4. 163.

In Titulo noſtro congruè Officium, & poteſtas reperiuntur, 1. 204.

Qui totum negotium in alium poteſt transferre, poterit, & in aliquo coarctare, 3. 485.

Totum potens revocare, poterit & partem, 2. 78.

Tractus ſucceſſivus in obligatione jejunii Quadrageſimalis quomodo intelligatur? 3. 156.

Tridentini Privilegium, vide *Privilegium Tridentini*.

Trimeſtre, quod Sub-Priori conceditur poſt Capitulum Generale tranſactum, à quo tempore computandum ſit? 4. 63.

V.

Vacante Sede Priorali, Monaſterium non poteſt alicujus profeſſionem recipere, 4. 180.

Vacare non dicitur ſedes Prioralis, quando lex deſignat Vicarium, qui Conventui pro eo tempore præſit, 4. 185.

Vacatio officii Prioralis regulatur per vacationem Sedis Epiſcopalis, 4. 151.

Verba legis accipi debent ſecundùm propriam, & naturalem ſignificationem, 4. 243. Niſi lex utatur verbis impropriis, 4. 244.

Digitized by Google

Verba, quæ poſita ſunt ad diminutionem, non poſſunt augmentũ operari, 4.207
Verba debent intelligi ſecundum comunem uſurpationem, 1.36. & 4. 97. Niſi ſubjecta materia aliud ſuadeat, 1.41.
Verba deſerviunt intentioni, non intentio verbis, 1. 42.
Verbum *Debeat* ſuapte natura parendi obligationem importat, 4.9. Aliquando minus propriè honeſtatis debitum, 4. 10.
Verbum *Præſideat*, quum ſit temporis præſentis, diſpoſitionem inducit, & quia eſt modi Subjunctivi, æquivalet Imperativo, 4.77. & 78.
Verbum *Imperativi modi*, etiam ſi temporis præſentis ſit, non inducit ipſo jure diſpoſitionem, 4.79. Et quo pacto hoc intelligendum? 4.80.
Verbum *Abſentia* non intelligitur de morte, 4.98.
Verbum *Præſumere* dolum importat, 4. 159.
Verbum *Volumus* novum jus conſtituit, 4. 167.
Verbum *Declaramus* non conſtituit novum jus, ſed antiquum declarat, 4.168. Et *Declarare* non eſt de novo aliquid facere, ſed jam factum aperire, 4.169.
Vicariatus Sub-Prioris exſpirat, ſi Sub-Prior ad aliud officium incompatibile adſumatur, & ſuccedit antiquior Conventus, 4.56.
Vicariatu finito, non dicitur illius dignitas vacare, ſed finiri, 3.301.
Vicariatus, & Epiſcopatus inter ſe ſunt incompatibiles, 3.293. & 294.
Vicarii Generales Epiſcoporum à quo ſuam juriſdictionem accipiant? 1.101.
Vicarii Generalis Epiſcopi juriſdictio eſt Ordinaria, 1. 175. Extinguitur Epiſcopi morte, 1.176. Et quod poſt mortem Epiſcopi exequitur, nullius valoris eſt, 1.177. Etiam ſi res ſit incœpta, 1.178.
Vicarii juriſdictio deficit obeũte, ſeu promoto Epiſcopo, 1. 179. Et per revocationem ab eo factam, 1.180. Licet probabile ſit, ſine cauſa revocari non poſſe, 1.183.
Vicarii Generalis juriſdictio Epiſcopo excommunicato, ſive ſuſpenſo, licet non extinguatur, ſuſpenditur, quo uſque Epiſcopus abſolvatur, 1.184.
Vicarii juriſdictio, & Epiſcopi eadem cenſetur, & idem tribunal, 1.185.
Vicarii Generalis juriſdictio eſt acceſſoria Epiſcopi juriſdictioni, 1.187.
Vicarii creatio profluit ex tacito conſenſu juris, ſive Pontificis, 1.189. Et ejus juriſdictio non ab Epiſcopo, ſed à jure profluit, 1 192.
Vicarii quur ita dicti? 1.276. Eorum natura, 1.277. De pluribus ſpeciebus Vicariorum. Remiſſivè, 1.278.
Vicarii Generalis, & Epiſcopi juriſdictio ſimul in utroque reſidet, & idem tribunal reputatur, 2.4.
Vicarii juriſdictio ſub ratione officii continetur, 3.10.
Vicarii Generales Epiſcoporum à Sub-Prioribus differunt, 3.11.
Vicarii Foranei non gaudent privilegio eligendi confeſſarium, 3.249. Habent juriſdictionem Delegatam, & non cenſentur in Dignitate conſtituti, nec poſſunt Apoſtolicum Delegatum, aut Judicem Conſervatorem agere, 3 250. & 467. Alia via poſſe illos eligere confeſſarium, oſtenditur, 3.251.
Vicarii Generales Epiſcoporum dicuntur conſtituti in Dignitate, ſed poſſunt amoveri ab Epiſcopis, & non habent officium perpetuum, 3. 279. & 468. Nec habent ſucceſſorem in Vicariatu, 3. 280.
Vicarii Conventuum poſſunt benedicere quævis ornamenta, Eccleſias, & Cæmeteria reconciliare tam pro ſuo, quam pro alieno uſu, 3.316. Sed jam reſtricta videtur hæc poteſtas ad proprios duntaxat uſus, 3.324. Et hoc non ad qualeſcunque Vicarios ſpectat, ſed ad illos duntaxat, qui in abſentia Prælatorum localium præſunt Monaſteriis, 3. 318.
Vicarii Generalis juriſdictio eſt acceſſoria juriſdictioni Epiſcopi, 3. 375.
Vicarii Religioſi poſſunt uti privilegio Religioni conceſſo, ſi de illis fiat men-

ti-

Digitized by Google

tio, nec Prior circa hoc aliquid limitare poterit, 3.426.
Vicarii nomen in privilegiis illum ſignificat, qui vices gerit cum juriſdictione, ſive Prælatura, 3.429.
Vicarii nomen in Sub-Priore diverſimodè ſe habet, 3.428.
Vicarii Parochorum poſſunt per aliquod breve tempus alium ipſorum loco ſubſtituere, & talis ſubſtitutus non dicitur Delegatus Vicarii, ſed Parochi, 3. 444
Vicarii Prioris abſentis juriſdictio, quando à Priore nominatus eſt, exſpirat morte Prioris, vel ejus officii ceſſatione, 3.470. 475. Et recidit præſidentia Conventus in Sub-Prioris perſonam ex diſpoſitione juris, 3.466.
Vicarii Prioris juriſdictio dependens eſt à juriſdictione Prioris, 3. 471.
Vicarii Religioſi à Priore ſuffecti, attento ſpeciali jure, ſive conſuetudine, etiam in caſu abſentiæ, vel infirmitatis gaudent juriſdictione Delegata, nec pro eis aliqua probabilitas militat, 3.495. Quid in noſtra Religione dicendum ſit? 4.p.n.226.fin.
Vicarii Generalis juriſdictio, licet Ordinaria ſit, limitatur à jure, 4.116.
Vicarii Prioris juriſdictio, quotunque caſu abſentiæ in Prioris locum ſuccedat, eſt Ordinaria, & non exſpirat morte Prioris, ſeu illius officii finitione, 4.224.
Vicarii à Provinciale, ſive Generale deſignati poſſunt innovare in regimine Conventus, 4. 232. Et quilibet eorum dependet ab eo, à quo juriſdictionem accipit, 4.233.
Vicario Generali Epiſcopi injuncta commiſſio nequit ab Epiſcopo expediri, 3. 291.
Vicariorum nomen impropriè Sub-Prioribus attribuitur, 1.283.
Vicarios conſtituendi ratio cum tota juriſdictione, qualis? 3. 346.
Vicarios Generales Epiſcoporum gaudere privilegio à jure conceſſo eligendi ſibi Confeſſarium, oſtenditur contra Suarez, 3. 247. Sunt in Dignitate conſtituti, & literas Apoſtolicas expedire, & in Judices Conſervatores eligi poſſunt, 3.248.
Vicarios adſignare omnibus Ordinariis prohibetur, & ſolum Epiſcopis, & Correctoribus conceſſum reperitur, 2. 5. & 6.
Vicarius à Provinciale, ſeu Prælato locali ſuffectus potitur juriſdictione Delegata, 1.113. Niſi ſit nominatus à Provinciale juxta ſtatutorum præſcriptum, 1. 115.
Vicarius Generalis Epiſcopi, & Delegatus differunt, 1.193.
Vicarius natus dicitur, qui à lege conſtituitur, 1.279.
Vicarius conſtitutus à Principe Ordinaria juriſdictione potitur, niſi de mente deſignantis aliter conſtet, 1.280.
Vicarius conſtitutus à quolibet Ordinario Delegata gaudet juriſdictione, 1. 282.
Vicarius ad nutum ejus, cujus Vicarius eſt, amoveri poteſt, 2. 76. Limitatur, 2. 79.
Vicarius conſtitutus de beneplacito Pontificis non poteſt ab Abbate removeri, licet ipſe illum elegerit, 2.79.
Vicarius Generalis, & Epiſcopus cenſentur diſtinctæ perſonæ, 3.292.
Vicarius Epiſcopi non habet ſucceſſorem, 3.299.
Vicarius Generalis, & Sub-Prior Vicarius differunt, 3.303.332. & 377.
Vicarius impropriè Sub-Prior dicitur, dum Conventui præeſt à lege ſuffectus, 3. 338.
Vicarius Generalis Epiſcopi puniri non valet in his, quę deliquit circa officium, vel juriſdictionem, 3.370. Secus tamen de his, quæ tanquam privatus deliquerit, 3. 371.
Vicarius Epiſcopi, & Sub-Prior Vicarius diſcriminantur inter ſe, 3.377. Navarri, Rotherici, & Valeri ratio notatur, 3. 378. Et vera adſignatur, 3.379.
Vicarius à Generali ſuffectus eandem juriſdictionem habet, ac ſi à lege ſufficeretur, 3. 388. Omnia, quæ diximus convenire Vicario à lege nominato,

Digitized by Google

conveniunt etiam à Supremo Prælato ſuffecto, 3.391.
Vicarius abſolute à Priore nominatus omnimodam conſequitur poteſtatem, 3.426.
Vicarius à Priore nominatus perfungitur infirmiori juriſdictione, quam à lege ſuffectus, 3.452.
Vicarius conſtitutus permiſſione legis Ordinariam juriſdictionem accipit, 3. 488.
Vicarius conſtitutus ab Ordinario infirmitatis, ſive abſentiæ cauſa, ex juris diſpoſitione probabile eſt Ordinariam juriſdictionem habere, 3.492. Sed dependet, & cohæret juriſdictioni Prioris, & ejus morte, ſive officii finitione finitur, 3.493. In aliis caſibus Delegata juriſdictione gaudet, 3.494.
Vicarius deputatur à lege Sub-Prior noſter in abſentia Prioris, niſi alium Vicarium Prior deſignet, 4.73.
Vicarius noſter Sub-Prior non poteſt alium Vicarium deſignare abſentiæ cauſa, 4.132. & 135. Infirmitatis cauſa poterit, 4. 133. Aliquos caſus particulares delegare poterit, 4.135.
Vicarius Prioris noſtri in ejus abſentia nihil innovare poteſt, 4.136. Et hoc pro bono pacis, 4.137. Nequit Conſervatorio munere fungi, 4.222. Poteſt tamen Sedis Apoſtolicæ delegationem obire, 4.223.
Vicarius à Priore deſignatus juriſdictionem Delegatam ſortitur, 4.226. Et finitur finitione Officii Prioralis, ſed præſidentia Conventus ex vi legis ad Sub-Priorem devolvitur, 4.225.
Vicarius à Provinciale ſuffectus Delegata juriſdictione gaudet. Idemque dicendum eſt de Vicario à Generale creato, 4.227. Et non majorem poteſtatem conſequetur, quam ſi a Priore ſuffectus fuiſſet, 4.230.
Vicarius, vide *Sub-Prior Vicarius.*
Vices gerens alterius aliquando potitur Ordinaria juriſdictione, & differt à Delegato, 3.7.& 8.
Vice-Rector non gaudet immunitatibus Rectoris, ſi deputetur ab eo, ſecus ſi ab Univerſitate, 3.229.
Vices ſuas alicui abſolutè committens nihil ſibi reſervat, 3.433.
Villalobos rejicitur, 2.61.
Voluntaria juriſdictio ex quibus dignoſcatur? 1.65. Aliquando induit naturam Contentioſæ, 1.70. Et quales ſint ejus actus? 1.66.67.& 69.
Voluntaria juriſdictio non requirit diſtinctionem Perſonarum, 1.73. & 3. p. 121.
Voluntaria juriſdictio ubique exercetur, 1.79. Nec requirit Judicialem cognitionem, nec Judicem pro tribunali, 1. 80.
Voluntariæ juriſdictionis actus eſt abſolutio ab excommunicatione, 1.81.
Voluntaria juriſdictio, ſi aliquo caſu indiget Contentioſa, exerceri poteſt partim intra territorium, & partim extra, 1.85.
Vota irritare. Vide *Irritare*.
Vota Subditorum irritare poteſt Sub-Prior Vicarius à Priore tempore ſuæ præſidentiæ, 3.471. Etiam Priore excommunicato, 3.433.
Votum emiſſum de Prælati licentia, & jurantis ſe non revocaturum, poteſt à Sub-Priore à lege Vicario irritari, 3.48.
De uno qui adfirmat, de altero negare videtur, 4.122.
Uſusfructus tempore mortis inutiliter relinquitur, 4.95.
Uſusfructus, & proprietas ſunt inter ſe diverſa, & incompatibilia, 3. 294.
Uſurarius uſurarii non datur, nec uſuræ uſurarum, ſive petantur tanquam fructus, ſive tanquam pœna, 1.148.
Ad urgentes caſus benè ſe extendit poteſtas Sub-Prioris præſente Priore, 4, 208. & 110.

FINIS INDICIS PRIORIS CLAUSTRALIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

IVDEX REGVLARIS,

HOC EST,

BREVIS AC DILVCIDA IN CAVSIS, ET IVDICIIS

Regularium procedendi Methodus:

HISPANIS OLIM HISPANICE EXHIBITUS,

A R. P. PETRO AB ANGELIS, Carmelita Diſcalceato:

Nunc vero Latinè redditus, ac per hoc univerſo Orbi præſentatus,

PER R. P. LEONEM A REGIBVS, Germanum
eiuſdem Ordinis Alumnum.

DIVIDITUR in duas partes: quarum PRIOR ex Sacrorum Canonum, Conciliorum, ſummorumque Pontificum decretis, Legum civilium ſanctionibus, atque antiquorum, recentiorumque Theologorum, Canoniſtarum ac Juriſtarum doctrina, totum ordinem judicialem theoricè, ſolidèque exponit.

POSTERIOR, *praxin ac methodum ipſam formandi proceſſus, atque judicandi, in quolibet criminum genere, cum ſuis Formulis clarè, diſtinctèque proponit.*

OPUS NON MODO REGULARIBUS, Eccleſiaſticiſque Prælatis, ac Judicibus cujuſcunque Tribunalis, verum etiam quibuſcunque Eccleſiaſticis, Regularibuſque Perſonis perutile ac neceſſarium.

Cum duplici Indice Capitum, Paragr. Rerum ac Verborum copioſiſſimo.

Editio tertia Recognita, & multis acceſſionibus locupletata.



COLONIÆ AGRIPPINÆ.
Apud JOANNEM BUSÆUM Bibliopolam ſub Monocerote, Anno M. DC. LXV.
Permiſſu Superiorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLOGVS AVTHORIS
AD
LECTOREM.

PRÆSENTEM, quem cernis, Lector benevole, Tractatum, de numero eorum fateor, qui vulgò inter ſuperfluos, aut minime neceſſarios rejicitur. Nota profectò, qua omnes fermè illi inuruntur Codices, qui in lucem prodeunt de materiis alias, ab aliis viris eruditione eximiis, iterum iterumque pertractatis. Nihilominus cum verum ſit, ejuſdem ſubſtantiæ cibos, quantumlibet etiam opiparè conditos, univerſis nec ſapere, nec deſipere; in ſpem hanc non dubius venio, hunc (quem labore non modico optimè condire ſtudui) guſtum quendam particularem, ut ſapidum, ſic proficuum, atque apud alios non paſſim obvium, allaturum, ex quo ſaltem ſapiat, ſeu placeat nonnullis. Vniverſis enim placiturum vix mihi perſuadeo. At quid mirum? cum tanto de vero habeat illa Solonis ſententia: *Omnibus in magnis difficile eſt, placeas.*

Negari porrò non poteſt, opus hoc, ſi materiam circa quam verſat, ſpectes, è grandioribus ac præcipuis eſſe, quæ in Republica Chriſtiana occurrunt, quantumvis exile ac modicum corporis mole ſit. Et ſi qua tale, id eſt, modicum ac parvulum, viri, (ad quos dirigitur) prudentia, doctrinaque præclari, ex ipſo hauriant, *divinum* illud, quod juxta Philoſophi effatum, *latet in rebus parvulis*, abundè mihi pro meo ſatisfactum labore arbitrabor.

Vt autem vulgari illud lingua prodiret, obedientiæ fuit, ex qua quoque factum, ut componeretur; hinc quidquid in illo reperceris boni ejus meritis & virtuti; quidquid mali ſeu defectus demeritis meis atque ignorantiæ adſcribendum ſcias. Et hujus quidem, fateor, reperies plurimum: nollem tamen, ut in eorum incideret manus; qui cum vix à primo (quod aiunt) limine ſalutaverint librum, primaque ejus folia evoluerint, mox cuncta in eo contenta damnationis ſententiâ feriunt. Qui ab imprudentia, aut paſſione, ut illi operum D. Hieronymi calumniatores fœde notari noluerit, acquieſcat, oportet conſilio, quod idem hic SS. Pater æquis omnibus li-

 brorum

brorum Cenſoribus præbuit: *Legant*, inquit, *& poſtea deſpiciant, ne videantur non ex iudicio, ſed ex odii præſumptione, ignorata damnare.*

Textus, ſicut & Authorum, quos citatos videbis, propria pluribus in locis latinè, prout ab ipſis conſcripta fuêre verba tranſcripta dedi, quo pateat allegationum fidelitas, ſicut & an, item quibus titulis in ſententiæ ſequelam ducantur, maximè, ubi de re non paſſim in libris obvia diſceptatur; de quibuſdam enim Scriptoribus, dum alios, vel ut pro ſe, citant, vel ut contra ſe, impugnant, rectè dici poteſt illud, quod de quodam Scholiaſte Senecæ quondam dixit juſtus Lipſius: *Senecam ſuo ſenſu facit loquentem.* Hinc eſt quod allegationibus & citationibus non planè judicaverim fidendum, maximè ubi de gravioribus agitur; vix enim fieri poteſt, ut ſine attenta valde Authorum lectione, mens eorum rectè attingatur. Et quidem haud ſine magno labore ac ſtudio omnia hæc acta ſunt, ſed cuncta benè impenſa reputabo, ubi tu, ſtudioſe Lector, quidpiam repereris, unde proficias. Vale, & utere.

PRÆFA-

Digitized by Google

PRAEFATIO
INTERPRETIS
AD LECTOREM.

ANte omnia, Amiciſſime Lector, , ſtatim in hujus præfationis meæ limine & veſtibulo, te volo monitum & rogatum, ne mireris, quòd ego tàm ſerijs cæteroquin occupatus ſtudiis, qualia ſunt Philoſophiæ & Sacræ Theologiæ lectura, quam per duodecim jam annorum ſpatium continuo. me ad transferendum hunc librum ex Hiſpano Idiomate in latinum contulerim. Diceres enim, me poſt tot annorum Lecturam ſimiles debuiſſe componere non autem transferre codices. Ita mihi quidam objecerat. Sed riſu potius quàm confutatione digna eſt hujuſmodi objectio. Non enim in hoc labore meo auram aucupor popularem, ſed communem omnium, & maximè ignorantium utilitatem, quorum ego ſemper magis, quàm pauperum miſertus ſum, ita me docente viro quodam Sapientiſſimo, qui ſolitus erat dicere, *magis nos ignorantiû quàm pauperû oportere miſereri*. Poſſem deinde quam plurimos inſignes & præclaros viros afferre in medium, quibus ego ne quidem comparandus ſum, qui aliorum opera alienâ linguâ edita in ſuam ob omnium utilitatem tranſtulerunt. Ex multis paucos recenſebo.

Alfonſus ille Magnus, Rex Neapolitanus, *cui litteræ & litterati ipſo regno fuêre chariores*, qui gloriatus eſt, totum vetus & novum teſtamentum una cum gloſſis decies & quater ſe perlegiſſe, Annæi Senecæ magnus amator, ſuo Marte in Hiſpanicum ſermonem illius Epiſtolas vertit uſui ſuæ gentis.

Iſabella *Ferdinandi Catholici* regis uxor, quæ ad omnia alta nata, & verè virilium curarum mulier (revera enim particeps & thori & ſceptri erat) reſpirans paululiſper à graviſſimis curis & bellis, ſe ad multa ex alieno in proprium ſermonem vertenda demiſit.

Choſroes Perſarum Rex Juſtiniano, & Romanis per ſuas clades notus, qui Philoſophiæ non limen ſed adyta penetravit, Ariſtotelem totum percalluit, Platonis etiam lineas & numeros multâ tamen Græcorum operâ in ſuam linguam tranſtulit.

Illuſtriſſimus etiam ac generoſus Dominus Marcus Fuggerus Baro in Kirchberg & Weiſſenhorn Rudolpho Cæſari Auguſto à conſilijs ex Idiomate latino in linguam Germanicam tranſtulit annales Eccleſiaſticos Eminentiſſimi Cardinalis Baronij.

Ex quibus luculenter apparet non eſſe indecens, vel aliquid à munere ſuo alienum viris gravioribus ſtudiis occupatis, ſi quandoque communem cæterorum ſpectantes utilitatem aliorum libros in aliam linguam translatos, in lucem edi curent.

Hic idē ſcopus eſt & finis, qui me movit, ut tractatū hunc DE IUDICE, IUDICIOQUE REGULARI latinitati donarem, utilitas nimirū, quam percepturi ſunt, quicumque illum

 perlegent

Digitized by Google

perlegent, ſive ſeculares ſint, ſive Religioſi. Nihil enim in eo prætermiſſum eſt, quod in cauſis criminalibus tàm in Tribunalibus ſæculariũ, quàm Religioſorum obſervandũ ſit.

Legi quidem non paucos hanc materiam pertractantes, ſed ſalvo aliorum meliori Judicio, reperi neminem, qui eam tàm ſuccinctè ſimul & clarè traderet. Sententiæ deinde, quas Author elegit, non ſolùm validis authoritatibus, verùm etiam ſolidis rationibus innituntur, & quod maximoperè placuit, in cauſis criminalibus neque ad dextram neque ad ſiniſtram deflectit, ſed regiâ mediâque incedit viâ; hoc eſt, nec nimis favet Superioribus, nec Subditis, ſed æquilibrium, & ſtateram tenet Iuſtitiæ. Continet plurima, lectu digniſſima, tùm à ſubditis tùm à ſuperioribus. Sed hi ſingulariter edocentur, qualiter in ſuorum cauſis ſubditorum ſe gerere debeant.

Ut autem Lector omnium eorum quamdam quaſi habeat ſynopſin & compendium, ea hic volui non importunè colligere.

Admonetur in primis Superior ac Prælatus de ſcientia, quâ debet eſſe prǽditus, cæcus enim & ignorans quomodo judicabit de criminum coloribus? *Homine quippe imperito nunquam quicquam eſſe iniuſtius*, Terentius aſſeruit. Hinc, ut bene notavit Sigon *de Republ. Hebra. lib. 6. capite de Conſilio Hieroſolymitano*, in Hebræorum Republicâ pro cauſis civilibus tres dumtaxat erant Iudices conſtituti, pro criminalibus verò viginti tres. Ex his colligant illi, quàm graviter delinquant, qui in Electionibus ignorantes præponunt peritis & doctis viris: quales enim obſecro poſſunt egredi à ſimilibus cauſarum deciſiones? & licet omnis definitio in Iure periculoſa ſit, illa tamen periculoſiſſima eſt, quæ fit in cauſa criminali.

Deinde eruditur etiam Prælatus, quâ cautelâ in caſtigandis ſubditis procedendum ſit. Ante omnia memoriâ recolat illam Gregorij Magni ſententiam, *miſcendam ſcilicet eſſe lenitatem cum ſeveritate, & faciendum quoddam temperamentum, ut non multa aſperitate exulcerentur ſubditi, nec nimia benignitate ſolvantur*. Nec etiam, ut alibi idem Sanctus monet *Inſtrumenta correctionis vertant in arma furoris*. Sciat infundere vinum & oleum, habeat inſtar apis favum mellis & aculeum, ſit in eo tamquam in Arca teſtamenti virga & manna, ſibiq; perſuadeat ſordes melius in aqua dulci elui quàm amara, & prudentes ac peritos medicos imitetur, qui cum modico reubarbaro corpora à peſſimis exonerant humoribus.

Non poſſum hic non inſerere aurea pro Superioribus verba, quibus B. Laurentius Iuſtinianus de *triumphali Chriſti agone capit. 6.* docuit, quâ ratione ſuperiores ſe gerere debeant in Correptionibus ſubditorum. *Erant enim eorum oculi gravati, & ignorabant, quid reſponderent ei. Illos (ut prius) redarguere voluit, tamquam ad ſuſcipiendam correptionem inhabiles. Silentio ſuo maximam ad ſubiectorum regimen eruditionem dedit. Indicavit quippe ex ſe, ut eo tanto tempore delinquentes arguantur, atque vitiorum macula increpationibus detergatur, quò is cui dicitur, corrigibilis eſt, alioquin vulnus ſuperadditur vulneri, & Paſſioni paſſio cumulatur, fitque frequenter, ut gravior ſit recidiva correptionis, quàm damnum perpetrati criminis. Non autem iudicium effugiet, qui etiam delinquenti deteriorationis tetendit decipulam, ambo tamen ferientur, ambo juſto plectentur ſupplicio, qui videlicet deliquit & qui inconſultè fratri ſcandalum ſuſcitavit. Quamobrem magna eſt adhibenda in correptione prudentia. Conſideranda eſt peccati qualitas, peccantis conditio. intentionis perverſitas, correptionis tempus, & verborum menſura. Horum quoquam deficiente*

Digitized by Google

ciente redargutio ipſa vix abſque delicto committitur. Itaque ut fraterna dilectio incontaminata ſervetur, memoratam correptionis regulam, qui proximum arguit, cuſtodire non negligat, atque qui peccat, emendantis verba humiliter ſuſcipere nor recuſet. Hoc etenim modo charitatis perficitur lex, quæ nulli (præter debitum) oneroſa eſt. Novit ſilere, cùm expedit, ſcit etiam fari, cùm opportunitas exigit. Vtrumque ipſe Legiſlator prudentiſſimè egit. Ab oratione ſiquidem ſurgens, primò dormientes diſcipulos increpans, ait ſic non potuiſtis unâ horâ vigilare mecum? *ſecundò rediens, eoſdemq; reperiens dormientes omninò conticuit. Vides, quàm maturè ſe habuit. Primo admonitionis eloquia protulit. Secundo dormientibus nil dixit, quin potius ad Orationem denuo regreſſus eſt.* Docetur denique ſuperior, ne ſit nimis facilis pronuſque ad credendum. Fides enim, quæ nulli non facile habetur, eſt mater erroris, noverca conſilij, & ruina omnis juſtitiæ. *Singuli* (in ſuo Panegirico inquit Plinius) *decipere, & decipi poſſunt, nemo omnes, neminem omnes feſellerunt.* Et in hoc ne quidem amicis nimis bibulæ aures præbendæ ſunt, ut enim habet Salluſtius apud Iugurtham *per maximam amicitiam maxima copia fallendi.* Et ut quidam alius dixit *interdum etiam Optimi decolorantur*; & homines leviſſimi ac triobolares famam depeculantur bonorum. Ita non infrequenter fit verùm illud Poetæ:

Candida de nigris, & de candentibus atra.

Sunt etenim nonnulli adeò malignæ naturæ, ut etiam de bonis benè loqui non poſſint, & quomodo quis evomet dulcia, qui habet cor & os plenum felle & amaritudine? Reperiuntur nimirum linguæ peſtilentes & pernicioſæ, quæ (ut proverbialiter dici ſolet) inſtar falcis ex omni herba fænum efficiunt. Vir Sanctiſſimus erat Bernardus, ornatus omnibus naturæ & Virtutum dotibus, ſimulacrum prudentiæ ac bonitatis, nihilominus tantum potuerunt linguæ maledicæ, ut tandem apud Eugenium Papam (qui illum veluti Patrem venerabatur) gratiam perdiderit. Cujus rei fidem facit ipſe in *Epiſtola* 306. ſcribens ad Cardinalem Oſtienſem, *Benedictus Deus, qui & hoc, quod dederat, & de quo mihi fortè immoderatius blandiebar, ſolatium, ante exitum tulit, veſtram ſcilicet & Domini mei (Eugenij) gratiam, ut vel proprio experimento diſcam, non ponere ſpem meam in homine.* Nec ſolùm apud Eugenium, ſed etiam Innocentium ſecundum, quem tamen Vir Sanctus tàm impensè dilexerat, in dignitate Papali protexerat adverſus Schiſmaticos, de ponte deiectus fuit, quemadmodum patet ex illius *Epiſtola* 218. in qua duas refert rationes: quarum prima fuit falſa quædam relatio facta Summo Pontifici, ad quem enarrata veritate facti, ſcribit, *cedat jam ſi placet, manifeſta indignatio Veritati, nec mihi deinceps frons rugetur, aut ſupercilium deponatur.* Et ecce fructus nimiæ credulitatis. Debent ergò cavere Superiores, ne in ſuorum cauſis ſubditorum ad hunc ſcopulum allidant. Hæc & alia plura, amice Lector, ex hujus lectione libri hauries documenta. Lege igitur libenter & diligenter obſerva, Deumque pro me ora, ſi enim ipſe vitam mihi indulſerit, viresque ſuppeditaverit, à me plura & majora expectare poteris.

FACVL-

Digitized by Google

FACVLTAS ADMODVM R.P. PRÆPOSITI GENERALIS.

F. IOACHIMVS A IESV-MARIA,

PRÆPOSITVS GENERALIS FF. DISCALCEATORVM Congregationis S. ELIÆ, Ordinis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ de Monte CARMELO, ac ejuſdem ſancti Montis Prior.

CVm opus, cui titulus, *Iudex Regularis*, ſive, *Brevis ac dilucida in cauſis, & judiciis Regularium* &c. à R. P. PETRO ab Angelis Hiſpano compoſitum, & à R. P. LEONE à Regibus Congregationis noſtræ Sacerdote in latinum idioma translatum, duo Theologi ex noſtris, quibus id commiſimus recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, quantum ad nos attinet, Facultatem concedimus, ut typis mandetur. In quorùm fidem præſentes dedimus ſigillo noſtro munitas, ac propria manu ſubſcriptas. Romæ in Conventu noſtro S. MARIÆ de Scala die 4. Septembris 1655.

F. IOACHIMVS à IESV-MARIA
Præpoſitus Generalis.

F. FAVSTVS à S. BASILIO
Secretarius.

ELENCHVS

Digitized by Google

ELENCHUS
CAPITUM, PARAGRAPHORUM, ET NUMERORUM
HUJUS OPERIS DE JUDICE, AC JUDICIO REGULARI,
PARS PRIMA.

CAPUT I. Ponuntur aliqua Principia generalia pro intelligentiâ hujus Tractatus.

De obligatione quæ incũbit Prælatis ad viſitandas ſuas Communitates, & puniendos exceſſus ſuorum ſubditorum. num. 1.

Ponderatur iſta obligatio. n. 2.

Has Viſitationes debent facere Prælati per ſe ipſos, ſi tamen juſtè fuerint impediti, poſſunt eas facere per alios n. 3.

Quinam ſint illi Prælati, ad quos ſpectat committere præfatas Viſitationes? num. 4.

Quæ perſonæ requirantur ad Judicium, & in quibus caſibus cum paucioribus fieri poſſit? num. 5.

In Judiciis ſæcularibus non ſolùm obſervantur ſubſtantialia, verùm etiam accidentalia & apices juris: In Regularibus autem ſolum illa obſervantur, quæ ſunt de ſubſtantia & eſſentia Judicii. num 6.

Et hoc etiam in cauſis gravibus conformiter ad diſpoſitionem Juris naturalis & Divini, Sacrorumque Canonum. n. 7.

Debent etiam Prælati Regulares in ſuis Judiciis obſervare ſtatuta & Conſtitutiones generales ſuæ Religionis, praxim quoque & modum in illâ receptum n. 8

In cauſis levibus non eſt obligatio judicialiter procedendi. n. 9.

CAPUT II. Declarantur aliqui termini, qui in hâc materia uſurpantur. *pag. 9.*

Commodum, quod ſequitur ex iſtâ declaratione. num. 1.

§. 1. Quid ſit Notorium?

Hic terminus Notorium, *unde derivetur? num. 2.*

Quot ſint modi Notorii ſecundum Jura, & doctrinam Doctorum. num. 3.

Quis numerus perſonarum conſtituat viciniam, vel Collegium ad hoc, ut aliquid Notorium dici poſſit reſpectu dictarum perſonarum. num. 4.

2. Quid ſit manifeſtum & publicum, & in quo differant à Notorio & inter ſe. *num. 5.*

Ad hoc ut Judici conſtet, aliquid eſſe notorium vel manifeſtum, an ſufficiat, ut probetur per duos teſtes. num. 6.

CAPUT III. Quid ſit infamia, Clamoroſa inſinuatio & Rumor?

Quot ſint modi, & ſpecies infamiæ. numer. 1.

Quid requiratur ad hoc, ut infamia præbeat fundamentum ad procedendum Juridicè contra infamatum. num. 2. & 3.

Intra quem numerum perſonarum debeat eſſe divulgata opinio, rumor vel fama, ad hoc, ut aliquis cenſeatur infamatus. num 4.

Delictum, quod committitur in domo cujuſdam particularis, coram eius familiâ, non cauſat infamiam: nec illud, quod committitur in Communitate, quæ non conſtat decem Religioſis, eſto omnes noverint. numer. 5.

Pro aliis effectibus non cauſantes infamiam, conſtituitur Communitas, vel Collegium minori numero, quotnam ſufficiant? n. 6.

Digitized by Google

Ponitur quædam objectio, & ad illam reſpondetur. num. 7.

Qui teſtes ſufficiant ad hoc, ut Iudici conſtet de infamiâ? referuntur duæ opiniones, & acceptatur magis communis; & quomodò & cum quibus conditionibus illam teſtari debeant? n. 8. & 9.

Clamoroſa inſinuatio, & infamia quoad ſubſtantiam ſunt unum & idem. n. 11.

Rumor dicit aliquid minus quàm infamia, & quid ſit? n. 12.

In quonam differant hi termini, publicum, manifeſtum, notorium &c. nu. 13. reconciliantur Doctores circa diverſum loquendi modum de illis. nu. 14.

Major infamia requiritur ad procedendum contra aliquam perſonam gravem, maximè ſi fuerit Prælatus, quàm contra perſonam aliquam ordinariam. num. 15.

CAPUT IV. De Indiciis, præſumptionibus, & ſuſpitionibus.

Quid ſit Indicium, & unde derivetur? num. 1.

Quid ſit præſumptio, & ſuſpicio, & in quo differant? num. 2.

Materia de Indiciis, & præſumptionibus eſt ampla, & eſt difficile in illâ regulam aliquam certam aſſignare. nu. 3.

Indicia fundata dividuntur in levia & gravia, & quid utraque ſint? nu. 4.

Indicia, & præſumptiones ex diverſis cauſis originem trahunt, & quid ſit præſumptio Iuris, & de Iure. nu. 5. & de aliis rebus in ordine ad indicia. n. 6.

Indicia, ut fidem aſtruant per duos teſtes probanda ſunt, & an ſufficiat, quod ſint ſingulares. num. 7.

Quænam Indicia ſint neceſſaria ad hoc, ut præbeatur fundamentum inquiſitioni particulari. num. 8. & quibus debeat conſtare conditionibus? nu. 9.

CAPUT V. Declarantur genera peccatorum: & de diſcrimine, quod verſatur inter ea, quæ ſunt contra bonum commune, vel in damnum alicujus tertii.

Peccata reducuntur ad tres Claſſes, & quænam ſint. nu. 1.

Quænam ſint contra tertium. n. 2.

Quænam ſint contra bonum commune. n. 3.

Quæ ſint peccata perſonalia, & ad quam claſſem reducantur illa, quæ inter Religioſos ſunt contra caſtitatem. nu. 4.

Quænam differentia ſit quantum ad obligationem denuntiandi, vel teſtificandi inter delicta contra bonum commune & alicuius tertii, quando delicta & delinquentes ſunt occulti, & probabilia per duos vel tres teſtes. num. 5.

Quid dicendum ſit, cùm delicta ſunt committenda. n. 6.

Quid de commiſſis, quando damnum eſt reparabile? n. 8. 9. & 10.

Quid de commiſſis, quando damnum eſt irreparabile. num. 11. Limitatur, quando delinquentes ſunt homines depravati. num. 12.

Peccata ſecreta an denuntiari poſſunt, quando non ſperatur alius profectus, quàm ille, qui ſequitur ex punitione. Refertur ſententia affirmativa. num. 13. ſtatuitur contraria tamquam conformior charitati. num. 14.

CAPUT VI. Exponuntur ſpecies & modi denuntiationis, & ponuntur aliquæ advententiæ pro Prælatis & ſubditis circa illas.

Doctores aſſignant diverſas denuntiationum ſpecies, & loquuntur de illis diverſimodè, reducuntur hic tamen ad duas. n. 1.

Subditi non debent eſſe timidi, vel negligentes in denuntiando, quando eſt obligatio. num. 2.

Nec debent eſſe indiſcreti, nec duci paſſione ad denuntiandum ſine Regulis charitatis. num. 3.

Prælati & Iudices non debent eſſe negligentes in inquirendo, & puniendo exceſſus. num. 4.

Nec tàm propenſi ad inquirendùm, ut offendant leges charitatis & juſtitiæ: num. 5.

CAPUT VII. De Denuntiatione Evangelica.

Quid ſit denuntiatio Evangelica, & de quibus peccatis, & quando fieri debeat? num. 1.

Quid debeat facere Prælatus cum ſubdito præfato modò denuntiato, quando delictum non eſt probabile, & ipſe illud fatetur, & proponit emendationem? num. 2.

Quid,

Quid, ſi admonitus non recognoſceret ſuam culpam, nec ſponderet emendationem? numer. 3.
Datur ratio, ob quam in hoc capite de hac materia tractatum ſit. num. 4.
CAPUT VIII. Declaratur, quid poſſit facere Prælatus in virtute denuntiationis Evangelicæ in delictis probabilibus per duos teſtes.
Quis ſit finis fraternæ Correctionis? & quædam proponitur quæſtio. n. 1.
Refertur prima ſententia. n. 2.
Refertur ſecunda ſententia. num. 3. 4. & 5.
Refutatur. n. 6. & 7.
Proponitur tertia ſententia, & reputatur probabilis n. 8. & 9.
Refertur quarta ſententia, quam ſequitur Author. num. 10. & 11. & reſpondetur ad fundamenta oppoſita. nu. 12.
CAPUT IX. De Denuntiatione Iudiciali.
Quid ſit hæc denuntiatio, & in quo differat ab Evangelica? n. 1.
In quo differat ab accuſatione n. 2.
Refutatur ex praxi quædam alia differentia aſsignari ſolita, & prima ſtabilitur. num. 3.
Delicta occulta licet probabilia ſint, & in nocumentum boni communis, vel alicujus tertii, & quantumvis atrocia, debent corrigi cum minori detrimento famæ delinquentis, quo fuerit poſsibile. n. 4.
Societas Jesu non renuntiat Correctioni fraternæ in ordine ad denuntiationem Iudicialem: & quod peccata occulta probabilia, in damnum boni communis, vel tertii, abſque praviâ infamiâ & correctione fraternâ Prælato denuntiari debeant, & quomodo? num. 5.
Non ſufficit ad hoc ut aliquis non teneatur denuntiare, ſpes probabilis emendationis per Correctionem, & de differentiâ inter hæc peccata, & perſonalia quantum ad hoc. num. 6.
Peccata & delinquentes publici denuntiari debent, etiamſi fuerint emendati, niſi in caſu, quo ſcandalum ex illis ortum jam eſſet oblivione deletum. n. 7.
Quam obligationem habeat denuntians in delictis, quæ ſunt contra bonum commune, vel alicuius tertii, quando imminet ipſi damnum aliquod proprium, vel majus damno delinquentis. n. 8.
An delicta occulta perſonalia denuntiari poſſint, quando nihil effecit Ordo Evangelicus, vel non affulget ſpes per illum fructificandi. num. 9.
An quando denuntiatio fuit injuſta, poſſit in illius virtute Prælatus procedere ad inquiſitionem particularem. n. 10.
Prima ſententia eſt affirmativa. nu. 11. Refutantur illius fundamenta, & explicantur authores, qui pro illâ citantur. n. 12.
Secunda ſententia, quam ſequitur Author, eſt negativa, referuntur Authores, qui illam ſequuntur. num. 13.
Primum fundamentum huius ſententiæ. num. 14.
Secundum fundamentum ponitur ex ratione petitum. num. 15.
Confirmatur. n. 16.
Quando peccatum hoc modo occultum proximum eſt manifeſtationi, denuntiari poteſt. num. 17.
Ponitur objectio contra dictam ſententiam, & reſpondetur ad illam. n. 18.
Quando aliquis illicitè denuntiat extrajudicialiter, non poteſt Iudex licitè admittere denuntiationem. n. 19.
Iudex non poteſt ad inquiſitionem juridicam procedere ex notitiâ, quam habuit ex aliquâ ſcripturâ inventâ, vel ex eo quòd audiverit delinquentem extrajudicialiter confitentem delictum. n. 20.
In illis caſibus, quibus Prælatus denuntiationem judicialem licitè nequit admittere, non poteſt etiam obligare ſubditos per præcepta & cenſuras &c n. 21
CAPUT X De Accuſatione.
Non poteſt fieri in delictis, quæ denuntiari non poſſunt. nu. 1.
Quid ſit Accuſatio? n. 2.
Quæ requirantur ad hoc, ut ſit legitima? n. 3.
Dies & hora accuſationis ſignanda eſt. nu. 4.
Inter Religioſos iſte modus procedendi exterminandus eſt. num. 5.
Quidnam Accuſans teneatur probare, ad hoc ut

Digitized by Google

ut ſit immunis à pœnâ. nu. 7.

Accuſator palliatus quis ſit, & quomodo dignoſci queat? n. 8.

Quâ ratione Prælati erga tales Accuſatores gerere ſe debeant? n. 9.

Qualiter ſe gerere debeant in principio cauſarum, in ordine ad accuſationes & denuntiationes, quæ illis fiunt? n. 10.

Advertentia magnoperè neceſſaria pro Prælatis, & Viſitatoribus adverſus calumniam quorundam ſiniſtram habentium intentionem. num. 11.

Accuſationes, vel denuntiationes falſæ & maligna repellenda ſunt, & nonnumquam etiam vera. n. 12.

Quid faciendum ſit Prælato, quando recipit aliquam ſcripturam ſine ſubſcriptione, vel cum illa? & quòd non debeant faciliter credere male loquentibus de aliquo tertio. n. 13.

CAPUT XI. De Inquiſitione.

Quot ſint Inquiſitionum modi, & quales? n. 1.

§. 1. De inquiſitione generali.

Quòd pro his Inquiſitionibus non ſit opus, quòd præcedat infamia, nec recipiatur juramentum, nec in illis inquiratur de delictis particularibus. n. 2.

Quas culpas poſſint ſubditi revelare in iſtis Viſitationibus. n. 3.

Non poſſunt in illis revelari peccata occulta; de quibus non eſt infamia, etiamſi probabilia ſint. n. 4.

Et an Prælatus teneatur de hoc admonere ſubditos. n. 5.

An ſi aliquis revelaret aliquod delictum, quod non debuiſſet, poſſit Prælatus procedere ad inquiſitionem ſpecialem? Ponitur ſententia affirmativa. n. 6.

Contraria adducitur veluti probabilior. nu. 7.

Inter Religioſos majorem vim & locum habet hæc ſecunda ſententia. num. 8.

Reſpondetur ad fundamentum contrariæ. nu. 9.

Ponuntur aliqui caſus, in quibus nemo tenetur revelare delicta, nec delinquentes. n. 10.

Quando fundamenta, quæ reperit Prælatus, ſunt fortiora quam dubia, quid facere debeat? n. 11.

Quid quando dubitat, an habeat Ius procedendi Iuridicè? n. 12.

Vnde deducatur gravitas obligationis, quam Prælatus habet in iſtis Inquiſitionibus, & quòd ſecundum eamdem obligationem teneatur etiam ſubditus dicere ea, quæ novit. nu. 13.

§. 2. De inquiſitione mixtâ.

Iudex vel Prælatus poteſt de aliquo, qui habuit officium aliquod, inquirere, quomodo in illo ſe geſſerit, & qualiter ipſe & teſtes ſe debeant gerere? n. 13.

Poteſt ſimiliter nulla præcedente infamia inquirere de eo, qui aliquod prætendit officium, an habeat impedimentum aliquod occultum, vel inhabilitatem n. 14.

Quid faciendum ſit Iudici circa delicta publica, & delinquentes occultos, quando nulla pullularunt damna, quibus medendum ſit? num. 15.

Refertur prima ſententia pietati conformior, licet minus recepta. num. 16.

Refertur ſententia Communis omnium Iuriſtarum, n. 17.

Tertia ſententia communior & probabilior, media eſt inter utramque. n. 18.

Tenetur Iudex declarare, ſe non inquirere de delinquentibus, de quibus non habetur infamia, & an ſi aliquis illicitè aliquem revelaret, habeat jus ad inquirendum publicè? nu. 19.

Reſolvitur pars negativa, tàm ex parte Rei, quàm Iudicis, nec non eorum, qui de hoc fuerint interrogati. n. 20.

Quod jus tribuat Iudici infamia ad inquirendum, & an ipſa ſola ſufficiat? n. 21.

Advertentia, ad quas debet reflectere Iudex in conflictu deverſarum opinionum. num. 22.

CAPUT XII. De Inquiſitione ſpeciali, & de his quæ tribuunt jus Judici ad procedendum per illam.

Quid ſit? antequam per illam procedat, debet Iudici conſtare de corpore delicti, & quomodo huius queat habere notitiam? num. 1.

Requiritur minus ad procedendum per Inquiſitionem particularem, quàm ad torturam, incarcerationem, citationem, & ad recipiendum juramentum. n. 2.

Notoriæ-

Digitized by Google

Notorietas prabet Ius ad inquiſitionem ſpecialem. n. 3.

Quæ notitia requiratur, & quâ viâ acquirenda ſit, quam debet habere Iudex ad inquirendum hac Inquiſitione in delictu, quæ ſunt contra bonum commune, vel alicujus tertii? nu. 4

Quod jus tribuat ad inquirendum accuſatio, vel denuntiatio Iudicialis, & quænam ſit differentia inter unam, & alteram. nu. 5.

Circa Ius, quod prabet infamia ad inquirendum, diverſimodè loquuntur Doctores, & ſupponuntur aliqua ad concordandum illos. nu. 6.

Infamia fundata in uno tantùm teſte oculari, prabet jus Iudici ad inquirendum, etjamſi publicatio injurioſè facta fuiſſet, & quam obligationem habeat talis teſtis? num. 7.

Infamia fundata in Indiciis levibus, & unum ſolum Indicium non ſufficit ad inquirendum, niſi conjungatur cum aliis, & qualia eſſe debeant? n. 8.

An ſi indicia, in quibus fama fundatur, ſint gravia, ſecundum indiciorum qualitatem judicandum ſit? num. 9.

Si Indicium ſit urgentiſſimum, unum ſolum ſufficit ad inquirendum, dummodò bene probatum ſit, & quid dicendum ſit de infamiâ, quæ naſcitur ex eo, quòd Reus videatur incarcerari. n. 10.

An quando proceditur in virtute infamia, probatio infamia debeat inſeri proceſſui, vel ſufficiat, Iudicem, illud dicere, & quomodo hoc faciendum ſit? n. 11. 12. 13. & 14.

Infamia juris ſolùm in delicto, quod committitur in prajudicium judicii prabet jus ad inquirendum. num. 15.

Confeſſio extrajudicialis Rei, nullâ praſente infamiâ, licet fiat coram Iudice, & aliquibus aliis, non prabet ius Iudici ad inquirendum, n. 17. Oppoſitum tenent alii. n. 16.

De delicto, quod Reus faſſus eſt ex ignorantiâ, in judicio, & de quo nulla laborat infamia, non poteſt Iudex inquirere. nu. 18. Et reſpondetur ad fundamenta allata in contrarium. num. 19.

Idipſum dicendum eſt, ſi propalaret aliquod delictum alicujus tertii complicis, non habens connexionem cum principali, & ſolùm eſt perſonale. n. 20.

Delictum perſonale commiſſum coram Iudice, dicunt nonnulli, prabere jus ad Inquiſitionem publicam, & ita communiter practicatur in Tribunalibus ſacularibus nu. 21. Contrarium tenet Author. n. 22.

De delictis gravibus commiſſis contra Pralatum, vel Iudicem poteſt inquiri etiam nulla pracedente infamiâ. n. 28.

An ille idem Iudex, contra quem delicta commiſſa ſunt, poſſit illa etiam punire, n. 24.

Scriptura publica, quale jus prabeant ad inquirendum, & quid dicendum ſit de ſcripturis ſubſcriptis? num. 25.

Dictum vulnerati dat jus ad inquirendum. n. 26.

Fuga facta antecedenter ad delictum denuntiatum, quando det jus ad inquiſitionem? nu. 27.

Dictum alicujus Complicis, minæ, & inimicitia gravis dant idem jus, num. 28.

Res furto ablata, quæ invenitur in loco delicti, quodnam jus prabeat? num. 29.

Pro cauſis Clericorum & Religioſorum ſunt neceſſaria maiora indicia, quàm pro cauſis ſacularium, & quænam ſufficiant? num. 31.

Mulier maritata, de qua inquiritur circa ſuſpectam familiaritatem cum aliquo Religioſo, non debet in proceſſu nominari. num. 32.

Citatio Rei fieri non debet antecedenter ad Summariam informationem. num. 33.

CAPUT XIII. De Secretario vel Notario.

An in Religionibus in cauſis iudicialibus procedi poſſit ſine Secretario. n. 1.

Ad quem ſpectet creare Notarios, & an illos poſſint creare Pralati Regulares. num. 2.

An ab ipſis ſumendum ſit juramentum tamquam aliquid ſubſtantiale. numer. 3. & 4.

Quale ſit Officium Secretarii. n. 5.

CAPUT XIV. De teſtibus & eorum qualitatibus.

Quas qualitates requirat ius in illis, qui debent eſſe teſtes, remiſſive. numer. 1.

Digitized by Google

Religioſi ſunt habiles in cauſis aliorum Religioſorum ſui Ordinis, dummodò habeant qualitates, quas requirit ius naturale, & quando admitti poſſunt ſæculares? num. 2.

Quid agendum ſit, quando ſæcularis non vult teſtari cum iuramento? & an poſſit tunc adhiberi quædam cautela à Doctoribus quibuſdam aſſignata n. 3.

Fundamenta, quibus nituntur hi Doctores. n. 4.

Refutantur; & aſſeritur, iuramentum eſſe de ſubſtantia iudicii, & in vi cuius decreti nu. 5.

Referuntur fundamenta ſecundi modi dicendi præfatorum Doctorum. n. 6.

An præceptum ſupplere poſſit vices iuramenti. n. 7.

Quando admittuntur ſæculares in cauſis Religioſorum, quales perſonæ eſſe debeant? n. 8.

An poſſint admitti mulieres, & quæ fides præſtanda ſit earum dictis, & quid ſi fuerint moniales? n. 9.

Quis dicatur teſtis omni exceptione maior? num. 10.

Teſtes conteſtes quinam ſint, & quid probent? n. 11.

Teſtes deponentes de uno eodemque actu habente continuationem, atque viſo intercalatis vicibus. n. 12.

Quot modis dicantur aliqui eſſe teſtes ſingulares, & de contrariis. num. 13.

Teſtes ſingulares concordantes, quomodo, & quid probent? n. 14.

Teſtes ſingulares diverſitatis, vel variantes an uniri poſſint ad probandum in cauſis criminalibus: ponitur ſententia negativa n. 15.

Sententia negativa eſt valde probabilis, & cum qua limitatione. n. 16.

Quotnam teſtes ſingulares ſufficiant ad probandum. n. 17.

Vnus teſtis dignus valde fide ſupplet defectum alterius. n. 18.

Indicia vehementiſſima probata, an generent plenam probationem; & quid dicendum ſit de duabus ſemiplenis inter ſe connexionem habentibus. numer. 19.

Confeſſio Rei recognita, vel inventa in aliqua ſcriptura quid probet. n. 20.

Complices quando admittantur, & unus probet contra alium? n. 21.

Denuncians Evangelicè poteſt admitti ad teſtificandum, & quid dicendum ſit de illo, qui denunciat iudicialiter? num. 22.

Teſtis obſcurus, & confuſus quid probet, & qualiter interpretandus ſit? n. 23.

Quotnam ſint teſtium de auditu ſpecies. num. 24.

Teſtes ex auditu proprio probant; & quæ differentia ſit inter teſtes de auditu proprio mediatè vel immediatè in ordine ad præfatum effectum? n. 25.

Quid probant teſtes de auditu proprio mediatè. n. 26.

Quinam ſint teſtes de auditu alieno, & quæ diverſitas inter illos ſit: & quid probent in cauſis civilibus, & de antiquitatibus &c. n. 27.

Quid probent teſtes de auditu alieno in cauſis criminalibus? num. 28. & 29.

Quonam iure interdictum ſit, ne admittantur teſtes de auditu alieno? n 30.

Quid probet teſtis, qui non vocatus ſe præſentat ad teſtificandum. n. 31.

CAPUT XV. De obligatione teſtium in ordine ad dicendam veritatem.

Quam obligationem habeat teſtis ad reſpondendum, quando Iudex procedit ad Inquiſitionem particularem iuridicè. num. 1. & 2.

Quid dicendum ſit, quando novit delictum ſub ſecreto, communicato ipſi à delinquente, occaſione petendi conſilium? num. 3.

Teſtis, qui ſe abſcondit ſciens eſſe mandatum ſuperioris, ut compareat ad teſtificandum contra quam virtutem peccet, & ad quid teneatur circa damna? n. 4.

Quando Iudex ſolùm interrogat de eo, quod ſciunt teſtes, non tenentur deponere vel dicere ea, quæ audiverunt. n. 5.

De eo, quod auditum fuit, etiamſi ſit fide dignum, & tamquam certum habeatur, non poteſt tamquam de tali iurari abſolutè ſaltem in Iudicio, & quid dicendum ſit de Viſitationibus. n. 6.

An in caſibus, in quibus nō eſt obligatio teſtificandi,

Digitized by Google

di, poſito iuramento, vel præcepto ponatur obligatio? n. 7.

In delictis, ex quibus imminet grave damnum bono communi, vel alicui tertio, eſt obligatio dicendi veritatem, etiamſi non conſtet, vel dubitetur de iure Iudicis, n. 8.

In aliis delictis, quando non conſtat teſti de iure Iudicis, ſentiunt aliqui non eſſe talem obligationem. n. 9.

Oppoſitum tenent alii, & cum ſolidiori ratione: & quid dicendum ſit, quando teſtis vocatus eſt ad teſtificandum circa infamiam? nu. 10.

Dicunt aliqui, quòd quando teſtis dubitat de iuſtitia Iudicis, abſolutè teneatur dicere veritatem, n. 11.

Secunda ſententia negat, quando inde ſequitur damnum aliquod grave proprium, vel alicui tertio. n. 12. 13. 14. & 15.

Adhæret huic ſecundæ ſententiæ Author tamquam ſecuriori; & quid agendum ſit Iudici, quando teſtis petit, ut eum liberet à dubio. n. 16.

CAPUT XVI. De modo examinandi teſtes.

Teſtis examinari poteſt etiam abſens per ſcripturam, in quibus caſibus, & cum quibus limitationibus? n. 1.

Oppoſitum eſt magis commune, & receptum in cauſis criminalibus. n. 2.

Inter Religioſos adhærendum eſt huic ſecundæ ſententiæ, & de iuramento, quod ſumendum eſt, & de eiuſdem ſolemnitate. n. 3.

Teſtis an examinari debeat per ipſum Iudicem? n. 4.

Poteſt Iudex legitimè impeditus committere examen Secretario, vel alicui alteri. n. 5.

Debet iurare ſe dicturum veritatem, obſervaturum ſecrètum, & uſque ad quod tempus? n. 6.

Antequam Secretarius incipiat ſcribere, debet Iudex eſſe informatus de ſcientia teſtis, & quare? n. 7.

De ætate & qualitate teſtis, quam Secretarius debet notare. n. 8.

Iudex ſe informans tenetur adhibere diligentiam ad hoc, ut liquidè conſtet de cauſa notitiæ, quam accepit teſtis. n. 9.

Ponenda ſunt dicta teſtis, petendumque ab ipſo eſt, ut declaret circumſtantias, & quales? n. 10.

Quomodo reſpondendum ſit, quando interrogatio eſt negativa, vel è contra, & ponitur ſtylus utriuſque. n. 11.

Non debent ſcribi dicta uno eodemque ſtylo, & eiſdem verbis. n. 12. Et qualiter hoc inconveniens evitari queat. n. 13.

Peccant Iudex, & Secretarius, ſi non ſcribant, tàm ea, quæ militant contra Reum, quàm ea, quæ illum defendunt, & excuſant; & qualiter ſcribenda ſint ea, quæ à teſte referuntur. n. 14.

Teſtes non debent uti verbis dubiis, & quandonam ſufficiet teſtari ex credulitate. num. 15.

Quos teſtes debeat recipere Iudex, & ſi non ſpectet ad ipſum ferre ſententiam, debet admonere ſuperiorem de conceptu, quem formavit de teſtibus. n. 16.

An ille, qui dixit falſum in ſubſtantia unius articuli, probet, vel faciat fidem in reliquis? n. 17.

Cuinam ſtari debeat ex dictis illius teſtis, qui depoſuit contraria? ponuntur diverſi caſus. n. 18.

Teſtis, qui ſibi contradicit in eodem examine, quam fidem faciat? numer. 19.

Quid dicendum ſit, quando ſibi contradicit animo ſe corrigendi? n. 21.

Quando teſtis dixit unum in ſummaria, & aliud in plenaria cuinam ex his duobus adhærendum ſit? n. 22.

CAPUT XVII. De ratificatione teſtium.

Quid ſit citatio, quot modis fiat, & de illius neceſſitate. n. 1.

Requiritur in ordine ad conteſtationem, & quid ſit iſta, & in quo conveniat cum citatione: & an teſtes ſummariæ debeant ratificare in plenaria. n. 2.

Prima ſententia affirmat, & aſſerit, hoc eſſe de ſubſtantia iudicii & ita obſervari in Tribunalibus ſæcularibus n. 3. 4. & 5.

Inter Religioſos hoc non eſt neceſſarium, nec eſt de ſubſtantialibus Iudicii. n. 6. 7. 8. 9. & 10. & quid inter illos circa hoc in uſu ſit. num. 11.

CAPUT XVIII. De citatione & confeſſione Rei.

Quando

Digitized by Google

Quando citatio facienda ſit, & excipienda confeſſio Rei, & per quos? & an Iudex hac poſſit alteri committere. n. 1.

Qualiter Iudex gerere ſe debeat, quando excipit confeſſionem, & quam obligationem habeat Reus reſpondendi, quando adeſt ſolùm ſemiplena probatio. n. 2.

Id quod Reus fecit abſque peccato gravi, etiamſi aliàs ex ſe tale ſit, non tenebitur dicere. n. 3.

Non tenetur fateri delictum, quod iniquè revelatum fuit. n. 4.

Etſi Iudex non monſtret ius interrogandi, tenetur tamen Reus reſpondere, ſi ſit perſona, de qua dubitari non poteſt.. num. 6. & 7.

Oppoſitum tenent multi alii Authores tamquam probabilius. n. 8

Reconciliantur iſta ſententia. n. 9.

Quidnam ſit illud, quod Iudex monſtrare debet Reo, ad hoc ut reſpondere teneatur; n. 10.

De quibus delictis Iudex interrogare poſſit? & an ſi Reus infamatus ſit de uno, poſſit etiam de aliis interrogare? n. 11.

Reprobatur pars affirmativa, & illius ratio n. 12.

An illud poſſit facere, quandò delicta inter ſe connexionem habeut? num 13. & quid ſi ſolùm habeant connexionem cum aliquibus circumſtantiis? n. 14.

In quibus caſibus poſſit interrogare Iudex de ſociis criminis, quando conſtat illud cum illis patratum fuiſſe, num. 15.

Quodnam indicium prabeat contra Dominum delictum commiſſum ab illius ſervo? num. 16,

Non poteſt Iudex interrogare de ſociis delicti, quando non conſtat illud cum illis patratum fuiſſe. num. 17.

Quando Reus divertit roſponſionem, & non reſpondet directe, quodnam ius prabeat Iudici, & quid, quando Reus non recordatur, vel eſt dubioſus? n. 18.

Quando Confeſſio Rei eſt æquivoca, in cuius favorem interpretanda ſit? nu. 19.

An Iudex teneatur concedere Reo tempus ad reſpondendum? n. 20.

Quid Iudex agere debeat, quando Reus negat veritatem in eo, de quo iuridicè interrogatur? n. 21.

An Reus reſpondens veritatem graviter peccet, quando Iudex iniuſtè interrogat? numer. 22.

Confeſſio Rei ſpontanea quid probet, & an Iudex ſtatim poſſit ferre ſententiam? num. 23.

An tollat nullitates proceſſus, & an ſit opus ratificare? n. 24.

Facta Confeſſione Rei debent audiri illius defenſiones, quas pro ſe allegat. n. 25.

CAPUT XIX. De publicatione teſtium.

Quid intelligatur per teſtium publicationem? n. 1.

In qua parte proceſſus fieri debeat? num. 2.

Multa & varia ſunt opiniones circa hoc, an teſtes Reo debeant manifeſtari. n. 3.

Prima ſententia affirmat, etiamſi id non Petatur: & quòd ſit de ſubſtantia Iudicii, illiuſque manifeſtationis omiſſio annullet proceſſum, & hoc non ſolùm in ordine ad dicta, verùm etiam nomina teſtium. n. 4.

Secunda ſententia priori ex diametro opponitur. n. 5.

Tertia aſſerit, quòd ſi Reus petat copiam, ſit de ſubſtantia proceſſus, ut illi exhibeatur, ſecus autem, ſi non petat. n. 6.

Quarta aſſerit, validum quidem eſſe proceſſum, peccare tamen Iudicem illam non dando, n. 7.

Vltima Authoris pro praxi Religioſorum aſſerit, publicationem nominum non eſſe neceſſariam inter Religioſos. numer, 8. etſi aliàs eſſet de ſubſtantialibus Iudicij. numer. 9. & 11.

Quòd non ſit de ſubſtantia, ſed ſpectet ſolùm ad apices, quos Religioſi obſervare tenentur. nu, 10.

Loco publicationis dari poteſt aliud genus defenſionis, & quale illud ſit? numer. 12

Quinam Authores teneant hanc ſententiam? n. 13,

Copia dictorum à teſtibus ſub obligatione gravi exhiberi debet, ſi Reus illam poſtulet. n. 14.

Quando illam non poſtulat, non eſt opus eam illi exhibere: & quid, ſi perſona erat talis, qua hac in parte ſuum ignorabat ius, remiſſivè. n. 15,

At

Digitized by Google

An ſufficiat dare Reo articulos non præcedente citatione, & confeſſione, & in quibus cauſis? & an hoc fieri poſſit, quando agitur de aliquo crimine, ob quod Prælatus aliquis Regularis deponi poteſt ab Officio? num. 16. & 17.

CAPUT XX. De Obligatione inter Religioſos dandi advocatum Reis in cauſis gravibus.

Non poſſunt Religioſi exercere officium Procuratoris, & Advocati; neque in cauſis levibus inter eos concedendi ſunt n.1.

Aliqui exiſtimant, quod in cauſis gravibus, præſertim ſi Reus eſſet ignorans, concedi debeat perſona aliqua Religioſa, quæ faciat officium Procuratoris, aut Advocati. nu. 2.

Id ipſum tenent aliqui circa Curatorem pro illis, qui ſunt minores viginti quinque annis. num. 3.

Oppoſitum eſt probabilius, quantum ad utramque partem. n. 4. 5. & 6.

Religioſo Reo incarcerato concedendus eſt aliquis Religioſus doctus, & gravis, quem poſſit conſulere, ſi illum petat: & ſi hoc ſuum jus petendi talem ignoraverit, etſi non petat. num 7.

Id ipſum dicendum eſt quantum ad exhibendam ipſi copiam dictorum à teſtibus. nu.8

CAPUT XXI. De Exceptionibus, vel defenſionibus, quibus Rei in cauſis gravibus uti poſſunt.

Quandonam fieri debeant, & quid quoad hoc obſervetur inter Regulares? nu.3.

Quid ſit exceptio, & de quo iure ſint? num.1.

Quod ſint exceptionum modi? nu. 2.

De tempore, quod Reo pro ſua defenſione concedendum eſt. nu. 4.

§. 1. De Recuſatione. *Quid ſit Recuſatio. num. 5.*

Ad quod ius pertineat, & an habeat locum inter Religioſos, ponitur pars negativa. num. 6.

Recuſationes inter Religioſos ſunt licitæ, & quando? num. 7.

In inquiſitione generali Viſitator recuſari non poteſt. nu.8.

In caſu, quo eſt licita Recuſatio, poteſt recuſari quilibet Prælatus, vel Tribunal Regulare. num. 9.

Regulariter fit ante conteſtationem litis, & poſt illam, ſi nova ſeſe offerat cauſa. nu. 10.

Secundum jus civile non eſt neceſſaria cauſa pro Recuſatione, ſufficit, quòd quis juret, ſe illam facere bono animo. n. 11.

Secundum Ius Canonicum eſt neceſſaria cauſa, & qualis eſſet debeat? num. 12.

Quid agendum ſit Iudici recuſato, ſi viderit cauſas recuſationis eſſe ſufficientes? nu. 13. 14. & 15.

Quid circa hoc inter Regulares obſervandum ſit? nu. 16.

Quid agendum, quando recuſatus eſt aliquis Definitor, vel Provincialis? nu. 17.

Quænam ſint cauſæ legitimæ recuſandi? nu. 18. & in particulari inter Religioſos? num. 19. & 20.

§. 2. De Exceptionibus contra teſtes.

Quandonam Reus poſſit excipere contra teſtes, & quando non? nu. 21.

Teſtes à Reo præſentati qualiter examinandi ſint? num. 22.

Parentela, & teſtificatio facta à teſte iuris ordine non ſervato eſt cauſa ſufficiens ad excipiendum. nu. 23.

Inimicitia in quot claſſes dividatur, & quam vim habeat in ordine ad excipiendum. n. 24.

Inimicitia gravis quid ſit, & unde oriatur? num. 25. & 26.

Conſanguinei Rei intra quartum gradum reputantur inimici. nu. 27.

Item adverſarii intimi amici, commenſales, & qui in illius degunt Societate; & quid dicendum ſit de Religioſis. nu. 28.

Ex eo quòd unus procuret, ut alter deponatur ab officio, vel ſua privetur dignitate, inimicitia præſumitur. n. 30.

Accuſatus præſumitur inimicus capitalis Accuſatoris, teſtis, & Iudicis, qui tulit ſententiam. num. 31.

Ille qui dixit, ſe eſſe alterius inimicum, vel ſe intuliſſe illi grave aliquod damnum, pro tali in ordine ad excipiendum contra eum reputandus eſt. nu 32.

Detrectare colloquium cum perſonâ, cum quâ quis antea tractabat, qualem arguat inimicitiam? num. 33.

Grandis & notabilis inobedientia ergà ſuperiorem gravem indicat inimicitiam. numer. 34.

Ad Iudicem ſpectat ſecundum ſuum arbitrium

examinare cauſas, an ſint ſufficientes ad excipiendum contra teſtes. nu. 35.

Non refert, quòd Reus dederit occaſionem inimicitiæ, niſi immediatè ante dediſſet, ad hoc ut haberet, occaſionem excipiendi contra teſtes, vel Iudicem. nu. 36.

In Inimicitiâ ſolùm conſideratur gravitas, etſi orta ſit ex cauſis levibus. numer. 36.

Iudex non debet admittere aliquem, quem æſtimat inimicum Rei, & quid dicendum ſit, quando Reus conſentit in examen ſui inimici? num. 38.

Quomodo, & per quos teſtes inimicitia probanda ſit? & quid præſumatur in dubio? numer. 39.

Inimicus reconciliatus quando poſſit excipere, & quando non? nu. 40.

§. 3. De Conſpiratione.

Conſpiratio in quo differat à Conjuratione? numer. 41.

Quid ſit conſpiratio illicita, & quot modis fiat? num. 42.

Delictum, quod deponunt Conſpiratores, non eſt probandum ſolùm per eorum teſtimonium: & de pœnâ in caſu, quo non probaverint, num. 43.

Iudices in imponendo illis pœnas ſint integerrimi. nu. 44.

§. 4. De Negativâ coarctatâ; & aliis exceptionibus, quibus Reus in ſuam defenſionem uti poteſt.

Quid ſit negativa coarctata, & qualiter probet in defenſionem Rei. num. 45.

Quibus mediis negativa probari poſſit? numer. 46.

Quid agendum ſit, quando Iudex plenariè probatum habet delictum, & Reus eodem modo probat coarctatam? nu. 47.

Quæ exceptio ſit, opponere delictum jam eſſe punitum, & in quo caſu non habeat locum. nu. 48.

Quomodo proſit in ordine ad tollenda indicia, quando Reus allegat, non præſumi, à ſe tale delictum commiſſum fuiſſe? nu. 49.

Condonatio vel remiſſio facta à parte offenſa, quantum excuſet à pœnâ? num. 50

Et quid ſi delictum commiſſum ſit defendendo ſe, vel corrigendo aut puniendo eum, quem quis debebat caſtigare; vel ex aliâ cauſâ, quæ poterat actionem reddere licitam? num. 51.

Furor repentinus, & calor iracundiæ minuunt culpam. n. 52.

Provocatus ab occiſo, vel vulnerato minori pœnâ quàm ordinariâ puniendus eſt. numer. 53.

Vnde conjici poſſit, quiſnam fuerit aggreſſor, quando non ſunt teſtes, vel aliunde non conſtat? nu. 54.

Quantum excuſet à pœnâ ignorantia, referuntur varii dicendi modi Doctorum. nu. 55.

Reſolvitur difficultas. nu. 56. & quando ignorantia culpabilis eſt, quænam ignorantia excuſet à pœnâ vel non? nu. 57. 58. & 59.

Ignorantia minus excuſat Prælatum quam ſubditum, nu. 60.

Quomodo ignorantia probari debeat. nu. 61.

Et an, ſi in Religione lex aliqua ſtabilita ſit, præſumi poſſit? num. 62. & 63.

Mandatum Prælati, quando excuſet ſubditum à tranſgreſſione legis. num. 64.

Ille, qui ex conſilio alicujus hominis docti tranſgreſſus eſt aliquam legem, præſumendo, ſe illam non tranſgredi, non meretur aliquam pœnam, & quid ſi ſolùm habuerit credulitatem? n. 65.

Quid ſi ex tranſgreſſione legis bonus effectus ſecutus ſit? in quibus caſibus ille, qui legem tranſgreſſus eſt, puniri debeat, vel non? nu. 66.

Ætas excuſat ad minuendam pœnam à lege ſtatutam in delinquentibus. nu. 68.

Conatus ad delinquendum ſuo fruſtratus effectu qualiter caſtigandus ſit? nu. 67.

§. 5. De purgatione Canonicâ.

Purgatio Canonica & vulgaris quid ſint. nu. 69.

Canonica quomodo, & in quâ forma fiat? nu. 70.

Hodie ſolùm eſt in uſu apud Tribunal Sacræ Inquiſitionis, & quid loco illius faciendum ſit, & in particulari inter Religioſos, numer. 71.

Exceptiones recenſitæ ſerviunt ad defenſionem Rei, vel totaliter ipſum abſolvendo, vel diminuendo pœnam remiſſivè. nu. 72.

Iudices per has exceptiones debent minuere pœnas à lege ſtatutas, quas regulariter tenentur infligere. num. 73.

Quid attendendum ſit ad hoc ut rectè judicetur de cauſis, quæ minuunt vel aggravant delictum. n. 74.

CAPUT XXII. De articulis & reſponſione ad illos.

Dare Reo articulos, & tempus reſpondendi ad illos ſpectat ad ius naturæ, & ſi confeſſus ſit delictum. n. 1.

De quibus rebus poſſint componi articuli; & an de illis etiam formari queant articuli, quæ faſſus eſt, cum tamen de illis non fuerit infamatus. nu. 2.

Iuxta praxin debet imponi novum præceptum, quomodo & ubi. num. 3. & 4.

Tempus conceſſum Reo ad reſpondendum debet eſſe competens, & illud aſſignare pendet ab arbitrio Iudicis. nu. 5.

Si Reus renuntiet, debet facere de illo fidem Secretatio. n. 6.

Quomodo terminanda ſint reſponſa Rei ad articulos, nu. 8.

CAPUT XXII. De carcere.

Ad quem finem carceres inventi ſint. num. 1.

Sunt in uſu apud Religioſos. num. 2.

Quales debeant eſſe, qui ſolùm deſerviunt ad cuſtodiam Rei nu. 3.

Prælatus injuſtè incarcerans Religioſum aliquem graviter peccat, & incurrit Excommunicationem Canonis. nu. 4.

Quando carcer datur per medum tormenti, vel pœna, poteſt eſſe magis, vel minus rigidus juxta arbitrium Iudicis. nu. 5.

In delictis gravibus poteſt Prælatus incarcerare Religioſum ſine alio fundamento per modum cuſtodiæ? & quid de peccato contra votum caſtitatis? nu. 6.

In delictis minus gravibus non poteſt, niſi timeatur fuga. n. 7.

In Religionibus quoad hoc ſtandum eſt legibus uniuſcuiuſque. nu. 8.

Non poteſt Prælatus incarcerare Religioſum, niſi prius conſtet per ſummariam, eum commiſiſſe delictum, & quæ probatio ſufficiat? num. 9.

Dantur aliqui caſus in quibus id poteſt facere. nu 10.

An ſit licitum Religioſo fugere ex carcere in quibuſdam caſibus, ſicut licitum eſt ſæcularibus, referuntur tres Doctorum ſententiæ. num. 11. 12. 13. 14. & 15.

Explicatur ſententia Authoris per tres Concluſiones. num. 16. 17. 18. & 19.

CAPUT XXIV. De Torturá & de concurrentibus ad illum.

Tortura eſt raro in uſu inter perſonas Eccleſiaſticas, & in quibus, & per quæ inſtrumenta dari debeat. n. 1.

Inter Religioſos minus in uſu eſſe debet, & cur? num. 2.

Quidnam in ſubſtantiâ proceſſus debeat præcedere ad hoc ut Religioſus torturæ ſubiici poſſit, & in quibus caſibus, & quâ moderatione? num. 3.

In delictis probatis, vel confeſſis à Reo, vel quando ſuppetit aliud medium ad liquidandam veritatem, non eſt utendum torturâ. num. 4.

Quæ cauſa debeant torturam præcedere, & ſi pro Religioſo ſufficiat ſemiplena probatio? num. 5. & 6.

Religioſi non debent ſubiici torturæ per manus ſæcularium, nec tortura debet eſſe atrox, tàm quoad modum, quàm durationem. n. 7.

De confeſſione Rei factâ in torturâ, quando debeat ratificari, & ubi; & quid ſi neget, vel retractet confeſſionem? nu. 8.

Confeſſio Rei facta per minas torturæ à Iudice intentatas quale robur habeat. nu. 9.

Si Reo data fuerit tortura ſufficiens, & perſiſtat nihilominus in negatione, debet abſolvi, & qualis tortura dicatur ſufficiens? n. 10.

Quomodo ferenda ſit ſententia torturæ? nu. 11.

Quis tempore torturæ debeat eſſe præſens, & quomodo Reus interrogandus ſit, & ſcribenda illa, quæ ab eodem reſpondebuntur? nu. 12.

Inter Religioſos ſemper expedit loco torturæ ferre ſententiam aliquam arbitrariam, & cur? num. 13.

CAPUT XXV. De ſententia.

Quanta ſit ſententiarum varietas, & quid ſit ſententia interlocutoria? nu. 1.

De ſententia definitivâ quid ſit, & quomodo ferenda? n. 2.

Quid poſſint Iudices circa moderationem pœnarum ſtatutarum per legem. nu. 3. Et an exprimenda ſit cauſa moderationis? n. 8.

Quòd inter Religioſos non ſit danda ſententia definitiva ſine legitima probatione. n. 4.

In cauſis dubiis non poteſt ferri ſententia certa, & quid ſi habeatur ſolùm ſemiplena probatio? num. 5.

Quod ſententia non ſit ferenda præcipitanter: & quid circa hoc obſervet Religio Carmelitarum Diſcalceatorum? num. 6.

An in ſententiâ exprimenda ſit cauſa, ob quam fertur? num. 7.

In Religionibus non eſt obligatio obſervandi modum, quem decernit Ius in ferendâ ſententiâ. num. 9.

Quid agendum Iudici, quando Reus eſt convictus de delicto, ipſe tamen ex ſcientiâ particulari ſcit eum eſſe innocentem? nu. 10.

Supponitur aliquid, quod circa hoc certum eſt apud omnes. nu. 11.

Prima ſententia eſt negativa, & eius fundamentum. num. 12.

Secunda communior eſt & probabilior, quam ſequitur Author. nu. 13. & 14.

Quæ pœna correſpondeat cuilibet delicto, remiſſivè. n. 15.

Quam obligationem habeant immediati executores ſententiarum ad hoc, ut illarum executio compleatur? num. 16.

CAPUT XXVI. De incorrigibilitate.

De pœnâ Expulſionis, quæ infligitur incorrigibilibus, & illius æquitas. num. 1.

Quis dicatur incorrigibilis in ordine ad effectum applicandi pœnam Expulſionis ſecundum ius commune? nu. 2.

Non eſt incorrigibilis ille, qui multa commiſit delicta, ſi ob illa punitus & correctus non ſit: & ob quas alias cauſas Religioſi expelli poſſint ſecundum jus particulare Religionum? num. 3.

Hodie ſolùm ille, qui verè incorrigibilis eſt expelli poteſt, & cum quibus circumſtantiis juxtà Decretum Sanctiſſimi Patris N. Vrbani VIII. & refertur Decretum num. 4. 5. 6. & 7.

CAPUT XXVII. De Appellatione.

Quàm odioſa ſit in ſtatu Religioſo, & in quo caſu ſit licita, remiſſivè. num. 1.

Quid ſit appellatio? num. 2.

Secundum Doctores non aſſignatur niſi unus appellationis modus cum duobus effectibus. num. 3.

Appellatio Iuris naturalis quid ſit, & ipſius effectus, num. 3.

Eſt licita inter Religioſos, etiamſi ſententia inferioris juſta ſit, nec poteſt illam impedire. num. 4.

Appellatio juris poſitivi eſt propria & rigoroſa, quid ſit, & illius effectus, & quid poſſit vel valeat circa cenſuras. num. 5. & 6.

De tempore, quo appellandum eſt num. 7.

An præjudicet ipſi terminus tranſactus, quando ſententia eſt conditionalis. n. 8.

Reus appellans à ſententiâ, quam cognovit eſſe juſtam, peccat mortaliter. n. 9.

Et quid ſi ſit dubius, vel habeat probabilitatem; & de diſcrimine, quod verſatur inter Religioſos ac ſæculares, nu. 10. & 11.

An poſſit appellari à ſententiâ latâ à Iudice, ſequendo opinionem æquè vel magis probabilem, num. 12.

Inter Religioſos debet poni cauſa propter quam appellatur. num. 13.

A ſententiâ latâ à Iudice arbitro non datur appellatio. n. 14.

Privilegia, in quibus Religioſis appellatio interdicitur. num. 15.

Bonifacii VIII. Sixti IV. Leonis IX.

Privilegium ampliatum per Sacram Congregationem Regularium. num. 16. & 17.

Privilegium Leonis X. obtentum per Cardinalem Cajetanum. n 18.

Privilegium Pauli III. conceſſum Societati JESU *& aliis. num. 19.*

Decretum Sacræ Congregationis Cardinalium. num. 20.

Privilegia conceſſa Religioni Carmelitarum Diſcalceatorum per Sixtum V. Clementem VIII. & Gregorium XIII. num. 21.

Confirmatio omnium iſtorum privilegiorum per Vrbanum VIII. & quomodo intelligenda ſit clauſula illa, dummodo ſint in uſu. *num. 22.*

Alia Bulla Sanctiſſimi, & referuntur illius verba formalia circa hoc. num. 23.

Quòd Carmelitæ Diſcalceati participent de omnibus privilegiis conceſſis omnibus Religionibus mendicantibus & non mendicantibus. n. 24.

Quid ſit licitum Religioſis iuxta hæc privilegia, quantum ad appellationem Iuridicam. Refer-

tur

tur quadam ſententia. n. 25. & probatur. n, 26.
Refertur alius dicendi modus Doctorum, & reprobatur. n. 27.
Refertur alia ſententia. n. 28. & reprobatur. n. 29.
Explicatur ſententia Authoris per quatuor Concluſiones. n. 30. 31. 32. & 33.
Quòd, quando datur caſus, in quo Religioſo eſt licita appellatio juridica, debeat obſervari ordo aſſignatus per privilegia. n. 33.
Quem finem habuerint Summi Pontifices in concedendo hæc privilegia Religionibus. numer. 34.
Quòd Religioſis interdicta ſit appellatio ad Tribunal Domini Nuntij, niſi in caſu, quo haberet in hoc ſpecialem commiſſionem. n. 35.
Non eſt licita appellatio Religioſis, etſi ſententia contineat pœnam graviſſimam, & per viam exemplaris punitionis. num. 36. & 37.

PARS SECVNDA.

§. 1. De Principio proceſſus & modo inchoandi cauſas judiciales.
Forma accuſationis in ſcriptis quoad gravamen quod accepit accuſans: *n.* 2. *& de illa, quæ fit verbaliter. n.* 6.
Et quid, ſi ſit in ordine ad damnum boni communis, vel alicuius tertii. n. 3.
Quid agere debeat Iudex cum accuſante, priuſquam admittat accuſationem, & de nominatione Secretarii, & eius forma. n. 4.
Forma acceptationis factæ à Secretario, & illius juramentum. *n.* 5.
Forma acceptandi accuſationem. *n.* 6.
Forma denuntiationis Iudicialis, *quando fit in ſcriptis. n.* 9. *& quando fit verbaliter. n.* 11.
De quo Iudex debeat admonere denuntiantem? n. 10.
Quid agere debeat, quando non vult dare denunciationem in ſcriptis, nec ſe obligare ad aliquam pœnam. n. 11.
Forma procedendi per viam Inquiſitionis mixtæ. *n.* 12. *&* 13.
Forma excipiendi confeſſionem à vulnerato vel aggravato, & illius Concluſio. *n.* 14. *uſque ad* 18.
De fundamentis prærequiſitis ad hoc, ut Iudex poſſit tranſire ad inquiſitionem ſpecialem. n. 19.
Quid ipſi agendum ſit, dum conſtat in quodam Conventu *aliquos laxatè vivere. n.* 20.
De his, quæ debent precedere Inquiſitionem ſpecialem. n. 21.
Quid poſſit facere prælatus illius Conventus, in quo commiſſum eſt delictum? n. 22.
Forma inchoandi proceſſum per inquiſitionem ſpecialem ex Officio, & de præcepto, quod imponendum eſt. *n.* 23.
Quomodo formandum ſit interrogatorium, & illius forma. *n.* 24. *uſque ad* 38.
Quomodo concludendum ſit in ordine ad probandam infamiam, & in quibus caſibus. n. 38. *&* 39.
Quando proceditur per viam commiſſionis, cui facienda ſit? n. 40. illius forma. *n.* 41.
Quædam advertentiæ pro Commiſſario. n. 42.
Forma acceptandi & nominandi Secretarium. *n.* 43.
§. 2. De forma & modo examinandi teſtes.
De aliquibus, quæ informans, teſtis, & Secretarius obſervare debent. n. 1. *uſque ad* 4.
Forma examinandi teſtes. *n* 5. *illius concluſio, num.* 6. *Et quid agendum ſit, dum una die multi teſtes examinantur. n.* 7.
§. 3. De citatione & Confeſſione Rei.
Citatio ſequitur ad examen teſtium, & fit in ordine ad confeſſionem & conteſtationem litis. nu. 1.
Quomodo & de quibus in ſua confeſſione Reus interrogandus ſit. n. 2.
Non eſt obligatio dandi illi tempus, ut reſpondeat, oſtendendum tamen illi eſt ius, quo interrogatur. n. 3.
Forma præcepti imponendi ad hoc ut reſpondeat. n. 4. & 5.
De citatione, quid ſit, & quomodo facienda, & cum quibus circumſtantiis. n. 6.
Forma notificandi præceptum, & confeſſionis Rei. n. 7.
Quid ſit agendum Iudici, quando Reus non reſpondet directè ad interrogata? n. 8.
Qualiter confeſſio concludenda ſit? n. 9. *&* 10.
De copia dictorum à teſtibus Reo exhibenda, & de exhibitione alicuius Religioſi docti, ad hoc ut cum eo conferat n. 11.
Quid agendum, quando Reus non petit, vel renuntiat, & de hujus forma. *n.* 12. *&* 13.
Recuſatio Iudicis ubi fieri debeat, & illius forma. *n.* 14. *&* 15.
Quid agendum ſit Iudici recuſato? num. 16.
§. 4. De modo formandi articulos.
De quibus poſſint formari articuli contra Reum? n. 1.
De præcepto illi imponendo. num. 2, *&* illius forma. *n.* 3.
Forma ponendi articulos. *n.* 4. 5. *&* 6.
An Iudex debeat ſubſcribere articulos. n. 7.
Quando Reus debeat ponere ſuas exceptiones? n. 8.

Quid

Quòd præceptum ponendum ſit aliquâ chartâ diſtinctâ. n. 9.
Forma tradendi Reo articulos. *n.* 10. *&* 11.
Quomodo ad alios reſpondendum ſit, & melius eſt, quòd fiat per Secretarium, & cur? num. 12.
Forma concludendi prædicta. *n.* 13.
Quem ſtylum Iudex circa hoc obſervare debeat in caſu contumaciæ. num. 14.
§. 5. De ſententia & illius intimatione.
Notantur aliqua circa hoc. n. 1. *&* 2.
Forma ſententiæ latæ à definitorio in cauſa gravi. *n.* 3.
Forma ſententiæ expulſionis contra incorrigibiles. *n* 4 *& quid addendum ſit, quando ſunt danda dimiſſoria. n.* 5.
De ſententia degradationis actualis *remiſſivè. n.* 6.
Dimiſſoria pro Sacerdotibus & Choriſtis expulſis dentur in lingua latina. n. 7.
Confirmatio ſententiæ expulſionis latæ tempore contumaciæ. num. 8.
De ſententia triremium, & illius forma *n.* 9.
Quòd non dentur dimiſſoria, donec intret Reus triremes, & de patentibus, quas debet ſecum deferre Religioſus illum conducens. n. 10.
Dimiſſoria pro Sacerdotibus expulſis. n. 11. *&* 12.
Et quid ſi dentur alia, eo quod prima ſint perdita. n. 13.
Dimiſſoria pro fratribus Laicis. n. 14.
Qualiter remiſſio alicujus pœnæ facta à Difinitorio faciat fidem? n. 5.
Forma ſententiæ interlocutoriæ de tortura. *n.* 16. *&* 17.
Quomodo intimanda ſit? n. 18.
Forma intimandi & exequendi ſententiam torturæ. *n.* 19.
De ratificatione quàm debet facere Reus de his, quæ faſſus eſt in tortura. n. 20.
Forma ſententiæ abſolutoriæ. *n.* 21.
Forma intimandi ſententiam. *n.* 22.
Quid agendum Iudici, quando Reus illam non acceptat. n. 23.
Forma acceptandi ſententiam. *n.* 24.
Stylus obſervandus in executione ſententiæ expulſionis. n. 25.
Quando ſit implorandum brachium ſæculare vel Eccleſiaſticum. n. 26. *& forma Requiſitoriæ pro hoc. num.* 27.
Præventio & cautela pro Conventu, in quo aliquis ob delictum grave cuſtodiæ mancipandus eſt. num. 28.

FINIS.

FACVL-

FACVLTAS

R. P. PROVINCIALIS GERMANIÆ,

Cum Privilegio Cæſareo.

F. IOSEPH à CRUCE, *Provincialis per Germaniam Fratrum Diſcalceatorum Beatiſs. V.* MARIÆ *de Monte* CARMELO, *Congregationis* S. ELIÆ.

CUm decreto Sac. Cæſareæ Majeſtatis omnibus, & ſingulis Typographis, & Bibliopolis ſerio firmiterque inhibeatur, nequiquam libros ullos à PP. Carmelitis Diſcalceatis hactenus editos, aut impoſterum edendos, excudere, vel recudere &c. ſine facultate Provincialis Ordinis noſtri pro tempore exiſtentis in ſcriptis habenda, ſub pœna confiſcationis omnium librorum &c. audeat vel præſumat, intra Sac. Rom. Imp Regnorumque & dominiorum ſuæ Sacræ Cæſ. Majeſt. &c. Tenore præſentium facultatem concedimus JOANNI BUSÆO, Bibliopolæ Colon. recũdendi librum inſcriptum, JUDEX REGULARIS, hoc eſt, *Brevis ac dilucida in cauſis & judiciis Regularium procedendi Methodus à* R. P. PETRO AB ANGELIS Ord. noſtri Sacerdote conſcriptum &c. In cujus rei teſtimonium has litteras manu noſtra ſubſcriptas Sigilloque noſtro munitas dedimus, in Cœnobio noſtro Confluentino, Sanctis omnibus dicato, poſtridie feſtivit. eorumdem S.S. An. 1664.

F. IOSEPH *à* CRUCE *Provincialis*

IVDEX REGVLARIS

IVDEX REGVLARIS,

Hoc eſt,

Brevis ac dilucida in cauſis & judiciis Regularium procedendi Methodus.

PARS PRIMA.

In qua de univerſo judiciali ordine theoricè diſſeritur.

PROLOGVS.

CErtiſſimum eſt, quòd ſecundùm humanam loquẽdo fragilitatem nulla ſit Communitas nec Congregatio quantumvis Religioſa, & reformata, in quâ nonnumquam aliqui non fiant exceſſus, & culpæ graves, quibus regularis lædatur obſervantia, ejuſdemque decori derogetur. Hinc Prælati coguntur non ſolùm Patris, verùm etiam Judicis obire munus, ut damna illata reparentur, & debita undequaque perfectio in ſuo vigore conſervetur, ac proinde liberis & diſſolutis ſint in frænum, remiſſis verò ac ſocordibus in calcar, & ſtimulum: *quia tunc Regnum jure dicitur integerrimum, ſi nuſquam fuerit imminutum*, dixit quondam Rex Athalericus, Caſſiodoro *lib 9. epiſt* 2. referente. Et illicò ſubjungit, *Hoc fieri poteſt, cùm undique ſubmovetur effrænata licentia, nec datur auſus menti malignæ ſub abominabili libertate peccare.* Et quia in Communitatibus, præſertim Religioſis (hæ quippe ſunt, ad quas præſens Tractatus dirigitur) duo reperiuntur genera culparum, quorum unum ad fraternam pertinet Correctionem, quæ reſpiciendo leges charitatis intendit dumtaxat bonum particulare delinquentis, ſi illæ culpæ ſint occultæ, & in damnum grave boni communis vel alicujus tertii non redundent: aliud culparum genus eſt, quarum remedium reſpicit leges Juſtitiæ punitivæ & legalis ad conſervandam pacem ſtatuſque integritatem. In hoc igitur Opere, quantum mihi poſſibile fuerit, non agam de primo genere, ſed de ſecundo, brevem, & ſummariam exhibendo inſtructionem Prælatis, & ſubditis de ordine, qui in earum culparum ſervari debet emendatione, ut illæſæ ſerventur leges Juſtitiæ, & Charitatis. Ut autem innoteſcat ſeries & diſpoſitio dicendorum, noto, quòd majoris claritatis gratiâ in duas partes dividatur. In *prima* theoricè dilucidabuntur omnia illa, quæ concurrunt, & neceſſaria ſunt in ordine ad formandum proceſſum aliquem Judicialem. In *ſecunda* ponetur quædam praxis cujuſdam informationis cum omnibus ſuis partibus requiſitis introducendo ſuis locis formam, & ſtylum, quem in decurſu proceſſus ſervare debent Judex, Secretarius, Denuncians, Teſtes, & Reus, ad hoc ut traditâ prius doctrinâ in generali, poſtea deſcendamus ad praxim ſecundum currentem, & ordinarium ſtylum.

CAPVT PRIMVM.

Ponuntur aliqua Principia Generalia conducentia ad intelligentiam hujus Tractatus.

1 OBligatio, quam habent Prælati viſitandi ſuas Communitates, ſubditos ſuos corrigendi, & puniendi exceſſus & culpas, quæ in illis committuntur, (prærterquam quòd ita dictet recta ratio pro bono Communi & pace Univerſali (eſt de Jure divino, ut colligunt Doctores ex verbis Chriſti Lucæ 22. *Et tu aliquando converſus confirma Fratres tuos.* Eſt etiam de Jure Eccleſiaſtico in multis locis, præcipuè in Capite *Romana* §. 1. *de Cenſibus in 6.* in Capite *Pernicioſam, de officio ordinarii.* Et noviſſimè has Viſitationes præcipit Concilium Tridentinum primò Epiſcopis *cap. 7. ſeſſ. 7.* & in *ſeſſione 24. cap. 3. de Reformatione.* Et ſtatim Prælatis Regularibus exemptis *ſeſſ. 25.* c. 1. 8. & 20. *de Regularibus.* Item hæc obligatio eſt de Jure Civili, in *l. Congruit, ff. de officio Præſidis*, & docet Bart. ad *l. 2. §. ſi publico, ff. ad legem Iuliam, de adult.* Et quamvis ſint textus particulares decernentes has Viſitationes debere fieri ſemel in anno cap. *cùm venerabilis, de cenſibus* cap. *ſicut olim, extra de cenſibus,* per hoc tamen non tollitur, quin Prælati illas poſſint facere toties quoties neceſſarium eſſe judicaverint, prout communiter docent Doctores.

2 Et ad hoc ut Prælati debitam hujus obligationis faciant ponderationem, viſum eſt mihi adducere in medium quædam verba ex Cap. *irrefragabili, de officio ordinarii,* ubi inter alia Pontifex ita loquitur: *Irrefragabili Conſtitutione ſancimus, ut Eccleſiarum Prælati ad corrigendum ſubditorum ſuorum exceſſus, & reformandos mores prudenter ac diligenter intendant, ne ſanguis eorum de manibus ſuis requiratur.* Idem habetur in capite ultimo *de ſtatu Monachorum*, prout ex ſequentibus patebit.

3 Has viſitationes debent facere Prælati per ſemetipſos, ſi commodè poſſint, quia uti benè advertit Villagutta titulo *de Inquiſitionibus* Concl. 2. *Vnuſquiſque tenetur cognoſcere vultum pecoris ſui ac de illo curam gerere.* Et non eſt dubium, quin tam pro damnorum remedio, quàm ſubditorum ſolatio plus valeat una Viſitatio facta per ipſam Prælati perſonam, quam multæ aliæ factæ per alias tertias perſonas, quantumvis doctrinâ & prudentiâ inſignes & præclari ſint. Verùm ſi contingat Prælatos eſſe juſtis de cauſis impeditos, quò minus per ſe ipſos viſitare poſſint, debent Viſitatores mittere, quorum Authoritas extendere ſe non poteſt, niſi ad illa, de quibus Commiſſoriales loquuntur litteræ, & ad omne illud, ſine quo munus impoſitum exequi non poſſunt; eſto expreſſa illius in Commiſſorialibus non fiat mentio. Ita expreſsè eſt in cap. *prudentiam*, 21. *de officio, & poteſtate Iud. delegati*, ubi Cæleſtinus Tertius. *Explorati quidem Iuris exiſtit, ut delegatis Iudicibus, quibus principale committitur, & acceſſorium committatur.* Idem habetur c. *præterea* 5. ſub eodem titulo, ubi Alexander III. ait, *Ex eo quòd cauſa committitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.* Si tamen Commiſſio fuerit data cum plenitudine poteſtatis, aut dixerit Prælatus, ſe totam ſuam delegare Authoritatem, tunc Commiſſarius in munere ſibi impoſito facere poterit totum id, quod poterat ipſa perſona Prælati, eo quòd in illam tota fuerit tranſlata Juriſdictio, ſicut docet Sylveſter verbo *delegatus* num. 6. & conſtat ex variis textibus ab eodem citatis, nec non ex *l. 1. §. cùm Vrbem, ff. de officio præfecti Vrbis.* Commiſſarii quoque debent advertere, quòd priuſquam ſuam exequantur Commiſſionem, teneantur manifeſtare ſuæ commiſſionis litteras illis ad quos mittuntur viſitandos, prout diſponit cap. *cùm in jure de officio, & poteſtate Iudicis delegati.*

Has commiſſiones poſſunt dare Prælati ordinarii, qui habent poteſtatem quaſi Epiſcopalem, ſicut Generales per totam Religionem. 4

gionem, Provinciales per totam ſuam Provinciam in illis, in quibus non fuerit limitata eorum juriſdictio per Statuta ſui Ordinis. Et quantumvis certum ſit, quòd Prælati locales, ſicut ſunt Abbates, Guardiani, Priores, &c. ſint Judices cum poteſtate ordinaria reſpectu ſuorum ſubditorum, prout conſtat ex cap. *ad noſtram, de appellationibus*, & ex Clementina 1. *de Privilegiis*, & ex aliis variis textibus, & Concilio Tridentino *cap.* 14. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus*, Verùm quia iſta poteſtas in quibuſdam Religionibus eſt limitata quantum ad Viſitationes, & cauſarum Judicium, quemadmodum in noſtra Carmelitarum Diſcalceatorum 3. *p. Conſt. c.* 12. ubi declaratur, quouſque eorum ſe extendat Juriſdictio, tam in ordine ad ſubditos Conventuales, quàm hoſpites, ſive delinquant intra Conventum, ſive extra illum, intra limites tamen ſui deſtrictus, debent ſe aſtringere talibus limitationibus, nec illas excedere, cæteroquin nulla & invalida cenſebuntur, quæ ultra illas egerint.

5 Et licet comuniter in cauſis Judicialibus requirantur quatuor genera perſonarum, videlicet: Denuntians (qui in cauſis criminalibus vocatur Accuſator, & in Civilibus Actor) Judex, Reus, & Teſtes, & numquam Judex eſſe queat Accuſator, cùm hoc eſſet contra Jus naturale, poteſt tamen dari caſus, in quo non ſit neceſſaria depoſitio Teſtium, ſicut quando Reus de plano confitetur ante Judicem id quod Accuſator, vel Actor ipſi impoſuit, & inventus in *fragranti* fuit deductus ad Judicem. Nec eſt neceſſum, Accuſatorem eſſe formaliter talem, ſed ſufficit talis virtualiter aut fictus, ſicut eſt denuntians, infamia, rumor, clamoroſa inſinuatio, notorietas delicti, obſtinatio, & aliæ conditiones, quas ſuis locis expendemus. Omnia hæc ita certa ſunt & communia, ut probatione non egeant.

6 Duo ſunt, quæ concurrunt ad cauſas Judiciales, quædam ſunt ſolùm accidentalia, & pertinent ad ſolemnitatem Judicii ex diſpoſitione Juris, v. g. quòd fulminetur ſententia ſedente Judice pro tribunali, nulla actio celebretur in die feſto, & his ſimilia, quę ſuis locis explanabuntur, ſolentque vocari apices Juris. Alia ſunt, quæ ſpectant ad ſubſtantiam, & eſſentiam Judicii, & ſunt illa, quæ concernunt veritatem cauſæ, & juſtitiam in reo, prout advertit Alderete *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 13. quæ infra enumerabimus *n.* 6. Hæc autem omnia tam primi generis, quàm ſecundi in cauſis ſæcularibus debent obſervari, cæteroquin eſſet periculum, quod actus redderetur nullus. Sic advertit Franciſcus Giſlerius in *ſua praxi cap.* 11. *nu.* 2. niſi Conſuetudo forſan alicubi recepta excuſet ab aliquibus, & dat rationem, quia *inter ſæculares, cauſæ fiunt jure ordinario, ſive juxta communis Iuris formam, ubi nedum eſſentialia, ſed etiam illa, quæ ad ſolemnitatem perfectionemve requiruntur judiciorum (ut conſiſtant) ad apicem obſervanda ſunt.* In cauſis tamen Regularibus non eſt obligatio ſervandi apices Juris, benè tamen illa, quæ ſpectant ad ſubſtantiam; ſi tamen Prælati ſingula vellent obſervare, poſſent. Prout advertit Salgadus *fol.* 48. Et in cauſis criminalibus gravibuſque ſemper convenit, quòd ejus actus judiciales (ſi Regulares ſint) non exerceantur feſtivis diebus, quia Regulares ex ſuo ſtatu ſpecialiter videntur obligari ad ea, quæ ſapiunt venerationem & cultum Religionis. Ita Panormit. *cap.* 1. *de Feriis nu.* 18. Menoch. *l.* 1. *de arbitrariis, quæſt.* 30. & alii, & ita practicatur in noſtra Religione & aliis, non obſtante, quod poſſet fieri contrarium. quòd autem Regulares non teneantur obſervare apices, & rimas Juris, conſtat ex *c. qualiter, & quando,* 2. *de Accuſ.* ubi explicando Papa Innocentius III. ſtylum Judicii concludit hoc modo: *Hunc tamen ordinem circa Regulares perſonas non credimus uſquequaque ſervandum.* Illud ipſum conceſſit Mendicantibus Bonifacius VIII. Ut habetur in *Compendio Mendicantium*, verbo *Correctio fratrum*, & in lib. *monumenta Ordinis* conceſſ. 499. ubi inter alia ſequentia dicit Pontifex: *Penſantes quoque, quod ſi Regularium perſonarum Correctio rimas Iuris & apices ſequeretur, hujuſmodi rigor leneſceret, & multiplici laxatione torperet. Vobis Apoſtolica Authoritate indulgemus, ut ad Correctiones & punitiones Fratrum delinquentium infligendas, Prælati Ordinis ad ea, quæ ſpectare noſcuntur, rimulis Iuris, & apicibus ejus poſtpoſitis, liberè procedere valeant ſecundùm conſuetudines comprobatas,*

probatas, & generalia facta, & facienda Ordinis inſtituta. Et Papa Nicolaus V. ut refertur in *Compendio Societatis* Verb. *Cauſa,* conceſſit circa hoc ampliſſimum privilegium Abbati, & Conventui S. Pauli Romæ, quo etiam fruuntur Mendicantes per communicationem. Et hoc eſt præcisè, quod aliqui Pontifices concedunt, quando dicunt, Prælatos Regularium in cauſis ſuorum ſubditorum poſſe procedere *ſimpliciter, ſummariè, de plano, & ſola veritate facti inſpecta.* Quæ verba ſunt quaſi ſynonima, & idem ſignificant, vel ſaltem ad idem reducuntur, nam illa particula *Simpliciter* excludit omnem modum frivolarum dilationum, exceptionum, & ſimilium. Particula *Summariè* denotat, quòd ſolùm attendi debeat ad illa, quæ ſunt de ſubſtantia, & eſſentia Judicii. *De plano* ſignificat, quòd poſſit omitti illa ſolemnitas, quâ Judex ad dandam ſententiam ſedet pro tribunali, atque ne fiant actus in die feſtivo. *Sola veritate inſpecta,* quòd ſolùm attendatur ad veritatem, & ſervetur juſtitia Reo, uti conſtat ex Clementina ſæpè, *de verb. ſignif.* ubi Clemens V. totum exprimit. Et ita docent Doctores communiter, de quorum numero eſt Cajetanus 22. *q.* 70. *num.* 2. Soto *lib.* 5. *de Juſtitia q.* 7. *art.* 2. Suarez *Tom.* 4. *de Relig. l.* 10. *c.* 11. *n.* 1. & aſſignant rationes, ob quas Summi Pontifices, Regularibus hoc Privilegium conceſſerunt. *Prima,* quia in Religionibus culpæ de plano & ſincerè cognoſci debent. *Secunda,* quia in illis pœnæ tam acerbæ, & rigoroſæ non ſunt, ſicut inter ſæculares, eò quòd non tam ordinentur ad pœnam, quàm bonum ſpirituale ſubditorum. *Tertia,* quia veroſimile cenſetur, & præſumitur, quòd Prælati Regularium pura cum intentione, & media charitate in cauſis procedant, & teſtes, cæteræque perſonæ ad illas concurrentes ſint timoratæ conſcientiæ, & per conſequens fide digniores. Alii alias ſuperaddunt rationes, quarum potiſſima eſt, quòd Regulares ut plurimum, & communiter perfecta apicum Juris careant notitia, quæ omnia fuêre motiva rationi valde conſentanea, ut Summi Pontifices ſimile concederent Privilegium, cùm hoc in majorem quietem & pacem redundet Regularium.

Illa autem, quæ in cauſis obſervare Præ- 7
lati tenentur, ſunt Jus naturale & divinum, nec non Jus commune Canonum generalium, eò quòd ſimilia Jura non pro aliqua perſona, loco aut provincia particulari, ſed pro omnibus ſtabilita ſint, prout conſtat ex cap. 1. *de Conſtitutionibus*, ubi dicitur, *Canonum ſtatuta ab omnibus cuſtodiantur.* Gloſſa addidit. *Canonum Generalium*: habetur etjam cap. *Si quis omnem* 1. *q.* 7. & c. *ea, de ſtatu Monachorum*, & in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *de reformatione cap.* 8. ubi loquendò de Prælatis, inquit, *Teneanturque ſua Congregationis Monaſteria frequenter viſitare, & illorum reformationi incumbere, & ea obſervare, quæ in ſacris Canonibus, & in hoc ſacro Concilio ſunt decreta.* Idem repetit *cap.* 18. *ejuſdem ſeſſionis*, tenet Navarrus *Comment.* 2. de Regul. *nu.* 61. & 62. & *Tom.* 1. *Conſiliorum,* conſil. 4. & 5. *de appellationibus,* & n. 3. 4. & 8. *de accuſationibus.* Villaguta *lib.* 6. *cap.* 2. per totum, & communiter Doctores. Nec in capite *qualiter, & quando,* aut in aliquo alio quidquam in contrarium obſtat, ſicut advertit Franciſcus Giſlerius in ſua *praxi cap.* 13. *n.* 2. quia omnes exceptiones debent intelligi de apicibus Juris, ut docent Gloſſa in cap. *Monialis, de purgat. Can.* Abbas in cap. *ea quæ, de ſtatu Monachorum.* Et ratio eſt, quia omnia illa, quæ dicta Jura requirunt, ſunt de ſubſtantia Judicii, à quibus per nullum privilegium exempti ſunt Regulares. Hujus ordinis ſunt: *Delatio, ſeu denunciatio criminis, probationes per legitimos teſtes. Rei vocatio ſeu citatio, auditio defenſionum ejus, confeſſio, ſeu convictio, ſententia definitiva, &c.* Verum eſt, quòd in aliquibus caſibus quædam ex prædictis ſaltem expreſsè, & formaliter omitti poſſint, prout dicetur inferius tractando de Inquiſitione particulari.

Item tenentur ſervare Jus gentium, quod 8
in Religionibus ſunt Statuta, & Conſtitutiones generales uniuſcujuſque, ſicut bene advertunt Victorinus *cap.* 7. *n.* 4. Emmanuel Rodrigues *To.* 2. *qq. Regul. q.* 3. *art* 1. & communiter omnes. Ubi notandum eſt, quòd in his, quæ in Regula aut Conſtitutionibus expreſſa non ſunt, ad Jus comune recurrendum ſit. Ita Giſlerius ubi *ſupra n.* 9. Verum eſt,

Digitized by Google

eſt, quòd etiam attendi debeat ad praxin, & communem Religionis conſuetudinem, hæc enim magni roboris eſt, ſicut docet Sylveſter verb. *Conſuetudo* num. 23. ubi quærit, an in Judicio contentioſo judicari poſſit ſecundum receptas conſuetudines, & reſpondet quòd ſic, etiam ſi tales conſuetudines ſint contrariæ Juri ſcripto, dummodo conſuetudo ſit præſcripta, & rationabilis. Ita habetur in cap. ultimo *de conſuetud.* & ibi Gloſſa cum Canoniſtis docent. Julius Clar. *lib. 5. §. fin. q. 3. num. 6.* & alibi ſæpè. Farinac. in *praxi Tom. 1. q. 4. annot. 20.* Navar. c. *inter verba*, Corol. 50. num. 587. Leſſius *lib. 4. c. 2. dub. 2. num.* 8. Rationem dat S. Thomas 1. 2. *q. 97. art. 3.* cum omnibus ſuis diſcipulis, quia *Conſuetudo habet vim enervandi imò, & abrogandi legem ſcriptam*, ad quod maximè debent advertere Prælati & ſubditi ad expediendum ſe à ſexcentis perplexitatibus in hac materia, & ideo etiam excuſantur Judices ſæculares, & Eccleſiaſtici non obſervando in aliquibus caſibus diſpoſitionem Juris ſcripti, quando non eſt aliquid pertinens ad ſubſtantiam illius.

9 Dixi, quod Prælati teneantur obſervare illa, quæ n. 7. expreſſa ſunt, in cauſis gravibus, quia in levibus, & communibus non eſt neceſſarium, ſed ſufficit procedere ſecundum Conſtitutiones, & approbatam Religionis conſuetudinem, attendendo ſolùm ad veritatem, rectitudinem, & obſervantiam, abſque eo quòd formetur proceſſus, aut feratur ſententia in ſcriptis, vel admittatur appellatio, & recuſatio, dummodo in correctione & pœna ſervetur debitus modus præſcriptus à legibus Ordinis, ſicut docent Panormitanus in cap. *reprehenſibilis*, *de appellationibus*, & in cap. *ad noſtram*. Lupus alleg. 74. num. 5. Fridericus de Senis *conſ.* 55. & 105. Joannes Monachus cap. 1. *de Relig. dom. lib. 6. concl.* & alii communiter. Quia, ſicut optimè advertit noſter Thomas à Jesu tract. 3. *de Viſitation. Regular.* c. 1. num. 11. non eſſet rationi conſentaneum obligare Prælatos, quando viſitant illos Conventus, & vident frangi ſilentium, jejunium, & alias Conſtitutiones, ad formandum proceſſum Judicialem pro ſimilium correctione culparum. *Primò*, quia Religioſi in ſua profeſſione renunciant Juri, quod habent ad hoc, ut in ſimilibus obſervetur Ordo Judicialis, ſicuti notat *Clau. Reg.* lib. 12. c. 21. num. 20. *Secundò*, quia obſervare talem ordinem in prædictis eſſet potius in turbationem & deſtructionem obſervantiæ, quàm ædificationem ejuſdem, & ita in iiſdem ſufficit procedere de plano, attendendo ſolum ad ſtylum communem, & ad id, quod ordinant Conſtitutiones, & non ad alia Jura. Adde, quod hic maximè locum habeant Privilegia ſummorum Pontificum, quando abſolutè concedunt Regularibus; *Ut nequaquam ſecundum Iura, ſed juxta eorum Conſuetudines approbatas, & generalia ſtatuta facta, & facienda delinquentes corrigantur, & puniantur*, ut habetur *in compendio Privilegiorum*, verbo *Correctio Fratrum* num. 6. & 8. Et ita practicant etiam Judices ſæculares in cauſis levibus, fundati in c. *Levia, ff. de Accuſat.* Ratio eſt, quia in iſtis rebus levioris momenti potius exercent officium Patris, quàm Judicis.

CAPUT SECUNDUM.

Declarantur aliqui termini, quorum uſus eſt frequens in hac materia.

1 IN cap. *manifeſta* 2. *quæſt.* 1. Gloſſa habet quædam verba, quæ ad præſens intentum appoſitiſſima ſunt. *Quotidie de notorio loquimur, & quid ſit Notorium ignoramus.* Inde dimanant errores non ſpernendi in Juridicis informationibus. Idipſum affirmare poſſumus de plurimis aliis, quæ in hac materia frequenter occurrunt. Ad evitandum igitur illa inconvenientia, quæ ex ignorantia propriæ eorumdem ſignificationis ſequi poſſunt, nec non ut Lector hic habeat notitiam uniuſcujuſque termini, & non miſceatur doctrina tradenda cum horum expoſitione, conſultum cenſui, hic declarare minus

notos, præſertim minus expertis & peritis in practicis informationibus. In hoc capite explanabimus tres, *Notorium*, *Manifeſtum & publicum*, & in ſequentibus reliquos.

§. I.

Quid ſit Notorium.

2 IN cauſis Judicialibus ſequens eſt uſus horum terminorum, *Publicum*, *Manifeſtum*, *& Notorium*, & iſte tertius derivatur à Verbo *Noto*, quod idem eſt ac *ſigno* ſive *demonſtro*, ſicut vult Sylveſter, vel (ſecundum quod alii cenſent) à verbo *Noſco*. Et licet aliqui confundant hos terminos uſurpando eos pro una eademque re, & applicando proprietates, & conditiones unius alteri, unde non modica naſcitur confuſio; loquendo tamen ſecundum rei veritatem, præciſionem & proprietatem, in eorum ſignificatis ſua invenitur differentia, ſicut patebit.

3 Incipiendo igitur ab explicatione hujus vocis *Notorium*, ad vitandam omnem æquivocationem præſupponendum eſt, tribus modis aliquid dici *notorium*. *Notorietate Iuris*, *Notorietate præſumptionis Iuris*, *& Notorietate facti*. *Notorium Iuris* dicitur illud, quod conſtat in Judicio per accuſationem, vel denunciationem legitimam ante Judicem, aut per ſententiam, vel per Confeſſionem Judicialem Rei, aut per legitimam probationem teſtium, ut habetur in cap. *quæſitum, de cohabit. Clericorum & mulierum*, & ibi communiter Doctores.

Notorium ſecundùm præſumptionem Iuris dicitur illud, quod licet non ſit evidens & certum, Jus tamen ita præſumit, & Judex procedit ad puniendum, ac ſi eſſet evidens, eo quòd reperiat tam claras, & manifeſtas conjecturas & indicia, ut cum ſufficienti fundamento delictum pro certo habeat.

Exemplo res patefiet. Detinet Clericus intra fores ſuæ domus mulierem ſuſpectam, de qua communis eſt opinio, quòd ſit ipſius Concubina, talis debet puniri ſicut Concubinarius, & ita determinat Jus, ubi ſupra, & in *cap. ſicut ad extirpanda, de cohabit. Cler.* & alibi.

Notorium facti eſt illud, quod nulla tergiverſatione celari poteſt; eò quòd multi viderint. Sic definitur à Gloſſa in *cap. manifeſta*, 2. *quæſt.* 1. & in *c. evidentia de accuſat.* Et quamvis Sylveſter *verbo* Notorium quæſt. 1. Thomas Sanchez *Tom.* 2. *Conſiliorum c.* 3. *dub.* 3. *n.* 4. ſentiant; quod *Notorium facti* non ſolùm ſit illud, quod multi viderunt, ſed etiam quod ſciverunt per clara & certa indicia & conjecturas evidentes nullam admittentes tergiverſationem, eſto nullus viderit: primum vocant *notorium facti in ſe*, & ſecundum, *notorium facti in alio*: Notat tamen Sylveſter, quod hoc ſecundum notorium ſit improprium, & non ſine ratione; cùm hoc genus Notorii potius ad infamiam, violentam, & urgentiſſimam præſumptionem pertineat, de qua inferiùs tractabitur, quam ad notorietatem, & ob eamdem rationem relinquemus pro nunc hoc notorium improprium, faciemuſque dumtaxat mentionem de proprio, quod eſt illud, quod committitur coram toto, vel ſaltem majori parte populi, aut viciniæ, ſicut notat Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *c.* 12. *num.* 22. Julius Clarus *lib.* 5. *§. finali quæſt.* 9. *num.* 2. Leſſius *lib.* 2. *de Iuſtitia cap.* 11. *dub.* 3. *num.* 74. Qui cum multis aliis adjungunt, quòd ſi delictum commiſſum fuerit coram decem perſonis, ſufficiat ad hoc quòd ſit notorium in quocumque populo, & communitate quantumcunque magna. Quia eo ipſo quòd à tot viſum ſit, moraliter impoſſibile eſt illud celari, & præſertim, quia, quando peccatum cum tali publicitate committitur, jam delinquens non habet Jus ad hoc, ut ſervetur ſecretum: nam per eamdem actionem renunciat, & perdit illud, ſicuti benè advertit Caſtro Palao *tract.* 6. *de Charitate diſp.* 5. *puncto* 13. *num.* 5. Præterquam quòd certum ſit, numerum decem perſonarum, aut vicinorum (quod in præſenti caſu in idem redit) ſufficientem, ac neceſſarium eſſe ad conſtituendam viciniam, & decem Collegiales ad conſtituendum Collegium, decem Religioſos ad conſtituendum Conventum, ut conſtat ex Gloſſa *cap. unio.* 10. *quæſt.* 3. Etſi delictum coram ſex, vel ſeptem ex iſtis decem commiſſum ſit, in tali Communitate dicetur notorium, cùm hæc jam ſit major pars. Et licet Noſter THOMAS à JESU (quem

alii

Digitized by Google

alii *magnum,* nuncupant, *ætatis noſtræ Doctorem*, alii *ducem & magiſtrum à Deo ductum & Doctum:* alii *virum ſapientiſſimum Religioſiſſimumque:* alii *hoc noſtro ævo pari ſanctimonia atque eruditione carmelum illuſtraſſe* referunt; ut videre eſt apud R. P. Thomam Aquinatem a S. Joseph, in ſua *diſſertatione Hiſtorico-Theologica de Patriarchatu* Eliæ *ſectione* 4. §. 3. quæ obiter inſinuare volui, ut Lectori conſtet, quanta ſit hujus viri, apud ſummos etiam viros exiſtimatio; quia illum, ejuſque opus *de viſitatione Regularium* pluries in hoc Tractatu adducturi ſumus (licet, inquam, in jam dicto opere *Tractatu* 2. *capit.* 1. *num.* 5. & 6. ſentiat, quod delictum à quinque in Religioſorum Communitate viſum, jam dicatur notorium, quia hoc, quod quinque viderunt, *Vix poteſt latere, neque aliqua tergiverſatione celari.* Contrarium tamen ſentiunt alii, & ita cum ſupradictis docet Navarrus in *Summa Latina cap.* 25. & *c.* 27. *num.* 253.

4 Advertenter dixi neceſſarium eſſe numerum decem perſonarum ad conſtituendam viciniam, Collegium, & Conventum, ad hoc ut intelligatur, minorem numerum non ſufficere ad effectum publicitatis neceſſariæ ad notorietatem. Ita Menoch. *de arbitr. l.* 2. *concl.* 166. ex Bart. in *l. ſcriptus num.* 2. ubi dubitat, *An illud dicatur notorium, quod in villula contigit, ubi ſex, vel octo tantùm præſentes fuerunt. Reſpondet non dici notorium ea ratione, quia debet eſſe multitudini notum, ut notorium dici poſſit, cap: ultimo de cohabitatione Clericorum, & mulierum, & vicinia debet ſcire*, cap. *penultimo de purgat. Can:* quæ ceſſant in tam parvo hominum numero. Idipſum aſſerit Farinacius *Tom.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 47. & clarius *num.* 95. ubi ſic ait, *Factum in villa, ubi non adſit numerus decem perſonarum, non poteſt tranſire in notorium, unde ſecus crederem in villa magna, in qua adſit perſonarum multitudo: puta ad minus decem,* ut habetur in *capite manifeſta* 2. quæſt. 5. Idem ſequitur Antonius de Butrio in dicto *cap. veſtra de cohabitatione Clericor. & mulier.* Ita etiam ſentiunt Sylveſter. *verb:* notorium quæſt. 4. Navarrus in Summa Latina *cap.* 27. *numer.* 255. Sanchez. ubi ſupra *numer.* 11. Alderete *lib.* 1. *cap.* 5. §. 2. *num.* 8. & communiter omnes cum Gloſſa capite citato. Et hoc valde notandum eſt propter dicenda inferius in *cap.* 3. *de infamia.*

§. II.

Quid ſit manifeſtum & publicum?

5 MAnifeſtum dicitur illud, quod fit coram aliquibus paucis teſtibus fide dignis; qui rem ſparſerunt inter multos juſtè, vel injuſtè: quod ſi illi, qui viderunt, non ſparſerunt, diceretur caſus probabilis, non tamen manifeſtus, ſcilicet ob defectum publicitatis neceſſariæ, de qua inferius habebitur mentio. Exemplo tota hæc doctrina declarabitur. Contendebant duo inter ſe, ita tamen, ut à nemine viderentur; unus tamen illis adeò vicinus erat, ut facilè verba & rumorem auditu potuerit percipere, & quamvis talis nihil viderit, nihilominus ex his, quæ audivit, collegit unum alteri dediſſe alapam. Iſte poſtea retulit aliis pro re certa, à quibus ita fuit divulgatum, ut omnes, aut multi in communitate & vicinia reſcierint, ita tamen, ut nullus affirmare poſſit, ſe vidiſſe, ſed ſolùm ita communem publicamque currere vocem. Hoc ſufficit, ut caſus ſit publicus, non tamen ad hoc ut ſit manifeſtus, & multò minus ut ſit notorius. Si verò Joannes dediſſet alapam Petro coram duobus, aut tribus teſtibus oculatis *omni exceptione majoribus,* & ab his perveniſſet notitia ad totam, vel magnam Communitatis partem, prout *num.* 5. dictum eſt, jam caſus non ſolùm eſſet publicus, verùm etiam manifeſtus.

Verùm ſi alapa inflicta fuiſſet in foro, aut in alio loco coram numeroſo populo, vel Communitate & vicinia, & multi tàm clarè, diſtinctèque vidiſſent, ut negari, & occultari minimè poſſet, caſus non modò eſſet publicus, & manifeſtus, ſed etiam notorius. Ac proinde *publicum, manifeſtum,* & *notorium* ſe habent inter ſe, ſicut ſuperius & inferius, ita ut hoc includat illud, & aliquid amplius, ſicut ſe habent ad invicem genus, ſpecies, & individuum, ubi individuum includit ſpeciem, & ſpecies includit genus, non tamen è contra. Itaque *notorium* ſe habet inſtar

Digitized by Google

ſtat Individui, ***manifeſtum*** inſtar ſpeciei, & ***publicum*** inſtar generis, & conſequenter in *Notorio* includitur manifeſtum, & publicum, & aliquid amplius, & in ***manifeſto*** includitur publicum, & aliquid plus, non tamen è converſo, ſicut manifeſtè patet in animali, homine, & Petro; & iſta incluſio publici in notorio, & manifeſto eſt cauſa, quòd multi Authores indifferenter ſumant publicum pro Notorio, & Notorium pro publico. Et ſi publicum accipiatur cum incluſione illarum conditionum, quas ſuperaddit publicitati notorietas, præfatus loquendi modus admitti debet, ita tamen ne excludantur, illud ipſum dico de manifeſto, & ita oportet aſſerere de infamia, quia notorium, manifeſtum, & infamia, ſunt termini neceſſariò includentes publicitatem, ſicut remanet explicatum, & magis explicabitur *numero 7. ſequentis capitis*, quo remitto Lectorem, caſu quo hic non remaneret plenè ſatisfactus.

Tota hæc notitia maximi eſt momenti, & in promptu haberi debet pro examinandis teſtibus, & admittendis denuntiationibus, quia non paucos reperire eſt, qui, cum ſciunt rem aliquam inter multos dici, temerè, & quidem cum juramento audeant affirmare, jam eſſe publicam, notoriam, & manifeſtam famam, & publicam vocem, abſque eo quòd attendant ad publicitatis modum, quem caſus habet, & ad hoc, quod iſti termini ſignificant. Hæc doctrina colligitur ex capite *Tua nos*, & ex capite *Veſtra de cohabitatione Clericorum, & mulierum*, ubi Abbas Panormitanus ponit diſtinctionem recenſitam inter notorium, & manifeſtum. Eſt etiam Sylveſtri verbo *Notorium* quæſt. 4. & noſtri Gabrielis à S. Vincentio in ſuo opere *de cenſuris in Genere, ſpecie, & in individuo* Romæ edito, *diſput*. 1. *quæſt*. 27. *num*. 340. Partim illam tradit Thomas Sanchez ubi ſupra *num*. 16. Farinac. *in praxi crimin. tom*. 1. *q*. 21. *num*. 4. & alii multi Juriſtæ & Theologi: clarè & diſtinctè totam tradit Navarrus in Summa Latina *cap*. 27. *num*. 255. Unde conſtabit id, quod inferius dicemus de poteſtate, quam habet Judex puniendi delicta notoria, abſque eo quòd attendatur ad Juris rigorem.

Aliquod dubium hic ſe offert, num ad hoc, ut conſtet Judici rem eſſe notoriam, vel manifeſtam, ſufficiat, quod probetur duobus teſtibus, qui ſint omni exceptione majores. Ad quod affirmativè reſpondeo, cum Sylveſtro *quæſt*. 5. Panormitano in cap. *veſtra, de cohabitatione Clericorum num*. 17. Sanchez *lib. 6. Conſ. cap. 3. dub. 3. num*. 13. & cum aliis, quos ſtatim referemus loquendo de infamia, cùm ad hunc caſum concurrant proportionaliter illa, quæ requiruntur ad infamiam, ut patebit ex *ſequenti capite numer*. 8. & 9. 6

CAPVT TERTIVM.

Declaratur quid ſit infamia, inſinuatio clamoroſa, & rumor.

1 DE duobus generibus infamiæ communiter loquuntur Doctores, unum vocant *Iuris*, vel *Civilis*, vel *Canonici*, aliud *facti*. Infamia *Iuris* eſt, quæ incurritur *ipſo facto* per delicta ab ipſo Jure aſſignata, ſicut eſt illa, quam incurrunt Latrones, viarum graſſatores, Uſurarii, & Duellatores, ut habetur in *cap. infames*. Dicitur etiam infamia *Iuris* illa, quæ incurritur per ſententiam definitivam Judicis. Infamia *facti*, quæ magis facit ad noſtrum intentum, definitur à Panormitano in cap. *veſtra*, quòd ſit *communis loquutio ex veriſimilibus conjecturis*, & Baldus in *l. de minore* §. *tormenta, ff. de quæſtionibus* dicit, quod ſit *communis opinio voce manifeſtata ex ſuſpicione proveniens*. Quæ communis opinio voce manifeſtata à Juriſtis vocatur *fama*, & vox publica. Dicitur, quòd illa opinio debeat eſſe voce manifeſtata, quia, ſicut notat Sanchez ubi ſupra

Digitized by Google

pra *dub.4.num.2.* ſi hæc deficeret, eſſet ſolùm opinio, in hoc enim opinio à fama diſtinguitur, quod ad illam ſufficiat interius eſſe conceptam, ad hanc verò eſt neceſſarium, quòd voce manifeſtetur, quia fama *à fando* dicitur. Dicitur etiam, quòd hæc opinio debeat eſſe nata ex veriſimilibus & probabilibus conjecturis, quia ſi talis opinio eſſet orta ex eo, quòd multi aut aliqui viderunt, non dicetur propriè infamia, ſed notorium aut manifeſtum, ſicut notat Sanchez ubi *ſupra dub.9. num.2.* cum aliis: & patet ex ſupradictis. Aliam *infamiæ* definitionem aſſignant Authores, quæ colligitur ex *cap. qualiter & quando 2.* de accuſationibus, & ex *cap. inquiſitionis* eodem tit. quòd infamia ſit. *Quidam rumor ortus non à malevolis, ſed à probis, & honeſtis perſonis ſparſus inter multos.* Aut ſicut dicit Sayrus in *Clavi Reg. lib. 12. c. 10. num. 12. Eſt frequens opinio bonorum virorum, quæ hominem de tali crimine rationabiliter reddit ſuſpectum.*

2 Duo requirunt iſtæ definitiones, & deſcriptiones ad hoc, ut infamia det Judici ſufficiens fundamentum ad procedendum judicialiter contra infamatum. *Primum,* quòd opinio, & vox ſit inter multos, & communiter agatur de illius delicto tamquam de re certa, aut ad minus valde ſuſpecta, & fundata in veriſimilibus conjecturis, ex quibus rationabiliter colligi poſſit, verum eſſe id, quod dicitur. Unde ſi rumor, & vox ſit inter paucos, non ſufficiet ad cauſandam infamiam, neque etiam ſi ſit inter multos, ſi id quod dicitur, ſine fundamento dicatur, & abſque ſufficientibus conjecturis, quia ſine iſtis incertus ſolùm erit rumuſculus, & garrulitas ſine fundamento, de quibus Judices, & Prælati curare non debent.

3 *Secundum* quod ad infamiam requiritur, eſt, quòd opinio & rumor oriatur ab hominibus gravibus, piis prudentibus, & cordatis, de quibus timeri non poteſt, quòd facilè credant proximorum gravia delicta, ſine prævio & maturo examine fundamenti. Ita habetur in *c. ſunt plurimi 6.q.1.* & ita docent Dino in *c. infamibus de regulis Iuris, in 6.* Julius Clarius *lib.5.§.fin.c.6.n.17.& c.31.n. 10. verſ. non quidem,* & eſt ſententia communis Doctorum: In cujus confirmationem refero graviſſima verba *capitis licet Heli*, de Simonia, notatu digna pro Prælatis. *Iuxta canonicas ſanctiones, Si quid de quocunq; Clerico ad aures Prælati pervenerit, quod eum juſtè poſſit offendere, non facilè credere debet, nec ad vindictam eum res accendere debet incognita, ſed coram Eccleſiæ ſenioribus diligenter eſt veritas ſcrutanda.* In quibus verbis inſinuavit Pontifex id ipſum, quod tradunt Doctores, nimirum, quòd, ſi rumor ab hominibus malevolis, & abſque prævio examine ad credendum proclivibus exortus ſit, non ſufficiat ad cauſandam infamiam, nec eum Prælatus curare debet.

Verum ſi fama proceſſerit à perſonis non malevolis, nec adeò prudentibus, & gravibus, ſed mediocribus, quorum authoritas ſaltem facit caſum dubium, ſufficiens erit ad generandam ſuſpicionem, quæ cæteris conjuncta circumſtantiis præbent cauſam Judici legitimam ad hoc, ut poſſit procedere ad examinandam rem totam accuratiùs. Expediens igitur viſum fuit hic referre id, quod addit Julius Clarus cum quibuſdam aliis, qui, poſtquam dixerat, quomodo infamia naſci debeat à perſonis gravibus, & fide dignis, adjungit ſequentia formalia verba, *quod intellige, niſi agatur de re turpi, nam eo caſu non eſt contemnenda fama, quæ ortum haberet à turpibus perſonis; puta ſi agatur de chartis, & taxillis falſis, poterit fama ortum habere à luſoribus, & non erit per Iudicem contemnenda.* Notandum hic eſt, quod quando Judex facta debita diligentia in ordine ad probandam infamiam adhuc dubitat, an illius fundamenta & conjecturæ ſint probabiles & veroſimiles (& illud ipſum dicendum eſt in caſu, quo dubium eſſet circa ipſos Authores) non poteſt procedere ad inquiſitionem delinquentis; obligabitur tamen ad dandam aliquam ſatisfactionem ad occurrẽdum ſcandalo, quod rumor & delicti fama peperit, ſicut notat Gloſſa *c. inquiſitionis de accuſat.* Leſſius *dub.15.n.123.* Villalob. in Sum *tr.14. de Iudice, diff.8.num.4.*

Reſtat nunc examinandum, intra quem numerum perſonarum debeat currere fama, & opinio, ad hoc ut delinquens dicatur infamatus. Communis opinio affirmat, requiri ad minus majorem partem populi, vel 4

Communitatis. Probatur ex Gloſſa *d. cap. Inquiſitionis*. Alii dicunt, ſufficere, quod rumor, & fama delicti ſit intra decem perſonas, ſicuti dictum eſt de notorio *capite præcedenti num.* 3. Primum fundamentum horum Authorum eſt deſumptum ex prima ratione loco citato adducta, quia ſcilicet præſumitur, illud quod ſciunt decem, ſcire etiam ab aliis, cùm in tali numero difficile ſit, quòd ſervetur ſecretum. Secundum fundamentum eſt, quia quemadmodum denarius perſonarum numerus ſufficit, & eſt neceſſarius ad conſtituendam Communitatem viciniæ populi, aut Collegii, quæ quantumvis magna ſit, eo ipſo, quòd delictum à decem ſciatur perſonis, ſufficiet, ut delictum dicatur abſolutè publicum. Ita tenent Archidiaconus *c. unio* 10. *q.* 3. Emmanuel Rodriguez *c.* 3. de Ordine Judiciali *n.* 2. & alii. Quam ſententiam licet admittat P. Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *c.* 12. *n.* 10. cum aliis in ordine ad notorietatem, non tamen illam admittit in ordine ad infamiam, cùm in hàc non militet illa ſecunda ratio, ſicut in notorio: & non habetur expreſſus aliquis textus, qui aſſerat eſſe neceſſarias decem perſonas, & multò minus eſſe neceſſariam majorem partem cujuſcunque populi, vel Communitatis; pro cujus difficultatis reſolutione *nu.* 22. 23. & 24. *ejuſdem capitis* inquit, quod licet notitia totius, vel majoris Communitatis partis ſufficiat ad cauſandam infamiam, dentur tamen caſus, in quibus non ſufficiet præfatus numerus denarius perſonarum, ſicut exempli gratia in loco aliquo magno & valdè populoſo, & è contra poſſint dari caſus, in quibus non erit neceſſaria major pars, ſed ſufficiet minor, ſi ſcilicet ſit multorum gravium, cordatorum, & piorum hominum, quia ab iſtis prædicta ſumunt ſuum principale fundamentum. Ponit deinde exemplum in bona, vel mala fama alicujus ſtudioſi Univerſitatis in materia doctrinæ, pro quà (inquit) Sufficiet bona, vel mala fama apud Magiſtros, Lectores, & condiſcipulos, quantumvis ſit minor pars Univerſitatis. Accepit hanc doctrinam P. Suarez à Navarro *cap. inter verba, corolar.* 48. 11. *q.* 3. ſequendo Baldum in *l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſtionibus*, & alios, unde concludit Suarez *d. n.* 24. dicendo, *Non ergò videtur ſemper ponderandus numerus perſonarum: quare ſi talis opinio ſit apud graviores, & meliores, licet non ſint plures numero, dummodò ſint abſolutè multi, exiſtimo ſufficere ad infamiam.* Et ſecundum hanc regulam, quæ dubio procul prudentiæ eſt maximè conſentanea, mihi videtur debere procedere Prælatos in caſu, quo aliquis Religioſus eſſet infamatus apud majorem partem Communitatis, qui ſi apud graves, prudentes, & pios bonæ famæ fuerit, eſto minores & pauciores ſint numero, horum tamen opinio pluris debet æſtimari, quàm illorum, ita ut contra talem non procedatur: & hoc etiam valet è contrario, dummodò debita in omnibus ſervetur circumſpectio, & cautela, atque ita remanet explicatum id, quod dicunt Sanchez ubi *ſupra c.* 3. *dub.* 9. *n.* 6. Trullench. in *Decalog. lib.* 8. *c.* 1. *dub.* 15. *numer.* 1. Videlicet quòd quando dicitur, ad infamiam neceſſario requiri majorem partem populi, aut viciniæ, non intelligatur, in hàc majori parte comprehendi pueros & mulieres, ſimiliſque conditionis perſonas, ſed quòd ſufficiat major pars perſonarum gravium & prudentum, ſicut conſtat ex *capite Inquiſitionis*, de accuſationibus, ubi in fine dicitur, *Cujus apud bonos & graves læſa opinio non exiſtit.* Totam hanc Suarez, doctrinam licet tanquam pro ratà & certà teneam, nihilominus cenſeo, quòd quamvis in loco aliquo magnò & populoſo numerus decem perſonarum non ſufficiat ad cauſandam infamiam, benè tamen in loco aliquo parvo, & minus populoſo, & in quolibet Collegio aut Conventu, & hoc propter rationem ſuperiùs inſinuatam, quia nimirum moraliter loquendo non eſt veroſimile, quòd illud, quod in præfatis Communitatibus ſciunt decem, occultum apud reliquos perſeveret propter mutuam communicationem, unde id quod ſcitur à decem, non multum abeſt ab eo, ut ſciatur ab omnibus; & hoc ſufficit ut delinquens dicatur infamatus, ſicut inferiùs dicetur *cap.* 9. *n.* 17.

Hìc mihi videntur duo eſſe notanda, quæ meo quidem judicio, optimè inferuntur ex dictis capite præcedenti *nu.* 4. & in iſto præſenti. *Primum* eſt, quòd, quando delictum aliquod committitur in domo aliquà particulari alicujus ſæcularis coram domeſticis,

non ſit notorium, nec cauſet infamiam abſolutè loquendo, ſed habetur pro ſecreto, niſi in caſu, quo domus illa tot domeſticos haberet & inquilinos, ut meritò timeri poſſet, & pro veroſimili reputari, delictum eos jam publicaſſe, aut ſaltem citò apud extraneos & cæteros publicandum. Si igitur hoc non timeatur veroſimiliter, & delictum ſit de numerò eorum, quæ ad ſui punitionem requirunt infamiam, ſicut eſt delictum perſonale, non poterit Judici publico denuntiari, quia domus alicujus particularis non eſt communitas, ſed ſolum membrum aliquod oppidi alicujus, aut viciniæ, &c. Ita docent Emmanuel Rodriquez *cap.3. de Ordine Iudiciali n.2.* Leſſius *lib. 2. de Iuſt. cap.10. dub.13. n. 75.* *Secundum*, quod infertur, eſt, quòd delictum commiſſum in Conventu à decem Religioſis non inhabitato, ſicut contingit in novis fundationibus, vel domibus adminiſtrationis, non cauſat notorietatem, vel infamiam, licèt illud videant, & ſciant omnes ibi exiſtentes, ac proinde non poterit denuntiari Prælatis ſuperioribus tamquam Judicibus, ſi delictum ſit de illorum numero, quæ ad ſui denuntiationem infamiam poſtulant, poterit tamen denuntiari illis tamquam Patribus, ſi media fraternæ correctionis, aut perſona ibi Præſidens non ſufficiant ad emendationẽ & remedium. Exempli cauſa, ſi quatuor, vel ſex Religioſi in novà fundatione, vel villà aliquà pro bonorum, & redditituum regimine exiſtentes habuiſſent præceptum juſtum à Provinciali, v.g. non comedendi carnes, & unus à cæteris fuiſſet deprehenſus comedens carnes in ſuà cellà (idipſum de aliis ſimilibus delictis ſolùm perſonalibus dicendum eſt, ſicut v. g. de blaſphemià) non poterit præfata tranſgreſſio denuntiari Provinciali tamquã Judici in ordine ad publicam ejuſdem punitionem. Ratio eſt, quia dictum domicilium non conſtituit communitatem, aut Conventum in ordine ad effectum publicitatis, eo quòd non conſtet decem Religioſis, qui neceſſarii ſunt ad præfatum effectum, ſicut decem vicini ad cõſtituendam viciniam, aut populum: unde ſequitur, quòd, ſi aliquis Religioſorum in ſimilibus domiciliis exiſtentium memoratum delictum apud extraneos publicaret, graviter delinqueret non minus contra charitatem quàm juſtitiam, ſicut dicetur in ſequentibus. Verum in præfatis caſibus is, qui paucos illos Religioſos regit, cũ delinquente ita ſe gerere poterit, ſicut *ſequẽti* dicemus *cap. n. 1. & 2.* & ita illum reprehendere, ac punire, ne infamia aut ſcandalum apud extraneos generetur.

Non ſine ſingulari ratione ſemper dictum fuit, ad conſtituendum Collegium, vel Conventum in ordine ad effectum publicitatis neceſſariæ ad infamiam, & notorietatem eſſe neceſſarium numerum decem perſonarũ, ut ſcilicet intelligeretur, in ordine ad alios effectus multò minorem numerum ſufficere: nam ſecundùm Jus civile poſſunt conſtitui Collegia & ſimiles Communitates, v.g. Conventus & Capitula in ipſorum initio tribus dumtaxat, ut conſtat ex lege *Neratius. ff. de Reg. Iuris*, & docet Abbas *conſ. 25.* quoniam de infraſcriptis *nu. 2.* & ſecundùm Jus Canonicum *c. 1. de elect.* duo ſufficiunt, ſicut idem notat Abbas citato loco; addendo, Collegio & Conventu jam fundatis eadem conſervari & ſalvari poſſe in uno tantùm, cæteris deficientibus, niſi leges aliquæ particulares obſtent in contrarium: ratio eſt; quia, quemadmodum docent Oldradus *conſ. 204. q. 1. in principio*, Calder. *conſil. 261.* cum aliis, Collegium, Conventus, aut Capitulum ſolùm petit & requirit ordinatam aliquam diſpoſitionem reductam ad unum tamquam ad caput, in quibus habeatur Arca communis, ſeu Archivum, ſigillum & poteſtas diverſas faciendi ſcripturas cum cæteris conditionibus, quas ponunt Decius in *c. nullus n. 3. de elect.* Abbas in cap *nobis n. 8. de jure patronatus*, Felinus in *c. accedentes n. 2. de praſcript.* pro quibus omnibus pauci ſufficiunt, ſed ad hoc, ut aliquis delinquens in aliqua Communitate Judici publico denuntiari poſſit, ita ut in virtute publicitatis contra eumdem ordine judiciali procedatur, ſi delictum ſolùm perſonale ſit, cujuſmodi cenſetur illud, quod in damnum notabile boni communis aut alicujus tertii non redundat, requiritur, quòd illa Communitas, in quà delictum commiſſum eſt, conſtet ex decem, quòd ſi ex tot non conſtiterit, eſto ſciant illi, qui in illà Communitate ſunt, non poterit talis delinquens puniri publicè illà pœnà, quæ

generet apud extraneos infamiam.

7 Nec contra hoc obſtat dicere, quòd illud, quod ſciunt ſex in aliquâ Communitate conſtante ex decem, habeat ſufficientem publicitatem ad hoc, ut Judici publico denunciari poſſit in omniũ ſententiâ, Inſuper quod ſciunt iſti ſex, ſufficit ut dicatur abſolute publicum, etiamſi non ſint plures in illâ Communitate, & multò magis ſi ſint octo vel novem, & omnes ſciant. Dico hanc inſtantiam nullius eſſe momenti & roboris, ſuppoſito illo principio à Doctoribus aſſignato, quòd ſcilicèt pauciores quàm decem non conſtituant Communitatem in ordine ad effectum publicitatis, quia id quod ſciunt ſex ex decem, cùm ſit major pars, in omnium opinione cenſetur etiam ſciri a decem, & cùm hic numerus Communitatem conſtituat, jam notitia delicti reputatur cõmunis & publica; attamen ubi nõn ſunt decem, licet ſciant omnes, notitia non reputatur communis & publica ob defectum Communitatis.

8 Quædam tamen difficultas hic ſe offert; Num ſcilicet ad hoc, ut Judici conſtet de infamiâ, debeat ſumi teſtimonium à toto illo perſonarum numero, qui requiritur ad delicti notitiam, vel ſufficiat juramentum duorum vel trium teſtium, qui ſint omni exceptione majores (quales ſunt illi, quibus nullus objici poteſt rationabilis defectus) Non deſunt Authores graves, qui dicant eſſe neceſſarium primum? cõmunis tamen, & receptiſſima opinio eſt, ſecundùm ſufficere, ſicuti dictum eſt loquendo de *Notorio.* Ita tenent Julius Clarus *lib.5.§.fin.q.6.n.12.* colligendo illud ex Gloſ. *in l.3.§.ejuſdem, verb. confirmat, ff. de probat.* & eſt communis apud Juriſtas, quem ſequitur Salon. 2.2.*q.*68.*contr.*7. Leſſius *lib.2. de Iuſt. cap.*29.*dub.*16.*num.*144. N. Thomas à Jesu *de Viſit. Regul. Tr.*2.*num.*5. Et nõ eſt neceſſe, quòd teſtes dicant, ſe audiviſſe caſum à majori parte loci, pauci enim cum majori parte loquuntur, ſpecialiter in locis magnis, ſed ſufficit dicere, ſe audiviſſe publicè à multis, & ita dici paſſim. Ita tenet Villalob. *tr.*15.*diff.*8,*n.*6. & alii; & ratio eſt, quia ſi hoc nõn ſufficeret, multa delicta impunita remanerent, vix enim infamia cum tantâ teſtium ſolemnitate probari poſſet, & multò minus in locis magnis & populoſis, hoc tamen debet intelligi, quando non conſtat talem perſonam cõmuniter habere bonam famam, ut docet Felin. Panormit. & Innoc. in cap. *quæſitum, de cohabit. Clericorum & mulierum.* Et ſecundum hoc in iſto caſu Silveſter *verbo* inquiſitio 1.§.20. Sanch. *dub.*9.*n.*8. cum aliis admittunt probationem contra infamiam, quæ ſi fuerit clarior, quam cõtraria, vel ſaltem æqualis, infamia, quæ probari intendebatur, ſuppreſſa & nulla remanebit, in tali ſiquidem caſu favendum eſt Reo. Ita Alexand. & Bart. in *l. de minore §. plurimum n.*19.*ff. de q.* Bald. in *l. ea quidem n.*54. *C. de Accuſ.* Foller. in *pract. crim. in verbo dentur capitula, quod ſuffocavit uxorem n.*41. Pariſ. *conſ.*67.*n.*107. Roland. *conſ.*3.*nu.*58. Maſcard. *de prob. lib.*1.*concl.*235.*n.*4. ex quo infert Far. in *prax. lib.*1.*tit.*5.*q.*47.*n.*170. Quòd ſi duo, aut tres teſtes depoſuiſſent de hâc infamiâ Petrum, v.g. interfeciſſe Joannem, & alii teſtes ejuſdem viciniæ interrogati an noverint occiſorem, aut aliquid de illo audiverint, reſponderent ſe nihil ſcire, nec quidquam audiviſſe, in tali caſu hi ultimi teſtes, ſi fide digni ſint, derogant depoſitioni & dictis priorũ, ſi enim tale homicidium foret tàm publicũ, hi poſteriores teſtes utique aliquid audiviſſent: & citat pro hoc exemplo multos Authores, unde Prælati poſſunt & debent colligere, quantâ cum cautelâ & circumſpectione examinanda ſit infamia, maximè illorum Religioſorum, qui bonæ cæteroquin erant famæ & nominis.

Advertendum etiam quòd præfati teſtes non ſolùm cum juramento debeant de infamiâ deponere, dicendo, ſe ita audiviſſe à multis, & paſſim dici, verùm etiam tenentur nominare perſonam, à quâ audiverunt, & dicere fundamentum, quod habent ad credendum id, quod dicitur, ad hoc ut conſtet Judici, an infamia habeat veroſimiles, & probabiles conjecturas, & originem ducat à perſonis gravibus, prudentibus, & piis, an verò ab hominibus malevolis, ſuſpicioſis, & ad credendum pronis & facilibus, nec non ad proferendum id quod ſibi imaginantur, & in buccam venit, proclivibus. Ita Julius Clar. ubi ſupra cum aliis, quos citat, aſſerendo eſſe ſententiam omnium Juriſtarum; & illud ipſum affirmant Leſſius, & N. Thomas à Jesu. 9

Ratio-

Rationem hujus dant Alex. *l. 7. conſ.* 24. *&* 57. Petr. Surd. *conſ.* 135. *num.* 90. & ſeqq. *Quia intelligere quomodo fama dicatur legitimè probata, eſt juris, ergo debet reddi ratio à teſte, quia ea quæ ſunt juris non probantur, niſi teſtis reddat rationem.* Addunt hi Authores cum Julio Claro ubi ſupra *num.* 16. adeò eſſe neceſſarium, ut teſtes de infamia deponentes nominent perſonas à quibus audiverunt caſum, quòd non nominando nihil probent, & eſto duas nominent perſonas, à quibus audiverunt, & adjungant (*& à multis aliis*) non probant, quia adjectivum *multis* poteſt verificari de duobus ſolis, uti docent Bald. *in l. fideicommiſſ.* §. ſi quis decem, *ff. de leg.* 3. Farin. cum aliis, quos citat in *prax. q.* 23. *num.* 16. Ac proinde cùm hi duo cum aliis duobus nominatis faciant quatuor, & hic numerus non ſufficiat ad cauſandam infamiam, non probant, ſic Bart. *conſ.* 438. *num* 13. Si tamen teſtes nominando duos, aut plures, addant, ſe audiviſſe *à pluribus aliis, quorum non recordantur*, ita ut ſciant numerum perſonarum requiſitum ad infamiam, probabunt: Rollan. à Valle *lib.* 1. *conſ.* 2. *num.* 3. Surd. *conſ.* 151. *nu.* 76. Calderin. *conſ.* 156. Alex. *lib.* 6. *conſ.* 106. in cauſa & lite *num.* 9. cum aliis. Et abſolutè dicit Julius Clar. in *prax. lib.* 5. *q.* 47. *num.* 219. *& lib.* 3. *q.* 21. *nu.* 104. Turc. *verb.* fam. *concluſ.* 54. *num* 61. Alex. *l.* 3. *conſ.* 70. *nu.* 8. cum Bald. *conſ.* 438. *num.* 13. teſtem examinatum de infamia, debere ſcire, quid hæc ſit, unde ſi interrogatus à Judice, quid ſit infamia, reſponderit, ſe neſcire, aut in reſpondendo ſe id neſcire inſinuaverit, nihil probare. *Quia teſtis non intelligens id quod loquitur, non probat.* Mihi tamen videtur, non eſſe neceſſarium, teſtem ſcire proprietates infamiæ cum eo rigore, qui hic ponitur, ſed ſufficere, quòd ſciat illius ſubſtantiam, eamque explicet ſuis terminis, & modo loquendi. Ita docet expreſsè Farinac. *locis ſupra citatis*; & ita Judex obligabitur illum examinare, & cautè admonere de omnibus ſupradictis, cùm plurimum ad hoc faciant, ne delinquatur contra charitatem & juſtitiam.

10 An verò Judex teneatur facere informationem juridicam de infamia, antequam procedat ad inquiſitionem particularem contra delinquentem inſerendo illam proceſſui, an verò non; dicetur, cùm tractabitur de Jure, quod infamia dat Judici ad inquiſitionem particularem.

Totus iſte diſcurſus fuit neceſſarius pro explicatione hujus termini, *infamia*, ex cujus intelligentia faciliùs patebit, quid ſit *clamoroſa inſinuatio*, & ita videmus, quòd Jura indifferenter utantur his duobus terminis, ut conſtat ex c. *qualiter, & quando,* 2. *de accuſationibus.* Verùm Julius Clarus ponit aliqualem differentiam inter infamiam & clamoroſam inſinuationem, dicendo: ad hanc requiri, quòd illius notitia aliquod vicibus pervenerit ad aures Judicis, quod tamen non requiritur ad infamiam. Sed hoc nihil ſuperaddit notabile ipſi infamiæ; quia ſi non pervenerit ad aures Judicis, ſive requiratur ad infamiam Prælatorum & Judicum, quòd aliquoties pervenerit; ſive quòd ſemel tantum, loquendo de infamia ſubditorum, ſicut idem Author requirit, non poterit Judex procedere in virtute illius ad inquiſitionem. Et multò minus curandum eſt, quòd alii Juriſconſulti aſſerunt, ſcilicet quòd infamia tunc ſit, quando teſtes juridicè de illa deponunt: clamoroſa verò inſinuatio, quando fama currit inter multos, priuſquam de illa teſtificatum fuerit in judicio, omnes enim hæ diſtinctiones parvi ſunt momenti in ordine ad praxin, illarumque fundamentum eſt debile, ſicut bene advertit Petrus de Navarra *lib.* 2. *de reſtit. c.* 4. *num.* 153. Non tamen propterea deſinet aliquid eſſe *infamia facti*, & *clamoroſa inſinuatio* delinquentis, quia pervenit ad aures Judicis, vel non, ſi habeat cæteras conditiones, imò eſt neceſſarium, quòd infamia, & publicitas præcedant officium Judicis, prout bene notat Suarez *Tom.* 4. *de Relig. li.* 10. *cap.* 12. *num.* 9. Unde ſi caſus aliquis publicaretur per hoc, quòd illum teſtes Judici detulerint, ex ipſo judicio naſceretur infamia, & eſſet in manifeſtum delinquentis gravamen & præjudicium, publicando id, quod erat ſecretum, ſicut dicetur inferiùs, cùm agetur de inquiſitione generali, & particulari.

Rumor, dicunt aliqui, tunc eſt, quando vox communis, ſive fama naſcitur ab incerto Authore: *infamia* verò, quando procedit ab 11

ab aliquo certo. Ita *Vocabularium Iuris*, verbo *fama*. Hoc tamen non eſt attendendum, nec curandum, quia ſive Author ſit certus, ſive incertus, dummodò publicitas habeat conditiones ſupradictas, cauſabit infamiam, uti docent Panormit. in cap. *veſtra, de cohabit. Cleric. & mulierum, num.* 12. & *ibid. gloſ.* D. Antonin. 3. *par. tit.* 9. *cap.* 7. §. 4. Sylveſter verbo *fama*, q. 5. §. 6. inquit, *rumorem ab infama* diſtingui penes hoc, *Quia rumor eſt, quando pars aliqua viciniæ clamat, fama verò, quando pars major.* Ita Panormit. in c. *bonæ memoriæ*, 1. *de Elect.* & gloſ. in c. *ſup. eo, eod. tit.* Et ita concludit, quòd Rumor aliquid minus dicat quàm fama vel infamia, & ſit ſuperior, quia omnis fama eſt rumor, non tamen è contra, ex quo colligi poteſt, quòd notitia ſparſa inter paucos, v. g. tres, quatuor aut quinque, ſit rumor, ſi verò notitia ſit ſparſa inter multos, eſt infamia, ac proinde pro certo & indubitato haberi debet, quòd *infamia, clamoroſa inſinuatio, & rumor inter multos benè fundatus,* ſint termini æquipollentes, & ſignificent quandam vocem communem, & quoddam publicum teſtimonium accuſans Reum de aliquo delicto, natum non ex eo, quòd ab aliquibus viſum ſit, ſed ex veroſimilibus conjecturis hominum prudentum & gravium, & non ſuſpicioſorum, quod ubi conſtiterit Judici, ſi non puniretur, cauſaret ſcandalum in Communitate vel Populo.

15 Ex his jam facilè erit intelligere, in quo conveniant & diſcrepent iſti ſex termini ſumpti cum præciſione uniùs ab altero, *Publicum, manifeſtum, notorium, infamia, clamoroſa inſinuatio & rumor. Publicum* dicitur totum illud, quod ſpargitur per ora multorum, abſtrahendo ab hoc, an adſit fundamentum, vel teſtes oculati. *Manifeſtum* importat publicitatem, & ſuperaddit eſſe viſum à duobus, tribus, vel quatuor teſtibus. *Notorium* requirit, & addit, quòd fuerit viſum à multis, ad quod in quâvis Communitate ſufficiunt decem, ſicut ſuperius dictum eſt, & in parvis Communitatibus conſtantibus ex decem, ſufficit major pars. *Infamia, rumor & clamoroſa inſinuatio* dicunt publicitatem (id eſt) caſum aliquem ſparſum inter multos, natam ex veriſimilibus conjecturis apud homines cordatos, pios, & nullâ tinctos fuligine ſuſpicionis, etiamſi nemo viderit: & illud ipſum eſt, ſi unus ſolus viderit, à quo deinde divulgatum fuit apud alios ſive juſtè ſive injuſtè, ſicut dicetur *numero ſequenti*, attendendo in hoc ad doctrinam *cap.* 10. *n.* 10. & 11. nec non *cap.* 12. *n.* 6. & 7.

Alio modo prædicti termini poſſunt ex- 14
plicari reducendo in unum diverſum Doctorum loquendi modum, quod fiet, ſi dicatur publicum aliud eſſe illud, quod dicitur tale penes hoc, quòd pervenerit quidem ad multorum notitiam, fundatur tamen in futilibus & debilibus principiis, eò quòd fuerit ſparſum in Communitate, vel populo, non ſolum abſque eo quòd aliquis viderit, ſed etiam abſque veroſimilibus fundamentis, & hoc poteſt vocari rumuſculus populi, & vulgi, de quo parum curandum eſt. Aliud verò dicitur publicum, quod habet fundamentum in duobus, aut tribus, qui illud viderunt, & illicò ſparſerunt inter alios, & hoc publicum idem eſt, quod manifeſtum. Item aliud publicum eſt, quod fuit apertè viſum ad minus à decem perſonis ex populo, ſi fuerit magnus, ſi autem parvus, à majori parte, & hoc publicum idem eſt, quod notorium. Aliud eſt publicum, quod fundatum eſt in veroſimilibus conjecturis apud homines graves, pios, & prudentes, abſque eo, quòd aliquis viderit, & hoc publicum idem eſt, quod infamia, clamoroſa inſinuatio, & rumor fundatus, ad quod publicum reducitur etiam id, quod vidit unus, ſparſitque apud multos eſto injuſtè, ſicut dicit Navarr. in ſum. latin. *cap.* 27. *n.* 255. his verbis: *Publicum autem eſt triplex: ſcilicet Notorium, quod nititur ſcientiâ majoris partis prædictarum Communitatum. Manifeſtum, quod nititur famâ majoris partis, ortâ à ſcientibus; & famoſum, quod nititur famâ majoris partis ortâ ex uno ſcienti, vel ex indiciis vel præſumptionibus illi æquipollentibus.* Quibus tota doctrina tradita explanatur; infamia etiam, quæ oritur ex eo, quod unus ex toto fide dignus viderit, majorem notam inurit delinquenti, quàm illa prior, ob majus Jus, quod tribuit Judici ad procedendum contra infamatum, ſicut advertit Villalob.

Tr. 14. *diſſ.* 12. *nu.* 6. Videatur *Cap.* 12. *n.* 6. *&* 7. & *Cap.* 10. *n.* 10. *&* 11. inde enim pendet, & patet, quâ ratione hoc tutè practicari poſſit.

15 Concludo caput hoc duabus advertentiis; quarum una eſt Patris Sanchez ubi *ſupra n.* 17. ſequentis Panormit. c. *cùm olim*, de verbor. ſignificat. & alios, quòd ſcilicet, quando in aliqua lege, ſtatuto, vel diſpoſitione fit mentio manifeſti, *ex ſubjecta materia & loquendi uſu accipiendum eſt, in quo ſenſu accipiatur.* Verumtamen ſi hoc conſtare non poſſit, ſed ſit ambiguum, *debet accipi, prout diſtinguitur à notorio, maximè in pœnalibus.* Altera advertentia, quæ licet communis ſit, eſt tamen valde neceſſaria in ordine ad illud, quod dicendum erit, cùm tractabitur de fundamento, quod præbet infamia ad particularem inquiſitionem, conſiſtit in eo, quòd nimirum major infamia requiratur ad hoc, ut procedatur contra perſonam aliquam gravem & probatæ vitæ, quàm contra perſonam aliquam ordinariam: & multò major eſſe debet in ordine ad procedendum contra Judices, & Prælatos, quàm contra ſubditos, ut conſtat ex c. *qualiter & quando*, 2. *de accuſationibus*, & rationem aſſignat ipſe Textus dicendo: *Prælati ſunt poſiti quaſi ſignum ad ſagittam, & quia non poſſunt omnibus complacere, cùm ex officio ſuo teneantur non ſolùm arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnumquam verò ligare, frequenter multorum odium incurrunt, atque inſidias patiuntur.* Major denique requiritur infamia in majoribus criminibus, quàm in minoribus, uti docet Sanchez. ubi *ſupra dub.* 9. *num.* 7. Conſuli poterit, ſi quis uberiorem de his notitiam deſideret, Gabriel à S. Vincentio, Sac. Theologiæ ac Controverſiarum in Seminario Romano Miſſionum, Carmelitarum Excalceatorum Congregat. Italicè Profeſſor, in ſupracitato Opere de Cenſuris, *diſp.* 10. *quæſt.* 8. *à num.* 206. *uſque ad n.* 241. ubi varias compluresque adducit infamiæ diviſiones, ac materiam hanc fuſius, enucleatiuſque exponit.

CAPUT QUARTUM.

De Indiciis, Præſumptionibus & ſuſpicionibus.

1 INdicium dicitur ab *indicando*, & definitur à Bald. *l. in hoc. C. Unde cognati*, quem communiter ſequuntur Juriſtæ, dicentes, *Eſt conjectura ex probabilibus & non neceſſariis fundamentis orta, à quibus poteſt abeſſe veritas, ſed non veriſimilitudo.* Aliam definitionem ſeu deſcriptionem aſſignat Sylveſter verbo *indicium*, dicendo, *Eſt intellectuale quoddam medium veritatis eliciendæ, ex aliqua ſingulari circumſtantia inſurgens.*

2 Hoc ſuppoſito facilè patebit, quid ſit *ſuſpicio & præſumptio*, cùm iſtæ procedant ex illis fundamentis, quæ probant & ſubminiſtrant indicia, & ita definivit Alexander 3. *p. q.* 43. *memb.* 7. præſumptionem, dicendo, *Eſt conjectura unius facti per aliud factum; ſeu eſt argumentum ad credendum unum factum per probationem alterius facti.* Verùm *ſuſpicio* dicit minus, quàm *præſumptio*: nam prout docet Baldus *d. l. in hoc, C. unde cognati*; ex levibus indiciis naſcitur ſuſpicio, ex gravibus autem & graviſſimis præſumptio magis vel minus urgens, juxta ſuam qualitatem; non obſtante, quòd aliqui Juriſtæ ſentiant, *præſumptionem* dicere minus quàm *indicium*, confundendo illam cum *ſuſpicione.*

3 Materia de *indiciis & præſumptionibus* adeò ampla & diffuſa eſt, atque implicita, ut in praxi nequeat pro illa certa regula aſſignari propter diverſitatem in illis repertam, ex variis ortam circumſtantiis, quæ in caſibus ipſis occurrunt. Et hæc eſt cauſa, cur etiam in ipſis exemplis, quibus Authores præfatam conantur explanare materiam, magna reperiatur varietas: unde fit, ſicut advertit Franciſcus Giſlerius *c.* 18. *num.* 13. & alii, quòd unum & idem indicium in ſubſtantia reſpectu unius perſonæ poſſit eſſe leve, & reſpectu alterius grave vel graviſſimum: & è converſo, ſi attendatur ad qualitatem

tatem perſonarum, ætatem, vivendi modum, locum & tempus. Et inde Julius Clarus *lib. 5 §. fin. q. 20. nu. 1.* quem omnes ſequuntur, habet verba graviſſima, & digniſſima quòd notentur à Judicibus omnibus & Prælatis: *Scire debes, quòd ſecundum omnes in materia indiciorum, non poteſt dari certa doctrina, ſed totum relinquitur arbitrio boni viri, ſcilicet Iudicis, qui ſecundùm qualitatem perſonæ & delicti & demonſtrationum ſeu ſuſpicionum, judicabit, indicium eſſe ſufficiens vel non.*

4 Relinquendo indicia leviſſima, cujuſmodi ſunt illa, quorum principale fundamentum eſt malitia, odium vel inimicitia illius, qui illa concepit, de quibus facit mentionem S. Thomas 22. *q. 60. art. 3.* Incipiam ab indiciis fundatis, quæ aliqui dividunt in *levia* & *gravia. Levia* (inquiunt) ſunt illa, ex quibus ſumi poteſt aliqua conjectura mali, vel etiam aliqua boni; ſicuti ſi juxta cadaver hominis mortui vel occiſi inveniretur aliquis alius ſine gladio, vel ſi hunc haberet, eſſet tamen poſitus in vagina & ſine ſanguine: in hoc caſu haberetur leve indicium, quòd ille eſſet homicida. *Indicia* verò *gravia* (dicunt) illa ſunt, ex quibus ſemper præſumitur malum, & nequit præſumi bonum; ſicut ſi ille præfatus repertus juxta mortuum, gladium haberet evaginatum & ſanguine reſperſum. Quamvis hæc diviſio bona ſit & legitima, nihilominus placuit aliam adjicere, magis communem & receptam, & ad præſentis de indiciis materiæ dilucidationem non incongruam.

Indicia (tacendo de leviſſimis) alia ſunt *levia*, alia *gravia*, & alia *graviſſima*: quamvis in his ſemper ſit reperire ſuam gradualem latitudinem, ſecundùm varias circumſtantias illis affixas. *Indicium leve*, quod alio nomine à Doctoribus appellatur *probabile*, eſt illud, cujus conjecturæ non ſunt urgentes ad præſumendum malum, habent tamen aliquam veriſimilitudinem ad hoc ut ſuſpicari poſſit, & tale indicium vocant Juriſtæ, *Remotum*. Exempli g. Si in aliqua domo inveniretur homo mortuus morte violentâ, incolæ illius domus remanerent indiciari de homicidio: & idem eſſet, ſi in una domo, in qua una tantùm commoratur perſona, fuiſſet factum aliquod furtum, talis perſona remaneret indiciata de facto, plus vel minus, ſecundum circumſtantias concurrentes. Hæc exempla afferunt Bald. in *l. 1. n. 6. C. locati*, Menoch. *lib. 2. de arbitrar. caſu 270. n. 20.* & alii. Et quamvis à Tribunalibus ſæcularibus cum præfatis indiciis Reus carceri mancipetur, & contra illum procedatur, uti docet Julius Clarus *d. lib. 5. quæſt. 21. in principio*, inter Religioſos tamen non ſufficiunt, ſed major requiritur præſumptio, majoraque indicia, ſicut bene advertit Fr. Martinus à S. JOSEPH, in ſua *Epitome c. 12. num. 28. Indicium grave*, quod Juriſtæ *expreſſum* appellant & *proximum*, eſt illud, quod urgenter & graviter inducit delictum.

Ad hunc ordinem pertinet fuga, quam aliquis init poſt commiſſum delictum, antequam contra illum procedatur. Item ſi in una domo Petrus, v. g. inveniretur mortuus ex vulnere, & Joannes fugam capeſſeret cum evaginato gladio, nullo tamen reſperſo ſanguine, grave & urgens eſſet indicium, Petrum à Joanne occiſum eſſe. *Indicium graviſſimum, manifeſtum & violentum*, plus addit quàm nuper dictum, & eſt illud, quod urgentiſſimè, vehementiſſimè & neceſſariò perſuadet delictum, ſicut ſi in caſu modò recenſito Joannes fugeret evaginato, & ſanguine reſperſo gladio, & in domo mortui non eſſent plures januæ, præter illam, per quam fugit: & magis urgens eſſet indicium, ſi aliquis nudus vel etiam veſtitus reperiretur in lecto cum muliere aliena, & ſecundùm aliquos quos citat Sanchez de *Matr. lib. 10. diſp. 12. num. 45.* ſufficit illos ſimul invenire ſolos in loco aliquo ſecreto & ſuſpecto, quia ex eo plenariè convinceretur adulterium, & ideo tale indicium nullam admittit dubitationem, aut probationem in contrarium, ſicut illam aliquando admittere poteſt illud prius ratione aliquarum circumſtantiarum. Sic notat Alderet. *lib. 2. c. 7. nu. 12.*

Propterea ſi hoc ultimum indicium, cùm adeo violentum ſit & neceſſarium, duobus aut tribus teſtibus oculatis omni exceptione majoribus probatum ſit, ſine alia ulteriori probatione ad punitionem procedi poteſt, ut conſtat ex c. *Is qui fidem*, de ſponſalib. & ex c.

ex c. *ſi quis uxorem* 23. *q.* 1. & ibidem *ex Gloſ.* Et hunc præſumptionis modum, appellant Sylveſ. & Tho. Sanch. ubi ſupra, *Notorium facti in alio* (hoc eſt) *in evidentibus conjecturis.* Idem tamen Sylv. q. 1. dicit, hoc eſſe notorium improprium, ſicut ſuperius dictum eſt.

5 Alii præſumptionum, aut ſuſpicionum modi deſumuntur ex delictis parentum per comparationem ad filios, ex ſocietate, quam aliquis frequentat, ex modo vivendi in pueritia per comparationem ad juventutem & ſenectutem, ex uniuſcujuſque inclinationibus, ex modo loquendi, aſpiciendi & converſandi, licet iſtæ ſint valde fallibiles præſumptiones & incertæ: aliæ deſumuntur ex aliquo delicto per comparationem ad aliud ſimile, juxta illam regulam Juris: *Qui ſemel eſt malus, ſemper præſumitur malus,* intelligitur, *in eodem genere mali,* ſicut notat Gloſſa, & hæc vocatur præſumptio *Iuris.*

Jus enim præſumit, illum, qui ſemel in aliqua materia delinquit, idem perpetraturum eſſe alia ſimili occaſione oblata: & quando in Jure determinatur id quod ſtante tali præſumptione faciendum eſt, *Præſumptio Iuris, & à Iure* dicitur, ſicut in *c. parvuli* 22. *q.* 5. ubi determinatum eſt, perjuros non poſſe eſſe teſtes, quatenus nimirum fundatè præſumitur, tales ſemper perjuraturos: & ad hujuſmodi indicium reducitur cōſuetudo peccandi, non ſecuta trium annorum emendatione, ſicut advertunt Farinac. *in prax. q.* 23. *n.* 26. Gislerius *c.* 17. *n.* 29. Et ille dicitur habere peccandi conſuetudinem (quantum ad præſens attinet) qui in eadem deliquit materia duabus vel tribus vicibus, abſque ea, de qua de nova ſuſpicio eſt. Farinac. ubi *ſupra,* & *q.* 23. *n.* 16. *q.* 20. *nu.* 44. Gisler. ubi *ſupra* cum aliis, quos citat Farinaceus: dixi, quantum ad præſens attinet, ut intelligeretur, ſæpè non ſufficere tam paucos actus ad generandam conſuetudinem, ſicut clarè patet in Sacramento Pœnitentiæ, ubi non debet quis haberi pro habente jurandi conſuetudinem, qui aliquoties juravit, ſed requiritur, quòd frequenter juraverit.

6 Ad ordinem & ſeriem indiciorum communiter Doctores reducunt, infamiam, confeſſionem extrajudicialem Rei, inimicitiam, minas, invenire aliquod inſtrumentum in loco delicti pertinens ad talem vel talem in particulari, invenire apud aliquem rem furto ablatam, verùm de his & ſimilibus dicetur, cùm agemus de his, quæ Judici tribuunt Jus ad inquiſitionem particularem, examen Rei, tormenta & ſententiam.

Indicia ut ſint perfecta, hoc eſt, ut faciant 7
fidem in judicio, probari debent duobus teſtibus, conteſtibus, cum juramento, qui ſint *omni exceptione majores.* Ita tenet Sylveſter verb. *Indicium,* q. 1. citans Bartolum & Baldum. Julius Clarus §. *fin. quæſt.* 22. *init.* Maſcard. *conc.* 894. Farinac. *Tom.* 2. *prax. q.* 37. *n.* 13. & *Tom.* 3. *q.* 68. *n.* 45. Antonius Gomez. *Tom* 3. *variar. c.* 3. *n.* 18. Cajet. 22. *q.* 69. *art.* 1. & 2. Navarr. *c. inter verba. Corolar.* 48. 11. *q.* 3. Sanch. *lib.* 6. *conſ. c.* 3. *dub.* 14. *n.* 2. cum cæteris: & ita cum teſtibus ſingularibus, quamvis multi ſint, indicium remanet imperfectum, & non probat in ordine ad judicium.

Sed hoc debet intelligi, quando indicia teſtium ſingularium non habent inter ſe connexionem in ordine ad perſuadendum unum & idem delictum; ſi enim haberent connexionem, æquivalerent uni indicio perfecto (hoc eſt) plenè probato, ſicut dicetur de teſtibus ſingularibus.

Verùm eſt aliquos opinari, quòd, qũando indicium eſt adeo urgens, ut totaliter delictum convincat, & adſit teſtis idoneus, faciat ſemiplenam probationem delicti, æquivalentem teſti oculato. Ita tenent Pariſ. *conſ.* 151. *vol.* 4. Julius Clarus *q.* 22. *initio.* Maſcar. ubi *ſupra,* Alderete *lib.* 2. *c* 7. *n.* 22. Ratio eſt, quia ſi indicium totaliter convincit, in idem recidit, unum teſtem vidiſſe indicium ac vidiſſe delictum: reſpectu tamen aliorum indiciorum, quæ totaliter non convincunt, unus ſolus teſtis æquivalet medietati ſemiplenæ probationis, & ad plus non ſe extendit, quæ ſe ſola non ſufficit ad procedendum contra Reum. Ita Alderete *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 24.

Indicia, regulariter loquendo, ad hoc 8
ut præbeant fundamentum ad inquiſitionem particularem debent eſſe multa, maximè ſi ſint levia, multoque magis in cauſis Religioſorum, imò licet ſint gravia, dicunt non-

Digitized by Google

nonnulli, requiri ad minus duo, ita ut unumquodque probatum ſit cum duobus teſtibus conteſtantibus: Ita tenent Cajet. 22. *q.* 69. *ar.* 2. Miranda de *Ordine Iudiciali q.* 6. *art.* 8. *conc.* 2. & alii, quia in cauſis criminalibus requiritur, quòd probationes ſint valde claræ: quamvis hoc (ſicut inquit Cajetanus) pendeat a prudentia Judicis, cùm poſſit dari aliquod indicium tam grave & urgens, & cum talibus circumſtantiis, ut æquivaleat multis, & in tali caſu illud ſolum ſufficiet.

9 Denique quotieſcunque indicia vel indicium manifeſtabunt Reum, facientque de delicto valde ſuſpectum, præbebunt Jus ad hoc ut procedatur contra illum, ſi adſit infamia, in quo (ſicut dictum eſt) non poteſt certa dari regula, ſed relinquitur prudentis Judicis arbitrio.

Requiritur etiam quòd indicia ſint manifeſta (id eſt) quòd ſint publica & adſit infamia; quia hac deficiente habentur pro occultis, etiam ſi ſint tres vel quatuor teſtes conteſtes in ordine ad illorum probationem. Ita exiſtimant Navarr. ubi *ſupra*, Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 9. *c.*12. *n.* 11. & 12. qui addit, in hoc ſenſu veram eſſe ſententiam Soti de ſecreto, *memb.* 2. *q.* 6. *dub.* 3. dicentis, indicia manifeſta ſufficere ad inquiſitionem particularem, unde hic terminus *manifeſtum* non ſolùm videtur ſignificare & dicere manifeſtationem delicti, ſed etiam publicitatem, ac proinde quòd adſit infamia non modò circa delictum, verùm etiam delinquentem; illa quippe deficiente non poſſunt præbere Jus Judici, nec denunciatori contra Reum particularem, niſi eſſent circa delicta, quæ non requirunt infamiam; cujuſmodi ſunt illa, quæ ſunt in grave damnum boni communis vel alicujus tertii, aut in caſu quo delinquens jam aliunde de tali delicto eſſet infamatus: hoc enim poſito non requiritur alia infamia in indiciis, ſed tunc agunt vices teſtium, ſi autem delinquens aliunde non eſſet infamatus, neceſſariò requiritur infamia indiciorum.

Rationem dat N. Thomas à Jesu *de Viſit. R. tract.* 2. *c.* 7. *nu.* 24. quia quando delictum non vergit in grave damnum boni communis vel alicujus tertii, ſine prævia infamia non poteſt procedi contra delinquentem, etiamſi adſint tres aut quatuor teſtes oculari: multo minus poterit procedi cum ſolis indiciis, etiamſi urgentiſſima ſint, & tribus aut quatuor teſtibus conteſtibus probari poſſint. Et in hoc ſenſu admittit Navarrus in rubrica de *indiciis n.* 50. tanquam veram illam ſententiam S. Thomæ 22. *q.* 69. *art.* 2. aſſerentis, indicia expreſſa ſufficere ad inquiſitionem particularem, ubi per ly *expreſſa* intelligit publica: & in hoc ſenſu inquit Valentia 22. *diſp.* 5. *q.* 4. *punct.* 1. debere intelligi S. Thomam & ejus diſcipulos. Et ob defectum reflexionis ad hanc doctrinam, crediderim, naſci confuſionem illam, quæ eſt inter Authores circa explicationem Juris, quod tribuunt indicia Judici; nam aliqui dicunt, unum indicium grave & etiam unum leve, ſi bene probatum ſit ſufficere ad hoc ut procedatur ad inquiſitionem, quod debet intelligi, ſi adſit infamia indiciorum, vel indicii.

Alii ſentiunt, nullum indicium quamtumvis grave & urgens ſufficere, ſi ſit unicum: & hoc intelligitur, ſi nimirum deſit infamia delictorum, quæ illam requirunt, ſicut hanc partem ſequendo explicat F. Joſeph de S. Maria in ſuo *Tribunali tract.* 3. *c.* 9. §. 4. qui citat Paz. in ſua *praxi. tom.* 1. *p.* 5. *c.* 3. *n.* 41. Videatur doctrina *capitis* 12. *n.* 6.

CAPUT

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM.

Exponuntur ſpecies vel claſſes, & differentia vel diverſitas illorum peccatorum, quæ ſunt in damnum boni communis, vel alicujus tertii.

1 SCiendum eſt, Authores communiter peccata & delicta in tres Claſſes dividere, in perſonalia; in illa, quæ ſunt in damnum tertii, & in illa, quæ ſunt in damnum boni communis. Peccatum perſonale dicitur illud, quod directè non vergit in damnum boni communis, nec alicujus tertii innocentis, ſed in illius ſolùm, qui illud committit.

Dixi, *directè*, quia omne peccatum dici poteſt indirectè, vel reductivè, tendere in damnum boni communis, cùm Communitas compoſita ſit, & conſtet ex pluribus particularibus, tamquam ex partibus, ſitque illius bonum, habere tales partes bene ordinatas, quodcunque damnum vel commodum recipitur à quolibet particulari, neceſſum eſt, quòd redundet in damnum vel bonum Communitatis: præterea quia per quodlibet peccatum publicum & externum, ſpecialiter ſi committatur inter Religioſos, videtur Communitas maculari & aliquod dedecus recipere. Hoc tamen non tollit, aliqua peccata eſſe abſolutè perſonalia, ſicut advertunt Suarez. *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *c.* 12. *n.* 10. Caſtro Pal. *de Charit. diſp.* 3. *punct.* 13. *n.* 2. N. Thomas à Jesu *tract.* 1. *c.* 12. *nu.* 3. cum communi ſententia. Unde quando in hac materia agitur de bono, aut damno communi, debet intelligi ſolùm de eo, quòd directè ad illud ordinatur, illudque reſpicit tamquam proprium objectum, ut explicant Sotus *lib.* 5. *de Iuſt. q.* 5. *art.* 1. Miranda *q.* 11. *art.* 2. *concl.* 1.

2 Peccata in damnum alicujus tertii, ſunt illa, ex quibus tertio innocenti iminet damnum aliquod grave; ſicut eſt, v.g. machinari illi mortem, infamare illum libellis famoſis, eſſe ipſi cauſam alicujus gravaminis vel injuriæ gravis, ſive id fiat in bonis temporalibus, ſive ſpiritualibus.

Peccata directè contra bonum commūne, 3
ſunt, v.g. Hæreſis, crimen læſæ Majeſtatis, furtum alicujus Theſauri publici, deprædari publicas vias; furta & homicidia frequentia, quibus turbatur Reſpublica: occiſio alicujus perſonæ, cujus vita multum prodeſſe potuit bono communi, falſificare monetam, proditio alicujus Civitatis, ſubornatio in Cathedris vel aliis electionibus, quando ſubornatio fit pro indignis, ſeminare graves diſcordias in aliqua Communitate vel ſtatu, aperire litteras Prælatorum & perſonarum publicarum, vel illas falſificare, conſpiratio, ſpecialiter contra Prælatos, impugnare aut machinari aliquid contra inſtitutum ſtatus, tractare de illius ſeparatione vel diviſione, & omnia illa peccata, quæ comittuntur à Religioſis cum ſcandalo ſæcularium, ſicut v.g. in illorum præſentia ſe inebriare, vel alia ſimilia facere, quæ gravia ſint & à proprio ſtatu multum aliena; ſeminare doctrinas, quæ ſapiunt relaxationem, & denique omnia illa, quæ in cauſa ſunt, ut Religioſi laxiùs vivant, & tepeſcant in obſervantia Regulari: Peccatum proprietatis, diſſipatio, aut mala adminiſtratio bonorum Conventus. Ita N. Thomas à Jesu, *de Viſit. Regul. tract.* 1. *cap.* 12. Soto de ſecreto, *memb.* 2. *q.* 4. *concl.* 3. Rodriguez in *ordine Iudiciali n.* 4. cum multis aliis.

Peccata perſonalia, quæ ſolùm damnificant eum, qui illa committit, ſunt, v.g. transgredi occultè præceptū Superioris, blaſphemia, gula, & his ſimilia. Quod verò attinet ad peccatum contra honeſtatem, licet illud ſit nefandum, multi exiſtimant eſſe ſolum perſonale. Ita tenet Petrus de Navarra *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 4. *num.* 190. Rodriquez ubi *ſupra cap.* 4. *n.* 9. & magis expreſsè in *cap* 3. *num.* 4, *circa finem.* Ledeſma, *tract.* 4. *de miſericordia, diff.* 4. cum aliis. 4

Hoc tamen debet intelligi, dumodò non

 adſit

adſit conſuetudo committendi ſimilia peccata, hæc enim ſi adſit, aſſerunt eſſe peccata contra bonum commune. Et ad hoc ut dicatur adeſſe conſuetudo, ſufficit, ſimile peccatum fuiſſe commiſſum duabus vel tribus vicibus, ſecundùm quod dictum eſt *cap.* 4. *n.* 5. & probat ad longum Farinacius in *praxi q.* 20. *n.* 44. *& q.* 23. *num.* 16. cum aliis multis. Quod multò magis ſortitur robur & veritatem inter Religioſos, propter periculum inficiendi cæteros, cum quibus communiter agitur; tum etiam propter infamiam & ſcandalum, quod inde imminet Communitati.

Alii abſolutè ſentiunt, ſimilia peccata inter Religioſos ſemper eſſe nociva bono communi propter periculum inficiendi cæteros & infamandi Communitates, ita tenent Navarr. *lib.* 5. *conſiliorum*, *tit. de accuſationibus*, *conſ.* 7. *n.* 4. Alder. *lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 29. cum aliis, & eſt expreſſa ſententia S. Thomæ *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 2. *art* 3. *ad* 2.

Alii temperando & moderando has duas ſententias dicunt, attendi debere ad conditionem perſonæ delinquentis, an ſcilicet aliàs ſit bonæ vitæ, an peccaverit abreptus aliqua urgenti occaſione, & non repetita, ſed ex infirmitate, & in tali caſu debere præſumi de futura emendatione, & præventione damnorum per correctionem ſecretam: ſi verò perſona ſit parum timorata, aut circumſpecta, imò potius temeraria & inconſiderata, nec non in ſuo vivendi modo notata, tale peccatum poſſe numerari inter ea, quæ bono communi ſunt nociva, cùm ſit proximum ſcandalo, & damnificationi cæterorum. Totum hoc pendet à prudentia Chriſtiana, & quod pro certo habendum, eſt, quòd, quando delinquens & ſimilia committens peccata eſt in occaſionibus, in quibus cecidit, & ille qui ſcit, probabiliter ſibi perſuadet, talem facilè poſſe reincidere, perſiſtendo nimirum in talibus occaſionibus, & ſua ſecreta admonitione ab illis eum abſtrahere non poteſt, aut tali obviare periculo, ſufficiens habeat fundamentum ad hoc, ut iſte talem ſecretò deferat Prælato, tamquam Patri, ut meliori modo quo poterit, damnum & ſcandalum imminens impediat & avertat; & id ipſum dicendum eſt de familiaritate & nimis domeſtica converſatione cum aliqua muliere ſuſpecta, unde ſcandalum timeri poſſit. Sic N. Thomas à Jesu *Tract.* 1. *de Viſit. R. c.* 12. *n.* 6.

Reſtat modò explicanda differentia, quæ eſt inter delicta contra bonum commune, & in damnum alicujus tertii, quando ſunt occulta tam delicta quàm delinquentes, in ordine ad obligationem illa denunciandi & teſtificandi: de delictis enim publicis, & delinquentibus occultis ad longum tractabitur *cap.* 11. §. 2. & dubium procedit in caſu quo delicta ſint probabilia per duos aut tres teſtes, de illis enim quę hoc modo probari non poſſunt, utpote cùm unus ſolus ſciat, quid fieri poſſit aut debeat, dicetur *cap.* 7. *num.* 3. *in fine*. Hoc ſuppoſito. 5

Conveniunt unanimiter omnes Doctores in hoc, quòd, quando delinquentes & delicta occulta minantur grave damnum bono communi aut alicui tertio innocenti, aut adeſt periculum proximum illa committendi, & ſunt quaſi in fieri, neque certa ſpes affulget per ſecretam correctionē talia damna impediendi, non ſolum ille qui ſcit, poteſt delinquentem judicialiter denunciare, verùm etiam tenetur & obligatur denunciare, etiamſi Judex non faciat inquiſitionem, nec generalem nec particularem. Dummodò denuncians denunciare queat abſque gravi nocumento propriæ ſuæ perſonæ, honoris, bonorum, &c. & idem intellige de rebus ipſi conjunctis, ſicut v. g. ſunt parentes, filii, conſanguinei, &c. hoc tamen debet intelligi cum hac limitatione, quòd quando damnum grave, quod imminet bono communi præponderat illi, quod imminet denuncianti per denunciationem, & ipſi delinquenti, teneatur denunciare, etiamſi Judex non inquirat, aut interroget. 6

Sed ſi aliquod ex his damnis præponderaret damno imminenti bono communi, non poteſt denunciare aut teſtificari, niſi in caſu, quo Judex interrogaret juridicè, & in particulari contra talem Reum, ſicut ſuis locis dicetur. Si damnum, quod timetur, ſit contra tertium, non tenetur is, qui ſecretò novit delinquentem, denunciare, ſi timeatur grave damnum proprium, etiamſi hoc eſſet minus grave quàm proximi, ad hoc enim charitas non obligat.

Verum

Digitized by Google

Verum ſi ad evitandum graviſſimum damnum ſpirituale proximi, cui ſine proprio damno in temporalibus quamvis gravi, occurri non poſſet, teneretur aliquis ſe exponere, prout docent Authores in materiâ de Charitate. Item ſi damnum, quod deberet pati delinquens in fama & honore majus & gravius eſſet illo, quod timetur proximo in bonis, honore & perſonâ, non poteſt denunciari, quia etiam in tali caſu verificatur illa Regula, quòd *majori damno obviandum eſt, licet melior ſit conditio innocentis.* Tota hæc doctrina communis eſt, & videri poteſt in Navarro *c.* 25. *Sum.* Sylveſtr. *verbo* Correct. quæſt. 6. Sanch. *lib.* 6. *conſ. c.* 2. *dub.* 5. *num.* 10 Cordub. *c.* 64.

7 Circa peccata tamen jam commiſſa reperitur aliqua differentia, quæ conſiſtit in hoc: quòd quædam poſt ſe relinquunt effectus, quibus debet & poteſt occurri, etiamſi non timeatur iteratio, quædam non relinquunt poſt ſe tales effectus, vel ſi relinquant, non poteſt illis occurri, vel remedium adhiberi, vel ex impotentiâ delinquentis, vel ex naturâ ipſius rei, quæ eſt irreparabilis.

8 Quo præſuppoſito *dico primò*, quando delicta contra bonum commune reliquerunt poſt ſe effectus & damna, quæ poſſunt reparari poteſtque ſatisfieri pro eo, qui fuit cauſa illorum, & non adſint alia remedia ſuavia, per quæ fiat ſatisfactio & damnorũ reparatio, quàm denunciatio Judicialis, debere denunciari, ſi probari poſſint, etiamſi tàm delicta quàm delinquentes occulti ſint. Pono exemplum. Sciverunt duo vel tres, quòd propter delictum aliquod ſecretum commiſſum ab aliquo gremiali Capituli Electiones fuerint nullæ, quilibet iſtorum tenebitur ad manifeſtandam nullitatem, ſi poſſit abſque dedecore & nocumento delinquentis, aut ſaltem cum minori quo fuerit poſſibile: ſi verò non poſſit alia viâ occurri, niſi delinquens publicetur, etiamſi inde debeat ſequi infamia, & punitio, debet fieri denunciatio.

Idem dici debet in caſu, quo duo, vel tres ſciant, aliquem ex Ærario publico magnam pecuniæ quantitatem furto ſuſtuliſſe, aut aliquid æquivalens, ſi non adſit aliud ſuavius remedium, quilibet eorum qui ſciunt, tenebitur prædonem ſive furem denunciare Juſtitiæ, ſi iſte per media ſecreta non velit reſtituere, aut ſatisfacere, cùm poſſit.

Hæc concluſio communis eſt, & eam probat Salon. 22. *q.* 69. *art.* 2. *contr.* 7. optimâ ratione, aſſerendo quòd in iſtis caſibus. *Ipſamet Reſpublica eſt Accuſator & pars læſa & tacens cenſetur clamare: eſt enim proprium his, qui in jure vocantur minores, quales ſunt pupilli, & quævis communitas, ut quando læduntur, etiamſi taceant, clament & accuſent; propter quod incumbit judicibus ex officio tales tueri, ac vindicare ab omni injuria, perinde ac ſi clamarent, & inquirerent læſores earum, ac ſi eſſet pars læſa, quæ accuſaret:* & id ipſum quod dicit de Judice, quando habet notitiam horum delictorum, dicit de quocunque, qui illa ſcit: verba ipſius ſunt hæc, *In delictis, quæ ſunt in damnum publicum debere Iudicem inquirere, etiamſi Author ſit occultus, & nullâ laboret infamiâ, ſive damnum illud ſit jam commiſſum, ſive adhuc in fieri; & interrogatum teneri ad reſpondendum, cum in his criminibus debeat quis ex juſtitiâ legali accuſare, vel ſaltem denunciare; etiamſi nulla fieret inquiſitio, quantò magis quando illa fit.*

Et licet præfatus Author cum aliis videatur aliquam conſtituere differentiam inter hujuſmodi peccata, quæ poſt ſe relinquunt effectus reparabiles, quando ſunt contra bonum commune, aut alicujus tertii particularis: in rei tamen veritate talis differentia ibi non reperitur, ac proinde dicendum eſt, quando delicta contra tertium poſt ſe relinquunt effectus reparabiles, debere denunciari, cum hac conditione tamen, ſi non adſit remedium ſuavius pro ſui reparatione: tenet hanc ſententiam Soto de Secreto. *memb.* 2. *qu.* 4. *concluſ.* 2. ubi ſic ait. *Quando peccatum ſecretum eſt in præjudicium tertii privati hominis; ut ſi ſecreto novi latronem, qui furatus eſt bona proximi: ſatis eſt, ſi dem operam, ut ſecretò reſtituat, aliàs teneor denunciare, modò id poſſim ſine detrimento meo, quia ſolùm ad id teneor ex præcepto charitatis.* 9

Idem tenet Navarrus in *ſummâ c.* 25. *n.* 43 & cap. *inter verba num.* 600. *qu.* 3. Avila de *cenſuris p.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 3. & denique

Digitized by Google

cum aliis Sanchez *lib. 6. conſiliorum cap. 2. dub. 9. num. 4. & dub. 5. num. 9.* ubi nullam ponit differentiam inter hujuſmodi peccata, quæ dependet a damnis reparabilibus, & quę ſunt in fieri, ac proinde inquit; *Quando peccatum occultum eſt in damnum tertia perſona, ut ſi paretur mors, &c. vel ſi ſecretò novi latronem, qui furatus eſt bona proximi, &c. Tunc teneor ſecretò corrigere, ut reſtituat, vel ceſſet à voluntate occidendi, ſi eſt ſpes certa, quòd ceſſabit à damno: ſin minus, teneor Superiori denunciare, ſi abſque meo detrimento poſſum: quia teneor proximum liberare à periculo, ſi poſſum, & licet ſequatur damnum peccantis, melior eſt conditio patientis injuriam.* Et ſtatim ſubjungit; *niſi nocumentum gravius timeatur delinquenti, quam proximo damnificato: & totum illud fiat cum minori detrimento, quo fuerit poſſibile.* Et dubio 15. *num.* 4. loquendo de delictis jam commiſſis, ſive ſint in damnum boni Communis, ſive alicujus tertii, pendeatque à præfatis effectibus, etiam ſi delinquentem jam pœnituerit, inquit: *Quando peccatum emendatum habet effectum pendentem in futurum, vel damni proximi, cui non eſt ſatisfactum de injuriâ, vel debito, tunc licet peccatum ſit ſecretum, eſt denunciandum, quatenus eſt neceſſarium ad impediendum damnum, niſi per ſecretam admonitionem poſſit talis effectus impediri.* Ac proinde citati Authores, in præfatis caſibus diſtinguunt peccata, quæ ſunt in damnum boni communis, ab illis, quæ ſunt in damnum tertii, ſolùm in hoc, quòd illa debeant denunciari, etiamſi intercedat damnum proprium, ſi illud ſit gravius; iſta verò nemo tenetur cum damno gravi proprio denunciare, etiamſi accedat præceptum Superioris.

10 Certùm eſt, minores cauſas excuſare à faciendâ denunciatione, quando delictum eſt in damnum tertii, quàm quando eſt in damnum boni communis, quia omnes Doctores affirmant, illam obligationem non eſſe tantam, quanta eſt iſta: & ita dicit Navarrus in *Sum. c. 17. n. 236.* quòd ille, qui ſcit aliquem velle furari rem notabilem, & malitiosè tacet, peccat mortaliter, licet non teneatur ad reſtitutionem, quando ex officio illud furtum non tenebatur impedire: ſi tamen taceat non ex malitia, ſed ex negligentiâ, aut ex eo, quod noluit ſe immiſcere negotiis alienis, non peccat ſaltem mortaliter.

Dico ſecundò, loquendo de delictis, quæ jam commiſſa ſunt, & non dependent ab effectibus reparabilibus, ſive fuerint in damnum boni communis, ſive in damnum alicujus tertii, ſicut eſt, v. g. homicidium alicujus perſonæ, quæ multum proderat Reipublicæ, de quâ non conſtat, fuiſſe occiſam (quod ſi conſtaret, dicetur poſtea, quid poſſit fieri, etiam ſi delinquens ſit occultus) ſed præſumitur illam eſſe mortuam ex aliquo accidenti, aut fuiſſe ſubmerſam tranſeundo flumen: duo tamen aut tres ſciunt, eam ab aliquo ex odio fuiſſe interemptam veneno, aut projectam in flumen, vel ſuffocatam: & idem eſt de homicidio alicujus perſonæ privatæ, quæ non habet partem adverſariam petentem ſatisfactionem pro ipſius morte, vel ſi habet, ſcitur tamen, eam non petituram aliam ſatisfactionem, niſi punitionem publicam homicidæ, in talibus (inquam) delictis non poteſt delinquens denunciari, ſi non ſit infamatus, etiam ſi Judex interroget, & inquirat inquiſitione generali, aut mixtâ. Ita Corduba *c. 64.* Avila de *cenſuris p. 2. c. 5. diſp. 4. dub. 4.* & omnes Authores, quos citabimus *capite 11. §. 2. de Inquiſitione mixtâ num. 17. &* 18. quia illi, qui ibidem aſſerunt, quòd, quando delinquens eſt occultus, eſto delictum ſit publicum, abſque præviâ infamiâ manifeſtari non poſſit, multò magis, & à fortiori debebunt aſſerere id ipſum, quando tàm delictum quam delinquens eſt occultus. 11

Adverti tamen debet, quòd, ſi illi, qui ſimilia delicta perpetrarunt, eſſent homines perditi & nullius prorſus conſcientiæ, de quibus veroſimiliter exiſtimari poteſt, eos ſimilia plura, vel etiam graviora delicta commiſſuros, ſicut ſunt latrones publici, deprædatores, viarum graſſatores, ſicarii, vel illi qui vivunt ex furto, debent denunciari, quia ex præteritis, & malâ eorum vitâ ſufficiens habetur fundamentum, ad præſumendum eos minari grave damnum Reipublicæ. 12

Hæc

Digitized by Google

Hæc eſt doctrina Navarri in *ſummâ c.*18. *num.* 57. ubi loquendo de obligatione manifeſtandi ſimiles delinquentes, inquit; Reos etiam non interrogatos debere manifeſtare ſocios criminum & complices, quos ſciunt, & cum fundamento ſibi perſuadent, eos non pænitere de delictis, imò potius præparatos ad alia committenda. Idipſum tenet Cajetanus *opuſc.*31.*reſponſ.*5. & eſt ſententia communis.

13 Verùm ex reſolutione ſequentis difficultatis præcedens doctrina remanebit melius explanata & confirmata. Dubium igitur eſt, an peccata ſecreta jam ex toto commiſſa, contra bonum commune, è quibus non pendet damnum futurum cum delinquens jam emendatus ſit, teneatur quis aut poſſit judicialiter denunciare, ſuppoſito quòd probari poſſint, & hoc non propter ſatisfactionem de illato damno, hanc enim jam ſupponimus, ſicut etiam emendationem delinquentis, ſed ſolùm propter bonum, quod ex punitione conſequitur Reſpublica, imponendo frænum aliis, & ad majorem inducendam cautelam. Multa argumenta in favorem hujus ſententiæ congerit Thomas Sanchez ubi *ſupra cap.*5. *dub.*5 *nũ.*3. referendo aliquos Authores, & videtur ſentire cum illis, nec contrariam audet dicere niſi probabilem: & licet Authores, quos ipſe citat, non ita expreſsè eant in illam ſententiam, expreſſa tamen invenitur apud Valentiam 22. *diſputat.* 5.*quæſt.* 12.*part.*1. verba ipſius ſunt hæc: *Si peccatum eſt in Communitatis perniciem, ut hæreſis, adhuc poteſt quis ſibi proponere ſcopum juſtitiæ punitivæ* (id eſt) *bonum commune conſiſtens in hoc, ut alii ab hujuſmodi peccatis formidine pœnæ abſterreantur, & hoc bonum licet præponere famæ alterius, & vitæ, quamvis ſit emendatus: alioquin neque Iudex poſtquam quis eſt emendatus, poſſet ulterius hoc bonum ſibi proponere in illo puniendo, quod conſtat eſſe falſum.*

Addit tamen, niſi Reus eſſet perſona adeò gravis, ut ex punitione illius majora ſequerentur damna & ſcandala, quàm bona in Republicâ: quòd autem loquatur de peccatis occultis, quæ tamen probari poſſunt, paulò ſuperius ipſe fatetur; licet iſte Author non aſſerat eſſe obligationem denunciandi, ſed poſſe licitè denunciari. Miranda tamen in *ord. jud. quæſt.* 12. *num.* 13. hanc obligationem imponit Officialibus deputatis à Republicâ, cujuſmodi ſunt Fiſcales: & etiam Arragonius 22.*q.*67.*art.*3. ubi ſic ait: *Quantum ad peccatum perpetratum, quod continuationem non recipit, ſolùm is tenetur denunciare, cui hoc competit ex officio: procedit enim hoc ab actu juſtitiæ, ut qui peccavit, puniatur, non propter ſe, cùm jam non ſit peccaturus, ſed propter alios: at verò quantum ad peccatum perpetrandum, & quantum ad perpetratum, quod augmentum, continuationem vel multiplicationem recipit, quilibet tenetur denunciationem facere.*

14 Contraria tamen ſententia, quam tamquam probabilem ſequitur Sanchez *ubi ſupra*, videtur mihi magis conformis charitati, & illam tenet Soto de Secreto, *memb.* 2.*qu.*6.*concl.*4. ubi poſtquam dixerat, quâ ratione Reus eſſet obligatus manifeſtare complices, eſto non ſint infamati in peccatis illis, quæ excepta ſunt, & ſunt illa de quibus loquimur, adjungit: *ille tenetur prodere ſaltem dum adhuc malum pendet in futurum: ſecus ſi jam ſatis eſſent prorſus emendati, nam nullus tenetur criminoſos emendatos ſuâ ſponte prodere, niſi juridicè compulſus.* Idipſum & cum majori claritate repetit *lib.*5.*de Iuſt.quæſt.*5.*art.*1. verſ. *at verò*; ubi poſtquam explicaverat, quà ratione hujuſmodi peccata etiam pendente damno ab effectu futuro, denunciari non poſſint, dum adeſt ſpes certa emendationis per ſecretam admonitionem, & contrarium facere non ſolùm ſit contra charitatem, ſed etiam contra juſtitiam, adjungit: *Hinc ſumenda eſt regula in inquiſitionibus generalibus, quando edicto præcipitur, ut quiſque denunciet latentia crimina, etenim ſi crimina jam ſint omninò emendata, cujuſcumque generis ſint, nemo tenetur iſta vel denunciare, vel accuſare: ſed ſolum eſſe teſtis, ſi ejus teſtimonium in particulari à Prælato legitimè poſtuletur:* & quòd non ſolùm non ſit obligatio, verum etiam id fieri non poſſit abſque eo quòd delinquatur contra charitatem & juſtitiam, dixerat paulò ante, & ratio quam aſſignat, eſt: *Quia peſtilens ille ſceleroſus adhuc habet poſſeſſionem honoris ſui, ob idque ſi ſatis poteſt occurri malo pu-*

Digitized by Google

lo publico ſine ejus læſione, non eſt in publicum traducendus; eſt enim, ut diximus, accuſatio medicinalis, & ideò, ſi excuſari tantum detrimentum poteſt, cavendum eſt non ſolùm lege charitatis, verùm etiam juſtitiæ?

Idem ſentiunt Navarr. ubi *ſupra d.c.* inter verba *corol.* 52. *nu.* 600. Avila de *cenſuris c.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 5. & ita S. Thom. 22. *q.* 33. *art.* 7. cum omnibus ſuis diſcipulis (ſicut dicemus *cap.* 9. *n.* 4.) docet, quando certa ſpes habetur emendationis per correctionem ſecretam, quæcumque tandem ſint peccata, eſſe obligationem adhibendi iſtam & non aliam: & multò magis, quando de totali emendatione jam conſtat, ac proinde hæc ſententia eſt expreſſa S. Thomæ, & univerſæ ejuſdem ſcholæ, prout fatetur Trullench. *lib.* 8. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 10. & hæc de iſto puncto hic dixiſſe ſufficiat, cùm ſimilia alibi tamquam propriis in locis ſæpiùs repetenda ſint, ad quæ me remitto.

CAPUT SEXTUM.

Explicantur varii modi denunciationum, & ponuntur nonnullæ advertentiæ circa illas, valde utiles tàm Prælatis, quam ſubditis.

1 TAnta eſt denunciationum varietas, quæ traditur ab Authoribus, & diverſitas illas explicandi, ut vix percipi poſſit ex his, quid dicere intendant: quia licet quidam dividant denunciationem in *Evangelicam, Regularem, Canonicam & Judicialem*: ſtatim tamen addunt alias ſubdiviſiones, & illas explicando, aliqui *Canonicam* appellant *Evangelicam* dicendo, eam eſſe actum charitatis, aut miſericordiæ. Ita Layman. *tract.* 6. *ſect.* 5. *c.* 3. *n.* 4. & 5. alii appellant eam *Judicialem*, ſicut advertit Sanch. *Tom.* 2. *Conſilior. lib.* 6. *c.* 2. *dub.* 9. *n.* 5. Si Canonica, quæ reſpicit bonum commune, & tertii innocentis, idem bonum reſpiciat per media fraternæ correctionis, etiam poterit appellari Evangelica, ſicut vult Layman & alii: ſi tamen idem bonum reſpiciat per medium proceſſus, & punitionis publicæ, poterit Judicialis appellari. Et tandem non deſunt qui Evangelicam nominent Judicialem privatam, quando punitio fit in ſecreto.

2 Relinquendo igitur tantam diviſionum multiplicitatem, eamque ad duas ſolas revocando, *Evangelicam* nimirum & *Judicialem*, ſicuti docent Bannez. 22. *quæſt.* 68. *a.* 1. *in comment. littera*, Valent. *tom.* 2. *diſp.* 5. *q.* 12 *p.* 1. Suarez. *Tom*, 4. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 8. *n.* 9. & alii communiter, ſolùm de his faciemus mentionem, procurando Authores in unum reducere, quantum fuerit poſſibile. Ad majorem autem intelligentiam, & advertentiam tàm pro Prælatis quàm ſubditis circa denunciationes & inquiſitiones, placuit in præſenti commemorare damna, quæ cauſari ſolent in Communitatibus in hâc materiâ ex nimia remiſſione & tepore, nec non ex imprudentiâ, & indiſcreto aliquorum zelo.

Illud quidem, quod pertinet ad ſubditos, eſt diligentia, quam omnes adhibere debent circa denunciationes ſive illæ Evangelicæ, ſive Judiciales ſint, quia aliqui ſunt adeò negligentes & timidi, in denunciando peccata ſecreta ſuorum fratrum, quantumvis bono communi, aut alicui tertio nociva ſint, ut illa ita pertranſeant, & diſſimulent, tamquam aliquid ad eos minimè pertinens, contra quos S. Bernardus habet graviſſima verba in ſermone de S. Joanne Baptiſta: *Nemo Fratres vitia palpet, peccata diſſimulet, nemo dicat, numquid cuſtos Fratris mei ſum ego? Nemo æquanimiter ferat, cùm viderit Ordinem perire, minui diſciplinam, eſt enim conſentire, ſilere, cùm arguere poſſis; & ſcimus, quia ſimilis pœna facientibus maneat & conſentientibus.* Et illud idem dixit S. Auguſtinus paucioribus verbis, libro de Agone Chriſtiano; *Qui veritatem occultat, & qui mendacium prodit, uterq; reus eſt; ille, quia prodeſſe non vult; iſte, quia nocere*

nocere deſiderat. Et idem Sanctus ad animandum illos, qui ſibi perſuadent, ſe deficere in charitate in ſimilibus denunciationibus, eoſdem *cap.* 23. ſuæ Regulæ ſic alloquitur: *Nec vos judicate eſſe malevolos, quando hoc indicatis, magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corripere poteſtis, perire permittitis.* Quod nimirum in modum confirmatur ex eo, quod dicit Gloſ. *cap. Apoſtolicum*, de ſimoniâ, *Sub prætextu pietatis, non eſt impietas committenda.* Et quia aliqui ſub titulo falſæ amicitiæ, ſuorum ſodalium & familiarium culpas celare ſatagunt, placuit præſenti paragrapho coronidem imponere illis verbi, quæ in ſimilis farinæ homines S. Baſilius in ſuâ Regulâ deprompſit: *Peccatum occultare nihil aliud eſt, quàm ægrum, ſuâ ſponte ad mortem ruentem, impellere, & procliviorem reddere. Nemo ſit ergò, qui peccato alterius latebras quærat, ne pro amore, quem fratri debet, exitium illi conciliet.* Tota hæc doctrina omni ponderatione digniſſima eſt, & profundiùs perpendi deberet à ſubditis menticuloſis, & ſocordibus in negotio boni communis, concernentis eorum Matrem, Religionem ſcilicet, eorumque Fratres.

3 Alii è contra ad aliud extremum, huic è diametro contrarium, declinant, qui ex malâ inclinatione, paſſione, aut zelo indiſcreto, multùm à verâ charitate, & juſtitiâ alieno, omnia denunciare volunt Prælatis, quantumvis recondita & ſecreta ſint, non attendentes ad aliam Regulam, quam ad ſuæ indiſcretionis dictamina, quibus ſine modo & menſurâ ſuos fratres dehoneſtant, ac denigrant, & turbant Communitates prætexentes, ſe aliud non intendere, quàm bonum commune & proximi: cùm tamen vitium hoc de numero illorum ſit, quæ utrique bono quam maximè adverſatur. Contra tales accuratius penſiculanda ſunt verba illa, quæ ſolitâ ſuâ pietate protulit Navarrus in *caput.* inter verba 11. *quæſt.* 3. *Corol.* 59. *numer.* 165. quæ licet fuſiora ſint, hìc placuit recenſere: *Quot ſunt* (inquit) *& quot peccant graviter, & offendunt, lædúntque alios ſub ſpecioſo virtutis titulo, & prætextu proximum adjuvandi? Quot ſunt, qui Regibus, Epiſcopis, aliiſque Dominis, Heris parentibus, Patribusfamilias denunciant peccata ſubditorum, filiorum, ſervorum, & amicorum, prætexendo ſe illud facere, ut admoneantur per verba aut litteras, atque ita ſe emendet, abſque eo quòd umquam ſecretò fuerint admoniti, non obſtante quòd poſt talem admonitionem præſentiſſima affulgeret emendationis ſpes? Quod ſunt, qui cupiunt videre, & ſcire delicta ad hunc dumtaxat finem, ut illa referre & ſcribere majoribus poſſint ad aucupandam gratiam, & ſeminandum diſcordias? & quod pejus eſt, quot ſunt, qui videre deſiderant defectus emendatione dignos, peccata & errores, ſolùm ut habeant aliquid, quod nundinariâ quâdam delatione ſcribant & nuncient? quod dum faciunt, proteſtantur, & dicunt, non ſcribo talia aut refero, ut de proximo maledicam, bonumque illius nomen dilacerem; verum quia illum corditùs diligo, ejuſque bonum promovere deſidero: vos enim, cùm munere fungamini Patris, & Prælati noſtri, illum non ſine fructu admonere, & exhortari valetis: Deus tamen intuetur cor, & videt, quem ob finem iſta denunciunt, & quale ſit illud, quantumque deſiderium, quod de proximi emendatione conceperunt, & quot vicibus ad hanc impetrandam Salutationem Angelicam recitârint. Proh nefas! taleſne reperire eſt Chriſtianos, chriſtianâ pietate ſic vacuos, & hipocriſi ita plenos, ut illis placeat, quòd alii delinquant, & diſpliceat, quòd ſe emendent? ut delectet aliquid invenire, quod malè loquendi anſam præbeat, & ſcribendi? imò ſæpè non pudet fingere, nec ex meditullio cordis dolere ob unius perditionem, quem tamen peſſum & perditum coram Prælato ſuo totâ aviditate contendimus, eo quòd ex ſolâ noſtrâ delatione ab eodem deferendus ſit. Et deinde tam negligentes & ſocordes ſumus ad pænitendum de infernalibus his peccatis, & reſarciendum damnum illatum, quàm diligentes & prompti fuimus ad ſciendum, & denunciandum proximi crimen & peccatum. Miſericors Deus dignetur nobis oculos aperire, ut propriam intuentes iniquitatem commiſereri diſcamus, & noſtro proximo condolere & compati. Doce etiam, ſapientiſſime Deus, Prælatos & Iudices, illiſque, per ſummam tuam bonitatem, in*

memoriam revoca id, quod ex ſacris Evangelii paginis, Canonumque colligitur, ut ſcilicet refrænando linguam à malè loquendo, & obſervando aures à malè audiendo, omnes loquamur benè, audiamus benè, & melius operemur: Amen. Non poſtulant hæc Navarri verba majorem ponderationem, quàm illam ipſam, quam in ſe continent. Nec enim punctum hoc majori indiget confirmatione; verumtamen non abs re viſum fuit illud concludere verbis Religioſiſſimi doctiſſimique Patris Joſephi de S. MARIA, ex ejuſdem *Tribunali Religioſorum* deſumptis, qui ponderando, quàm irreparabile ſit damnum perditæ ſemel famæ, & honoris, comparat utrumque ſparſo vel effuſo oleo, quod quocumque deciderit, ibi relinquit maculam, numquam ex toto eradendam: *Sic* (inquit) *ſe habet honor & bona fama, ſive exiſtimatio, quæ, per infamiam ſemel perdita & everſa, numquam amplius ſecundum priſtinum recuperatur gradum: quia indelebilem in perſonâ infamatâ imprimit macula characterem; maximè, ſi quis infametur apud aliquem ex illis Prælatis, quos nunc habet, & habuit Eccleſia DEI, qui res inſtar Angelorum immobiliter apprehendunt; adeò, ut ſi ſemel conceperint malam aut ſiniſtram de aliquo ſubdito opinionem, per totam vitam non deponant, ſibi perſuadentes eos qui ſemel lapſi ſunt, numquam ad meliorem frugem redituros. Cùm talibus cautè procedendum eſt, & ſæpè apud ſimiles eſt ori digitus imponendus, nec non pauciora illis referenda ſunt, ne ſubditus periclitetur, & perdat illud, quod ſummâ cum difficultate recuperat; imò quo ſemel amiſſo, poſtea nullus erit.* Hæc ſunt verba doctiſſimi & graviſſimi illius viri.

4 In eadem prorſus extrema incidunt Judices & Prælati; quidam enim adeò negligentes & ſocordes ſunt: quidam ita timidi, ut omnia ſurdâ quaſi aure pertranſire ſinant, nullâ adhibitâ inquiſitione aut examine, ac proinde non imponuntur pœnæ illæ, quas delictorum gravitas merebatur, cæteris ad cautelam & terrorem.

Contra hos multa egregiè dicit S. Auguſtinus in ſuâ Regulâ denudando horum damnorum & malorum radices, quæ non paucæ ſunt: ego autem brevitatis gratiâ referam dumtaxat verba Hoſtienſis in rubricâ *de inquiſitionibus* numer. 1. ubi trahendo ad hoc propoſitum id, quòd habetur in *cap.* cùm ad Monaſterium §. *Prior, de ſtatu Monachorum*, & recenſendo id quod evenerat Summo Sacerdoti Heli; inquit, *Licet Heli ſummus Sacerdos bonus extiterit, ſcilicet quantum in ſe erat, quia tamen exceſſus filiorum ſuorum efficaciter non correxit, in ſe divinam vindictam excepit, cùm, filiis ſuis in bello peremptis, idem de ſellâ corruens, fractis cervicibus exſpiravit, ut habetur in dictâ Decretali, Licet Heli:* (Et illicò concludit) *Ergò tantò diligentius debet Prælatus aſſurgere ad puniendos ſubditos, quantò damnabiliùs offenſas eorum deſeret incorrectas.*

E contra verò & vice verſâ aliquos Judices & Prælatos invenire eſt, qui ad infligendas pœnas ita ſunt propenſi, & boni communis adeo zeloſi, ut totus eorum rigor eò tendere videatur; hinc abſque eo, quòd videant, an fortè deficiant contra leges Juſtitiæ & charitatis, & examinent qualitates culparum, an videlicet ſcandaloſæ ſint, an nocivæ bono communi aut alicui tertio innocenti, an habeant infamiam, aut ſint ſecretæ, ſtatim ad punitionem publicam procedunt, bonam ſubditorum famam manifeſto periculo exponentes: quod tamen eſt contra illud, quod à Chriſto Domino in Evangelio, & Sacris Canonibus ordinatum eſt circa peccata occulta, eſto pervenerint ad notitiam trium vel duorum. Similes Judices & Prælati, ut tàm periculoſa evitent præcipitia, quæ illis ex ſuo zelo indiſcreto ac paſſione imminent, debent ſedulò revolvere verba Navarri in *rubricâ* de judiciis *numer.* 56. & alia Patris Magiſtri Bannez 22. *quæſt.* 33. *art.* 8. *dub.* 2. Navarrus itaque obligationem illam reſpiciendi ad famam proximi in delictis ſecretis, ſpecialiter quando non ſunt in damnum boni communis, vel alicujus tertii, ſicut in aliquibus evenire ſolet,

llet, de quibus ſtatim fiet mentio, inquit: *Multi Iudices parum hoc conſiderantes, nihil non agunt, quo per fas, vel per nefas, crimina vera, vel falſa, juſtè, vel injuſtè ſciantur, & puniantur, quo ſibi famam crudelium quaſtorum acquirant, ob quorum fortè peccata permittit Deus, ut eò plura delinquantur, quo plura malè puniuntur.* Et Magiſter Bannez citato loco ait: *Advertant Pralati, quòd multa ſunt relinquenda judicio Dei, & caueant, ne velint uſurpare judicium illius: ſunt enim aliqui Pralati, qui plus nimio zelo corrigendi crimina aguntur, & non ſecundum ſcientiam, & valde ſatagunt, ut univerſa ſubditorum peccata in publicum judicium vertant, ſub pratextu boni communis conſervandi: cùm tamen non omnia peccata ſint boni communis deſtructiva, circa qua rigidus ille zelus juſtè exercetur: alia verò crimina debent Pralati, praſertim Eccleſiaſtici, ut Patres corrigere, & in profundum maris projicere.* Quia, ſicut idem Bannez docet, & nos inferius videbimus, ex publicatione aliquorum delictorum occultorum plus infertur damni particularibus & Communitati, quàm boni ex eorum punitione: & in hanc rem appoſitiſſimè loquutus eſt P. Alderete *caput 6. numer.* 1. *Quod & ſi ſuperior ut Iudex agere poſſit, non tamen ſemper judicis partes debet aſſumere*; imò non minus incumbit Prælato, maximè Regulari, obire munus Advocati & Patris in defenſionem ſuorum ſubditorum, quàm Judicis in eorum punitionem.

His ſuppoſitis documentis & advertentiis securè jam poterimus progredi ad tractandum de Denunciationibus, & inquiſitionibus in ſequentibus Capitibus.

CAPVT SEPTIMVM.

De Denunciatione Evangelica.

11 ETſi in initio hujus operis inſinuaverim me non tractaturum de Correctione Evangelicâ, quia tamen in aliquibus cum Judiciali connexionem habet, operæ pretium viſum fuit illam quoque attingere, quatenus ad meliorem hujus intelligentiam ordinatur. Et ut ab illius ſumam definitione principium, nulla exactior mihi videtur ea quam ponit Giſlerius in ſua *praxi cap.* 16. *numer.* 6. his verbis: *Eſt delatio criminis apud Iudicem ut patrem, ad emendationem in fratre procurandam, qua in fraterna correctione obtineri minimè potuit, facta zelo charitatis.* Adæquatè iſta definitio, aut deſcriptio explicat totum id, quod dixit Chriſtus apud Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum, & ſi te non audierit, dic Eccleſia, &c.* Suppono hic, quòd hæc denunciatio principaliter habeat locum in peccatis occultis, de quibus non eſt infamia, nec redundant in damnum boni communis, nec tertii, juxta doctrinam *capitis* 5. *numer.* 6. In quibus proceditur per gradus Correctionis fraternæ, corrigendo primò in ſecreto nullo præſente: deinde coram uno, vel duobus teſtibus, prout videbitur expedire, toties nimirum quoties ſpes aderit finem illum conſequendi, ad quem talis correctio ordinatur, ſicut docet S. Thomas 22. *qu.* 33. *art.* 7. *in corp. & art.* 8. *ad primum & a*lii communiter.

Si tamen hâc adhibita diligentiâ, delinquens ſe non emendaverit, debet denunciari Prælato tamquam Patri, ut ſervatâ charitate, & bono delinquentis nomine, quantum fuerit poſſibile, remedium adhibeat, & hoc ipſum fieri debet immediatè, quando pro certo habetur, nec ſecretam admonitionem, nec illam, quæ coram teſtibus fieri ſolet, aliquid profuturam: ita docet S. Thomas cum univerſâ ſuâ ſcholâ. Et notandum, non ideò fraternam correctionem intermitti debere, eo quòd corrigendus ex illa exaſperandus

 ſit, dum-

Digitized by Google

ſit, dummodò ſpes affulgeat, cum poſtea ſedatâ paſſione ad ſe rediturum, & non ſine emendationis fructu correctionem acceptaturum; in quo non pauci hallucinantur & falluntur, facile ſibi perſuadentes, in ſimili caſu admonitionem ſecretam eſſe omittendam. Ita Sanchez *lib. 6. conſ. c. 2. dub. 8. num.* 4. Verùm ut doctrina hæc melius percipiatur, agam primò de illis delictis, quæ ſolùm ab uno teſte oculato ſunt cognita, aut per indicia æquivalentia, ſtatim deinde tractaturus de illis, quæ per duos aut tres ſciuntur, & probabilia dicuntur.

2 In dicto igitur caſu Prælatus de veritate, vel per ocularem viſionem denunciantis, qui ſit perſona undequaque fide digna, vel per indicia ſecreta æquivalentia ſufficienter informatus debet delinquentem ſecreto vocare, eique ſuam indicare notitiam, quam habet de delicto ejus: & ſi illud recognoſcens confiteatur cum propoſito ſe emendandi (quod tenetur facere, ſicut advertit Soto *lib.* 5. de Juſtitiâ *quæſt. 6. art. 6. concluſ.* 3. & de ſecreto, *memb. 2. quæſt. 4. concluſ.* 7. cum S. Thoma *quodlib.* 12. *art.* 1. 3. niſi juſtè & cum ſufficienti fundamento ſibi perſuadere poſſet, Prælatum ſuâ confeſſione abuſurum in malum, in tali enim caſu non obligabitur fateri delictum, & multo minus coram teſtibus, (bene tamen, ſi tale periculum non adſit) non poterit Prælatus ulterius progredi, ſed cum ſalutaribus documentis in ſuis bonis propoſitis conabitur ſtabilire; poterit inſuper ſecretam aliquam illi imponere pœnitentiam, quæ impoſterum illi ſit potius in medicinam præſervativam, quàm pœnam, & ſatisfactionem præteritorum, licet per hoc non tollatur, quin ſervire poſſit pro utroque. Ita Navarr. d. c. inter verba, *corol. 6. numer.* 239. Soto de Secreto, *membr. 2. quæſt.* 4. Suar. *Tom. 4. de Relig. lib.* 10. *c.* 10. *numer.* 13 Poteſt etiam Prælatus tali ſubtrahere ſubdito occaſionem peccandi, mutando officium vel Conventum, in quo degit, ita tamen ne aliqua ſubſequatur infamia, & judicet hoc eſſe medium conveniens & opportunum ad occurrendum præſenti malo, ſi enim hoc non eſſet, nihil horum attentare poterit, ſed obligabitur eum eodem honore afficere quo prius: Ita Suarez ubi *ſupra*; & eſt doctrina Calixti. Papæ *Epiſt.* 2. c. Ponderet *diſt.* 50. ubi inquit, *Si aliquis lapſus quocumque modo fuerit, portemus & fraterno corripiamus affectu, & infra: Porrò Sanctus David de mortiferis criminibus egit pœnitentiam, & tamen in honore permanſit.*

3 Verùm ſi talis ſubditus delinquens poſt ſecretam & charitativam admonitionem ſuam culpam non agnoſcat, nec emendationem ſpondeat, poterit eum Prælatus ſeverius reprehendere coram illo, qui habet notitiam delicti, ſi ita judicaverit expedire, ſin minus, coram unâ vel duabus perſonis gravibus ad majorem ejuſdem confuſionem, minando illi, quòd deinceps oculatiſſimè ejuſdem actiones obſervaturus ſit, vivendique modum, parumque aut nihil ampliùs crediturum: Ita Sotus ubi *ſupra concluſ.* 7. Suar. & alii multi. Poterit ei etiam mediocrem aliquam pœnam imponere, ſicut v. g. eſt diſciplina vel aliquid ſimile, ſecundum quod judicaverit expedire ad terrorem aliquem incutiendum, pro his enim omnibus ſufficiens præbet fundamentum præfata notitia, cùm (ut ſupponitur) perſoſona denuncians non ſit ſuſpecta, ſicuti etiam in caſibus ſimilibus Patri naturali ſua conceditur authoritas.

Similiter poterit tali imponi præceptum, & pœna excommunicationis, ut talem evitet occaſionem, non accedat ad talem domum, vel locum, non tractet familiariter cum talibus, vel talibus perſonis, & poterit ei tale præceptum, & cenſura intimari coram duobus teſtibus ad hoc, ut caſu quo deficeret, tranſgreſſio probari poſſit, & pœna proportionata imponi; & ſi videbitur, poterit facere, ut acceptatio præcepti ab ipſo, & teſtibus ſubſcribatur ad facilius illum convincendum, in caſu quo delinqueret, aut teſtes, vel unus ex ipſis deficeret, ita tamen, ut Judex taliter conſervet & cuſtodiat præceptum, ne deveniat ad manus aliorum, & id quod ſecretum erat, evadat publicum; in omnibus tamen dictis Prælatus non excedit leges fraternæ Correctionis, non obſtante, quòd delictum apud illos

illos paucos publicetur. Debet tamen advertere Prælatus, quòd omnia præfata remedia applicentur, cum minori ſubditi delinquentis dedecore, quo fuerit poſſibile, & propterea ſemper debet à ſuavioribus ſecretioribuſque initium ſumere: Ita Suarez ubi *ſupra num.* 14. & eſt doctrina communis.

Attamen ſi ſubditus poſt omnes hos conatus rebellis & pertinax perſiſteret, nihil incumberet Prælato amplius quàm illum Deo commendare, & à peccandi occaſionibus abſtrahere, ſine nota, & ſcandalo, remittendo cauſam ad tribunal Dei: Sic Doctores citati: nam ſicut dixit Papa Urbanus in cap. *Erubeſcant*, diſtinct. 82. *Secretorum & cognitor, & Iudex Deus eſt: nam de his non eſt judicium humanum*: & illud, quod uni ſoli notum eſt, totaliter ſecretum & occultum dicitur, ſicuti docent Suar. de *Charit. diſp.* 8. *ſect. 6. num. 6. in fin.* Caſtr. Palao *de Charit. tract. 6. diſput. 3. punct.* 13. & alii communiter. Et idcircò nullus debet, nec poteſt denunciare, aut judicialiter accuſare peccatum alterius, quod ſolus novit, ſicut docet Petrus de Ledeſma *tract.* 8. de Juſtitia *cap.* 23. *concluſ.* 2. Rodriguez de *Ordine Iudiciali cap.* 4. *num.* 13. Clavis Regia *lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 1. & hoc verum eſt, etiam ſi Prælatus imponeret præcepta, & fulminaret excommunicationes; & multò minus de tali peccato poterit teſtificari in judicio: Ita Lorc. 22. *quæſt.* 33. *art.* 8. *diſput.* 47. *num.* 15. & 16. Villagut. *in prax. crimin. lib.* 2. *tr. de* denunciatione Evangel. *cap.* 4. *concluſ.* 5. Navarr. *dict. cap.* inter verb. *corol.* 6. *num.* 23. Leſſ. *lib.* 2. *de juſt. cap.* 19. *dub.* 13. qui affirmant eſſe peccatum grave facere contrarium. Et hoc etiam etſi delictum ſit contra bonum commune, vel in damnum alicujus tertii: quia cùm delictum probari non poſſit, puniri non poteſt, præterquam quòd ex denunciatione, vel accuſatione judiciali aliud non ſequatur, niſi infamia denunciati, quod eſt illicitum & peccatum grave, & per conſequens Prælatus non poteſt ſub præcepto obligare, ut denuncietur, aut probetur id, quod ſic innotuit; tale enim præceptum includit errorem intolerabilem, ſicuti advertit Clavis Regia *lib.* 12. *cap.* 14. de accuſatione, *num.* 32. cum Angelo in *ſumma* verbo *Excommunicatio*, 3. §. 20. & addit Navarrus *dicto cap.* inter verba *corol.* 66. *num.* 786. totum hoc eſſe verum, *Etiamſi eſſet crimen læ, æ Majeſtatis ac parricidium.*

Verum in his caſibus, ſi delictum eſſet committendum, aut jam commiſſum minaretur damna gravia in futurum, quod idem eſt, ac ſi eſſet in fieri, debet fieri admonitio, vel correctio ipſi delinquenti in ſecreto, ut ſe emendet. Si verò de hac non poſſet haberi certitudo, debet admoneri tertius, cui grave damnum imminet, ad hoc, ut ipſe admoneat Judicem, ſi ſcilicet damnum ſit contra tertium, ſi autem ſit contra bonum commune, debet Judex extrajudicialiter admoneri, vel ille, qui poſſet damnum communi bono, vel tertio imminens impedire, abſque eo quòd delinquens innoteſcat, ſi hoc ſufficiat ad remedium; ſin minus, non deeſt, qui dicat, quòd, ſi aliud non ſit remedium, tale peccatum Prælato judicialiter denunciari poſſit, ut meliori modo quo fuerit poſſibile, etiamſi eſſet cum præjudicio famæ delinquentis, impediatur imminens damnum communi bono, vel tertio: Ita Caſtro Palao de *Char. tract. 6. diſput. 3. punct.* 13. *num.* 10. Et Navarr. *dict. cap.* inter verba, *corol.* 6. *num.* 260. dicit, quòd, ſi damno imminenti occurri aliter non poſſit, niſi nominando delinquentem, debeat nominari.

Hanc ſententiam Caſtro Palai tenuit pridem Noſter Thomas à Jesu *tract.* 1. *cap.* 16. & *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 6. Lezana *tom.* 1. *dub. regul. cap.* 27. *num.* 8. & illam oportet ſequi tunc, cùm damnum boni communis, vel tertii eſt valde grave, & non eſt aliud medium evitandi: dicere autem, quòd eo ipſo, quòd delictum, vel intentum delinquentis probari non poſſit, denunciatio juridica ad aliud deſervire non poſſit, quàm ad infamandum delinquentem occultum, non valet; quia, cùm in ſententia probabili denuncians, ſi fide dignus ſit, poſſit eſſe teſtis, ejus dictum poteſt facere ſemiplenam probationem, & cum hac poteſt Judex inquirere, incarcerare, & torquere Reum, ſi non velit fateri veritatem, cum quo evitabitur totum damnum, & malum, vel ſaltem major illius pars, quod timebatur; nam in

Digitized by Google

ordine ad evitanda damna boni communis, hæc omnia ſunt licita & conceſſa.

Advertendum etiam eſt, quòd, ſi is qui novit delictum, non ſit certus ſe eſſe ſolum, qui illud novit, interrogatus à Judice de delinquente in particulari, tamquam teſtis teneatur dicere veritatem; debet quippe ſibi perſuadere, quòd procedat ſecundùm juſtitiam. Multum intereſt notare hanc doctrinam pro his, quæ dicentur in ſequentibus.

Tametſi ferè omnia, quæ in hoc capite dicta ſunt, ſpectent ad Tractatum de fraterna correctione, fuit tamen conveniens, imò neceſſarium hîc ea inſerere, ut melius intelligatur alia doctrina gravium Authorum, plurimum conferens ad illa, quæ in ſequentibus tractabuntur, ex quibus Prælati colligere poſſunt, quid facere debeant ac poſſint in peccatis occultis ſuorum ſubditorum, quando ſunt probabilia per duos aut tres teſtes fide dignos, aut æquivalentia indicia.

CAPUT OCTAVUM.

Declaratur quid poſſit facere Prælatus in virtute denunciationis Evangelicæ, in delictis probabilibus per duos teſtes.

1 PRo majori dicendorum luce notandum eſt, finem proprium correctionis fraternæ, & denunciationis Evangelicæ ſolùm eſſe proximi emendationem, & ideò pro illa obtinenda ea dumtaxat media adhibenda ſunt, quæ ad eam conducunt, & non alia, eſto alias bona ſint, & proportionata ad alios fines aſſequendos: Sic S. Thomas 22. *q.* 33. *art.* 7. Mirand. *de Ord. judic. q.* 11. *art.* 10. *concluſ.* 4. & eſt doctrina receptiſſima inter omnes diſcipulos S. Thomæ. Hoc ſuppoſito eſt difficultas, quid poſſit facere Prælatus in virtute illius notitiæ, quam accepit tamquam Pater per denunciationem Evangelicam, in caſu delicti alicujus occulti, & ſolum perſonalis, nec non probabilis per duos teſtes, poſteaquam fecit diligentiam illam, de qua *capite præcedenti num.* 2. & 3. actum fuit, caſu quo delinquens pertinaciter nollet confiteri ſuum delictum, & incorrigibilem ſe oſtenderet, ſine ulla ſpe emendationis. Et notetur hic per tranſennam, quòd in tali caſu ſubditus delinquens ſub obligatione gravi teneatur in ſecreto fateri Prælato ſuum delictum, ſuppoſito quòd habeat teſtes ad illum convincendum: Hoc docet Mirand. *q.* 10. *art.* 20. *concluſ.* 3. quod debet intelligi cum illa limitatione Soti allata *num.* 2. *capitis præcedentis*, niſi ſcilicet prudenter ſibi perſuadere poſſit, Prælatum tali ſecreta confeſſione malè uſurum, & pro hoc quidam notant, quòd illam non debeat facere coram teſtibus, maximè ſi ſint diverſi ab illis, qui delictum norunt.

Hoc præſuppoſito P. Magiſter Soto *lib.* 5. *de juſt. q* 6. *concl.* 4. revocando id, quod dixerat in releѕt. *de ſecreto*, quem ſequitur Thom. Sanch. *Tom.* 2. *Conſ. lib.* 6. *c.* 2. *dub.* 11. *num.* 9. dicit, ſi non ſit ſpes, quòd procedendo contra illum publicè, & judicialiter emendandus ſit, ſummum, quod Prælatus in tali caſu facere poteſt, eſſe, eum excommunicare, quouſque ad ſe reverſus ſuam recognoſcat, & fateatur culpam, agatque de emendatione: non tamen poterit applicare pœnas illas ordinarias à Jure impoſitas; quia hæ ſolùm ordinantur ad punitionem delictorum publicorum: adduntque, præfatam excommunicationem ſolùm imponi, & ferri poſſe coram illis teſtibus, qui tunc præſentes erant, quando illum Prælatus ſecretò correxit. 2

Secunda ſententia dicit, quòd, etiamſi ſciat Prælatus talem delinquentem non ſe emendaturum, per judicialem & publicam punitionem, imò potius in deteriora prolapſurum, poſſit illum carceri mancipare, imo per præcepta & cenſuras cogere, ut fateatur veritatem, quam tenebitur, aperire: & ſi neceſſum fuerit, poterit illum torturæ ſub-

Digitized by Google

ſubjicere; aut ſaltem convicto per plenam probationem teſtium, quibus notus eſt caſus (qui ad Judicium vocati tenebuntur fateri veritatem) poterit pœnam ordinariam, quam meretur delictum applicare. Hanc ſententiam, cum toto hoc rigore, tenet P. Martin. de S. Joseph Franciſc. Diſcalceatus in ſua *Epitome Iudiciali c. 2. nu.* 4. & pro illa citat Panormit. *in cap.* novit. *de judiciis:* & licet prima facie videatur eam tenere Panormitanus, ſi tamen cum attentione legatur à *numero* 44. *uſque ad num.* 47. in quo tangit punctum rei, non facilè dijudicari poterit, hanc eſſe illius mentem. Quia *num.* 44. ubi agit de peccatis occultis, quæ ſunt in nocumentum boni communis aut tertii, & de perſonalibus, probabilibus tamen per duos aut tres teſtes, poſtquam ſeriò inculcavit, attendendum ſemper eſſe ad famam proximi, & delictum publicum publicè, ſecretum verò ſecretò eſſe corrigendum, relatis diverſis opinionibus S. Anton. & Joannis Andreæ, tandem ſic concludit: *Ego verò teneo cum Ioanne Andrea, quòd poſſit Prælatus excommunicare, & aliam cenſuram Eccleſiæ exercere in denunciatum, ſi non vult ſe corrigere, & ſi aliter non poteſt pœnitere, niſi privetur officio vel beneficio; poterit illo privari:* & quòd poſſit illum privare, ſi aliter non pœniteat, probat ex verbis Chriſti Domini Matth. 18. *Si Eccleſiam non audierit, &c.* ex quo infertur, Panormitanum non eſſe illius ſententiæ relatæ, in toto rigore, ſed ad ſummum ſentire, quòd ſi ſpes affulgeat, delinquentem per tale medium fore emendandum, & acturum pœnitentiam pro ſuo peccato, Prælatus procedere poſſit ad illam publicam punitionem.

Notanter autem dixi *ad ſummum*; quia loco citato non ſe explicat, an loquatur de peccatis occultis, quæ ſunt in damnum boni communis, aut tertii, an verò de illis, quæ ſolùm ſunt perſonalia, facta enim ſuperius mentione de utriſque, ſtatim concludit citatis verbis non determinando de quibus peccatis loquatur, &, meo quidem judicio, ſolùm loquitur de peccatis illis prioribus, citat enim pro ſe Hoſtienſem *lib.* 5. *in rubr.* de inquiſitionibus *num.* 2. qui licet admittat, Judicem poſſe inquirere, etiamſi delinquens non ſit infamatus, dummodò apud illum denunciatus ſit: ſtatim tamen ſubdit: *Sed non removebitur à beneficio, imo pœna infligetur arbitrariè & occultè*; ergò ſolùm admittit inquiſitionem, & punitionem occultam, quando delictum eſt ſecretum, & alteri non nocet niſi delinquenti; quando enim nocet aliis, benè poterit procedere ad punitionem publicam, ſi ex toto non ſe emendaverit.

Idem dubium eſſe poteſt de mente Vigueriï *lib. inſt. c.* 12. §. 2. *verſ.* 9. citati à Sanchez ubi *ſuprà num.* 2. in favorem hujus ſententiæ; quia Viguerius non explicat, an hoc fieri poſſit, quando non affulget ſpes emendationis per judicialem punitionem, imò meo judicio ſentit contrarium, ſecundùm doctrinam, quam habet *verſ.* 7. *poſt medium*, ubi ſupponit, finem proprium fraternæ correctionis eſſe emendationem proximi, & ſi hæc obtineri poſſit, non reſpiciendum eſſe ad famam, ſi utrumque ſimul haberi non poſſit: ergò quando per nullum medium emendatio obtineri poteſt, ſentit, Deo remittendam eſſe punitionem peccati occulti, & perſonalis, eſto probabile ſit, quod ſit id, de quo loquimur in præſenti. Et quia aliquis facilè decipi poſſet, exiſtimando dictam ſententiam eſſe Alderete, propter id quod dicit *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 9. & 16. Si tamen legatur attentè à *nu.* 19. *uſque ad nu.* 26. *incluſivè*, mox apparebit, quòd expreſsè teneat oppoſitum: & *num.* 9. & 16. ſolùm loquatur de peccatis occultis, quæ ſunt in damnum boni communis, aut minantur damnum alicui tertio, in quibus, ſi ſecreta Prælati correctio nihil proficiat, benè poterit tranſire ad Judicialem, utendo incorrigibilitate pro Accuſatore ficto, ſi voluerit obligare Denunciatorem Evangelicum ad hoc, ut ſit Judicialis. In peccatis tamen ſolùm perſonalibus & occultis, licet probari poſſint, expreſsè tenet oppoſitum, ſicut ſtatim videbitur, & in eodem ſenſu debet intelligi Navarrus in *rubr.* de Judiciis, *num.* 95. ſicut dicemus *num.* 14.

4 Fundamentum præcipuum hujus ſententiæ deſumitur ex verbis Chriſti: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*, ubi videtur Chriſtus dare licentiam, tractan-

tractandi talem incorrigibilem inſtar peccatoris publici, ergò ſicut contra hunc poteſt, & debet procedi cum punitione judiciali & publica, ita etiam contra incorrigibilem, eſto delictum ſit ſecretum, probabile tamen.

Confirmatur hoc illa ratione, in qua ſola ſe fundat præfatus P. Martinus de S. Joseph: nimirum, quòd licet publica punitio non proſit ad emendationem delinquentis, imo potius obſit, proderit tamen bono communi, imponendo frænum, & terrendo cæteros, quod præponderat famæ alicujus particularis.

5 Et ſi aliquis interroget, quomodo, cùm non adſit infamia delinquentis, in dicto caſu Prælatus ad inquiſitionem Juridicam particularem contra eum procedere poſſit, ſuppoſito quòd neceſſarium ſit, eum procedere in delictis occultis, & ſolùm perſonalibus, ſicuti determinant Sacri Canones?

Ad hæc reſpondens duo dicit præfatus Pater. Primum, quòd Prælatus poterit per præceptum & cenſuras obligare illum, qui ei denunciavit delictum tamquam Patri, ut illud denunciet tamquam Judici, tenebiturque obedire, ſicut tenentur & illi, qui habent notitiam delicti, teſtificari; ſupponit enim iſte Author, in hoc caſu denunciatorem Evangelicum poſſe eſſe Judicialem: & ſi licitè poſſit illud facere ſecluſo præcepto, hoc impoſito à Superiore tenebitur denunciare, ſicut docet Bannez 22. *q.* 33. *art.* 8. *dub.* 4. *concluſ.* 6. Ledeſ. in *Sum. tract.* 4. de miſericordia *cap.* 4. *concluſ.* 26. Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *c.* 12. *num.* 44. & alii, loquendo de peccatis occultis, quæ ſunt in damnum boni communis, aut alicujus tertii.

Secundò reſpondet, quòd ſi Prælatus ad hoc noluerit obligare, poterit per aliam viam incedere utendo incorrigibilitate, quæ agit vices Accuſatoris virtualis aut ficti; quemadmodum docent Miranda de *Ordine Iudic. q.* 3. *art.* 2, Villalob. *tract.* 14. *diff.* 5. *n.* 3. cum aliis: & in virtute illius, etiam ſi non adſit infamia, poterit procedere ad inquiſitionem particularem Juridicam, obligando denunciatorem Evangelicum, ad hoc ut teſtificetur, cùm communis ſententia teneat, eum poſſe eſſe teſtem in Ordine Juridico: ſicut etiam poterit obligare alios duos aut tres teſtes, qui habent notitiam delicti, qui omnes tenebuntur dicere & teſtificari veritatem.

Iſta ſententia, in toto ſuo rigore, videtur 6
mihi valde dura & difficilis; tum quia eſt deſtituta Authoribus, qui illam expreſsè teneant, excepto præfato Patre Martino: tum etiam, quia illius fundamenta ſunt debilia, & in re tam gravi nullum habent pondus, quod ut pateat: dico primò; quòd ei verba Chriſti Domini non faveant; nam, ut ſentit Innocentius citatus à Panormitano ubi ſupra, quando delinquens eſt occultus, & habet cæteras dictas conditiones, ſolùm debet tractari, tamquam Ethnicus & Publicanus ab illis, qui ſciunt delictum in ſecreto, non autem in publico, infamando illum; & hujus opinionis ſunt omnes illi Authores, quos poſtea citabimus.

Fundamentum ex ratione petitum eſt, quia ſicut ſtatim probabimus in hoc capite, & in ſequentibus, plus nocumenti quàm boni, accipit bonum Commune ex publicatione peccatorum occultorum perſonalium. Verùm eſto admitteremus, talem publicam caſtigationem delicti eſſe proficuam communi bono, quia tamen eſſet conjuncta tam gravi damno particulari, ſicut inferius patebit, & admittit illa ſententia, nimirum cum hoc, quod eſt pejorari, non poterit illud Judex prætendere per ſolam notitiam, quam habet ex denunciatione Evangelica, cujus finis proprius eſt bonum ſpirituale delinquentis, prout dictum eſt *num.* 1. dicere verò, quod in iſto caſu Prælatus poſſit obligare Denunciatorem Evangelicum ad hoc, ut denunciet judicialiter, videtur omninò falſum: ſed quoniam diſcuſſio hujus difficultatis pendet ex reſolutione illius dubii, an etiam ſecluſo præcepto ſubditus licitè poſſit facere talem denunciationem, illam remittimus ad ſequens Caput, in quo explicabitur, in quo genere peccatorum poſſit quis licitè facere denunciationem judicialem, & quomodo illa, quæ non poteſt denunciare ſecluſo præcepto, nec etiam poſſit denunciare poſito præcepto.

Nec etiam aliud fundamentum, quod aſ- 7
ſumit

ſumit præfatus Author, nimirum incorrigibilitatem poſſe ſubire vices Accuſatoris virtualis vel ficti, facit ad propoſitum pro caſu præſenti; cùm enim illa notitia incorrigibilitatis ſit tantùm mediũ quod aſſumi poteſt intra ordinem Evangelicum, qui eſt ſecretus, non poteſt deſervire ordini Judiciali, præſertim quando non affulget ſpes emendationis in delinquente, cùm hæc (ſicut *num.* 1. diximus) ſit proprius illius finis, ac proinde quod ad talem finem non conducit, ſed potius illi repugnat & nocet, non poteſt illo Prælatus uti in virtute Evangelicæ denunciationis. Unde infertur, illam ſententiam cum eo rigore, quo à citato Authore ponitur, videri parum fundatam.

8 Tertia ſententia dicit, quòd ſi in caſu propoſito conſideratis omnibus mediis intra ordinem Evangelicum poſſibilibus delinquens æſtimatur incorrigibilis, ſperet tamen Prælatus, illum fore emendandum per media ordinis Judicialis, poſſit procedere utendo omnibus illis, quæ à priori ſententia allata ſunt, & per conſequens poterit Prælatus denunciatorem Evangelicum, per præceptum & cenſuras, obligare ad hoc, ut faciat denunciationem Judicialem, vel uti illa incorrigibilitate pro Accuſatore virtuali vel ficto, & in tali caſu tam denuncians, quàm teſtes tenebuntur obedire, & reſpondere Prælato veritatem, tamquam Judici. Et ita ad illùd ipſum tenebitur Reus interrogatus ab eodem.

Si verò nulla ſit ſpes faciendæ emendationis per Judicialem & publicam caſtigationem, non erit licitum ad illam procedere, ſed ad ſummum ſecretò excommunicare poterit delinquentem, ſicut fuit dictum *num.* 3. remittendo cætera ad tribunal Dei: ſuppoſito, quòd peccatum non ſit ſcandaloſum, nec in damnum boni communis, vel alicujus tertii, & delinquens non ſit infamatus.

Hanc ſententiam cum dicta limitatione tenet Soto de Secret. *memb.* 2. *q.* 4. *concl.* 8. Navarr. *d. c. inter verba, corol.* 54. *num.* 160. Et in hoc ſenſu debet intelligi, dum illam ſententiam videtur tangere *in rubr.* de Judiciis *num.* 45. ſequuntur eamdem opinionem Arag. 22. *q.* 33. *ar.* 8. *dub.* 3. Mirand de Ordine Judiciali *q.* 11. *art.* 10. *concluſ. ultim.* Thom. Sanch. *Tom.* 2. *conſil. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 11. *nu.* 8. & Sayr. *in Clav. Reg. lib.* 11. *c.* 14. Petrus de Navar. *lib.* 2. *de reſtit. c.* 4. *dub.* 11. *num.* 232. Noſter Thomas à Jesu *tract.* 1. *cap.* 19. *n.* 8.

Fundamentum hujus ſententiæ quoad utramque partem deſumitur ex verbis Chriſti Domini ſupra relatis, in quibus videtur dare licentiam utendi tali modo, tamquam utili ad lucrandum proximũ, dum alia magis levia & ſuavia non ſufficiunt; & ratio eſt, quia plus eſt, & pluris æſtimari debet, lucrari animam proximi per culpam perditã, quàm conſervare illius famam, & cætera bona temporalia, ergò dum ſpes eſt lucrandi animam proximi, etiamſi fiat cum præjudicio ipſius famæ, vel aliorum bonorum temporalium, utendum erit prædictis mediis, cùm cætera omnia deficiant. Si tamen talis ſpes haberi non poſſit, numquam ordo Evangelicus dat licentiam tranſeundi ad ordinem Judicialem, lacerando famã proximi abſque eo, quòd obtineatur ejus finis, qui eſt lucrari fratrem. 9

Hæc ſententia videtur eſſe D. Thomæ in *quæſtionibus diſputatis*, q. de Virtutibus, ubi inquit: *Servanda eſt fratris conſcientia & fama ſimul, ſi fieri poteſt, alioquin conſcientia ſola, contemptâ famâ.* Et 22. q. 33. art. 7. ubi ſic ait: *Quædam peccata ſunt, quæ ſolum ſunt in malum peccantis, & tunc ad hoc ſolum tendendum eſt, ut fratri peccanti ſubveniatur.* Et paulò poſt ſubdit: *Sed quia conſcientia præferenda eſt famæ, voluit Dominus, ut ſaltem cum diſpendio famæ fratris conſcientia per publicam demonſtrationem à peccato liberetur.* Ergo ſanctus Doctor ſentit, dum non eſt ſpes emendationis, nullo modo procedi poſſe ad publicationem delicti, benè tamen tunc, cùm habetur illa ſpes: in iſto enim caſu charitas, quæ moderatur, & regit ordinem Evangelicum, utitur ordine Judiciali, imperando Juſtitiæ, ut cùm ſuo rigore illam adjuvet ad aſſequendum id, quod per media blandiora obtinere non potuit. Hæc ſententia cum tali moderamine explicata, eſt valde probabilis, & pro tali illam habent (præter jam citatos, qui illam ſequuntur) Bannez, Ledeſma, & Trullench. locis, quæ ſtatim citabimus, & pro illius praxi poterit ſervire id,

id, quod notatum fuit *capite ſeptimo, nu. 1. in fine.*

10 Quarta ſententia, quæ procul dubio mitior eſt & rationi magis conſentanea, ac legibus charitatis, tenet, quod in delictis occultis, de quibus non eſt infamia, & quæ ſunt merè perſonalia, eſto ſint probabilia per duos aut tres teſtes, ſi poſtquam Prælatus adhibuit omnia illa media ad ordinem Evangelicum ſpectantia, adhuc delinquens perſeveret in ſua pertinacia, non poſſit contra eum procedere ad ordinem judicialem publicum, etiamſi affulgeat ſpes emendationis, & per conſequens non poterit cogere per præceptum & cenſuras Denunciatorem Evangelicum, ad hoc ut denunciet judicialiter, nec ut ab eo tollat obligationem ſecreti, non enim poteſt licitè facere: ac proinde non poterit procedere ad inquiſitionem particularem juridicam contra delinquentem in virtute incorrigibilitatis, hæc enim dumtaxat ſervit loco Accuſatoris ficti in peccatis occultis, quæ ſunt in damnum boni communis aut alicujus tertii. Hujus ratio eſt, quia totam notitiam, quam habet Prælatus per denunciationem Evangelicam, habet ſub eadem obligatione ſecreti, ſub qua illam habet denuncians; & ita nec denuncians poterit illam tollere, cùm non ſit Dominus alienæ famæ, nec ipſe Prælatus poterit illâ ſecretâ notitiâ uti ad actiones publicas infamantes delinquentem quoad omnia. Unde præcepta & cenſuræ à Prælato denuncianti, teſtibus & Reo impoſitæ ad hunc finem, erunt injuſtæ, invalidæ, nec ullum habebunt robur obligandi. Hanc ſententiam ſequuntur P. Magiſter Bannez 22. *q.* 33. *art.* 8 *dub.* 4. *concluſ.* 4. Petrus de Ledeſma in Tractatu de miſericordia *cap.* 4. *dub.* 3. *concluſ.* 26. P. Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 43. Alderete *lib.* 1. *cap.* 6. §. 1. *per totum, præcipuè num.* 22. & & 25. Trullench. *lib.* 1 *in Decalog. c.* 5. *dub.* 26. *num.* 8.

11 Probatur primò ratione jam inſinuata; quia eadem prorſus obligatio ſervandi ſecretum, quæ erat in denunciante, in ordine ad conſervandam famam delinquentis occulti, remanet in Prælato per denunciationem ſibi factam tamquam Patri, nam ut advertit Alderete *num.* 20. in denunciatione Evangelica, *Superior in locum ipſius denunciantis ſubrogatur, ut Correctionem ſecretam utiliter faciat, igitur eodem modo ſe gerere debet in ſecreto ſervando & in fama proximi conſervanda ex vulgari axiomate, quòd ſubrogatum debet naturam ejus in cujus locum ſubrogatur, ſervare.*

Deinde doctrina communis eſt, ſicut probabimus, in paragrapho ſequenti, & in capite de Inquiſitione generali, perſonam particularem non poſſe licitè publicare delictum merè perſonale & occultum, tametſi ſit notum duobus aliis vel tribus, & ſi illud publicaret, peccabit graviter ad minus contra Charitatem, & ſecundùm aliquos etiam contra juſtitiam; nam talis publicè infamaret eum, qui habebat famam bonam, ergò ob eamdem rationem non poterit Prælatus uti illa notitiâ ſecretâ, quæ illi communicata fuit tamquam Patri, in ordine ad publicandum & infamandum delinquentem, ſine eo quòd lædatur obligatio ſecreti, & offendantur leges charitatis: neque denuncians poterit ab ipſo tollere talem obligationem, non enim eſt Dominus famæ proximi, ſicut advertit idem Alderete.

Confirmatur hoc, quia denunciatio Evangelica non facit *Notorium Iuris*, nam in illa denuncians non agit de Ordine judiciali, neque Judex facit officium Judicis, ergò ſi ex alia parte non adſit *Notorium facti*, nec infamia, nec damnum alicujus tertii, nec boni communis, ut ſupponimus, nulla ratione Judex habebit Jus ad inquirendum juridicè contra talem delinquentem occultum, ſive per tale medium ſit emendandus, ſive non.

Nec valebit dicere cum tertia ſententia, 12
quando adeſt ſpes emendationis per medium caſtigationis publicæ, benè poterit Prælatus uti tali medio, eſt enim ordinatum ad finem principalem denunciationis Evangelicæ. Dico hanc rationem non ſatisfacere, quia medicina Ordinis Evangelici, quæ applicari poteſt per modum curæ ſpecialis proximo infirmo, debet eſſe proportionata cum fine intento, ſed infamia, & caſtigatio publica non habent proportionem cum curâ peccati occulti, quod non eſt in damnum

alio-

Digitized by Google

aliorum, ergò talis medicina applicari non poteſt. Quòd autem non habeat proportionem, probatur primò, quia medicinæ intra Ordinem Evangelicum, utpotè regulatæ per charitatem, debent ſapere benignitatem, ſicut ipſa charitas, quod tamen non competit medicinis intra Ordinem judicialem, ſunt enim duræ & rigidæ.

Secundò, quia ſicut benè advertit P. Magiſter Bannez cum Authoribus citatis, Ordo judicialis & illius punitiones publicæ ordinantur ad reparanda damna publica & illa, quæ vergunt in nocumentum alicujus tertii Innocentis, ergò ubi non reperitur malum aliquod, quod ſit affectum talibus qualitatibus, non erit licitum uti rigore ordinis judicialis infamando publicè illum, qui habebat bonam famam; præterquam quòd, ſicut dicit ipſe Bannez, & nos diffusè probabimus capite ſequenti, ordinariè ex publicatione delictorum occultorum plus damni infertur Communitati, & ipſi delinquenti, quàm boni: deinde eſto admitteremus, delinquentem pro tunc quoad delictum præſens emendandum, infamia tamen illa publica, quæ manet, illum præcipitabit in aliis occaſionibus ad pejora, quàm erant præcedentia patranda; ſicut teſtari poteſt ipſa experientia. Videtur mihi, quòd derogarem non parum huic doctrinæ, ſi in illius confirmationem non adducerem graviſſima verba P. Magiſtri Bannez, quæ habet in 22. *q.* 38. *art.* 8. *ante quartam Concluſionem*, & in eadem Concluſione: *Quando Correctio publica* (inquit) *non eſt ordinabilis per ſe ad bonum commune, non debet adhiberi propter bonum particulare delinquentis; quia quòd delicta publicentur, ex natura ſua nocivum eſt Communitati; eſt enim exemplum, ut alii ad ſimilia facienda invitentur. Caſtigatio verò publica, quæ ſupervenit ab eo, qui habet curam Communitatis, ordinatur ad remedium illius mali, cujus eſt cauſa publicitas delictorum. Ergo melius eſt, quòd non publicentur per ſe & abſolutè loquendo, quàm quòd publicata puniantur. Ergo perverſus ordo videtur, quòd propter bonum unius (ſcilicet delinquentis) publicetur delictum illius. Non ergò eſt licitum transferre ad publicum forum delictum illius, qui uſque ad tertium gradum Correctionis fraternæ manet incorrigibilis, niſi quando hujuſmodi publicitas eſt per ſe immediatè ordinabilis ad bonum commune.* Et ſi hoc ſentit Doctor tam gravis, etiam quando eſt ſpes, delinquentem fore emendandum per caſtigationem publicam, quid ſentiret, quando non ſperatur aliud bonum vel commodum, niſi illud, quod ſequitur in Communitate ex publica punitione delinquentis occulti, ſicuti tenet ſecunda ſententia? Ex quibus omnibus infertur, media illa Ordinis judicialis non eſſe proportionata pro correctione delictorum occultorum perſonalium, quæ fuêre manifeſtata per denunciationem Evangelicam, & per conſequens illa nec debent, nec poſſunt uſurpari & adhiberi in virtute hujus denunciationis. Cum quo manet ſatisfactum principali fundamento ſecundæ ſententiæ.

Ad illud verò, quod deſumitur ex verbis Sancti Thomæ, reſpondet Bannez *art.* 8. *dub.* 4. *in ſolut. ad tertium*, cum Navarr. *d. cap.* inter verba, *corol.* 59. *num.* 158. quòd ibi per publicam denunciationem S. Doctor intelligat eam, quæ fit coram teſtibus admonitionis ſecretæ, & etiam eam, quæ fit Prælato tamquam Patri, in quantum publicum opponitur illi, quod totaliter & undequaque ſecretum eſt, & eodem modo debet intelligi, quando dicit, quòd *ſervetur conſcientia contemptâ famâ.* Ubi per famam intelligit eam, quam perdit delinquens, (quæ non parva eſt) apud Prælatum, & eos qui vocati ſunt, ad faciendam admonitionem in ſecreto, non verò eam, quam perderet apud omnes per publicam inquiſitionem & caſtigationem.

Legatur S. Thomas in *ſolutione ad* 5. & patebit hanc eſſe ejus mentem, nam ibi loquendo de Prælatis Regularibus, inquit: *Quia Prælatus non eſt Iudex judiciorum occultorum, ſed ſolus Deus, non habet poteſtatem præcipiendi aliquid ſuper occultis, niſi in quantum per aliqua indicia manifeſtantur: puta per infamiam, vel per aliquas ſuſpiciones, in quibus caſibus poteſt Prælatus præcipere eodem modo, ſicut Iudex Sæcularis vel Eccleſiaſticus.*

Id ipſum docet *quodlibeto* 4. *ar.* 12. ergò

Digitized by Google

ſentit, quòd quando non præcedit infamia, vel adſunt manifeſta indicia, vel ſuſpiciones, non poſſit Prælatus procedere ad inquiſitionem particularem publicam in hoc genere peccatorum occultorum, quæ non ſunt in damnum boni communis, vel alicujus tertii, & per conſequens quando dicit: *Servetur conſcientia contemptâ famâ*, debet intelligi non de fama, quæ apud omnes perditur, per Ordinem Judicialem publicum, ſed de illa, quæ perditur apud Prælatum, & teſtes Correctionis fraternæ, & denunciationis Evangelicæ.

Et conformiter ad hoc dicit Cajetanus, *ibidem*, quòd *Inquiſitio propriè loquendo*, quæ eſt Juridica, *non habet locum in proceſſu per denunciationem*, quandò non adeſt infamia; & reddit rationem: *Quoniam inquiſitionem debet præcedere infamia, ita, quòd etiamſi duo vel plures jurent, vidiſſe ſe aliquem commiſiſſe crimen aliquod, & nulla adeſt infamia, non eſt propterea inquirendum, ut habetur* in cap. *Inquiſitionis de accuſat.* ubi dicitur: *Sed neque eſt puniendus judicialiter.* Id ipſum repetit *q. 64. ar. 1.* dando rationem: *Quia peccatum eo ipſo quòd occultum ſit, exemptum eſt ab inquiſitione humana, & judicio humano, quoniam omnia judicia humana ad publicam poteſtatem & ſcientiam ſpectant.* Et cùm hoc nequeat intelligi de peccatis occultis, quæ ſunt in damnum boni communis vel alicujus tertii, neceſſariò intelligi debet de illis, quæ dumtaxat ſunt in damnum illius, qui ea committit. Quòd totum efficaciter confirmabitur ex doctrina ſequentis capitis. Et ita ſentio, hanc ultimam ſententiam communiter ſequendam eſſe, maximè Religioſis, apud quos bona opinio & fama tanti æſtimatur, & momenti eſt pro rebus omnibus: ex cujus amiſſione, graviſſima ſæpè animæ & corporis damna ſequuntur; ut jam nihil dicam, de ignominiæ nota, qua afficiūntur communitates, in quibus ejuſmodi infamati Religioſi degunt.

13 Vix hoc opus meum prima vice lucem aſpexerat, & P. Martinus à S. JOSEPH, Author ſecundæ ſententiæ relatæ *numero tertio hujus Capitis*, parum probans illius impugnationes, in *Defenſorio*, quod fecit pro ſuo libro de Ordine Judiciali, in fine Summæ de Sacramentis, prætendit omninò perſuadere, quòd ſuam ſententiam teneat Panormitanus ubi ſupra, rejiciendo expoſitionem, quam dederam, aſſerens illam eſſe divinatoriam. Et quia non prætendo fundare meam opinionem in verbis aliorum, ſed ſolidis rationibus, obſecro Lectorem, ut notet verba Panormitani ab hoc Authore *num. 2. ſui Defenſorii* relata. *Ego verò* (inquit Panormitanus) *teneo cum Ioanne Andrea, quòd poſſit Prælatus excommunicare, & aliam Eccleſiæ cenſuram in denuntiatum exercere, ſi non vult ſe corrigere*: ubi advertendum eſt, quòd ſi Panormitanus expreſsè loquatur de delinquente occulto, peccato ſolùm perſonali (cùm tamen non conſtet, eum de illo loqui) intelligendus ſit de Excommunicatione & cenſurâ latâ ſolùm corā duobus vel tribus, quibus conſtat delictum, in caſu quo illud negaret, & nollet ſe corrigere, ſicut advertit Soto ubi *ſuprà num. 2.* & verbis citatis immediatè adjungit, quod multum militat contra Auctorem *Defenſorii*, & favet mihi, *Et ſi aliter non poteſt pœnitere, niſi privetur officio, vel beneficio, poterit illo privari ſecundùm illud Chriſti*, Matth. 18. *Si Eccleſiam non audierit, &c.* Ubi dubium non eſt, Panormitanum loqui de caſtigatione publica, privare enim aliquem officio vel beneficio, neceſſariò importat publicitatem, dubitari etiam non poteſt, eum loqui in caſu, quo per talem publicam caſtigationem affulgeat ſpes emendationis in delinquente, ſicut conſtat ex verbis, *& ſi aliter non poteſt pœnitere*, quæ ſine ulla violentia videntur dicere: ſi alia via non ſe voluerit emendare, poterit hæc caſtigatio publica adhiberi. Si tamen per eam non ſperaretur emendatio, non dat Panormitanus licentiam utendi illa. Unde infertur, hanc doctrinam Panormitani eſſe illam ipſam, ſupra citatam pro tertia ſententia *num. 8.* quam ego, ut ſatis probabilem admitto, ac proinde, quando per talem publicam caſtigationem non affulget ſpes emendationis in delinquente, ſed potius timetur, eum in deterius prolabendum, non puto talis ſententiæ fuiſſe Panormitanum, quemadmodum Author Defenſorii prætendit; ex quo patet, meam explicationem divinatoriam non eſſe, ſed

Digitized by Google

ſed in verbis Panormitani ſatis fundatam.

Et *num.* 3. admiratur Author defenſorii, quod citaverim Mirandam, de *Ordine Iudiciali lib.*1.*quæſt* 11.*art.* 8.*concl. ultimâ* pro tertiâ ſententiâ, cùm tamen (inquit) clarè amplectatur meam, quæ eſt ſecunda. Non dubito, quòd hic Author illa verba, quæ citat ex Mirandâ in ſuum favorem invenerit in aliqua impreſſione, vel antecedente, vel ſubſequente illam, quâ ego uſus ſum, factâ Salmanticæ Anno 1601. per Andream Renaut, & aliam, quam poſtea vidi, in quà non habentur illa verba à Patre Martino citata, nec ulla cenſura contra opinionem Soti, & Bannez, imò illam ſequitur in ſequentibus verbis *citatâ quæſtione* 11. *art.*8. Ubi ante quartam concluſionem ait: *Sed dices, quid ſi ſubditus etiam nunc poſtquam eſt admonitus, & à Prælato correptus, & poſtquam crimen ſuum teſtibus poteſt comprobari, non ipſum fuerit confeſſus, nec proponat ſe emendare, ſed protervè & pertinaciter neget? Reſpondeo, & ſit quarta Concluſio, in hoc caſu dicit Sotus, ubi ſupra, & Aragon, & alii multi* 22. quæſt. 33. artic. 8. *Cajetanum hîc ſecuti, quòd ſi nulla ſperatur emendatio Fratris, ſed magis perverſio & major induratio timetur, & peccatum eſt ex iis, quæ ſolùm nocent peccanti, & non ex illis, quæ vergunt in perniciem publicam, & quod in tali caſu eſt à punitione ceſſandum, nec ulterius eſt progrediendum.* Et poſtquam hanc ſententiam Soti pro propriâ poſuerat concluſione, ſubjungit, *ſed dices, quid ſi emendatio ſperetur? Reſpondeo, & ſit ultima Concluſio, quando ex punitione emendatio fratris ſperatur; ſi à Prælato ulterius procedatur, procul dubio procedendum eſt adverſus talem fratrem viâ Iuris, & in hoc puncto, & caſu, & in hoc articulo deſinit via correctionis fraternæ, & incipit via, & Ordo Iudicialis, inſinuatus à Chriſto Domino* Matth. 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tamquam Ethnicus & publicanus. Vnde in hoc caſu jus eſt Prælato ſive Iudici, intrudendi talem ſubditum ſuum pertinacem in carcerem, & juridicè eum ſub cenſuris, & ſi opus fuerit, & expedire videbitur, ſub quæſtione tormenti interrogandi de tali crimine, & tandem confeſſum, poteſt ipſum pœnâ Iuris damnare, vel abſolvere, ſi crimen non potuerit optimè probari.* Hæc fideliter Miranda: abſque eo, quòd dicat aliud verbum in hoc puncto.

Unde infertur, cum vel retractaſſe ſententiam Patris Martini, vel eam in aliis impreſſionibus aſſeruiſſe ſicut præſumo; & ſuppoſito, quod ego non viderim illam, quam habuit P. Martinus, nec viderit ille eam, quam ego habui, benè potuit admirari. Sed quidquid ſit de hoc, etiamſi ſit ſententia Villalobos, ſicut prætendit, ego tamen exiſtimo, non eſſe ita in rigore, ſicut iſte Author vult ſed quando in illo loco, quem citat dicit, in *ſecundâ parte tr.* 4. *diff.* 14. *concluſ.* 4. quòd poſſit judicialiter denunciari, loquitur de delicto occulto, quod nocet denuncianti, in quo habet Jus petendi ſatisfactionem per viam Juris, ſi non poſſit aliâ viâ, qui modus loquendi eſt uſurpatus à Trullench *citato capite ſequenti num.* 12. *circa medium*, & in hâc opinione me confirmat, quia Villalobos paulo infra *tract.*14.*diffic.*6. numer. 5. dicit, *Advertaſemas, que aunque el delito ſe pueda prouar con dos teſtigos, ſino ay infamia, no ſe puede revelar, quando ſe procura el caſtigo del delinquente, como ſe colige del capitulo* qualiter & quando. *Secondo* de Accuſatoribus, *mas quando ſe pretende ſola la enmienda, lo puede y deue decir al ſuperior como a Padre:* ergò doctrina Villalobos, quem citat iſte Author cum hâc concordanda eſt, ad hoc ut ut benè intelligatur. Verùm abſtinere malo ab interpretandis his Authoribus: nec cenſuro hanc opinionem, ſecundum quod reperitur in primâ impreſſione, ſolùm dico, quòd mihi difficilis viſa ſit, eo quòd ſit deſtituta Authoribus, qui illam clarè aſſerant in eo rigore, quo vult P. Martinus, nec conformis ſententiæ illorum, qui ſacris Canonibus, legibuſque veræ charitatis adhærere videntur: difficulter quippe apud eos in illo ſenſu & rigore reperietur.

Pro confirmatione illorum, quæ jam dixi 14
aliud fundamentum adjicere placeat: nam ſi denuncians Evangelicus in hujuſmodi peccatis ſolùm perſonalibus, & ſecretis poſſet fieri denuncians Judicialis & publicus, deberet eſſe propter unam ex his tribus rationibus: vel propter correctionem & emendationem delinquentis, & hoc non; quia ſupponitur deterioſandus: vel ne illius de-

Digitized by Google

lictum maneat impunitum, & nec hoc; quia non poteſt dari delictum ſolum perſonale, quod Prælatus non poſſit debitè caſtigare coram illis, qui illud ſciunt, quemadmodum *cap. 7, num. 3.* dictum eſt: vel tandem propter bonum, quod ex publica caſtigatione percipit Communitas, quatenus ex illâ incutitur metus cæteris, ne ſimili modo delinquant; & neque hoc admittendum propter magna inconvenientia, quæ ex hâc doctrinâ ſequerentur; nimirum poſſe denunciari & caſtigari aliquem in peccatis non exceptis nullâ præcedente infamiâ, quod jam ſufficienter *cap.* 7. impugnatum eſt.

Nec valet dicere, quòd in hoc caſu incorrigibilitas delinquentis ſtet pro infamiâ vel Accuſatore ficto, nam ſicut ex eo, quòd peccatum ſit ſecretum & ſolùm perſonale, nec iſtis duobus vel tribus, qui illud ſciunt, nec Prælato præbet Jus ad publicandum illud, ante incorrigibilitatem, ita nec poſt ipſam, quia tàm ſecreta eſt incorrigibilitas quàm delictum, nec magis nocet unum Communitati, quàm alterum, ergò numquam poterit publicari, nec incorrigibilitas, nec delictum, maximè, quando non affulget ſpes emendationis in delinquente per publicam caſtigationem.

Dicere autem, majus bonum ſequi Communitati ex eo, quòd incutiatur metus & imponatur frænum cæteris per publicam caſtigationem, quàm ex famâ & bonâ opinione particularis delinquentis, ac proinde illud huic anteponendum eſſe, etiamſi delinquens deteriorandus ſit, ego exiſtimo omninò falſum, non ſolùm propter doctrinam *num. 12. hujus capitis & ſequentis* præcipuè *à num. 16.* quòd nempe majora damna proveniant Communitati, quam bona ex ſimilibus publicis animadverſionibus, verùm etiam, quia meo videri tolleretur totaliter Correctionis fraternæ ordo: & hoc quidem ſatis efficaciter probatur ex prædictâ ſententia; nam ſecundum illam majus eſt bonum, quod ſequitur ex publicâ caſtigatione, etiamſi peccatum ſit ſecretum, & ſolùm perſonale, quàm ex fama proximi, aliàs enim publicè caſtigari non poſſet, ergò etiamſi talis delinquens emendaretur & corrigeretur per ſolam denunciationem Evangelicam & ſecretam, poſſet tamen ab iſtis duobus vel tribus, quibus conſtat delictum, judicialiter denunciari, & Judex per præcepta ad talem denunciationem obligare poſſet, ne ſcilicet Communitas tanto bono privaretur, quod ſequitur ex metu & terrore in cæteris. Antecedens eſt fundamentum principale iſtius ſententiæ: Conſequentia videtur legitima, quia quotieſcunque occurrunt duo bona, unum reſpectu alicujus particularis, alterum reſpectu Communitatis, & hoc præponderat, poteſt & debet unuſquiſque procurare majus bonum Communitatis, etiamſi ceſſet minus bonum illius particularis: vel illi immineat damnum aliquod minus: & hoc dictat Jus naturale; quemadmodum patet in partibus, quæ ob tuendum bonum totius ſæpiùs exponuntur gravibus malis.

Quod adhuc magis urget tunc, cùm poteſt obtineri bonum Commune, & illud, quod principale bonum eſt particularis, etiamſi particularis debeat pati aliquod damnum, vel malum minus principale, ergò etiamſi delinquens maneat correctus & emendatus per denunciationem ſecretam & Evangelicam, quod eſt illius principale bonum, & ex publicatione delicti ſequatur infamia, quod eſt malum minus principale, debet tamen cum hoc malo miſceri & conjungi, ne Communitas tàm ingenti privetur bono, quod ſequitur ex publicâ caſtigatione delinquentis emendati ob terrorem & frænum cæterorum. Hanc conſequentiam non concedet P. Martinus, eo quòd deſtruat ordinem Evangelicum: ergò nec etiam debet concedere antecedens, ex quo ſequitur per bonam illationem. Propterea Authores tertiæ ſententiæ, qui admittunt denunciantem Evangelicum poſſe fieri Judicialem, quando eſt ſpes, quòd per tale medium delinquēs ſit emendandus, non admittunt hoc propter bonum, quod percipit Communitas ex publicâ caſtigatione (ſupponunt enim hi Authores, ex talibus delictis Communitatem majora percipere damna, quam bona, propter eorum publicitatem) ſed propter bonum ſpirituale correcti, & caſtigati, quod majoris momenti eſt, quàm propria ipſius fama. Ac proinde, ſi illud obtineri non poſſit, niſi cum diſpen-

Digitized by Google

diſpendio hujus, probabile eſt, quod per tale medium prætendi & procurari poſſit ; quia bonum ſpirituale emendationis multò majus eſt, quàm bonum temporale famæ.

Numero 8. Author Defenſorii ita diſſerit : Volo ſupponere gratis, quod in hoc caſu malè faceret denuncians Evangelicus , ſi fieret Judicialis. Addo nunc, caſu quo denunciatio eſſet injuſta, Judex tamen non malè faceret illam admittendo, quia per denunciationem Juridicam habetur notorium Juris, quod agit vices denunciatoris ficti, & majoris roboris eſt, quàm infamia , citatque pro hâc ſententiâ Alexium , & alios Authores. Verùm , quia hæc doctrina efficaciter impugnatur, meo judicio, *capite* 9. per totum , præcipuè à *num.* 16. non cogit hîc ad majorem impugnationem.

CAPUT NONUM.

De Denunciatione Judiciali.

1 DEnunciatio Judicialis, aut publica aliud non eſt, quàm *Delatio ſeu manifeſtatio criminis Prælato tamquam Judici facta, ut ipſe (ſervato Iuris ordine) provideat , vel de bono communi , vel tertii innocentis.* Alii dicunt quòd ſit *Delatio quâ proceditur ad evitandum damnum publicum, vel tertii innocentis.* Ubi etiam intrat ſatisfactio pro damno, quod accepit denuncians. Varia diſcrimina ponunt Authores & ſpecialiter P. Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *c.* 8. *num.* 2. inter iſtam denunciationem, & Evangelicam ; ad evitandam tamen prolixitatem & confuſionem afferam dumtaxat unam communem & certam : quæ eſt, quòd per denunciationem Evangelicam ſolùm intendatur bonum ſpirituale Correcti per media charitatis & miſericordiæ : per Judicialem verò intenditur bonum ſpirituale , vel temporale Reipublicæ & Communitatis, ubi intrant etiam præventiones damnorum tertii Innocentis : ad bonum quippe commune pertinet, prævenire, ne talibus inferatur damnum vel gravamen.

2 Differt etiam denunciatio Judicialis à propriâ accuſatione, quòd in illâ non obligetur denuncians, nec ad probationem delicti, nec ad pœnam ejus, ſi Judex non probaverit, licet non ſit immunis ab aliquâ pœnâ, quando fecit denunciationem ſine ſufficienti fundamento : imò gravem incurrit pœnam , quando ſub nomine & titulo denunciantis facit ſe Accuſatorem palliatum, ſicut dicetur inferius. In accuſatione verò obligatur Accuſans ad utrumque ; & ob id Accuſatio debet eſſe in ſcriptis, cum cæteris conditionibus , quæ ponentur in ſequenti capite, quod non eſt neceſſarium in denunciatione, quæ poteſt fieri oretenus ſine aliis ſolemnitatibus, relinquendo certificationem & cætera omnia curæ Judicis. 3

Quidam cum Soto de ſecreto, *memb.* 2. *q.* 5. *Ante primam concluſionem* dicunt, quòd etiam diſtinguantur penes hoc, quòd Accuſator determinatè prætendat bonum commune , vel tertii per medium caſtigationis publicæ aſſignatæ à lege, ad hoc, ut cæteri terreantur & impediantur delicta in Rebuſpublicis & Communitatibus, & propterea Judex nequit pœnam à Lege vel jure ſtatutam moderari , ſi delictum plenariè probatum ſit. Loquendò verò de Denunciatore Judiciali, inquiunt, quòd tametſi iſte etiam intendat bonum Commune, vel tertii, non tamen determinatè per medium caſtigationis taxatæ à legibus, ſed per illa media, quæ videbuntur Judici expedire: & ſi Judex procederet per medium rigoroſæ pœnæ à Jure taxatæ, per accidens ſe haberet ad intentum denunciantis.

Ut verum fatear, licet iſta differentia ſpeculativè videatur bona, pro praxi tamen videtur prorſus impertinens, nam ſi ego defero delinquentem ad Judicem , ut in quantum talis publicè procedat, neceſſum eſt , ut puniatur ſecundum probata per proceſſum, ſive deinde pœna ſit ſecundum rigorem legis ſive non: propterea videtur mihi primam differentiam eſſe bonam, nec aliam eſſe quærendam , ſicut affirmat Bannez 22. *quæſt.* 68.

Digitized by Google

*quæſt.*68.*art.*1.*ad* 2. Miranda *quæſt.*13.*art.*2. Leſſ. *lib.*2.*cap.*29.*dub.*12.*num.*103. Layman *Tom.*2.*tract.*6.*cap.*3.*num.*40. Sayrus in *Clavi Regia lib.* 12.*cap.* 14. *num.* 10. cum aliis pluribus: & pro hac advertit Bannez S. Thomam ſub nomine Accuſationis comprehendiſſe denunciationem Juridicam, eo quòd ſolùm diſtinguantur accidentaliter penes obligationem probandi vel non, & remanere ſubjectum pœnæ talionis, & debere fieri in ſcriptis. Ratio, quam pro hoc affert Sayrus, eſt optima; nam denunciatio Judicialis introducta fuit ex eo, quòd pauci reperirentur, qui auderent accuſare, ne remanerent ſubjecti pœnæ, caſu quo non probarent delictum. Et ita quod utrimque intenditur, eſt bonum commune, vel tertii per medium caſtigationis publicæ, & ſolùm differunt, quòd accuſator ſe obliget ad probandum delictum, & ſubeundam pœnam, ſi non probaverit: denuncians autem ad nullum horum ſe obligat, ſed relinquit caſum in manibus Judicis, ad hoc, ut procedat ſecundum quod tenetur ex officio & obligatione, quam habet, quamvis debeat dare notitiam eorum, qui ſciunt caſum, & fundamentorum, quæ habet, ut Judex ſciat, quâ viâ incedere debeat in ordine ad inquiſitionem particularem.

4 Explicata jam natura denunciationis Judicialis, & in quo differat ab Evangelicâ, & etiam ab Accuſatione remanent duo declaranda. Primum, quænam conditiones requirantur ad hoc ut denunciatio Judicialis licitè fiat? Secundum, in quo genere peccatorum poſſit & debeat fieri? pro quorum intelligentiâ advertendum eſt, in omni genere peccatorum ſemper occurrendum eſſe damnis, cum minori diſpendio famæ, & honoris delinquentis, quo fuerit poſſibile; niſi quando delicta & delinquentes ſunt notorii & manifeſti; in his etenim caſibus non eſt cur habeatur ratio famæ, & honoris delinquentis: nam per ipſam notorietatem & publicitatem delicti illam perdidit, & ſcandalum poſtulat ſatisfactionem, ſicut dicetur *num.*7. In aliis verò delictis occultis, quantumvis probari poſſint, & ſint in damnum boni communis, vel tertii, & quantumvis atrocia ſint, debet tamen attendi ad modò dicta, juxta doctrinam datam *cap.*5.*à num.*6.*uſque ad finem.* Unde cùm emendatio & omnium damnorum reparatio plenè haberi poteſt revelando delictum in generali & communi, non debet revelari in particulari: & quando ſufficit manifeſtare delictum, non debet manifeſtari delinquens, & quando ſufficit Denunciatio Evangelica, non oportet uti Judiciali, & cum ſufficit detegere delictum uni ex amicis delinquentis, ut ipſe ſolus eumdem corrigat, non poteſt deferri ad Prælatum, etiam tamquam ad Patrem, & facere contrarium eſſe peccatum grave, ſicut docet Navarrus *dict.cap.* inter verba, *corolar.*58.*nu.* 157. Sayrus in Clavi Regiâ *lib.*11.*cap.*4.*n.*5. & eſt doctrina communis, tradita expreſsè à S. Thomâ *quodlibet.* 11. *quæſt.*12. & 22.*q.*33. *art.* 7. *in corpore*, ubi loquendo de peccatis gravioribus & illis quæ magis ſunt in damnum boni communis, ſicut eſt hæreſis & proditio alicujus Civitatis, inquit. *Quædam peccata occulta ſunt, quæ ſunt in nocumentum proximorum, vel corporale, vel ſpirituale, puta ſi aliquis occultè tractet, quomodo Civitas tradatur hoſtibus, vel ſi hæreticus privatim homines à fide avertat; & quia ille, qui ſic occultè peccat, non ſolùm in ſe peccat, ſed etiam in alios, oportet ſtatim procedere ad denunciationem, ut nocumentum impediatur. Et ſtatim ſubdit, niſi fortè aliquis firmiter æſtimaret, quòd ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet hujuſmodi mala impedire.* S. Doctorem ſequuntur ſui diſcipuli (qui in hâc parte ſunt ſententiæ ejuſdem omnes) ſicut videre licet in Petro de Navarrâ *lib.*2.*de reſt.cap.*4.*n.*185. & 186.

Hoc adeò certum & indubitatum eſt apud P. Suarez in ordine ad denunciationem 5 Judicialem *dict.lib.*10.*cap.*12.*num.*3. ut non obſtante quòd acriter defendat, in ſocietate poſſe delicta ſecreta denunciari Prælato tamquam Patri, abſque eo quòd procedatur per gradus antecedentes fraternæ correctionis, ex eo quod Religioſi Societatis in ſuâ profeſſione renunciaverint juri ſuo, quod ad hoc habebant; nihilominus in ordine ad denunciationem Judicialem dicat, quòd nec in Societate, nec in aliâ Religione fuerit renunciatum

Digitized by Google

annunciatum Fraternæ Correctioni & ſuavi-
bus mediis charitatis: eſſet enim contra ra-
tionem, & decreta Summorum Pontificum
atque Sacrorum Canonum, quæ ſemper re-
quirunt, ut in genere peccatorum occulto-
rum Correctio fraterna & charitativa præ-
cedat Judicialem; & ſi illa ſufficiat, non po-
teſt delinquens per iſtam infamari. Tantam
ſcilicet S. Mater Eccleſia curam bonæ habet
famæ & exiſtimationis ſuorum filiorum,
quantumvis mali ſint & diſcoli, fundatam
in Jure naturali & divino.

Hoc ſuppoſito dico primò, peccata occul-
ta probabilia, quæ ſunt in damnum grave
boni communis, aut tertii (ſecundum dicta
in *cap.6.à num.*8.) abſque eo quòd præce-
dat infamia vel fraterna Correctio, debent
denunciari Prælato, ad hoc, ut provideat de
remedio, aut tamquam Pater, ſi hoc ſuffi-
ciat, aut tamquam Judex procedendo ad In-
quiſitionem particularem Juridicam, niſi in
caſu quo quis firmiter crederet, quòd per
Correctionem fraternam ſtatim occurri poſ-
ſit præſentibus damnis, & illis, quæ immi-
nent in futurum. Et quia in peccatis valde
nocivis, quæ inſtar gangrænæ ſerpunt, & in-
ficiunt, ſicut eſt hæreſis, numquam habetur
hæc emendationis certitudo, & reparatio
damnorum per medium fraternæ Correctio-
nis, abſolutè ſine illâ debent denunciari mi-
niſtris Sacræ inquiſitionis, ad hoc, ut pro-
videant de remedio, vel tamquam Patres, vel
tamquam Judices, ſi ita magis expedire ju-
dicaverint.

6 Dixi autem notanter, niſi in caſu, quo fir-
miter & certò ſperaretur emendatio per me-
dium correctionis fraternæ, ad hoc ut intel-
ligeretur, non ſufficere ſpem probabilem il-
lius; & ratio eſt, quia in damnis certis, cu-
juſmodi ſunt illa, quæ ſunt boni Commu-
nis, vel illa, quæ minantur præjudicium gra-
ve alicui tertio, non ſufficit probabilitas re-
medii, ſed requiritur moralis certitudo: Ita
communiter Doctores cum D. Thoma *ubi
ſupra.* Et advertunt fere omnes, quòd. quan-
do delinquens deſeruit occaſiones peccandi,
& per longum tempus (verbi gratiâ trium
annorum) benè vixit, ſufficiat ad hoc, ut ha-
beatur moralis certitudo de totali emenda-
tione, & ceſſet obligatio denunciandi. Un-
de patet differentia, quam adſignant Autho-
res inter peccata occulta, ex quibus imminet
damnum bono communi, aut alicui tertio,
& inter ea, quæ ſolùm ſunt perſonalia, quòd
nimirum ad hóc, ut in iſtis procedatur per
omnes gradus Correctionis fraternæ, ſuffi-
ciat probabilitas de futurâ emendatione, de-
beatque per illos procedi toties quoties illa
ſperatur, imò etiam in caſu quo de eâdem 4
dubitaretur: nam uti dicit S. Thomas *in* 4.
*diſt.*19.*quæſt.*2.*art.*3.*ad* 1. *Niſi certiſſimis ſig-
nis appareat incorrigibilitas, & exaſperatio
ipſius futura, non debet fraterna admonitio
prætermitti.* In illis verò quæ ſunt in dam-
num boni communis, aut alicujus tertii,
requiritur moralis certitudo, quâ deficiente,
eſto non adeſſet infamia, debent denuncia-
ri Judici, ad hoc, ut ponat remedium eo
modo, quo magis judicaverit expedire:
Ita Caſtro Palao de charitate *Tom.*1.*tract.*6.
*diſp.*3.*p.*13.*num.*7. Suarez de Charitate *diſp.*
8. *ſect.* 6. *num.* 6. cum S. Thomâ. Propte-
rea mihi non ſatisfacit doctrina Peirini de
ſubdito & Prælato *Tom* 1. *cap.* 2. *formu-
lar. numer.* 2. ubi inquit, quod in omnibus
delictis, de quibus mentionem fecimus *cap.*
5. *numer.* 6. *& ſeqq.* præcedere debeat cor-
rectio fraterna, ſi ſecreta ſint, & adſit
ſpes per illam obviandi omnibus damnis,
non tamen neceſſum ſit, talem ſpem reme-
dii eſſe certam, ſed ſufficiat eſſe probabi-
lem. *Sed non puto*, inquit, *eſſe neceſſa-
rium ſcire certo, etiam in his caſibus* (facta
relatione omnium eorum, quorum memi-
nimus dicto cap. 5. numer. 6. & ſeqq.)
*fore emendandum; ſed puto ſatis eſſe, quod
corrigens habeat ſpem probabilem emendatio-
nis, ſicut in aliis peccatis: nam cum iſta cer-
titudo vix poſſit haberi, vix poterit dari ca-
ſus in hac materia, in quo dicta correctio ſit
adhibenda: cum tamen ſæpius probaverim,
omnem caſum, etiam hæreſis, admittere an-
te denuntiationem correctionem fraternam.*

Advertendum tamen eſt, quòd, etiamſi 7
peccata emendata ſint, & ex illis non im-
mineat damnum aliquod futurum, ſi tamen
tàm delinquentes quàm delicta fuerint pu-
blica, debent judicialiter denunciari, ut

Digitized by Google

per publicãm caſtigationem ſcandalo ſatisfiat, & injuriæ, quæ Reipublicæ & Communitati per malam exemplum illata fuit: Ita Silveſter *verb.* Correct. *quæſt.* 5. Navarrus *dict. cap.* inter verba, *corollar.* 65. *num.* 766. Sanchez *lib.* 6. *conſil. cap.* 2. *dub.* 15. *num.* 6. *& alii.* Hoc autem debet intelligi (inquit Sanchez) quando injuria & ſcandalum, quod fuit illatum Communitati per delictum emendatum, non eſt jam quaſi oblitteratum & oblivioni traditum, per bonum exemplum longi temporis, hoc quippe poſito non debet talis delinquens denunciari, etiamſi imponeretur præceptum, & fulminarentur cenſuræ à Superiore: tunc enim jam ceſſavit finis publicæ caſtigationis, quod notandum eſt pro capite de Inquiſitione, ſive illa ſit generalis, ſive particularis.

8 Et quia ſuam habet difficultatem, quando particularis aliquis erit excuſatus à denunciatione delicti, & occulti delinquentis, ex eo quòd poterit timeri damnum grave imminens ipſi denuncianti, ponam hic pauca quædam verba Thomæ Sanchez *dub.* 22. *numer.* 2. cum quibus haud dubiè ſatisfiet omni difficultati, abſque eo quòd multiplicentur caſus particulares: *Nota* (inquit) *hic conferendum eſſe prudentis arbitrio damnum, quod ex denunciatione ſequitur denuncianti, & utilitatem ex denunciatione ſecuturam; poſſet enim tanta denunciationis eſſe neceſſitas, utpotè ad vitandum commune graviſſimum damnum, quod aliàs caveri non poſſet, ut quis etiam cum capitis periculo ad id teneretur.* Itaque, ſi damnum commune præponderet illi, quod imminet denuncianti, debet fieri denunciatio cum periculo proprii damni: ſi verò hoc præponderet damno communi, non obligabitur quis ad denunciandum, non obſtante, quòd fuerint impoſita præcepta & cenſuræ.

Hæc tamen regula non habet locum inter damnum grave proprium, & id quod imminet alicui tertio particulari, licet eſſet gravius, quia in ordine ad illum non me obligat charitas nec Juſtitia, ſicut in ordine ad bonum Commune: quamvis, ſi poſſum evitare damnum grave tertii cum aliquo parvo proprio, debeam facere: debet autem per dictam regulam menſurari obligatio denunciandi, quatenus reſpicit damnum delinquentis: ita ut ſi damnum boni communis, & tertii innocentis præponderet famæ delinquentis, debet fieri denunciatio, non curando de famâ alterius: ſi tamen iſta, & cætera mala illam concomitantia præponderent damno boni Communis aut tertii, non poteſt licitè fieri denunciatio: & ita valde benè dicit Petrus de Navarra *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 4. *numer.* 190. quòd ſi aliqua perſona bonæ famæ & exiſtimationis furaretur rem parvi momenti, non poſſet denunciari, quia ejus fama præponderat exiguo damno temporali tertii. Deſumpſit hanc doctrinam Navarrus ex S. Thomâ in 4. *diſtinct.* 19. *quæſt.* 2. *art.* 3. *ad* 2. ubi concluſit dicendo: *Si autem peccatum vergat in damnum corporale alterius, debet fieri comparatio illius damni ad damnum famæ iſtius, & illi damno, quod præponderat, obviandum magis.* Itaque totum hoc reduci debet ad prudens denunciantis judicium; & ſi ipſe ad hoc reſolvendum non ſit ſufficiens, debet accipere conſilium à perſonis doctis, cordatis & prudentibus. Ita Silveſter *verb.* Correctio *numer.* 4. Soto de Secreto, *memb.* 2. *quæſt.* 4. *concl.* 3. Navarr. de *reſtit. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 185. & 190. Alderete *lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. *numer.* 28. & cum D. Thomâ omnes ejus diſcipuli 22. *quæſt.* 33. *art.* 7. Eſt hæc regula maximi momenti & digniſſima, quæ præ oculis habeatur ab illis, qui in hâc materiâ tam delicatâ deſiderant non errare.

Duæ difficultates ad hoc Caput ſpectantes nobis remanent diſcutiendæ: Prima, 9 utrùm delicta occulta & ſolùm perſonalia (probabilia tamen per duos aut tres teſtes fide dignos) licitè poſſint Prælato denunciari judicialiter, ad hoc ut illa caſtiget publicè, quando præmiſſo Ordine fraternæ Correctionis delinquens ſe exhibet incorrigibilem, vel aliàs non habetur ſpes, cum per ordinem Evangelicum fore emendandum? tunc enim non eſt neceſſarium, quòd præcedat fraterna Correctio, & caſus procedit, quando non adeſt infamiâ publicâ delinquentis, hæc enim ſi adeſſet, non eſt dubium,

Digitized by Google

dubium, quòd talis juridica denunciatio fieri poſſit. Gravis eſt iſta difficultas, & ab illâ pendet notitia ejus, quod tetigimus capite præcedenti; an, ſcilicet, Prælatus poſſit imponere præceptum & cenſuras denuncianti Evangelicè ad hoc, ut denunciet judicialiter, caſu quo delinquens eſſet contumax & incorrigibilis per media Ordinis Evangelici: & utrum, ſi Prælatus impoſuerit præceptum, denunciator evangelicus teneatur obedire. De quo licet non pauca *capite præcedenti à num. 10. uſque ad finem* dicta ſunt, plena tamen & perfecta illius intelligentia pendet ex his, quæ hìc dicturi ſumus. Similiter pendet ab hâc difficultate reſolutio hujus quæſt. an ſcilicet quando Prælatus facit inquiſitionem generalem vel mixtam, quæ fit tunc cùm delictum eſt publicum, & delinquens occultus, unus ex illis duobus vel tribus delictum ſcientibus poſſit manifeſtare delinquentem occultum, qui non eſt infamatus; admiſſo enim, in his caſibus licitè fieri poſſe talem denunciationem ſine præcepto, etſi ſine illo quis non eſſet obligatus illam facere, aut poſſet eam ad aliud differre tempus, certum erit, quòd poſito præcepto ſuperioris tenebitur denunciare obediendo præcepto, ſicut *capite præcedenti num. 6.* dictum eſt.

10 Secunda difficultas eſt, dato caſu quòd denunciatio ſit peccaminoſa ex parte denunciantis, eo quòd ad minus ſit contra charitatem: ſemel tamen factâ utrum Prælatus in ejuſdem virtute licitè poſſit procedere ad inquiſitionem particularem publicam contra talem delinquentem? loquor nunc ſolum, quando denunciatio fit extrajudicialiter Judici, cùm nimirùm non procedit ex officio ſuo ad inquiſitionem generalem neque mixtam; hoc enim relinquitur pro dicendis inferius, ſed quando denunciatio fit in illius domo aut conclavi, ſicut in caſu quo delinquens invenitur incorrigibilis in ſecreto per media Correctionis Evangelicæ, vel quando abſque eo quòd ad hoc deveniatur, immediatè fit ei denunciatio tamquam Judici, eo quòd denuncians non habeat ſpem probabilem de emendatione per ſecretam correctionem.

Prima ſententia dicit, quòd in his delictis perſonalibus occultis probabilibus tamen ad minus per duos teſtes, ſi præmiſſis primùm mediis Evangelicæ Correctionis, delinquens remaneat incorrigibilis, quilibet ex illis, qui habent notitiam delicti, poterit judicialiter denunciare Judici, & per conſequens iſte in virtute talis denunciationis poterit facere inquiſitionem particularem examinando teſtes, & procedendo ad publicam caſtigationem. 11

Primum fundamentum hujus ſententiæ deſumitur ex eo, quod determinatum fuit in capite, *Licet Heli*, de Simoniâ, ubi ad hoc ut denunciatio licitè fiat, ſolùm requirit Pontifex, quòd præcedat fraterna Correctio, non tamen infamia, hanc enim ſolùm requirit ad hoc, ut Judex poſſit procedere ex officio ad inquiſitionem particularem; & cùm denunciatio judicialis, ſit inter cætera unum ex illis, quæ aperiunt viam Judici ad procedendum ad punitionem publicam, quilibet poterit hanc viam aperire judicialiter denunciando, ſi non profuerint media denunciationis Evangelicæ, vel non ſit ſpes, quòd profutura ſint, ſed potius obfutura.

Secundum fundamentum deſumitur ex gravi damno, quod immineret Reipublicæ, 12 ſi hujuſmodi peccata remanerent impunita, vel ſaltem privaretur illo fructu, qui ſequitur ex caſtigatione talium delinquentium ad terrorem cæterorum. Hanc ſententiam expreſsè tenet Pater Martinus à S. Joſeph in ſua Epitome *cap. 6. numer. 12.* & *cap. 2. numer. 4.* ubi ſtatuit, in tali caſu poſſe Prælatum per præceptum obligare denunciatorem Evangelicum ad hoc, ut fiat judicialis, & quamvis dictus Pater *cap. 6.* pro ſuâ ſententiâ citet Leſſium *lib. 2. de juſtitiâ cap. 29. dub. 15. numer. 136.* & *147.* & Julium Clarum *quæſt. 3 numer. 4.* Villalobum *2. part. tract. 14. diff. 5. numer. 3.*

Verum nec iſti Authores, nec illi qui aſſerunt non eſſe neceſſarium, ut denunciationem præcedat infamia ſe explicant, utrùm loquantur de delictis merè perſonalibus, aut de illis quæ ſunt in damnum bo-

 ni

ni communis, vel tertii, aut proprium denunciantis; nam aliqui dicunt, quòd quando agitur de impediendo aliquo malo ſpirituali, vel temporali, ſit licita denunciatio, etiam ſi non præceſſerit infamia; alii verò, illam eſſe licitam etiam tunc cùm agitur de emendatione delinquentis, cum ſpe futuræ emendationis per judicialem caſtigationem, ſicut ſentiunt Authores ſecundæ ſententiæ capite præcedenti relati. Difficile tamen erit reperire Authores, qui inhærendo ſacris Canonibus dicant poſſe fieri denunciationem judicialem in peccatis occultis perſonalibus, probabilibus per duos aut tres teſtes, abſque eo quòd præcedat infamia, attendendo ſolùm ad profectum, quem conſequitur bonum commune ex publicâ caſtigatione talium delinquentium: dixi verò Authores, qui inhærendo ſacris canonibus, quales ſunt Canoniſtæ & Theologi: nam multi Juriſtæ ad hoc non attendunt; nec etiam an præcedat Correctio fraterna vel non: Sic advertit Leſſ. *dub. 15. numer. 139. & deinceps, & numer. 111. dubii 13.* tractando, qualiter in inquiſitione generali, hujuſmodi peccata occulta, etiamſi ſint per tres aut quatuor probabilia, denunciari non poſſint ſecundum ſententiam Doctorum quaſi omnium, ſubdit: *Nec obſtat praxis orbis contraria: nam multi in hâc re peccant per ignorantiam: multi etiam non tam punitionem expectant criminoſi, quàm emendationem, vel mali impeditionem & everſionem.* Et excuſando idem Leſſius hanc praxin Judicum ſæcularium *numer. 132. & ſequenti,* inquit, quòd ob hoc non debeant condemnari, dummodo ponantur debitæ circumſtantiæ, & procedatur ſecundum receptam conſuetudinem locorum, ſi delicta ſint gravia, ſicut, v.grat. furtum, homicidium, ſacrilegium, inceſtus, & alia crimina ſimilia, *Rempublicam turbantia, & non ad nudam punitionem, ſed quia cenſeatur neceſſarium bono Reipublicæ.* Ubi notandum quod (ſicut patet ex his exemplis) licet Leſſius ſentiat talem dari praxin inter Judices ſæculares circa peccata occulta, quæ ſunt nociva bono communi, aut alicui tertio, dicit tamen in ordine ad occulta perſonalia ſolùm, non ſe immiſcere nec Judices ſæculares, nec Eccleſiaſticos. Et Julius Clarus quæſt. 7. ubi hoc punctum tractat magis appoſitè, ad ſtabiliendam ſuam doctrinam inquit: *Et in hoc propoſito, ego omitto ea omnia, quæ de Iure Canonico dicuntur de materia denunciationis.* Nam ſentit Inter Juriſtas illa non eſſe recepta, aut per conſuetudinem contrariam abrogata: & *numer. 5.* dicendo eſſe ſententiam communem Canoniſtarum, etiam Officiales deputatos Reipublicæ non poſſe denunciare, niſi ſolùm crimina notoria vel publica, addit: *Sed quidquid ſit de Iure, contrarium ſervatur de conſuetudine, nam tales Syndici non modò poſſunt denunciare etiam delicta occulta & non notoria, imò ex neceſſitate, officii tenentur ea denunciare.* Et licet, Bernardus Diaz *in practicâ criminali cap. 6.* aſſerat, quòd Miniſtri Reipublicæ debeant, & poſſint denunciare delicta occulta probabilia, & iſta ſit praxis communis etiam apud Tribunalia Eccleſiaſtica, non tamen iſte Author, nec Julius Clarus ſe explicant, quòd loquantur de delictis occultis ſolùm perſonalibus, vel de illis, quæ ſunt in damnum boni communis, aut tertii: & ita debemus præſumere, quòd loquantur de iſtis, ſicut patet ex emplis à Leſſio ſuprà allatis in favorem praxis, quàm iſti Authores defendunt.

Verùm dato, quod apud Tribunalia ſæcularia ſit talis conſuetudo, & praxis, ubi ſicut Fiſcales non attendunt ad leges Correctionis fraternæ, nec in his nec aliis delictis, ita nec infamiam delinquentium: in Religionibus tamen, in quibus non ſunt Fiſcales deputati ad denunciandum, nec viget conſuetudo non attendendi fraternam Correctionem, vel ad hoc, an præcedat infamia, ſed contraria ad conformandum ſe decretis Juris Canonici, quod fundatur in Jure naturali, & divino, ſicut docent Navarrus & alii, non debet attendi hæc doctrina, neque meo videri hæc ſententia, quatenus dicit, ſolùm propter bonum, quod provenit Communitati ex punitione publica talium delictorum, etiam non præcedente infamia, poſſe judicia-

dicialiter denunciari, quando media fraternæ Correctionis non ſufficiunt.

Primò, quia ſicut dicit Soto de *ſecreto*, memb. 2. q. 6. *Satis pacatus & tranquillus eſt ſtatus publicus, ſi publica & notoria peccata non diſſimulentur, & petentibus vindictam reſarciantur injuriæ.*

Secundò, quia excepto Authore relato, neminem reperio etiam inter Juriſtas, qui clarè & expreſsè illud aſſerat, loquendo de peccatis, quæ ſolùm nocent illa committenti: & ut conſtet quanta cum confuſione hac in parte loquantur Authores, videatur Trullench. *lib.* 8. *in Decalog. cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 4. ubi poſtquam dixerat, quòd delicta occulta, quæ non ſunt in damnum boni communis, vel alicujus tertii, nemo teneatur denunciare, vel accuſare, ſubjungit: *At ſi probare illa poteſt, licebit accuſare, quamvis non teneatur.* Verùm inferiùs clarè dicit, ſe loqui de illis delictis, quæ ſunt in damnum accuſantis vel denunciantis, & in tali caſu inquit, ſi voluerit, poterit non facere denunciationem & poterit facere, ſi delictum ſit probabile: cùm ſit in ejus poſitum voluntate & libertate remittere aut non remittere injuriam ſibi factam: de illis autem delictis, quæ nihil horum habent, nec verbum quidem dicit in ordine ad particulares, quos non tangit injuria, nec afficit damnum tamquam partes aggravatas.

Nec etiam favet huic ſententiæ alia doctrina dicti Patris Martini à S. Joseph *cap.* 5. *num.* 22. ubi aſſerit, quòd ſit probabile, inter Religioſos poſſe Prælatum abſque eo quòd præcedat infamia, procedere ad inquiſitionem particularem in quovis genere delictorum, quantumvis etiam occulta ſint, citando pro hac parte Joannem Andream & alios Juriſtas, & fundando ſe in eo, quòd poſtquam Innocentius III. determinaverat in capite *qualiter & quando*, 2. *de Accuſ.* ne fieret inquiſitio particularis, quando non præceſſit infamia addit: *Hunc tamen ordinem circa Regulares perſonas non credimus uſquequaque obſervandum Quæ (cùm cauſa requirit) faciliùs & liberiùs poſſunt ab adminiſtrationibus amoveri.* Unde elicit iſtam conſequentiam: nam ſi contra delictum occultum Superioris Regularis poteſt procedi, & removeri etiam ab officio, etiam nullâ præcedente infamiâ, cur id ipſum nequibit fieri cum cæteris ſubditis Regularibus? dicit etiam huic ſententiæ favere Patrem Alderete *lib.* 1. *cap.* 7. *à num.* 23. poſtea tamen *num.* 26. eſſe ſibi ipſi contrarium. Hæc doctrina non videtur vera, & propter hoc P. Alderete ſe explicat *num.* 26. abſque eo, quòd ſibi ipſi contradicat, ſicut etiam debent cæteri Authores explicari, quos ſtatim citabimus: quia nec Pontifex dicit, Prælatos ſuis poſſe privari officiis propter delicta occulta nullâ infamiâ præcedente; & eſto hoc dixiſſet, non tamen deberet intelligi de delictis ſolùm perſonalibus, ſed de illis, ex quibus imminet damnum bono communi, vel ſunt aliis in ſcandalum. Quod Summus Pontifex dicere intendit, eſt, quòd inter Religioſos non ſit neceſſarium ſervare rigorem Juris, quantum ad ea, quæ ſubſtantialia non ſunt. Et hoc colligitur ex verbis his immediatè antecedentibus, *Illo ſemper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii*, quod eſt illud, quod fit cum omnibus ſolemnitatibus, *Sententia quoque forma ſervetur*: & illicò ſubdit: *Hunc tamen ordinem circa Regulares perſonas non credimus uſquequaque ſervandum.*

Ubi debent notari illa ultima verba, quæ declarant noſtrum intentum, ex quibus concludit dicendo: *Quæ (cùm cauſa requirit) faciliùs & liberiùs à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoveri:* ubi aliud non videtur intelligendum, quàm quòd Religioſi majori cum facilitate, & levioribus ex cauſis poſſunt à ſuis officiis amoveri, quàm ſæculares, ſive deinde ſint ſubditi, ſive Prælati: Quod veriſſimum eſt, nam ſicut advertit P. Suarez *Tom.* 4. de Relig. *lib.* 10. *cap.* 12. Prælatus abſque aliqua culpa ſua, ſi ita magis pro bono communi fuerit expediens, ab officio ſuo deponi poteſt; nam in Religionibus non dantur officia propter aliquod intereſſe vel emolumentum particulare, ſed propter bonum commune: *Unde cùm ex parte Superiorum ſit ſufficiens poteſtas, & inſuper ſufficiens cauſa, poterunt privare officio inferiores Prælatos*

Digitized by Google

tos etiam abſque alia culpa; verbi gratia, vel quia non habent talentum gubernandi, aut prudentiam, vel alias qualitates & conditiones naturales; quamvis hoc ſemper fieri debeat cum matura prudentia & judicio, uſurpando modum talem, qui in minus dedecus cedat Prælati. Ita ſentit P. Emmanuel Rodriguez, qui poſtquam explicaverat *in Tom. 2. q. 19. art. 6.* caput *qualiter & quando* citatum in ſenſu, quo nos, & communiter alii citant; deinde *q. 25. art. 1. & 2.* reſolvit, qualiter Religioſi cum facilitate à ſuis poſſint officiis removeri abſque proceſſibus Judicialibus, & ſine rigore Juris. Et P. Joſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali*, ſequendo doctrinam Rodriguez, fundat eam in verbis prædicti *Capitis* qualiter & quando: *Facilius & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoveri.* Et licet ad hoc ſemper requiratur juſta cauſa, & in ea, maturo cum judicio procedi debeat, nec non benè perpendi modus, quo quis privandus eſt officio, ſicut patet ex his verbis: *Cùm cauſa requirit:* non tamen eſt neceſſarium, eſſe talem, qualis requiritur in aliquo Curato, vel beneficiato, qui privandus eſſet officio vel beneficio, quod poſſidet: nam in hoc requiritur culpa valde gravis, in damnum boni communis: & ſi fuerit perſonalis, debet eſſe ſcandaloſa, quod etiam eſt neceſſarium, quando Prælatus Regularis privatur officio non ob defectum talenti, ſed propter aliquod delictum, quod debet eſſe valde grave; & iſte eſt germanus, legitimus, & verus ſenſus verborum dicti Capitis *qualiter & quando,* non verò ille, quem intendebat P. Martinus à S. JOSEPH, quòd ſcilicet etiam non præcedente infamia, ob quæcumque delicta ſecreta Regulares puniri poſſint: imò nihil magis Pontifex in toto illo capite inculcat, quàm quòd habeatur cura & reſpectus ad famam Religioſorum, & maximè Prælatorum in delictis, quæ non ſunt publica, nec in damnum boni communis.

Et conformiter ad hoc dixerat in capite *qualiter & quando* 1. loquendo de Clericis, qui aſſumuntur pro teſtibus in cauſis perſonarum Eccleſiaſticarum: *Iurent Clerici, quod ſuper his quæ ſciunt, vel credunt eſſe in ſua Eccleſia reformanda, tam in Capite, quàm in membris (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant Inquiſitoribus veritatem.* Si igitur Pontifex ita ſollicitus eſt de fama Clericorum & Prælatorum Eccleſiaſticorum in delictis ſecretis perſonalibus, quam rationem haberet negligendæ famæ Religioſorum, quorum delicta publicata multò majora ſolent afferre damna, ſicut ſtatim probabimus? Et in rei veritate, ſi illatio, quam facit præfatus P. Martinus, quantum ad non curandum infamiam eſſet legitima, haberet etiam locum reſpectu citationis Rei & cæterorum, quæ ſpectant ad ſubſtantialia Judicii, quæ in illo capite enumerantur: & ita ex eodem fundamento inferri poſſet, quòd in cauſis juridicis Religioſorum non ſolùm non deberet haberi ratio eorum, quæ ſunt accidentalia reſpectu Judicii, verùm neque eorum quæ ſubſtantialia ſunt, quod nullus dixit umquam, nec dicere poterit. Unde ſi aliqui Authores inſinuent, quòd etiam non præcedente infamia procedi poſſit in delictis occultis Religioſorum, debet intelligi de illis, quæ ſunt in damnum boni communis, & ſi loquuntur de perſonalibus, intelligitur, quando per Correctionem Evangelicam delinquens non ſe emendavit, & ſperatur, quòd per Judicialem ſe debeat emendare, quod negari non poteſt, eſſe probabile ſecundùm dicta *Capite* 8. *num.* 8. & 9.

Propter quod aſſero cum ſecunda ſententia, quòd hujuſmodi peccata, ſi ex eorum publicatione aliud non ſequatur, quàm terror in cæteris per punitionem, & non præceſſerit infamia delinquentium, non poſſint judicialiter denunciari, etiamſi ex Correctione fraterna nullus fuerit ſecutus fructus, & facere oppoſitum erit peccatum grave ad minus contra charitatem; aliqui enim Authores graves ſentiunt, non peccari contra juſtitiam, quia probabilitas tollit hanc obligationem, ſicut dicemus tractando de Accuſatione. 13

Ut autem clarè pateat fundamentum, quod hæc ſententia habet in authoritate illorum, qui illam ſequuntur, non omittam, eſto nonnihil me extendam, referre verba aliquo-

aliquorum, ſupponendo cum communi ſententia, quòd illi, qui poſito præcepto Superioris non tenentur denunciare, nec poſſint denunciare etiam non poſito tali præcepto, ac proinde omnes, qui aſſerunt illud prius, debent etiam aſſerere hoc poſterius: & id ipſum dicendum eſt de illis, qui poſito præcepto Superioris, non tenentur teſtari de aliquo delicto, quia minus requiritur ad teſtificandum quam ad denunciandum.

Hoc ſuppoſito ponamus primo loco teſtimonium S. Thomæ 22. *q.* 70. *art.* 1. *in corpore*, ubi inquit: *Si requiritur teſtimonium alicujus ſubditi authoritate Superioris, cui in his, quæ ad juſtitiam pertineat, obedire tenetur, non eſt dubium, quin teneatur teſtimonium ferre in his, in quibus ſecundùm ordinem Iuris teſtimonium ab eo exigitur, puta in manifeſtis & in his, de quibus infamia præceſſit: ſi autem exigatur ab eo teſtimonium in aliis, puta in occultis, & de quibus infamia non præceſſit, non tenetur ad teſtificandum.* Si enim ſentit Sanctus Doctor, quòd poſito præcepto Superioris non ſit aliquis obligatus ad teſtificandum in peccatis occultis, quæ non præceſſit infamia, conſequenter ſentit, quòd illa ſecluſo præcepto denunciare non poſſit. Et hujus opinionis eſt Cajetanus in locis quæ retulimus capite præcedenti.

Sequitur hanc ſententiam Soto de ſecreto, *memb.* 2. *q.* 6. *concluſ.* 3. ubi referendo illos caſus, in quibus nonnulli ſentiunt non eſſe neceſſarium quòd præcedat infamia, dicit: *Tertium caſum excipiunt, quando Iudex procedit ad denunciationem publici Officialis; ſed tamen ego non video, quod amplius privilegium habet denunciatio publici Officialis, quàm denunciatio privatæ perſonæ, ſaltem quantum ad hoc. Colligamus ergò quòd quando denunciatio publici Officialis eſt de crimine pernicioſo Reipublicæ, aut de crimine notorio, tunc poteſt ſine infamia fieri inquiſitio: ſed tamen ſi crimen eſt privatum, neque eſt in præjudicium tertii, illud non incumbit Officiali denunciare; & quamquam denunciet, non poteſt fieri inquiſitio abſque infamia, quemadmodum ſi denunciatio fieret ab alia perſona privata.* Quid clarius? & cum eadem claritate id ipſum dixit in *prima concluſione.* Hos Authores ſequitur Petrus de Navarra *lib.* 2. *de Reſtit. cap.* 4. *num.* 220. ubi ita inquit: *Sed certe quamvis dum crimen eſt publicum, licitum ſit ob commune bonum revelare, ut cæteri timorem habeant, tamen quando ita eſt occultum, ut duobus, vel tribus notum ſit, nulla eſt neceſſitas revelandi; non enim ullum eſt ſcandalum, vel notitia talis peccati in populo, ac per hoc boni communis neceſſitas non exigit, ut ille prodatur, & puniatur: cumque conſervari poſſit fama fratris, vera charitas, & fortaſſe juſtitia læditur ex tali revelatione. Vnde in hoc omninò eſt Adriani ſententia amplectenda.*

Cum hac ſententia concordat Caſtro Palao de Charitate *tract.* 6. *diſp.* 5. *punct.* 14. *num.* 3. ubi dicit: *Secundus caſus, in quo ceſſat denunciationis Iuridicæ obligatio, eſt, quando delictum duobus vel tribus tantùm eſt notum: quod intelligendum eſt de delictis, quæ in damnum tertii non vergunt.* Id ipſum ſentit P. Suarez *Tom.* 4. de Relig. *lib.* 10. *c.* 11. *à nu.* 7. *uſque ad finem capitis*, verba illius ſunt: *Atque hinc ſequitur in hujuſmodi viſitationibus non teneri ſubditum interrogatum etiam ſub juramento ad manifeſtandum eum, quem deliquiſſe novit, quando adeò occulta eſt perſona, ut nulla infamia laboret*, & ſtatim ſubdit: *ſed objici poteſt, quia ſubditus poteſt licitè denunciare Prælato tale crimen, etiamſi non præceſſerit infamia, juxta dicta in cap.* 8. *ergò Prælatus in generali viſitatione poteſt ei præcipere, ut manifeſtet quemcunque noverit deliquiſſe, quantumvis ſine infamia. Reſpondetur negando antecedens intellectum de denunciatione judiciali, quæ per hanc generalem viſitationem intenditur: in illo autem capite loquuti ſumus de paterna, ſecreta ac privata denunciatione, facta ſoli Prælato: quapropter oportet attendere, & non eas confundere, neque ab una ad aliam tranſitum inordinatum facere.* Et quamvis *cap.* 12. *num.* 35. videatur dicere oppoſitum, eo quòd præter ſolitum minus clarè loquatur in omnibus illis numeris; ſtatim tamen ſe explicat *num.* 38. *uſque ad num.* 43.

Legatur cum attentione, & apparebit rem ita ſe habere: reſolvit enim, quòd in caſu incorrigibilitatis per ordinem Evangelicum non poſſit Prælatus obligare ad denunciandum

dum juridicè, nec per conſequens illud licebit ſubdito facere, admittendo hoc in peccatis, quæ ſunt in damnum boni communis, vel alicujus tertii: idem ſentiunt Miranda *q.* 13. *art.* 2. *concluſ.* 1. §. *Sed hæc difficultas.* Joſeph de S. MARIA in ſuo *Tribunali*, *tract.* 3. *cap.* 14. §. 2. Quamvis limitatio, quam ponunt iſti duo Authores, ſcilicet hanc denunciationem fieri poſſe ab Officialibus publicis, non habeat fundamentum, ſicut notant Soto ubi ſupra, & Navarrus in *rubrica* de Judiciis, *nu.* 95. Tenet etiam iſtam ſententiam Portel. in *dub. Regul. verb.* Correctio fraterna, *num.* 13. ubi inquit: *Si duo vel tres teſtes denuncient Prælato aliquod crimen ſub juramento, & tale crimen non ſit diffamatum, neque perſona infamata, non poteſt Prælatus illud publicè punire, ſed ſolùm ſecretò paternaliter monere*: Sic tenet N. Thomas à JESU *tract.* 2 *cap.* 3. *n.* 6. & *tract.* 1. *cap.* 15. *n.* 11.

14 Tandem hujus etiam ſententiæ ſunt Authores citati capite præcedenti pro ſecunda ſententia: illi enim ſolùm admittunt talem denunciationem, & inquiſitionem juridicam, in caſu quo habeatur ſpes emendationis per ordinem judicialem, de delinquente incorrigibili, per media Ordinis Evangelici, ſi tamen talis ſpes non habeatur, illam non admittunt ſolùm propter bonum, quod redundaret in Communitatem ex publica punitione, quod citatus P. Martinus à S. Joſeph probare conatur. Tenent hanc ſententiam Authores ſupra citati pro tertia ſententia, quam nos ſequimur; & cum his neceſſariò ſentire debent omnes illi, qui defendunt delicta occulta in inquiſitione generali, vel mixta revelari non poſſe, non obſtantibus cenſuris & præcepto Superioris; quia ſi ſtante præcepto, & quando Judex procedit ex officio judicialiter, tales delinquentes licitè manifeſtari non poſſunt, multò minus poterunt denunciari extrajudicialiter; & cùm Authores, qui illud ſentiunt, quaſi omnes ſint Canoniſtæ & Theologi, ſicut advertit Leſſius, ut ibi citavimus: ferè omnes (exceptis paucis Juriſtis) hæc ſententia habet pro ſe; imò vix inter Juriſtas reperitur aliquis, qui hoc admittat, quando delicta non ſunt in damnum boni communis, vel tertii, cujuſmodi ſunt illa, de quibus hîc loquimur.

Primum fundamentum hujus ſententiæ aliqui deſumunt ex *cap.* licet Heli, *verſ.* cùm igitur, *de Simonia*, ubi cùm Abbas Pompoſianus ab aliquibus Monachis ſui Monaſterii gravi delicto denunciatus eſſet, noluit Pontifex denunciationem admittere, niſi prius conſtitiſſet de infamia. In rei tamen veritate ex hoc capite non poteſt omninò & plenè hæc ſententia probari & convinci. Quia cùm in hoc caſu Abbas conquæſtus eſſet, eò quòd denunciantes eum fraternè prius non admonuiſſent, & hoc ipſum difficile eſſet probatu; petiit Pontifex, an adeſſet infamia delinquentis & delicti; quæ cùm adeſſet, in illius virtute Pontifex proceſſit ad inquiſitionem contra illum, non inquirendo de hoc, an fraterna Correctio præceſſiſſet vel non; nam cum ſola infamia, habebat ſufficiens fundamentum ad inquiſitionem. Et licet caſus hujus capitis non parum faveat huic ſententiæ, eam tamen totaliter non convincit, nam datur locus evaſioni per hoc, quòd ad evitandas lites, Pontifex voluerit ex officio procedere, prætexendo infamiam, & non curando de cæteris.

Textus autem in quo videtur mihi plenè expreſſa, habetur in *capite* Inquiſitionis, §. 3. *de Accuſationibus*, ubi conſultus Innocentius III. à quodam Epiſcopo in ſimili caſu reſpondit ſequentibus verbis: *Tertia dubitationis articulus continebat, utrùm cùm duo, vel plures jurati affirmant, aliquem crimen aliquod eiſdem videntibus commiſiſſe, de quo aliqua infamia non laborat, aliquam pœnam infligere debeatis? Et ad hæc reſpondemus, nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio non præceſſerit, propter dicta hujuſmodi puniendum, quinimò ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi non debere.* Quid clarius ad intentum? & idem quaſi habetur in *cap.* cùm oporteat, *de accuſationibus*, & in *cap.* qual. & quando, 2. *ejuſdem tituli.*

Secundum fundamentum à ratione, in 15
qua nititur hæc ſententia, detexit S. Thomas 22. *q.* 33. *art.* 7. ubi ponderando, quanti facienda ſit fama proximi non ſolùm pro-

pter

Digitized by Google

pter illius bonum, verùm etiam ipſius Reipublicæ, & Communitatis, inquit: *Fama quidem utilis eſt, primò quidem ipſi peccanti non ſolùm in temporalibus, ſed etiam quantum ad ſpiritualia, quia præ timore infamiæ multi à peccato retrahuntur. Vnde quando ſe infamatos conſpiciunt, irrefrenatè peccant. Secundò debet conſervari fama fratris peccantis, tum quia uno infamato alii infamantur.*

Quod inter Religioſos majorem vim habet; nam ſicut S. Auguſtinus Epiſt. ad plebem Hipponenſem dixit: *Cum de aliquibus qui ſanctum nomen profitentur, aliquod crimen, vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit, inſtant, ſatagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur.*

Et ſequendo hanc doctrinam Navarrus in *rubrica* de Judic. *num.* 81. loquendo de hujuſmodi peccatis occultis & ſolùm perſonalibus, ac ſatisfaciendo principali fundamento contrariæ ſententiæ inquit: *Vtilior eſt Reipublicæ quieta conſervatio famæ, & honoris ſuorum ſubditorum, quàm punitio, quâ turbatur Reſpublica, & illi privantur bonis ſuis maximis, quæ ſunt fama & honor.* Et *num.* 56. referendo verba Innocentii III. in *dict. cap.* inquiſitionis, ait: *Longè enim utilius cenſet Eccleſia Chriſtiana ſervare bonam famam Clerici, qui deliquit, quàm punire delictum diſſipando ejus famam. Plus enim nocet exemplum delinquendi, quod ex delicto revelato per punitionem præbetur, quàm condonatio delicti ſecreti.*

Et ſi hoc vim habet inter ſæculares, quanto majorem habebit inter Religioſos; qui dum perdunt bonam famam & opinionem, perdunt totum, & ſe tradunt tandem vitæ licentioſæ, nec deſinunt, donec deſerant ipſam etiam Religionem? Ita graviter advertit P. Alderete *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 13. his verbis: *Experientia compertum eſt, ferè nullos ex illis, qui fuêre in cuſtodia detenti, in Religione perſeveraſſe, ſed tandem vel ipſos diſceſſiſſe, vel à Superioribus ejectos fuiſſe.* Quia videndo ſe dehonoratos per carcerem, & apud cæteros infamatos, redeunt ad vomitum, & in pejora prolabuntur, donec tandem ſe videant extra Religionem conſtitutos. Quæ omnia evitata fuiſſent, ſi delicta occulta charitate fuiſſent cooperta & correpta: & ita proſequendo hoc punctum *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 15. addit: *Cautos oportet eſſe Superiores in delictis inquirendis, ne contra divina præcepta, & jura Pontificia de delictis occultis cognoſcere præſumant, ubi non præcedit infamia & meritò in eos Superiores aliqui invehuntur Authores, affirmantes graviſſimè peccare, quoniam ſubditis bonum nomen adimunt, & infamiæ notam inurunt, quorum bona fama ab aliis non erat læſa, & oportebat illos maximam curam habere & conſervare, ut Deo melius ſervire poſſent, & Religioſorum nomen ubique benè ſonaret: longè enim utilius eſt proximis ſervare bonam famam, quàm punire delictum occultum, quoniam plus nocet infamia proveniens ex crimine per punitionem publicato, quàm illius occultati facta condonatio.* Et in rei veritate, ſicut advertunt Miranda, & P. Joſeph à S. Maria ubi ſupra, durum foret & intolerabile, quod propter dictum trium aut quatuor, contra illos, qui bonæ famæ ſunt, nulla præcedente infamia procedi poſſet. Quod majorem vim habet, quando tales ſunt Prælati, & perſonæ in dignitate conſtitutæ, & multò magis, ſi zeloſi & obſervantes ſint; hi enim ut plurimum ſunt exoſi, & calumniis expoſiti apud aliquos ſubditos inquietos & malè morigeratos, eò quòd adverſentur, & ſe opponant malo eorum procedendi modo, atque vitiis. Ac licet in ordine ad omnes hanc doctrinam Prælati debeant præ oculis habere, magis tamen Prælati Superiores reſpectu Prælatorum inferiorum, ut notatur in *cap.* qualiter & quando, 2. *de Accuſat.* ubi poſtquam dictum erat, qua ratione Prælati ſint poſiti, tamquam ſcopus ad ſagittam, inter ſubditos inquietos & vitioſos, adjungit: *Et ideò Sancti Patres providè ſtatuerunt, ut accuſatio Prælatorum non facilè admittatur, ne concuſſis columnis corruat ædificium.*

Confirmatur hoc quibuſdam verbis Pe- 16
tri de Navarra *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 184. ubi admonet tam ſubditos quàm Prælatos, ut conſiderent ſe eſſe homines fragiles, & ſi Deus illos labi permitteret in aliquod delictum ex prædictis, quid vellent ſibi fieri, *Quod nobis fieri nollemus, aliis inferre par non eſt.* Ac proinde in hujuſmodi culpis, quæ directè non ſunt in damnum boni communis, vel tertii, quantumvis probari poſſint,

Tacendum eſt omnino, in ordine ad Juridica, *& ingemiſcendum, Deuſque exorandus, in cujus manu ſunt hominum corda.* Et ſuppoſito quòd hæc delicta Prælato, tamquam patri denunciari poſſint, de ſufficienti eorum remedio proviſum eſt, & multò magis inter Religioſos, ubi cum prudentia occaſiones delinquendi, & reincidendi removeri poſſunt, ad hoc, ut non dehonoretur Religio, nec illi patiantur ruinam.

17 Hic tamen notandum eſt, quòd quando peccatum occultum eſt in periculo proximo ut manifeſtetur, & inter multos publicetur, benè poſſit denunciari, etiam non præcedente infamia, vel correctione fraterna, ſi hæc non ſufficiat ad perfectam ſatisfactionem: Ita docet S. Thomas *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 2. *art.* 3. *ad* 2 Riccard. *ibidem art.* 3. D. Antoninus 2. *p. ſ.* 9. *c.* 6. §. 4. & alii, quos ſequitur Alderete *lib.* 1 *c.* 5. §. 4. *n.* 25.

Ratio eſt, quia tunc fama proximi non patitur notabile gravamen, eo quòd tale delictum ſecundùm moralem æſtimationem jam reputetur publicum. Pono exemplum, eſt aliquis Religioſus reſolutus ad deſerendum Conventũ, & capeſſendam fugam, quæ ſi alia via impediri nequeat, debet manifeſtari Prælato, ut illũ cuſtodiat, etiamſi opus fuerit, per carcerem, non obſtante quòd inde publica in Conventu ſequatur infamia; illud enim quod adeò vicinum eſt publicationi, pro publico reputatur; & tantum honoris ille perderet fugiendo, quantum ab ipſo tolleret anticipata incarceratio; & ad minus illud ſcandalum evitatur, quod extra Conventum per fugam datum eſſet, cùm in Conventu nec uno nec alio modo impediri potuiſſet: idem enim eſt videre illum carceri incluſum, quia volebat fugere, ac videre illum fugientem, vel fugitivum; ac proinde non imponitur novum gravamen: & hoc verum eſt, etjamſi unus ſolus fide dignus reſciat, additis aliquibus indiciis: melius tamen eſſet in caſu, quo non niſi unus habet notitiam, ponere illi inſidias, ut deprehendatur in fragranti; ſi tamen caſus fuerit probabilis per duos, hoc non erit neceſſarium: & hæc eſt una ex cauſis, & rationibus, ob quas Chriſtus Dominus in Cœna peccatum Judæ inter Apoſtolos publicaverit, quod die ſequenti toti populo manifeſtandum erat, eſto tunc nondum eſſet manifeſtum, niſi aliquot paucis; & id ipſum locum habet in delicto Ananiæ & Saphiræ, *Act.* 5. quando illud S. Petrus publicavit.

Ex quo infertur, quòd illa delicta quæ committunt Religioſi coram duobus vel tribus ſæcularibus, & aliquando etiam coram uno ſolo, ſi ſit ex ordinariis & levioris conditionis hominibus, præſertim ſi eſſent mulieres (quæ patiuntur fluxũm linguæ & nullum ſervant ſecretum) poſſint & debeant denunciari Prælato, vel tanquam Patri, ſi hoc ſufficiat, vel tamquam Judici, etiamſi infamia non præcedat, certò enim quis ſibi perſuadere poteſt, ſtatim hujuſmodi farinæ homines, ad revelanda Religioſorum facta tam proclives, apud cæteros illa delicta ſparſuros: Ita Alderete ubi *ſupra n.* 27. Portel. *verbo* Correct. *n.* 3. Hoc totum tamen maturo examine & prudentia diſcutiendum eſt, & ubique ſervanda charitas: poſſet quippe dari caſus, in quo illi pauci ſæculares, qui delictum viderunt, ſervent ſecretum: quamvis hoc apud homines vulgares rimarum plenos obſervari difficillimum ſit.

Reſtat ſolùm, ut ſatisfaciam cuidam objectioni, quam contra dicta affert Author contrariæ ſententiæ: quæ eſt hujuſmodi: ſi infamia eſt neceſſaria ad hoc, ut denunciatio Juridica licitè fiat, ad quid ſervit denunciatio, ſuppoſito quòd Judex cum ſola infamia poſſit procedere ad inquiſitionem particularem, ſicut conſtat ex citatis Juribus? Confirmatur hoc ex *capit.* qualiter & quando, 2. *de accuſ.* ubi licet Pontifex ad inquiſitionem particularem requirat præviam infamiam, quando Judex procedit ex officio, ad denunciationem tamen ſolùm requirit præviam correctionem fraternam ſecretam, ergò ſentit non eſſe neceſſariam infamiam ad hoc, ut licitè talis denunciatio fiat. 18

Reſpondeo ad multa ſervare talem denunciationem. Primò ad hoc ſervit, ut Judex in ejus virtute procedat in delictis occultis, quę directè ſunt in damnum grave boni cõmunis, & tertii, & impediantur mala, quæ ex talibus peccatis timentur, in quibus ſufficit denunciatio, etiamſi non præcedat infamia, prout probatum remanet.

Secundò valet ad hoc, ut Judex accipiat notitiam

Digitized by Google

notitiam illorum deliƈtorum, de quibus eſt infamia, non enim ſemper illorum habet notitiam, & ut diligentiam adhibeat inquirendi illa.

Tertiò valet ad hoc, ut cum omni certitudine & ſecuritate Judex poſſit procedere ad inquiſitionem particularem contra Reum denunciatum; nam ſecundùm probabilem opinionem non ſufficit ſola infamia ſine aliquo alio, benè tamen, ſi cum illa jungatur denunciatio in opinione omnium.

Ad confirmationem dico; ibi Pontificem non loqui de denunciatione judiciali publica, ſed de denunciatione Canonica & Evangelica, quæ quaſi idem ſunt, in quantum regulantur per leges charitatis, ſicut explicabimus in *cap. ſeq.* de Accuſ. ubi huic difficultati adæquatè ſatisfiet.

19 Ex diƈtis facilè reſolvitur ſecunda difficultas, quã propoſuimus; an ſcilicet, quando quis in caſu recenſito illicitè facit denunciationem, Prælatus illã poſſit admittere licitè, & in virtute illius procedere ad inquiſitionem particularem, & publicam contra ſic denunciatum.

Ad quod cum Authoribus citatis negativè reſpõdetur: & ratio colligitur ex modò facta deciſione: quia nemo poteſt deordinatè ſuũ proximum infamare, nec ad hoc concurrere.

Deinde cùm ex ſupra diƈtis conſtet, illum deordinatè ſuum proximum infamare, qui publicat illius peccatum ſecretum, & dumtaxat nocivum ipſi peccanti; per conſequens peccabit etiam Judex, qui ad talem publicationem concurrit; maximè quando talis denunciatio fuit extrajudicialiter facta; nam ſicut benè advertit Portel. ubi ſup. n. 16. *Superior non poteſt Reum ſecretum publicare, etiam ex licentia denunciantis, quia nec denuncians, neque Prelatus ſunt Domini famæ denunciati, ut patet ex lumine naturali.* Dixi, quando denunciatio fit extrajudicialiter, nimirũ, quando non inquirit Judex ex Officio per inquiſitionem generalem vel mixtam: quando enim procedit inquirendo uno ex his duobus modis, dicetur in capite *de Inquiſit.* quid poſſit, & debeat facere. Hanc ſententiã expreſsè tenet Soto de Secreto, *memb. 2 q. 6. concl. 1.* ubi ſic ait: *Quãvis quiſpiam denunciet Prælato crimen ſubditi, & ſint duo aut plures teſtes jurati conſcii criminis, Prælatus nec punire poteſt pœna publica, nec procedere ad inquiſitionem, niſi infamia præceſſerit aut clamoroſa inſinuatio.*

Dicit præterea hanc concluſionem eſſe cõmuniter receptam ab omnibus Theologis & Juriſtis: & hoc etiamſi denunciatio fiat per publicum Officialẽ: ita etiam arbitratur Sanchez *lib. 6. Conſ. c. 3. dub. 19. n. 14.* addendo, quòd quando aliqui Doƈtores dicũt, Judicem poſſe procedere in virtute denunciationis factæ per Officialem publicũ, ideò dicant, quia ſupponunt, quòd illa fieri non poſſit, niſi in criminibus publicis & notoriis, & addunt, quòd ſi aliquod deliƈtũ occultum cederet in damnum alicujus tertii, & denuncians non intenderet impedire damnum, ſed ſolùm punitionẽ, nec iſte poſſit denunciare, nec Judex licitè ex tali motivo inquirere.

Caſu non diſſimili omnia hactenus diƈta confirmari poſſunt. Demus caſum, Judicem per aliquam ſcripturam inventam, aut aliud medium ſecretum extrajudicialiter ſcire ab uno ſubdito coram duobus, vel tribus commiſſum fuiſſe deliƈtum aliquod perſonale, de quo non eſt infamia, non poterit licitè uti tali notitia ad publicandum caſum per Inquiſitionem particularem Juridicã: & idem dico, ſi Prælatus extrajudicialiter audiviſſet ipſum delinquentem fateri deliƈtum, quod commiſerat coram tribus vel duobus (ſicut probabitur in *capite de Inquiſit. particulari*) quia in nullo horum caſuum adeſt *Notorium Iuris*, per quod ſolùm caſus honeſtari poſſet, hoc enim ad ſummum cauſat notitiam, quam accipit Judex, quando exercet ſuum officiũ; ubi etiam eſt ſua difficultas, ſicut patebit inferiùs, declarando quomodo non ſufficiat qualecunq; *Notorium Iuris*, ad hoc, ut Judex poſſit licitè procedere: ergo denunciatio extrajudicialis facta contra charitatem & juſtitiam non poteſt Judici tribuere Jus ad infamandum delinquentem occultum, procedendo ad inquiſitionem particularem contra illum; hoc enim eſſet injuſtè concurrere ad infamandum illum. 20

Unde ſequitur, quòd ſi in diƈto caſu Prælatus non poſſit licitè admittere denunciationem judicialem, nec in virtute ejus procedere ad publicam caſtigationẽ, nec etiam poterit obligare per præcepta & cenſuras, ut 21

Digitized by Google

ſubditus illam faciat in tali caſu, nec etiamſi delinquens eſſet incorrigibilis per media fraternæ correctionis, ſicut ſentiunt omnes Authores citati *capite præcedenti*. Sic puto dubio ſatisfactum illi, quod ibi ad hunc locum remiſimus. Cætera attinentia ad modum quo ſe Prælatus erga denunciantes debet gerere, in *capite ſequenti* declarabuntur.

Tandem hic advertere cogor, quod R. P. Martinus à S. JOSEPH, pro prima ſententia ſupra *num.* 12. citatus, in ſuo *Defenſorio* manifeſtè inſinuet, ſe graviter tuliſſe, quòd ego dixerim, illum ſequi primam ſententiã, tanquam probabilem, cùm ipſi hoc, ne quidem tranſierit per imaginationem; & quia nolo contendere verbis, ſed agere rationibus, referam fideliter verba ipſa Authoris, proprio idiomate, ex ſua *Epitome cap.* 5. *à num.* 20. *uſque ad* 22. *incluſivè*, ubi poſtquam retuliſſet opinionem communem requirentem, ut infamia præcedat in delictis occultis, &c. demptis illis, quæ ibi referuntur & excipiuntur, ſequentia adjungit: *Mas de lo que pensé me alargo en tratar del modo de proceder, acerca de la inquiſition particular, porque es el que ordinariamente pratican los Pralados. A algunos de ellos he viſto tan ſcrupuloſos y cenidos con la dotrina commun, que gaſtan muchiſſimo tiempo en deslindar, ſi la infamia llego a ſer de tantos, ſi eran, o no tan calificados los Religioſos, de quien procedia, que nunca acaban de quietarſe, ni ſe determinan à proceder, y ſe quedan los exceſſos por caſtigar, con gran damno de Religion. Haſta a ora he referido lo che dice el derecho, y los que ſcriuen ſobre el, pero es neceſſario aduertir, que fuera de los dichos ay graviſſimos autores, que enſennan, que el ſuperior puede proceder de officio, a inquiſicion particular, en peccados ſecretos, ſin que preceda infamia*, y cita algunos, y luego proſigue, *y aunque Soto y Nauarro ſiente que el proceder de officio, ſe entiende ſolamente en crimines notorios, o divulgados por infamia, por el Capitolo* qualiter & quando, de Accuſationibus, *ay autores graves que affirman, que la coſtumbe ha intr ducido en toto el mundo, que los ſuperiores inquieran de officio de peccados occultos, ſin que preceda infamia, o petition de fiſcal, y que ſe guarda aſi en el fuero Eccleſiaſtico, en toto el mundo. lo affirma Bernardo Diaz in* praxi cap. 6. nu. 3. *y otros, y anade Bernardo Diaz, que ſi ſolos los delictos de que ay infamia, ſe hauieran de caſtigar, muchos quedaran ſin caſtigo, y la naturaleça humana inclinada al mal ſi deſliſara en graues crimines, y no ſi pudiera viuir ſeguramente, y que eſto peſa mas que la fama de los particulares.*

Para provar lo dicho ſe da otra razon apretada, y es que el proceder à inquirir precediendo infamia, es coſa ſolamente determinada por el derecho poſitivo, y no por el natural y divino, porque aunque es conforme a eſto y al natural lo que determina el poſitivo, es coſa, que no eſta mandada en parte alguna por derecho divino, como lo aduierten bien Soto y otros: y arriba en el cap. 4. num. 8. ſe a viſto, quan amplos privilegios tienen las Religiones en orden à proceder en los proceſſos y delictos de los Religioſos ſola rei veritate inſpecta, adonde ſe declaro, como ſe entiende eſto: y ymporta mucho para entender lo que ſe va tratando, demas de que eſtando (come va dicho) pueſto en coſtumbre proceder de officio, ſin que preceda infamia puede introducir la coſtumbre lo miſmo que la ley.

De mas de lo qual aun ſin alegar raçones tan apretadas, han tenido hombres doctos, que ſe puede inquirir ſpecialmente contra Religioſos ſin preceder infamia, la raçon que dan, no es poco fuerte, y es, que deſpues de auer ordenado Inocencio III. no ſe hicieſſe inquiſition particular ſin que procedieſſe infamia, C. qualiter & quando, *anadio* hunc tamen ordinem circa Regulares perſonas non credimus uſquequãque obſervandum, quæ (cùm cauſa requirit) facilius & liberius poſſunt ab adminiſtrationibus amoveri. *Pues ſi contra el delicto oculto del ſuperior regular ſe puede proceder y quitarle el officio, ſin que preceda infamia, ſiendo mas neceſſaria la conſervacion de la fama en los Prelados, como lo affirma en el dicho cap. el miſmo Inocencio, porque non ſe podra hacer lo miſmo con los demas ſubditos regulares. El Padre Alderete* lib. 1. cap. 7. à num. 23. *da algunas deſtas raçones, y convencido con ellas dice, tiene por mas verdadera eſta opinion de Iuan. Andrea, aunque deſpues en el nu. 26. es contrario a ſi miſmo. He tradado la materia con la major claredad, que me ha ſido poſible para aiudar a los Prelados e Scrupuloſos, que aunque me parece mui acertado, que ſe ſiga el camino ordinario, de que preceda infamia a la inquiſicion particular,*

mirando

Digitized by Google

mirando por la opinion y fama de los Religioſos, con todo eſto no es bueno çennirſe demaſtado. Lo che importa es proceder con livertad chreſtiana ſin temer donde no ay para que. Haſtenus præfatus Martinus, cujus doctrina videtur mihi non oppugnari illis, quæ in præſenti capite diximus: hoc unum admiror, quod exiſtimet ſe à me læſum, eo quod dixerim illum aſſerere eſſe probabilem ſententiam affirmantem, quòd non requiratur infamia in peccatis occultis, cùm tamen in gratiam & confirmationem illius fecerit totum diſcurſum præcedentem? quòd ſi dicat, ſe per hoc voluiſſe tollere ſcrupulos, & adjuvare Prælatos; peto, quomodo tollat ſcrupulos cum illâ doctrina, ſi ſentit eam non eſſe probabilem? quomodo illos animat? cur illam confirmat tot rationibus, & textibus? quomodo eruit illam conſequentiam ex capite *qualiter & quando*? quomodo inquit; multùm importare, quòd procedatur cum libertate Chriſtianâ, & non moveamur timore, ubi non eſt timor? ergò ſentit illam ſententiam eſſe valde probabilem; totus enim diſcurſus illius hoc indicat, & parum intereſt, quòd hoc verbis formalibus non aſſerat, dummodo id reipsâ oſtendat, illudque probet tot rationibus, animando ſuperiores ad hoc, ut illum ſequantur; ac proinde in vanum ſe defendit, & negat id, quod in ſuo libro tàm apertè fatetur & plenis buccis; & hoc quid eſt aliud, quàm quod excluſum fuit per porticum, admittere per feneſtras?

CAPVT DECIMVM.

De Accuſatione.

1 EX dictis capite præcedenti facilè nos expediemus ab aliquibus difficultatibus, quæ in præſenti moveri poſſent, eo quòd Accuſatio non differat à denunciatione judiciali ex parte finis, ſicut ibi probatum manet, ſed ſolùm ex parte aliquarum conditionum, quas hîc ponemus.

Dico igitur breviter, quòd in illis delictis, in quibus non poteſt habere locum denunciatio Judicialis abſque præviâ infamiâ, etiam nequeat habere locum accuſatio, & ideò in delictis occultis & ſolum perſonalibus, imò in illis quæ ſunt contra bonum commune vel aliquem tertium, ſi ſcilicet non ſint de eorum numero, de quibus *cap. 6. à num. 8.* loquuti ſumus, non habet locum accuſatio, etiamſi probari poſſint duobus vel tribus teſtibus, nec Judex per accuſationem, ſi facta fuiſſet, acquirit aliquod Jus ad inquirendum particulariter.

Fundamentum hujus ſententiæ ſunt ea omnia, quæ allata ſunt capite præcedenti circa denunciationem judicialem: non enim video illa minus habere robur hic, quàm ibi; nec puto aliquem dicturum oppoſitum, dummodò illa attentè conſideret; & ita ſolùm addo, hujus opinionis eſſe expreſſè Sylveſtrum *verbo* inquiſito. 2. *p.* 4. ubi agendo de *Accuſatore*, qui eſt is, qui procedit faciendo ſe partem in cauſâ, inquit: *Cùm autem inquiritur contra determinatam perſonam ad petitionem partis agentis contra eam, primò Iudex deſcendens ad Inquiſitionem, debet inquirere de famâ perſona delata, quam ſi diſfamatam invenerit, procedat, teſtes admittendo: aliter non eſt in Inquiſitionis negotio procedendum contra ipſum* cap. *cum oporteat,* de accuſationibus. Hoc ſuppoſito ſolùm aliqua reſtant explicanda, quæ pertinent propriè ad veram & rigoroſam Accuſationem.

2 Communior & magis recepta definitio, vel deſcriptio *accuſationis* eſt illa, quam tradit Silveſter *verbo* Accuſatio Felinus *in rub.* de accuſat. *num.* 3. Julius Clarus *lib.* 5. §. *fin. quaſt.* 12. his verbis: *Accuſatio eſt delatio Rei de crimine commiſſo facta coram Iudice competenti ad vindictam publicam, legitimâ interveniente ſubſcriptione.*

3 Quæ verò ad legitimam accuſationem concurrere debent, ſunt ea quæ ſequuntur. Primum, ut fiat in ſcriptis, vel ſaltem loco Accuſatoris ſcribatur à Notario præſente il-

lo, & ab Accuſatore ſubſcribatur, ita ut exprimatur nomen accuſatòris, accuſati, & delictum: & hoc fieri debet, ſive Accuſans ſit Officialis publicus deputatus ad accuſandùm, ſive ſit perſona privata, & particularis. Secundum, ut Accuſans obligetur ad probationem delicti: & ſi non probet, ferat pœnam talionis, quæ eſt illa, quàm meretur accuſatus, ſi remaneret convictus: licet, prout advertunt Doctores, & ſtatim dicemus, pœna talionis per S. Damaſum Papam introducta, hodie in uſu vix ſit: debet tamen alia pœna ad arbitrium Judicis imponi juxta culpæ modum, ſi Accuſans non probaverit: Ita Lezana *cap.* 27. *num.* 24. cum aliis. Tertium, ut Accuſans juret ſe non accuſare animo calumniandi, aut inferendi malum, ſed zelo juſtitiæ, & ut delicta puniantur ob commune bonum. Quæ omnia in ſcriptis per accuſationem exprimi debent.

4 Aliqui volunt, in Accuſatione non ſolùm debere poni diem, quâ delictum commiſſum eſt, verùm etiam horam: hoc tamen non requiritur, Ut expreſsè habetur in *l. libellorum, ff. de accuſationibus*, & ita docent Aretina in ſuâ *praxi c.* 6. Lezana *Tom.* 1. *cap.* 27. *numer.* 22. quia hoc eſſet nimis reſtringere Accuſantium poteſtatem: facilè enim quis oblíviſci poteſt horæ, diei & hebdomadis, quâ delictum commiſſum eſt, idcircò ſufficiet ponere annum & menſem. Debet autem determinari dies, menſis & annus, quo fit Accuſatio, ad hoc ut de illâ conſtet & probari poſſit. Non immoror in referendis textibus & Authoribus pro modò dictis, cùm certa ſint & indubitata, & ſufficere poſſint illi, quos ſupra retulimus quantum ad noſtrum faciebat intentum: qui plures videre cupit, legat Julium Clarum ubi *ſupra quæſt.* 12. *à num.* 9. Navar. in *rub. de* Judiciis, *& legem libellorum citatam* cum ſuis Expoſitoribus, noſtrum Philippum à SS. Trinitate *Tom.* 3. Curſus ſui Theolog. *Tract.* 2. *de Iure & Iuſtit. diſp.* 8. *quæſt.* 68. & noſtrum Urbanum ab Aſcenſione in ſua *Theologia morali Tract.* 3. *cap.* 12.

5 Inter Religioſos non debet admitti modus procedendi per viam rigoroſæ Accuſationis, turbatur enim pax, & arguit inimicitiam atque defectum charitatis, difficile enim eſt, quòd ſub prætextu & pallio boni communis, aut alicujus tertii, quod Accuſator ſe intendere fatetur, non miſceatur aliquid de fermento vindictæ propriæ, odii, & inimicitiæ; quam ob cauſam in Regno Galliæ, & aliis quoque ſunt prohibitæ Accuſationes, & non admittuntur: tum etiam, quia vix eſt dabilis culpa aliqua inter Religioſos, quæ per viam denunciationis Evangelicæ, vel Judicialis emendari non poſſit, hoc quippe pacto Prælatus poteſt punire delicta, abſque eo quòd periculo exponatur pax & quies denunciantis ſimul & aliorum, tum cogitur procurare, & ſolicitare teſtes, & in memoriam reducere delicta aliena, aliaque plura facere, quæ dedecent ſtatum Religioſum: ita ſentiunt P. Suarez Tom. 4. de Relig. lib. 10. c. 12. num. 45. Noſter Thomas à Jesu *Tract.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. Lezana ubi *ſupra*, noſter Stephanus à S. Paulo in ſua *Theologia Morali* Bruxellis edita, *Tract.* 4. *de Iure & Iuſtitia diſp.* 10. *dub.* 2. *num.* 14. P. Joſeph de S. Maria in ſuo Tribunali *Tract.* 3. *c.* 16. §. 4. addendo, quod ſi per viam denunciationis remedium haberi poſſit, numquam Accuſatio neceſſaria ſit. Attamen ne præſens Tractatus imperfectus remaneret, & quia etiam interReligioſos caſus dari poteſt, in quo propter commune bonum quis accuſare tenetur, ſicut docet P. Suarez & alii, non abs re viſum fuit omnia iſta proponere, & illa quæ ſequuntur, adjicere.

Julius Clarus exiſtimat cum nonnullis aliis, Accuſatorem habere obligationem probandi plenè delictum, ut effugiat pœnam, ſub quâ obligatur, & cum ſemiplenâ probatione non manere liberum: colligunt hoc inter alios textus ex c. *ut circa* de Elect. *lib.* 6. Sed Navarrus in manuali *cap.* 25. de calumniantibus *tit. de peccat. rei accuſati num.* 35. *& ſequentibus* cum Aretinâ *cap.* 5. & aliis, inquit ſufficere ſemiplenam probationem, cum hâc enim Judex habet jus juridicè interrogandi Reum, eumque torquendi, & Reus ſimiliter tenetur fateri veritatem. Additque Aretina cum Alderete *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 9. & alii, Accuſatorem excuſari à pœnâ gravi, ſi probaverit, ſe ſaltem habuiſſe cauſam veroſimilem ad faciendam conjecturam de veritate delicti, ſeque non accu- 6

ſaſſe

Digitized by Google

falſe ex malitiâ, ſed rectâ intentione, & in ordine ad hæc tribuendum eſt illi tempus: quòd ſi non ad ſufficientiam ſe purgaverit, debet puniri pœnâ arbitrariâ, ſicut conſtat ex *cap.* inquiſitionis, §. *quæſiviſti*, de accuſat. & ex *gloſſa cap.* 2. de Calumniat. verſ. *calumniandi*. Debet autem iſta purgatio fieri duobus aut tribus teſtibus fide dignis, qui jurent, ſe credere, quòd talis delator non proceſſerit tamquam calumniator, eo quòd ſit Perſona Religioſa abſque paſſionis amaritudine, & bonæ conſcientiæ, nec unquam ſolitus fuerit infamare proximum: cum quo cadit præſumptio, quæ poterat eſſe contra illum: & ratio hujus eſt, quia ſolus ille eſt verus Calumniator, qui accuſat de crimine falſo: & Calumniator præſumptus, qui voluntariè & ſponte defert crimen aliquod, quod probare non poteſt: & uterque cum rigore puniri debet, ſicut docent Maſcardus 1. *Tom. conſ.* 254. Farinacius 1. *Tom. prax. quæſt.* 16. *num.* 11. Menochius *conſ.* 145. *n.* 10. & alii communiter.

7 Aliqui tamen caſus ponuntur ab Authoribus, in quibus Accuſans excuſatur à pœna, etiamſi non probet.

Primus eſt, cùm ſcilicet agitur de delictis graviſſimis, verbi gratia, de falſificatione monetæ, & ſimilibus: in quibus ad hoc, ut Accuſatores non deſint, aut denunciantes, Jus tollit præſumptionem calumniæ *l.* 1. *C. de falſificat. moneta*. Secundus eſt, quando accuſatus erat infamatus de delicto *l. miles* §. mulier, *ff. de adult.* Tertius eſt, quando audivit delictum à perſonis fide dignis *cap.* inquiſitioni, *de ſentent.* Excommunicationis. Quartus eſt, quando teſtes deceperunt accuſatorem promittendo teſtificationem delicti, & deinde non ſteterunt promiſſioni *gloſ. in cap.* Paulum 2. *quæſt.* 3. Verùm prout benè notat Panormitanus, ſi in his caſibus accuſans non ſe purget modo dicto, tamquam calumniator puniendus eſt ad Judicis arbitrium.

8 Notatu digniſſima pro Prælatis eſt doctrina Mirandæ *quæſt.* 11. *artic.* 2. *concluſ.* 2. & aliorum, quòd nimirum aliquando Accuſator ſub ſpecie, & nomine denunciantis ſimulanter ad hoc, ut agit ſic excuſetur à pœnis accuſatoribus impoſitis, caſu quo delictum non probaret: ex modo tamen quo denunciat (ſi benè attendatur) poteſt illius malitia cognoſci, & perverſus animus: nimirum ſi denunciet ſollicitando Prælatum ad hoc ut puniat delinquentes; & ſe exhibeat ad præſentandos teſtes ſine eo quòd petantur; & his perſuadere conetur, ut in tali caſu teſtentur reducendo illis in memoriam etiam illa, quâ altâ jam oblivione ſepulta erant, nec non eoſdem inſtiget, ut dicant de delicto tamquam de re ſibi certiſſima, cùm tamen de illo aliud non ſciant, quàm id quod ipſe illis retulit, certificando eos, quòd, cùm pro perſonis fide dignis habeantur, licitè hæc præſtare poſſunt. Tales quoque exagerant delictum, ex pigmeo facientes Herculem, ex culice elephantem & ex muſcâ camelum, ponderantes & in ſtaterâ appendentes minutiſſimas etiam & impertinentes circumſtantias, & ad hunc finem citant jura & leges, quarum pœnis deſiderant puniri delinquentem, tamquam earum transgreſſorem: denique affirmant, ſe illa non dicere per modum accuſationis, ſed denunciationis dumtaxat, ut reſarciatur damnum bono communi illatum. Et ſequentibus etiam ſignis dignoſci poteſt qualitas & mens denunciantis, quando ſcilicet denunciat res ſecretas, quæ ſcandaloſæ non ſunt, nec vergunt in damnum boni communis, aut alicujus tertii, aut jam ex toto emendatæ ſunt: denique qui non obſervat ordinem juſtitiæ, & charitatis, ſi per ignorantiam non excuſetur, inſtar Accuſatoris haberi debet, & Calumniatoris palliati.

Hujuſmodi farinæ delatoribus non debet 9
Prælatus bibulas credulaſque præbere aures, nec admittere eorum denunciationes, donec de caſu à cordatis, prudentibus, gravibus, nullâque paſſionis amaritudine & fermento conſperſis maturam acceperit informationem, durum enim foret, propter unius vel alterius, imò etiam plurium dictum abſque ulteriori prudentium, cordatorum & proborum examine ſtatim contra denunciatum procedere, ita ut Prælatus contentus ſit, ſe plenam caſus habere probationem, cùm tamen poſſit habere contrariam magis exactam, ſi Religioſi majoris fidei & authoritatis examinentur, Et ideò ſicut ſupra diximus, tractando

Digitized by Google

tractando de infamiâ, in his caſibus non tàm attendi debet ad numerum perſonarum, inter quas mala opinio ſparſa eſt, quàm ad qualitatem & conditionem eorum, qui teſtantur: unde pluris fieri debet, perſonam aliquam, in communitate viginti Religioſorum bonæ famæ eſſe apud ſex vel octo viros graviores magiſque probos, quam eandem malè famæ eſſe apud reliquos, qui ſint vulgaris conditionis, inquietive: de quibus haud immeritò timeri poteſt, quod nonnunquam agantur ſuis paſſionibus, minuſque ſectentur veritatem. Quamobrem malè faciunt Viſitatores, qui duorum, trium vel quatuor,, imò unius nonnunquam tantùm relatione moti Prælatum corripiunt, nullo alio graviorum, & prudentiorum circa caſum præcedente examine. Attamen ſi tales denunciatores inſtarent, ad hoc ut eorum admittatur denunciatio, & ſi non admitteretur, cōquererentur apud eos, qui remediare poſſunt, quod eſſet denunciare per modum actionis, ſeu uti dicunt, ita ut denunciator ſe partem conſtituat, Prælatus debet illos admonere, quòd caſu quo admittatur denunciatio & delictum non probetur, vel conſtiterit, eos ſecundum juſtitiam, & charitatem non proceſſiſſe, eâdem pœnâ puniendi ſint, quam delinquens mereretur, ſi convictus eſſet, aut aliâ gravi ad ſuum arbitrium.

Et addit Miranda, tales oportere obligari ad probandum delictum, quòd ſi obligare ſe nolint, nihili facienda ſint, quæ dicunt.

Nec contra hoc valet dicere, denunciantem non obligari ad probationem delicti, neque ad pœnam talionis: Primò, quia tales licet ſe nominent denunciatores, ſunt tamen in re ipſâ Accuſatores palliati, ac proinde ſubjacent eidem obligationi, tàm ad probandum, quàm ad pœnam, cui ſubjacent veri & reales Accuſatores: ſecundò etiamſi admitteremus, eos ad probationem non teneri, non tamen excuſantur à pœnâ, ſi delictum non probetur, nam quando communiter dicitur, denunciantem non obligari ad probationem, non eſt ita intelligendum, quaſi eximeretur à pœnâ illis accuſatoribus debitâ, qui non probant, ſed quòd ad illum probatio non ſpectet, verùm ad Judicem, qui illam tenetur facere ex officio, ex eo quòd admiſerit denunciationem: Ita docent Julius Clarus *qu.7.in fin.* Villalob. *2.p.tr.15. diff.5.num.3.* Alderete *lib. 2.c.23.nu.7.* Maſcard. de probat. *Tom.1.conc.505.num.1.* Farinacius in *praxi Tom. 1.qu.16.num.11.* cum aliis, probando illud ex diverſis textibus, qui omnes in hoc conveniunt, quòd quantum ad pœnam nullum debeat eſſe diſcrimen inter accuſatorem & denunciatorem voluntarium, qui eſt ille, qui denunciat non ex officio.

Ratio, quam adducunt: eſt, quia eo ipſo quòd delictum non probetur, tàm denuncians, quàm accuſans præſumuntur calumniatores, niſi, prout ſupra diximus, probaverint, ſe habuiſſe ſufficientes cauſas ad hoc, ut decipi potuerint. Præter Authores citatos tradunt eamdem doctrinam Antonius de Butrio, Panormitanus, Felinus, & alii, quos ſequitur, & citat Alderete *loco citato num. 9.* Et licet hoc practicari debeat in omnibus denunciationibus, & accuſationibus, maximè tamen in illis, quæ fiunt contra Prælatos, cùm plerumque plures habeant æmulos, quemadmodum alibi dictum fuit.

Et quia in initio cauſarum Judicialium, 10
ut plurimùm majores ſolent committi defectus & errores, qui ut tollantur, operæ pretium duxi, ponere hic aliquas advertentias non parum ad praxin conducentes, tàm in ordine ad denunciationes, quàm accuſationes.

Prima eſt, ut Prælatus benignè & patienter audiat delatorem, ne per ſuam aſperitatem impediat ſimilia remedia, quando ſunt neceſſaria: non tamen propterea ſtatim debet admittere accuſationem, vel denunciationem, ſed ſolùm attendere ad ea, quæ de delinquente dicuntur. Et ſi delator interrogatus quomodo ſciat delictum, reſpondeat, ſe illud probaturum, indaget quâ ratione & viâ, vel ſi determinet teſtes, recipiat eorum nomina. Si dixerit, eſſe publicum, notet: quo facto, eum exhortetur, ut ſe quietet, ſe curaturum ut fiat juſtitia; & ſecundum notitiam & lucem, quam de caſu perceperit, ex officio procedat, inquirendo ſi

habeat

Digitized by Google

habeat fundamentum ſufficiens, vel relinquendo, ſi non habeat. Et hoc modo plurima evitabuntur inconventia, inimicitiæ, atque inquietudines in Religioſis Communitatibus. Ideoque optimè aſſerit Pater Joſeph à Sanctâ Maria in ſuo Tribunali, *Tractatu 4. cap. 10. §. 3.* quòd in Religionibus modus procedendi in cauſis judicialibus reduci debeat ad Inquiſitionem ex officio, utendo delatoribus & Accuſatoribus ſolùm in ordine ad accipiendam caſus notitiam.

11 *Secunda* advertentia magni ponderis & momenti eſt; maximè pro Viſitatoribus & Provincialibus, qui primum munus ſuum gerere incipiunt, nondum habita ſuorum neceſſaria notitia Religioſorum aut ſubditorum. Hæc, ut facilius percipiantur, demus exempli quòd aliquis ex odio & rancore, quem contra alium concepit, à Deo derelictus, depoſuit contra eumdem falſum teſtimonium in materiâ gravi; & ut facilius ad malum intentum pertingeret, prius magnâ cum ſagacitate de illo peccato apud aliquos illum infamavit, ita ut notitia ad totam Communitatem, vel ſaltem majorem ejus partem pervenerit. Venit Provincialis ad viſitandum, & in generali Inquiſitione, perverſus hic Religioſus non vult facere Accuſatorem, ſcit enim ſe non poſſe probare delictum: & ideò ſolùm dicit: talis commiſit tale delictum, tota domus de hoc habet notitiam, & ego ſum teſtis oculatus; loquar etiam de illo juridicè. Quid in tali caſu faciet Provincialis? Neſcit hanc eſſe falſiſſimam & palmarem calumniam: ex alterâ parte adeſt infamia, & teſtis oculatus; ſi non procedat ad Inquiſitionem ſpecialem, videtur quòd non ſatisfaciat obligationi ſuæ ſecundum juſtitiam: ſi illam faciat, præſentaneum adeſt periculum, ſi falſa & præſtigioſa ſit impoſitio, infamandi innocentem per Judicialem ſtrepitum, faciendo peccatum notorium *Notorietate Iuris,* quæ aliàs non adeſſet: quid igitur tali Prælato agendum eſt?

Reſpondeo dato, quod in caſu propoſito adſit infamia, contra taliter infamatum non ſtatim debet juridicè procedere ad formandum proceſſum, ſed potius figat oculum in ambas perſonas; utramque benè conſideret, delatorem & denunciatum, ſi illos noverit ſin minus, informet ſe apud Religioſos fide dignos de utriuſque ſtatu ac qualitatibus: & ſi invenerit, infamatum fuiſſe bonum Religioſum, obſervantem & bonæ famæ atque opinionis, maximè in materiâ, quæ ipſi imputatur, in quâ hactenus nunquam fuit ſuſpectus: & viderit alterum eſſe hominem diſcolum temerarium, & loquacem: habita ſolâ hâc notitiâ ſibi perſuadeat, ſe jam multum proceſſiſſe in ordine ad liquidandam veritatem. Quòd ſi etiam notaret inter utrumque aliquam antipathiam (mirum quippe eſſet, illum, qui innocentem in materia gravi falſo accuſat, non ea laborare) jam adhuc majorem lucem in cauſæ notitiâ lucratus eſſet.

Debet deindè ulterius progredi, petendo ab unoquoque, à quo talem rumorem audiverit; & ſi invenerit omnia tandem reduci ad ipſum denunciantem, addendo hoc reliquis, quæ jam dicta ſunt: & ſuppoſito quod in jure (prout dicemus in ſequentibus) teſtis, qui ſe ſponte offert ad teſtificandum contra alium, non citatus à Judice, vel à parte præſentatus habeatur pro ſuſpecto, ejuſque dictum Reo non præjudicet? ex his conjecturis deveniri poteſt ad talem caſus, & cauſæ notitiam, ut præſumi poſſit illum calumniatorem eſſe, alterum verò innocentem. In tali caſu non convenit Prælatum procedere ulterius, ſed poterit denuncianti ſerio minitare debitas falſæ columniæ pœnas, quæ admodum graves ſunt, & ſi eum ex hoc non parum turbari, ex facie advertit: & titubantem, parumque verbis conſtantem animadvertit dum interrogatur iterum de caſu, ejuſque circumſtantiis, tamquam pro convicto de falſitate habeat: ſi tamen hanc præſumptionum conſonantiam non reperiret, & delator ſigna & indicia ita particularia exhiberet, quæ probari poſſint, nec non infamia, præter delatoris depoſitionem aliud præberet fundamentum, in tali caſu ex officio procedat ad inquiſitionem particularem contra denuncia-

Digitized by Google

ciatum, faciatque juſtitiam ſecundum allegata & probata. Eſt autem punctum hoc maximè animadvertendum & præcipuum ex illis, quæ in hâc materiâ ſe ſe offerre ſolent.

Tertiò advertendum, quòd Prælatus non ſolùm poſſit refutare & repellere accuſationes falſas, malignaſque denunciationes, ſicut docent Bald. *l. cum Cleric. C. de Epiſc. & Cleric.* Jaſon in rubricâ, *ff. de edendo*, Blancus *in praxi crim.* §. datis defenſionibus *numer.* 3. & conſtat ex c. *qualiter & quando* 2. de accuſationibus, verùm etiam eſto jam illas admiſerit, ſi tamen poſtea illas malè factas & defectuoſas repererit, poteſt abrumpere jam inchoatum proceſſum nec permittere, ſeu ulteriorem progreſſum: eâdem quippe authoritate qua potuit illas non admittere in principio, poteſt etiam illas non proſequi, cum adverterit illegitimas, injuſtas & defectuoſas eſſe.

Imò addit Aragonius 22. *quæſt.* 68. *art.* 5. & Miranda *quæſt.* 15. *art.* 9. quòd, etiamſi accuſationes & denunciationes juſtæ ſint, quemadmodum ſunt illæ, quæ ad ſatisfactionem boni communis ordinatæ ſunt, vel alicujus particularis, poſſint nihilominus illas Prælati repellere, quando ipſis conſtat, eas ex alio capite magis obeſſe poſſe, quam prodeſſe communi bono, per proceſſum ad Judicialem cauſam, quod relinquitur Prælati diſcretioni, & prudentiæ, & maturo à perſonis expertis accepto conſilio.

Ultimò advertendum eſt, quòd quando Prælatus, vel Judex libellum aliquem, aut ſcripturam ſine ſubſcriptione recipit, & idipſum intellige, etiamſi ſubſcriptione firmata ſit, dummodò in perſonæ ſubſcriptæ notitiam devenire non poſſit, in quâ refertur grave aliquod proprii ſubditi delictum, in eâque habeatur, eum de tali delicto infamiâ laborare, nihili facienda ſit in ordine ad procedendum contra talem ſubditum, licet in aliquo caſu ad hoc ſervire poſſit, ut in ſuo regimine circumſpectiùs oculatiùſque procedat.

Doctrina hæc apud omnes Doctores recepta eſt, & ideò nullum cito. Dixi, quando illa ſcriptura ſubſcriptione caret, hanc enim ſi habeat, & perſona ſubſcripta Prælato nota ſit, aut ſaltem nota eſſe poſſit, ab eâdem perſonâ debet informationem de caſu accipere, quis nempe illius habeat notitiam, an adſit infamia & de ſimilibus. Quæ maturè diligenterque examinanda & diſcutienda ſunt, præſertim quando tales ſcripturæ ſæcularium ſunt, non omni exceptione majorum: deprehendi quippe in hac materia mirabiles praxes & technas ad bonis Religioſis, ſuam famam, bonumque nomen adimendum; & qui tales conficiunt ſcripturas, ſolent habere intentiones ac prætenſiones parum rectas ne dicam perverſas: & unum, ad quod maximè Prælati debent advertere, eſt, ne fidem dent ſimilibus ſcripturis contra tertium aliquem editis: ex hoc enim non parum periclitari & labeſcere poſſet bonum eorum regimen, ipſorumque & ſubditorum pax, & tranquillitas turbari: maximè ſi illi perſonæ, de quâ illa ſcriptura loquitur, Prælatus malè affectus ſit, ex tali ſiquidem affectu & paſſione res cæteroquin ferè nullum habentes fundamentum evadunt veroſimiles: & è contra quando adeſt affectio, fundatiſſimæ incredibiles. Ideò inter cætera documenta, quæ Divus Bernardus *lib. 2. de conſider. circa finem* Papæ Eugenio dedit, hoc unum tamquam principale erat his formalibus verbis: *Eſt item vitium, cujus ſi te immunem ſentis, inter omnes quos novi ex his, qui cathedras aſcenderunt, ſedebis (me Iudice) ſolitarius, quia veraciter ſingulariterque levaſti te ſupra te juxtà Prophetam.*

Et ſi ſcire cupias, quale vitium tàm pernicioſum hoc ſit, à quo tam ægrè & difficulter immunes ſunt illi, qui ad clavum ſedent regiminis, ſcito quòd ſit: *Facilitas credulitatis, hæc eſt, cujus callidiſſima vulpecula, magnorum neminem comperi ſatis caviſſe verſutias. Inde eis ipſis pro nihilo ira multa, inde innocentium frequens addictio, inde præjudicia in abſentes.* Verba omni ponderatione & conſideratione digniſſima, Prælatorum mentibus imprimenda, ut cauti ſint in credendo his, qui ſcribunt aut loquuntur, eſto aliàs perſonæ graves ſint, contra tertium: aliàs teſte præfato Sancto graviſſimæ inter ipſos Prælatos cauſantur inquietudines, & inter ſubditos irreparabilia damna.

Pro

Pro complemento eorum omnium, quæ hoc capite dicta ſunt, lubet hic ſubjungere notatu digniſſimam doctrinam Peirini de ſubdito & Prælato *Tom. 2. cap. 2. formular. num.* 8. valdeque conſonam legibus charitatis, & muneri Paterno, ac officio Advocati, quod prælati Regulares debent exercere. *Prælatus* (inquit) *antequam denunciationem Iuridicam admittat, à quâcunque perſonâ illa fiat, debet denunciantem interrogare, an Correctionem fraternam per ſe vel per interpoſitam perſonam adhibuerit, quòd ſi dictam Correctionem indebitè omiſerit, non debet Iuridicam denunciationem admittere, ſed ſolùm Evangelicam, ita Thomas* à Jesu de Viſit. Reg. tract, 1. cap. 17. num. 5. *imo, ait, Griſol. de* Judic. regul. cap. 16. numer. 68. *quòd debet denunciantem interrogare præſtito juramento. Quam doctrinam hauſerunt ex Cajet.* 22. quæſt. 33. art. 7. in reſp. ad 1. *& ego ei libenter ſubſcribo; nam docet in Religionibus omnia per charitatem gubernari & malignis pro poſſe eſt reſiſtendum. Unde quando Prælatus olet, denunciantem eſſe malignum; quantacunque ſit authoritatis, non debet ejus denunciationem admittere, neque etiam audire debet denunciantem, qui denunciat virum eximium, ac probatæ vitæ, & per plurimos annos in Religione laudabiliter converſatum, & hoc quamvis denuncians ſit vir eminentiſſimus, & aliàs piiſſimus; aliquando etiam iſti tales (vaſa enim lutea ſumus omnes) ſe præcipitant in proximi oppreſſionem, & depreſſionem, quod lugendum quidem eſt, ſed compatiendum noſtræ fragilitati*: Hæc præfatus Author ſatis piè & religioſè.

CAPUT XI.

De Inquiſitione.

1 Triplex eſt *Inquiſitio; prima* dicitur *generalis*, & eſt illa, in quâ Judex, ſive Prælatus ex officio per edicta, & mandata publica non determinando perſonas, aut delicta viſitat ſuam Rempublicam, vel communitatem, præcipiendo ut ad ipſum deferantur delicta commiſſa, ut de competenti provideatur remedio. *Secunda* dicitur *mixta*, quia ex unâ parte dicitur ſpecialis, ex alterâ verò generalis; exempli gratiâ, cùm Judex ex officio facit Inquiſitionem de modo procedendi Petri in ſuo munere, non determinando aliquod delictum, eo quòd nulla præceſſerit infamia: vel è contra, cum delictum eſt publicum, delinquens verò occultus: ſicut ſi in platea inveniretur homo occiſus, & non ſciretur homicida, poteſt Judex inquirere de delicto, non tamen de aliquo delinquente in particulari, cùm nulla de aliquo in particulari habeatur infamia, vel aliquid aliud æquivalens. *Tertia* abſolutè dicitur *ſpecialis*, & eſt, cùm Judex inquirit de delicto & delinquente, quia in ordine ad utrumque ſufficiens habet fundamentum. In hoc capite ſolùm agemus de Inquiſitione generali & mixta, & in ſequenti de ſpeciali.

§. I.

De Inquiſitione generali.

2 Dictum fuit in principio hujus Tractatus, quòd Judices & Prælati præſertim Eccleſiaſtici non ſolùm poſſint, ſed etiam teneantur viſitare ſuas Communitates ſemel in anno, aut ſæpiùs, ſi judicaverint expedire: etiamſi nulla urgeat infamia, aut aliqua pars poſtulet, ſed ex ſolo officio, inquirendo in communi; an ſint aliqua delicta, quæ puniri mereantur: an leges & Conſtitutiones Religionis ſint in viridi obſervantiâ, & alia hujuſmodi: duo tamen circa præſens punctum notanda ſunt.

Primum, Quòd in ordine ad hoc, ut fiant tales viſitationes, non ſit neceſſum præcedere aliquam infamiam de delictis vel delinquentibus, prout patet ex praxi communi,

Digitized by Google

& omnium ſtatuum Eccleſiaſticorum, nec requiritur, quòd Judex accipiat juramentum à teſtibus, quos ad deponendum arceſſurus eſt, quia proceſſus Juridicus non incipit ab hâc Inquiſitione, ſed à ſpeciali, & propterea communiter dici ſolet, Inquiſitionem generalem eſſe præparatoriam ad ſpecialem, vel ſicut inquit Navarrus *dict. cap.* inter verba *corol. 63. numer.* 182. non eſſe Judicium deciſorium ſed præparatorium: Sic Alderete *lib. 1. cap. 7. numer.* 4. & ex noſtris Philippus à SS. Trinitat. *Tom. 3. in 2. 2. Tractatu 2. de Iure & Iuſt. diſp. 8. quæſt. 67. art. 3.* Urbanus ab Aſcenſione in ſua *Theolog. Moral. ac Canon. Tract. 3. cap. 8.* Franciſc. Bonæ Spei *Tom. 5. ſua Theolog. Tractat. 1. de Iure & Iuſt. diſp. 4. dub. 2.* Stephanus à S. Paulo *loc. cit. diſp. 10. dub. 1. numer.* 8. cum multis aliis. Si tamen in aliqua Religione eſſet conſuetudo accipiendi juramentum ab his, qui aliquid deferunt in generali Inquiſitione (ſicut affirmat Victorinus *cap. 9. numer.* 1. illam eſſe in ſuâ) non deberet condemnari, ſicut nec quando Prælatus illud acciperet, cùm conveniens judicaret ad magis certificandum ſe de veritate,

Unde infertur, quòd, ſi Prælatus accipiat notitiam alicujus delicti ſecreti, per litteras alicujus ſubditi abſentis, aſſerentis caſum eſſe cognitum aliis duobus, vel tribus ejuſdem Conventus, ſeque illud delictum deferre, ad hoc ut illud tamquam Pater corrigat, & emendet, ipſe verò judicet inconveniens advocare talem Religioſum, qui ſcripſit, & illos, qui ab eodem pro teſtibus allegati ſunt, poſſet alicui Religioſo gravi & prudenti, tenaci ſecretorum, negotium commendare, vel aliâ viâ & modo (dummodò non cauſetur aliqua nota), imponere præceptum, ut ſub juramento, tàm ille, qui ſcripſit, quam teſtes à ſcribente nominati dicant, quod circa caſum ſciunt, & ut ſe ſubſcribant: aſſecurando illos ſe hoc facere non in ordine ad procedendum publicè contra delinquentem, ſed ad certificandum ſe de caſu, & corripiendum illum ſecretò, & avertendum damna, quæ rationabiliter timeri poſſent: & ſupradicti tenebuntur obedire: hoc enim medium charitati, & prudentiæ eſt maximè conſentaneum, præſertim ſi perſona, adverſus quam ſcriptum eſt, ſit gravis & bonæ apud cæteros opinionis, imò multò magis, ſi eſſet Prælatus.

Duo autem notanda ſunt. Primò, quod in tali Inquiſitione generali pro teſtibus admitti poſſint cujuſvis conditionis perſonæ, eſto aliàs ad denunciandum judicialiter, aut accuſandum habiles non eſſent: nam in tali caſu Prælatus non inquirit in ordine ad puniendum, ſed corrigendum inſtar Patris ſecretò, & ad informandum ſe, an ſint delicta, quæ per viam Inquiſitionis ſpecialis, & Juridicæ inquirere poſſit. Ita docet Frater Joſeph à S. MARIA in ſuo Tribunali *tr. 3. cap. 3. §. 7.* & idcircò in talibus Viſitationibus non debet aſſiſtere ſecretarius, ſed totum per ſe ipſum ſecretò Prælatus, vel viſitator expedire: certum enim eſt, faciliùs ſubditos aliqua ipſi ſoli quàm coram aliquo alio delaturos. Unde ſi Prælatus in Inquiſitione generali habuerit anſam ad procedendum per inquiſitionem ſpecialem contra aliquem, debet inchoare proceſſum a novo teſtium examine ſub juramento, per hoc enim, quod in generali inquiſitione etiam ſub juramento dixerunt, nemo condemnari poteſt, cùm tale juramentum extrajudiciale ſit: ac proinde neceſſum eſt, ut illa teſtes in judiciali examine novo juramento ratificent, ſicut docet Navarrus ubi ſupra.

Secundum eſt, quòd in iſtis Viſitationibus generalibus non poſſint Prælati inquirere de aliquo delicto particulari, verbi gratia, de aliquo furto, de tranſgreſſione alicujus Præcepti in determinatâ materiâ, per tales ſiquidem inquiſitiones, & interrogationes aggravarentur Communitates, haberetur enim inde ſufficiens fundamentum ad ſuſpicandum, quod tale delictum, de quo ita ſpecialiter inquiritur fuiſſet commiſſum: Ita P. Suarez *Tom 4. de Relig. lib. 10. c. 11. n. 5.*

In Viſitationibus generalibus non poſ- 5
ſunt ſubditi Prælato detegere alias culpas, & defectus, quam aliàs poſſent extra illas, præmiſſâ prius fraternâ Correctione: Ita Sayrus in Clavi Reg. *lib. 12. c. 10. num. 17.* & eſt communis ſententia. Itaq; differentia ſolùm in hoc conſiſtit, quòd ante Viſitationem & præceptum Superioris ſubdito liberum

ſit

&c, de delictis, quæ ſibi innotuêre, licitè denunciationem Evangelicam, aut judicialem facere, ad hoc, ut corrigantur, & emendentur, vel in aliud tempus differre: at verò cùm adeſt tempus Viſitationis, non datur dilationi, aut procraſtinationi locus; tunc enim ex vi præcepti à Superiore poſiti inſtat tempus & adeſt locus deferendi, cùm tale præceptum ſit juſtum, concernatque bonum proprii ſtatus, & ſpirituale Fratris commodum, cujus intenditur emendatio: Ita Bannez 22. *q.* 68. *conc.* 6. *in ſolut. argum.* Soto de ſecreto, *memb.* 2. *q.* 6. *dub. ultimo, concl.* 2. Miranda de Ordine judiciali, *q.* 5. *art.* 4. *concl.* 4. eſtque ferè omnium communis ſententia. Verùm ſi in tempore, quo Viſitatio durat, non ſit opportunitas faciendi ſecretam Correctionem, & affulgeat emendationis ſpes, poteſt, & debet differri pro tunc abſque eo, quòd contraeatur Viſitatoris præcepto: eſt doctrina communis, cui ſe conformando Avila de Cenſuris, *p.* 2. *cap.* 5. *diſ.* 5. *dub.* 2. *concl.* 4. inquit, quòd, quando quis conſilio indiget, illudque capere non poteſt, aut is, à quo petitur, intra terminum ab edicto præfixum illud dare non poteſt, talis non tranſgrediatur edictum, nec incurrat excommunicationem, *Nam cenſetur impeditus*, tali quippe non eſt aſſignatum nec currit, certum tempus ſecundùm regulam communem Juriſtarum.

4 Ex dictis colligitur, quòd in his Viſitationibus generalibus non poſſint deferri Prælato peccata occulta, de quibus non eſt infamatus delinquens, etiamſi per tres aut quatuor probari poſſint, ſi non immineat de futuro damnum aliquod grave bono communi, vel alicujus tertii, abſque eo, quòd graviter peccetur, ſaltem contra charitatem. Dico autem, *ſaltem contra charitatem*, quia non deſunt Authores, qui aſſerunt, etiam peccari contra juſtitiam, & eſſe obligationem reſarciendi omnia damna, quæ ex tali manifeſtatione occultus delinquens perpeſſus eſt: imò loquendo etiam de peccatis contra bonum commune, vel alicujus tertii, ſi certa ſpes ſit, quòd per admonitionem ſecretam ex toto averti poſſint damna, quæ timentur in futurum, non poſſunt deferri ad Prælatum, ſicut diffusè probamus quaſi per totum Caput Quintum, & præcedens, loquendo de denunciationibus, quando Judex non viſitat, nam rationes ibi allatæ militant etiam in præſenti. Neque Prælati per ſua præcepta, & cenſuras aliud prætendunt, aut poſſunt prætendere, quemadmodum docet S. Thomas 22. *q.* 33. *art.* 7. *ad* 2. Suarez ubi *ſupra.* Leſſ. *c.* 29. *dub.* 14. *n.* 120. cum communi Doctorum calculo. Quòd ſi Prælatus ad oppoſitum urgeat per præcepta & cenſuras, non tenetur quis obedire, & ſi exigat juramentum, poteſt reſponderi per æquivocationem, occultando veritatem: eſt ſententia communis Doctorum.

Duæ difficultates diſcutiendæ hic occurrunt. 5
Prima eſt, An Prælatus in iſtis Viſitationibus teneatur admonere, & dicere, ſe non inquirere de peccatis occultis, & de quibus nulla præceſſit infamia; ſed ſolùm de publicis & ſcandaloſis; & quæ ſunt in damnum boni communis aut alicujus tertii? Sotus de Secreto, *memb.* 2. *dub. ultimo*, & Sayrus in Clavi Reg. *lib.* 12. *c.* 10. Navarrus in *rubrica* de Judiciis, *num.* 88. tenent partem affirmativàm, præſertim ſi Inquiſitio fiat inter perſonas ignorantes, & ita fatetur Navarrus, ſe practicaſſe in duobus Conventibus gravibus Monialium quarundã, quos viſitavit in Luſitania. Et dicit Villalobos *Tr.* 14. *diff.* 5. *nu.* 4. quòd, dum non eſt periculum ſuſpicandi, Judicem agere partes delinquentium, ſit obligatio talis admonitionis. Et quia in Inquiſitionibus generalibus raiò ſimile timetur periculum, quaſi ſemper talis debet præcedere admonitio: ratio, quam affert iſte Author, eſt, quia Judex ſaltem ex charitate tenetur evitare injuriam, quæ imminere poteſt probabiliter alicui tertio, quod (inquit) certum magis eſt apud Prælatos Religioſos, qui non ſolùm ſuorum ſubditorum ſunt Judices, verùm etiam Patres, & Advocati: & videtur ipſi ex hoc capite, illos ex Juſtitia ad dictam diligentiam faciendam teneri. P. Bannez 22. *q.* 70. *art.* 1. *dub.* 2. *concluſ.* 2. cum aliis dicit, Prælatum non teneri ad faciendam talem diligentiam & cautelam, facit enim ſuum officium inquirendo in communi, nec tenetur ad amplius, ſed interrogati ſubditi attendant ad peragendum officium ſuum, & ad id, ad quod tenentur.

Mihi tamen videtur, utramque ſententiam conciliari poſſe cum eo, quod dicit P. Suarez, ubi *ſupra num.* 7. nempe hanc admonitionem non eſſe neceſſariam, niſi in caſu, quo Prælatus urgeret ad reſpondendum repentè, & ſubitò perſonas ignorantes: ſi tamen habeant tempus ſufficiens ad reſpondendum (ſicut communiter dari ſolet) & adſint perſonæ doctæ, à quibus capi poteſt conſilium, non eſt neceſſum admonere. Idem tenent Cajetanus *opuſ.* 17. *reſp.* 7. Noſter Thomas à Jesu *de Viſit. Regular. tract.* 1. *c.* 1. *n.* 5. cum aliis.

Secunda difficultas eſt, An in caſu, quo in hac generali Inquiſitione aliquis manifeſtaret Prælato ex malitiâ, vel ignorantia delictum aliquod occultum, quod tamen manifeſtari non poteſt, in virtute talis illicitæ manifeſtationis Judex acquirat Jus ad procedendum per Inquiſitionem ſpecialem & publicam contra delinquentem? Affirmativè reſpondent multi Doctores, Maranta 6. *par. tit.* de Inquiſit. *num.* 3. Navarrus in *rubrica* de Judiciis, *num.* 87. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 15. Noſter Thomas à Jesu *Tract.* 2. *c.* 4. *num.* 7. cum aliis.

Ratio eſt, quia eo ipſo quòd Judex exerceat ſuum officium in Inquiſitione generali, notitia quam acquirit ut talis, fit publica & notoria *Notorietate Iuris*, & cùm hæc notorietas includat *Infamiam Iuris*, ſufficiens eſt ad hoc, ut Judex in ejus virtute procedat contra delinquentem ſic infamatum, per Inquiſitionem ſpecialem, & publicam; ſed hoc intelligi debet, dummodo Judex doloſè, aut malitioſè non dederit cauſam manifeſtandi delictum, ſi enim talem dederit, propria fraus & malitia aufert ipſi Jus procedendi contra talem delinquentem: Ita Bannez 22. *q.* 70. *art.* 1. *concl.* 3. Leſſius ubi *ſupra dub.* 14. *num* 116. & videtur ita fuiſſe determinatum ab Innocentio III. in cap. *qualiter & quando*, primo *de Accuſat.* negari non poteſt, hanc ſententiam eſſe valde probabilem.

7 Mihi tamen videtur oppoſitam eſſe probabiliorem non tantum attendendo ad rigorem Juſtitiæ, quantum ad leges charitatis, quas ſequi ſpecialiter debent Prælati Regulares, ad quos tamquam ad Patres, & Advocatos ſuorum ſubditorum ſpectat avertere gravamina, quæ illis imponuntur, vel imponi timentur, quantum poſſibile ipſis eſt: idcircò aſſero, quòd, quando delictum ſecretum Prælato in Inquiſitione generali manifeſtatum non eſt de numero eorum, quæ redundant in damnum boni communis, aut tertii, ex charitate ſub obligatione gravi tenetur non procedere ad Inquiſitionem publicam contra talem delinquentem. Nam dato, quòd tamquam perſona publica haberet Jus ad procedendum contra talem, abſque eo, quòd peccaretur contra Juſtitiam, & ob hoc non teneretur nec ad famæ reſtitutionem, nec illorum damnorum, quæ ex tali Inquiſitione ſpeciali ſequi poſſunt: attamen tamquam Pater, Advocatus & perſona particularis tenetur, ſi grave nocumentum bono communi, vel alicui tertio non immineat, evitare malum, quod injuſtè proximo inferri incipit; maximè cùm hoc ipſi incumbat, & agatur negotium tanti momenti, ſicuti eſt famæ; ad hoc enim tenentur cujuſvis conditionis homines, juxta illud, *Vnicuique mandavit Deus de proximo ſuo.*

Hanc ſententiam abſolutè & expreſſè tenet Soto de ſecreto, *memb.* 2. *quæſt.* 6. *concluſ.* 3. *caſu* 5. his verbis: *Quamvis in Inquiſitione generali comperiatur delinquens quiſpiam, & delictum probari poſſit, ſi non ſit in perniciem publicam, nec in præjudicium tertii, non poteſt fieri de illo Inquiſitio ſpecialis, nec poteſt puniri niſi ſolùm fraternaliter.* Et Navarrus melius ponderans hanc doctrinam *dicto cap.* inter verba *q.* 3. *concl.* 6. *num.* 176. amplectitur hanc quoque ſententiam, non obſtante quòd ante tenuerit contrariam in *rubric.* de Judiciis, *num.* 89. Et ideò inquit, *Hanc opinionem ego ſequtus ſum, dum viſitarem duo monaſteria, & nolui agere de peccatis occultis, quæ ex inconſideratione teſtes manifeſtaverant, de quibus in Monaſterio nulla præceſſerat infamia, vel ſuſpicio.*

Tenet hanc etiam ſententiam Miranda de Ordine Judiciali *q.* 5. *art.* 4. *concl.* 5. Joſeph à S. Maria *tract.* 3. *cap.* 6. §. 1. Sanchez *lib.* 6. *conſil. cap.* 3. *dub.* 12. *num.* 9. Villalob. *tract.* 14 *de Iudice*, *diffi.* 6. *n* 3. Noſter Franciſcus Bonæ Spei, *loc. ſupra cit.*

ubi

ubi benè monet, inquiens: *Si Iudex ſit Prælatus Religioſus, caſu, quo occulta quædam in tali generali inquiſitione revelentur, ea ſibi ut Patri revelata credere debet.* Emmanuel Rodriguez cum Magiſtro Bannez 22. *q.* 70. *art.* 1. *dub.* 4. *concl.* 1. *& q.* 68. *art.* 1. *concl.* 4. ubi dixerat, etiam in delictis publicis, quæ ſunt in perniciem boni communis, ſi in aliquo caſu Judex eſſet certus, quòd per ſuam admonitionem ſecretam delinquens emendaretur: *Ita*, inquit, *ut bonum publicum nihil patiatur, teneretur illum corrigere, & remittere viam Inquiſitionis, in quantum ſatis fuerit ad exemplum publicum*: & ratio, quam affert, eſt, *Quia Iudex tenetur præcepto Correctionis fraternæ, ſicut & alii Chriſtiani*, ergò multò magis in noſtro caſu *tenetur lege charitatis defendere eum, qui patitur injuriam, ſi id poteſt ſine detrimento boni Communis, ſed heu* (concludit) *quàm pauci Iudices induunt charitatis viſcera erga Reos.*

8 Et in rei veritate, ſicut dictum eſt, inter Religiòſos hæc ratio plus cogit ad ſequendam iſtam ſententiam, quàm inter ſæculares, quia inter ſæculares non omnia peccata mortalia cauſant infamiam, nec in Tribunalibus de eorum agitur punitione, ſicut patet in omiſſione ſacri in aliquo die feſto, in fractione alicujus jejunii, in aliquo peccato ſimplicis fornicationis: At verò inter Religioſos omnia peccata mortalia notabilem inducunt infamiam, & multùm notantur illi, qui ea committunt: & ideò rigidè puniuntur, ſi publica ſint, etiamſi directè non ſint contra bonum commune: quamobrem ſi occulta ſint, & à duobus, aut tribus ſciantur, ſemper ſaltem ex charitate Judices, & ſubditi tenebuntur ad evitandam infamiam meliori modo quo poterunt, & præter hanc affert aliam rationem Villalobos ubi ſupra, ob quam hæc ſententia in praxim reduci inter Religioſos debeat, quæ eſt, quia frequenter ſubditi ſcrupuloſi putant ob impoſita præcepta, & cenſuras ſe teneri ad revelandum aliqua, quæ re vera non poſſunt, ac proinde Prælatus tenebitur, ſi poſſit id facere abſque ſuſpicionis periculo, non admittere illud, quod ad eum ſic defertur, dicendo ſe non inquirere de ſimilibus, eo quòd occulta ſint.

Ad fundamentum contrariæ ſententiæ reſpondetur, quòd non quodcumque *Notorium Iuris* Judici tribuat Jus ad inquirendum de peccatis occultis, & perſonalibus, contra delinquentem occultum, prout dicetur in ſequenti paragrapho *num.* 18. & multò minus, quando tale *Notorium* modo iniquo cauſatum fuit, & caſus adhuc non eſt ſparſus inter multos; in ſimilibus enim delictis ſolùm poteſt Judex juſtè procedere ad publicam Inquiſitionem, quando ſunt ſcandaloſa, aliàs minimè, multoque minus, ſi injuſtè manifeſtata ſunt. Ad cujus confirmationem ſerviunt verba Innocentii III. *in cap.* qualiter & quando, 1. *de Accuſat.* ubi inquit, *quòd ex iis, quæ inordinatò ſunt acta, non poteſt ordinabiliter agi.* Quod melius explicabitur in ſequenti paragrapho, ad quem Lectorem remitto. 9

Hic advertendum etiam, quòd in hac Inquiſitione generali, etiamſi adſit præceptum (prout ordinariè imponitur) & accipiatur juramentum, non teneantur ſubditi deferre delicta, nec delinquentes ex toto emendatos, ſi talia delicta ſcandaloſa non fuerint, etenim ſi talia ſint, etiamſi emendata ſint, debent manifeſtari, ut ſatisfiat ſcandalo, quod Communitas paſſa eſt. Nec poſſunt revelari illa peccata, de quibus ſpes eſt probabilis, quòd media fraterna Correctione ſint emendanda, quando non vergunt in grave damnum boni Communis, aut alicujus tertii, & adeſt moralis certitudo, quod per fraternam Correctionem reſarcienda ſint omnia damna illata, vel imminentia, & hoc verum eſt, in quovis genere peccati. Nec etiam revelari poſſunt illa, quorum notitia acquiſita fuit ex petito conſilio, quando non imminet damnum aliquod grave bono communi, vel alicui tertio Innocenti, ſi enim tale damnum timeretur, tale ſecretum non obligat, excepto ſecreto habito ex Confeſſione Sacramentali, quod ſemper obligat ſine ulla exceptione, ob gravem injuriam, quæ inferretur Sacramento revelando ſecretum, quæ præponderat cuicumque alteri nocumento. 10

Nec tenetur quis manifeſtare aliquid cum gravi nocumento proprio, vel tertii alicujus Innocentis, quando hoc præponderat illi, quòd

quod ſequeretur ex omiſſa denunciatione. Nec etiam illa, quæ ſolùm ſciuntur ex auditu, & non meminit quis, à quonam audiverit, vel ſi hujus recordetur, conſtat tamen eaſdem perſonas, à quibus hoc per auditum accepit, etiam ſolùm ab aliis audiviſſe, & nihil vidiſſe, & quòd tales perſonæ, à quibus audiverat, ſint parum fide dignæ; ſi enim tales perſonæ eſſent graves & fide dignæ; teneretur quis ad manifeſtandum, ſicut in caſibus, quibus teneretur ad manifeſtanda illa, quæ vidiſſet, eo quòd ex tali manifeſtatione Prælatus diſcernere poſſit, An delinquens incurrerit infamiam benè fundatam, an verò non. Verùm aliqui opinantur (& benè quidem) quòd quando ille, qui audivit delictum ab una perſona, ſcit talem perſonam feciſſe denunciationem, non tenebitur denunciare.

Neque eſt obligatio manifeſtandi delinquentem, quando habetur moralis certitudo, quòd talis manifeſtatio profutura non ſit, aut per negligentiam Prælati ſecundùm notitiam, quam quis de eo habet in ſimilibus caſibus, aut propter alios reſpectus humanos. Dico, *ſi ſit moralis certitudo*, nam in dubio tenetur quis manifeſtare; nam poſſeſſio Juſtitiæ ſe tenet ex parte Prælati, qui pro remiſſo haberi non debet, dum clarè non conſtat de tali remiſſione ex ſolidis fundamentis, ſicut advertit Sanchez *lib.* 6. *conſ. cap.* 2. *dub.* 7. *nu.* 1. Totum, quòd hoc in numero dictum eſt, adeò commune & certum eſt inter Doctores, ut ſupervacaneum & otioſum exiſtimem citare illos.

11 Quando Prælatus ex his, quæ ſibi innotuêre in Viſitatione generali, remanet dubius circa caſum aliquem, eo quòd fundamenta non ſint ſufficientia ad tollendum dubium, non poteſt procedere ad Inquiſitionem particularem contra Religioſum, circa quem habetur dubium, immò debet de illo bonam habere exiſtimationem, non obſtante, quòd quædam contra eum dicta ſint, & magis ſi dicta ſint à perſonis non adeò fide dignis. Ita Ledeſma *tract.* 8. *de Iuſtitia commut. cap.* 22. *dub.* 12. Bannez 22. *q.* 69. *art.* 2. *dub.* 2. *concluſ.* 1. Verùm in ſimilibus caſibus diſcretione & cautela utendum eſt, ut præcaveatur malum, quod ſequi poſſet, ſine læſione tamen famæ proximi: & ita Prælatus poterit præcipere, ut Religioſi aſſociati incedant, & non ſe ſeparent ab invicem, & his ſimilia, quæ conducere poſſunt ad præcavendum mala, quæ timeri poſſunt. Non tamen poterit præcipere, ne talis Religioſus egrediatur domo, ſi antea egredi ſolitus erat, nec alia adhibere media, per quæ infamari poſſet: Sic docet Ledeſma, ubi ſupra, qui inquit eſſe communem apud omnes Thomiſtas ſententiam: & circa hoc notanda eſt doctrina Emmanuelis Rodriquez de Ordine Judic. *cap.* 3. *num.* 7. *circa finem*, ubi notat, non malè facere Prælatos, quando in Viſitationibus habent tantùm unum teſtem oculatum ex toto fide dignum, aut indicia ſecreta æquivalentia contra aliquem Religioſum, ſi mittant illum ad alium Conventum, aut imponant illi præceptum, ne ingrediatur certam aliquam domum: dummodo fiat cum debita prudentia, habendo ſemper reſpectum ad famam & honorem proximi: ſi enim illa deſit, & præfatus non habeatur reſpectus, ſæpè continget, ut id quod intendebatur excludi per feneſtram, admittatur per januam & porticum, & ex rimula, quæ obſervari debuit, major fiat fiſſura. Ac proinde ſi ex eo, quòd Religioſus ſtatim mutet Conventum, ſequatur infamia, vel ſubſit periculum alicujus particularis ſuſpicionis, bona conſcientia non poterit illum tunc compellere ad mutandum locum: nam in tali caſu mutatio loci eſſet ſpecies cujuſdam pœnæ, quam tamen Prælatus non poteſt infligere, cùm non habeat fundamentum procedendi tamquam Judex, ideòque debet differre pro tunc talem mutationem, exhortando Prælatum immediatum in communi ſive generali, ut invigilet, & attendat ad debitam ſuæ domus cuſtodiam, & ad remedia eorum, quæ in Viſitatione admonita ſunt. Nec convenit illicò imponere præceptum, de non ingrediendo talem domum, ſi ſit conſuetudo intrandi illam, quia tam repentinum & novum mandatum ſæpius ex levi ſuſpicione in animis malitioſorum maximam generabit, & multos excitabit, qui incipient talem domum, Religioſum, vel Monaſterium infamare, quod ut plurimum facilius accidit in locis

parvis,

parvis, quàm magnis, eò quòd in illis communiter homines malitioſiores ſint, & magis ſolliciti atque curioſi circa mores & vitam proximorum.

12 Advertendum tamen, quòd quando dubium, quod Judex habet, non eſt facti, ſive de caſu, ſed Juris, ſive de Jure, an ſcilicet habeat Jus ad procedendum juridicè contra talem delinquentem, examinando teſtes & Reum; & ex una parte ex tali Inquiſitione ſpeciali timeatur injuſtitia circa Reum, ex alia verò ex omiſſione talis Inquiſitionis ſimul timeatur grave damnum bono Communi; Judex debet deponere dubium & inclinare ad partem faventem bono Cōmuni.

Hujus ratio eſt, quia Judex ex ſui muneris ratione habet, quòd ſit cuſtos boni Communis, ergò in caſu dubio potius debet reſpicere bonum Commune, quàm famam alicujus particularis. Tum etiam, quia in caſu dubio tutior pars eſt eligenda, cùm igitur in caſu recenſito tutior pars ſit evitare damnum imminens communi bono, poterit Judex immò tenebitur ad procedendum examinando teſtes & juridicè interrogando Reum, niſi damnum quod imminet Reo ex tali Inquiſitione majus eſſet eo, quod imminet bono communi: ſic expreſsè tenet Bannez 22. *q. 69. art. 2. dub. 2. concl. 2.* Hic poterat tractari de obligatione, quam habent teſtes, & Reus ad reſpondendum in caſibus dubiis, ſed hoc ad evitandam confuſionem, & repetitionem ejuſdem ad ſua loca propria remittitur.

Quod autem hic maximè notandum occurrit, eſt, doctrina quædam Patris Magiſtri Bannez ubi *ſupra in 2. parte dub. 1. concluſ. 2.* ubi docet, quòd gravitas, aut levitas materiæ in obligatione ad reſpondendum Prælato, dum interrogat, deſumatur ex duobus capitibus.

Primò ex parte damnorum, quæ ſubeunt partes ex eo, quòd celatur veritas. Secundò ex Jure & obligatione, quam habet Judex ad interrogandum, & inquirendum: & circa hoc inquit, quòd, quando Jus obligat Judicem graviter ad inquirendum, & examinandum, qualiſcumque tandem ſit materia, etiam teſtis & Reus ſub obligatione gravi tenebuntur reſpondere juxta veritatē: quando verò Judex non habet obligationem gravem ad inquirendum, & interrogandum de aliqua re, eſto licitè id facere poſſet, nec teſtes, nec Reus obligabuntur ſub peccato gravi ad fatendam veritatem.

Ex quo infertur, quòd ſi in aliquo Conventu reperiatur tranſgreſſio communis, alicujus capitis, aut puncti Regulæ, vel alia ſimilis, quamvis ex ſe non obliget ad culpam gravem hos, vel illos particulares, dummodo certum ſit, Prælatum graviter obligari ad obviandum tali tranſgreſſioni, prout docent Authores, ſubditi quoque tenebuntur ſub culpa gravi in Viſitatione manifeſtare Prælato dictam tranſgreſſionem, ſeu defectum.

§. II.

De Inquiſitione mixta.

13 Inquiſitio mixta, ſicut in principio hujus capitis diximus, eſt illa, in qua Judex quoad unam partem procedit in particulari, nimirum circa delictum, vel delinquentem, in communi verò & generali quoad aliam partem, eo quòd non præcedat infamia, aut aliquid ipſi æquivalens. Omnes in hoc conveniunt, quòd Judex poſſit facere Inquiſitionem ſpecialem de Petro, v.g. quomodo procedat aut proceſſerit in ſuo regimine, aut officio, tametſi non ſit infamatus de aliquo delicto, ſic enim expedit pro bono Rerumpublicarum & Communitatum, & ita practicatur in omnibus Statibus, tam ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, & in hoc caſu nec Judex poteſt inquirere de aliquo delicto particulari, de quo non præceſſit infamia, nec particularis aliquis poteſt revelare delictum ſecretum, ex quo nullum ſecutum eſt ſcandalum, & non vergit in damnum grave boni communis, aut alicujus tertii, nec etiam in caſibus exceptis *paragrapho præcedenti, n. 7.*

14 Nec etiam quando Prælati, & Judices faciunt, aut mandant fieri ſpecialem Inquiſitionem circa aliquam perſonam, non in ordine ad puniendum, ſed ad ſciendum, an habeat occultum aliquod impedimentum, & inhabilitatem, ob quam non ſit promovenda ad aliquod officium, vel ſi jam promota

Digitized by Google

mota ſit, num ſit confirmanda: aut circa merita vel demerita illius, neceſſarium non eſt præcedere infamiam contra talem perſonam, ſicut nec id ipſum eſt neceſſarium ad hoc, ut manifeſtentur impedimenta eorum, qui volunt matrimonium contrahere, *cap. Poſtquam*, & cap. *nihil de elect.* & reſolvit Innocentius in cap. *nihil de exceſſibus Prælatorum*, ubi dicitur: *Nihil eſt, quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni aſſumantur Prælati ad regimen animarum.* Et in hoc caſu tenentur teſtes, & ille ipſe, qui ad officium eligendus eſt, confiteri veritatem: & ratio eſt: nam cùm certum ſit, Prælatum aut Electorem teneri ex juſtitia, non promovere indignum ad officia, conſequenter habebit Jus ad inquirendum de meritis illius, qui eligendus eſt, & teſtes atque ipſe qui eligendus eſt, tenebitur dicere veritatem, propter bonum commune, in illis, quæ noxia ſunt bono uſui officii, licet non in cæteris, quæ ad hunc finem non conducunt, ſi occulta ſint. Unde naſcitur, quòd ſi aliquis ſit præſentatus ad aliquod officium, & idipſum dicendum, quando quis illud prætendit, debent ipſi indicari partes, qualitates, & cætera requiſita ad tale officium, & ſi ſciens perſeveret per ſe, vel tertiam perſonam in ſua prætenſione, præſumitur conſentire in inquiſitionem, quę fieri debet, & in infamiam, & alia ſimilia, quæ ſequi poſſunt. Verum, ſicut benè advertit Leſſius *lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 15. & Noſter Thomas à JESU *Tract.* 1. *cap.* 15. *num.* 14. defectus occulti, quos teſtes de tali perſona nôrunt, debent revelari cum minori infamia, & majori cautelâ, quâ fuerit poſſibile.

15 Principalis difficultas, quæ hîc occurrit, eſt, quid poſſit facere Judex circa delicta publica & delinquentes occultos? Exempli gratia, quando invenitur aliquis homo mortuus, vel graviter vulneratus, & conſtat hoc factum eſſe violenter, delinquens tamen, ſive malefactor eſt occultus, eò quòd non fuerit viſus, niſi ad ſummum à duobus aut tribus, à quibus id non fuit divulgatum. Suppono, difficultatem præcipuè procedere in delictis jam ex toto commiſſis, ſive ſint perſonalia, ſive contra bonum commune, aut alicujus tertii, ſi enim eſſent de numero eorum, quæ continuationem habent, & è quibus pendet damnum futurum contra commune bonum, vel alicujus Innocentis, jam dictum eſt, quid fieri poſſit & debeat *capite* 5. & in *c. de Infamia.* Itaque id, de quo dubium proponitur, eſt, quid Judex ratione publicitatis delicti poſſit facere, & illi tres, aut quatuor, qui illius notitiam habent.

Prima ſententia aſſerit, quòd, tametſi 16 habeatur publicitas, & infamia delicti, ſi tamen non habeatur de delinquente, non ſolùm Judex nequeat inquirere de aliqua perſona in particulari, nominando Petrum vel Joannem (in hoc omnes conveniunt) verùm nec etiam in generali, interrogando quiſnam delictum commiſerit? neque pauci illi teſtes, qui commiti viderunt delictum, licitè poſſint manifeſtare delinquentem, non obſtante impoſito ipſis præcepto, & cenſura: & ſi petatur ab eis juramentum, debeant reſpondere cum æquivocatione, occultando veritatem ſine mendacio. Tenet hanc ſententiam Soto *lib* 8. de Juſtitia, *q.* 6. *art.* 2. & de ſecreto, *memb.* 2. *q.* 6. *dub.* 4. Armilla *verb.* Accuſatio, §. 28. & alii, quos citat Petrus de Navarra *lib.* 2. de reſtit. *cap.* 4. *num.* 159. inter quos refert Cajetanum 22. *q.* 69. *art.* 1. & 2. quamvis non ita clarè expreſſerit ſuam mentem.

Probat autem illam Soto multis textibus, & rationibus, quarum præcipuæ ſunt: nam contra Jus naturale eſt tractare de revelando delinquente, de quo nulla præceſſit infamia, & contra id, quod determinatum eſt in cap. *Inquiſitionis*, & cap. *qualiter & quando de Accuſationibus*; nam licet Judex interrogando in communi de delinquente, non manifeſtet illum in particulari, dat tamen anſam & occaſionem, hac interrogatione, maximè ignorantibus, ad hoc, ut illum manifeſtent; præterquam quòd, vel Judex interrogando in generali de illo, qui commiſit delictum, obligat illos paucos teſtes, qui ſciunt, ad manifeſtandum, aut non; ſi primum, obligat ad rem injuſtam, & peccat graviter; ſi ſecundum, non ſolùm reddit inutilem talem inquiſitionem, verùm etiam illicitam propter periculum, cui exponis ignorantes.

Ad objectionem, quę communiter contra

iſtam

Digitized by Google

iſtam ſententiam fieri ſolet; nimirum, quòd ſi neque etiam in generali inquiri poſſet de delinquente, generaretur ſcandalum in Republica, & creſceret audacia multorum, videndo, quòd non inveſtigentur & inquirantur talia delicta, nec agatur de eorum punitione: reſpondet Soto: quòd Judex ſufficienter obviet his inconvenientibus inquirendo, & interrogando in generali non de illo, qui delictum commiſit, ſed an aliqua perſona de tali delicto infamata ſit: poterit etiam interrogare teſtes, an ipſis conſtet, qua hora mors evenerit, quibus armis illata fuerit, & his ſimilia, ad videndum, an haberi queant indicia publica, quibus manifeſtetur delinquens, & ſi habeantur, procedere poſſit contra illum per viam Inquiſitionis particularis.

Hæc ſententia quamvis non ſit adeò recepta, imò contra praxin communem maximè inter Judices ſæculares, cum illa limitatione tamen, quâ illam admittit Soto, eſt valde pia & conſentanea legibus charitatis, & noviſſimè illi favet P. Suarez *Tom.* 4. *de Religione, lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 8. verbis ſequentibus: *Solùm cavendum eſt quod ſupra cap. præcedente nu.* 7. *diximus, ne Subditus ſic interrogatus exponatur periculo imprudenter revelandi perſonam occultam, ignoranter exiſtimans, ſe poſſe, aut debere: ideòque melius faceret Prælatus interrogando diſtinctè de infamia, an ſcilicet noverint eſſe rumorem vel murmur contra aliquem de tali delicto, aut nonnulla gravia Indicia, quæ generent alicujus ſuſpicionem.*

17 Secunda ſententia præcedenti ex diametro oppoſita affirmat, in talibus delictis poſſe, & debere Judicem inquirere in communi de delinquente, ita ut non nominet perſonam aliquam particularem: & paucos illos teſtes noſcentes delinquentem non ſolùm poſſe, verùm etiam teneri ad manifeſtandum illum confitendo veritatem. Hanc ſententiam tenent Joannes Valer. *in different. utriuſque fori, verb.* Inquiſitio, *concluſ.* 3. Martinus à S. JOSEPH in ſuo *Epitome, cap* 5. *n.* 8. & communiter omnes Juriſtæ: & licet Sylveſter *verb.* Correct. §. 8. faveat huic ſententiæ, contrariam tamen ſequitur *verb.* Inquiſit. 1. *num.* 7. Fundamentum principale eſt, quia quando delicta ſunt publica, ſua publicitate ſunt valde pernicioſa bono communi, & ſi non puniuntur, nemo ſecurè viveret: Reſpublicæ quoque ex delinquentium audacia multùm turbantur: ſuppoſito itaque quòd ſimilia delicta tantum noceant bono communi, & proximo Innocenti, Prælatus tenebitur prædictam facere Inquiſitionem, & teſtes obligabuntur ad teſtificandam veritatem.

Addunt inſuper aliqui ex his Authoribus, etiam Reum, ſi cum reliquis teſtibus examinetur, teneri ad prodendum ſe, neque aliquid horum militare contra Jus naturale non manifeſtandi peccatorem occultum, nec contra Sacros Canones: illud enim in hoc caſu non obligare, eo quòd intercedat alia obligatio naturalis magis urgens, qualis eſt, ut reſpiciatur bonum commune & tertii Innocentis: ſacri quoque Canones vetant ſolùm, ne fiat Inquiſitio de aliqua perſona particulari, non verò quòd fiat in generali, nulla nominata perſona, quod hæc ſententia libenter admittit; & illa, quam nos mox adducemus.

Diana in ſua *prima parte tract.* 1. *Miſcell. reſolut.* 33. limitat præfatam ſententiam, dicendo, quòd quamvis teſtes interrogati in dicto caſu à Judice poſſint teſtari veritatem revelando delinquentem occultum, non tamen teneantur. Hoc tamen apparet difficile, maximè quando Prælatus imponit præceptum, vel Judex petit juramentum, prout communiter fieri ſolet, nam ſecundum quod *cap.* 7. diximus, eſt ſententia plauſibilis inter Doctores, quòd, quando ſubditus licitè denunciare, & etiam non denunciare poteſt; poſito præcepto, vel petito juramento teneatur ad denunciandum: ergò idem dicendum eſt in ordine ad teſtificationem: atque ſic non habet locum iſta ſententia Dianæ, quemadmodum clarius videbitur in *capite* 15. tractando de obligatione teſtium.

Tertia ſententia, quæ magis communis & probabilis eſt, aſſerit, quòd, tametſi Judex facere poſſit dictam Inquiſitionem in communi, nulla nominata perſona particulari, duo illi tamen aut tres, qui nôrunt delinquentem, non poſſint eum licitè manifeſtare, 18

Digitized by Google

feſtare, non obſtante præcepto, & petito juramento, ac proinde iſta ſententia admittit *bellum juſtum ex utraque parte*; hoc eſt, quòd Judex habeat Jus ad inquirendum, & teſtis ſimiliter ad non reſpondendum directè, ſed amphibologicè: hoc autem intelligitur, quando delicta non minantur de futuro grave aliquod damnum bono communi, aut alicui tertio, ſecundùm quod explicatum fuit *cap. 3. à num. 6. uſque ad finem*

Ratio eſt, quia publicitas delicti tribuit Jus, & etiam obligat Judicem ad inquirendum de delinquente in communi ad evitandum ſcandalum; quod aliàs ſequeretur, ſi tali modo non inquireret, nec modo ad indaganda aliqua indicia per talem Inquiſitionem de perſona: ex alia tamen parte bona fama, quam delinquens occultus poſſidet, obligat duos vel tres, qui nôrunt, ne enim illa privent, publicando ejus delictum.

Hanc ſententiam quantum ad primam partem tenent omnes Authores prioris ſententiæ, item Innocent. in cap. *bona*, primo *de Elect. num. 5.* & ibi Panormit. Imola, Navarrus, & alii, quos ſtatim citabimus. Fundamenta habentur in cap. *ſi Sacerdos, de Offic. Ordin.* & in cap. *quidam maligni, 5. q. 1.* Ita practicatur in Hiſpania per deciſionem illarum legum, quæ vocantur *De las Partidas*.

Quantum ad utramque partem illam tenent Authores citati *cap. 5.* pro ſecunda ſententia: item Salonius 22. *q. 69. art. 2. controverſ. 7.* Suarez *Tom. 4. de Relig. lib. 10. cap. 11. num. 7.* Turrianus 22 *diſp. 50. & 11. dub. 5. num. 9.* Leſſius *lib. 2. cap. 29. dub. 14. num. 115. & 120.* Bonacina *T. 2. diſp. 20. q. 2. punct. 5. n. 14.* Filliuc. *c. 6. q. 8. n. 185.* Trullench. in Decal. *lib. 8. cap. 2. dub. 18. n. 14.* & eſt communior.

Unde ſequitur, quòd multò minus teneatur Reus ſe ipſum manifeſtare, ſi cum teſtibus fuerit examinatus, quia uti advertit Soto *memb. 2. quaſt. 7. dub. 1. poſt 3. concluſ.* Leſſius *num. 117.* in crimine læſæ Majeſtatis, & in quovis alio Reus non infamatus non tenetur manifeſtare ſe ipſum, quantumvis à Judice compellatur ad juramentum, quantò igitur minus tenebitur in aliis delictis, licet publicis, ſi de illis infamatus non ſit.

Hic duæ occurrunt difficultates valde ſi- 19
miles illis, de quibus actum eſt paragrapho præcedenti *num. 5. & 6.* Prima eſt, an Judex teneatur declarare, ſe non inquirere de delinquente, de quo nulla eſt infamia, circa quam non reperio novum aliquid, quod addam ad ibi dicta, ideóque Lectorem ad eumdem locum remitto.

Secunda eſt, An in caſu quo aliquis ex illis duobus, aut tribus, qui noverunt delinquentem, interrogatus à Judice eumdem manifeſtaret, aut ex ignorantia, vel malitia, Judex acquireret Jus ad inquirendum in particulari de tali delinquente: nec non cæteri conſcii interrogati teneantur ad teſtandam veritatem.

Sententia affirmativa, quoad utramque partem eſt communis Juriſtarum & Theologorum, conſequenter etiam magis probabilis, quàm prima paragraphi præcedentis *num. 6.* quia publicitas delicti cauſat ſcandalum in Communitate, cui juncta infamia Juris de delinquente, quam, inquiunt, eum incurrere ex allegato, dictóve talis teſtis, aut denunciantis, licet injuſtè delinquens manifeſtatus ſit, & ita jam Judex habet Jus inquirendi in particulari de ſic infamato, & per conſequens alii, qui habent notitiam delicti, tenebuntur ad teſtificandam veritatem.

Hoc non obſtante, recolendo dicta in 20
præcedente paragrapho *num. 5.* in favorem ſecundæ ſententiæ, quam ibi ſecuti ſumus, & attendendo ad leges charitatis, quam præ oculis habere debent Religioſi, Prælati & ſubditi: dico duo. Primũ, nec Judicẽ habere Jus determinatè inquirẽdi de tali delinquẽte apud alios teſtes, nec iſtos poſſe teſtari veritatem, etiamſi petatur juramentum, quia *Infamia Iuris* ſola, & multò magis, quando iniquo modo cauſata fuit; non tribuit Judici Jus ad inquirendùm contra perſonã determinatam, de qua non habetur *Infamia facti*, quam non habet in noſtro caſu; unde ſequitur, nec alios teſtes teneri ad teſtandam veritatem, nec licitè eam poſſe deponere.

Si quis objiceret, quòd *Infamia Iuris* in 21
communi ſententia ſit illa, quæ cauſatur ex dicto Teſtium in judicio, exiſtimantque Doctores

Digitized by Google

Doctores illam ſufficere ad examinandum Reum, ergò multò magis ſufficiet ad examinandos teſtes, qui habent notitiam caſus, & per conſequens tàm iſte, quàm illi tenebuntur ad fatendam veritatem.

Ut huic objectioni ſatisfiat, multùm meo videri ad rem facit doctrina quædam Baldi in *l. ſervus, verſ. & addo, C. de teſtibus*, ubi agendo de Indiciis inquit: *Indicium aliud eſſe facti, aliud juris. Facti indicium eſt illud, quo Iudex dirigitur in viam perſcrutationis, indicium autem juris dirigit in viam quæſtionis.* Id ipſum proportione ſervatâ reſpondeo ad factam objectionem, quòd *Infamia facti* ſit illa, quæ tribuit Judici jus ad inquirendum contra delinquentem: ſed *Infamia Iuris*, quæ naſcitur ex depoſitione teſtium eum dirigit ad torquendum Reum & extrahendam confeſſionem ab eo; ac proinde ſicut *Infamia Iuris* in indicio præſupponit *Infamiam facti*, ita in examine teſtium debet illam ſupponere, niſi delictum ſit contra bonum commune, aut tertii, ſicut contingit in illo, quod committitur contra ipſum judicium per falſam teſtificationem, aut calumnioſam denunciationem, & ſimilia: itaque reſpondendo in formâ ad objectionem, dico, quod *Infamia Iuris*, quæ per allegata teſtium dat Judici jus ad inquirendum, & examinandum alios teſtes, & Reum, eſt illa, quæ cauſa fuit legitimè; cujuſmodi eſt, quæ ſupponit infamiam facti in delictis occultis, & perſonalibus, eſto illam non ſupponat, quando delicta ſunt in grave damnum boni communis, aut tertii, uti ſunt illa, quæ patrantur contra ipſum judicium, & illas de quibus diximus *capite* 5. Cùm autem omnia hæc deficiant in caſu noſtro, argumentum nihil probat, & conformiter ad hoc dicemus *cap.* 12. *num.* 20. cum pluribus Authoribus, delicta, vel delinquentes manifeſtatos à Reo, vel teſtibus incidenter, ſeclusâ infamiâ facti de delinquente, non dare Judici jus ad inquirendum contra illos, etiamſi adſit infamia Juris.

Secundò reſpondeo, quòd etiamſi ſecundùm leges poſitivas juſtitiæ Iudex poſſet inquirere, & teſtes reſpondere: reſpiciendo tamen ad leges charitatis, quæ omnes ligant, utrique tenentur ſervare proximi famam, ſi non inferatur damnum bono communi, prout ſatis fusè dictum, & probatum fuit paragrapho præcedente num. 5. Ponderentur illa fundamenta, & ea, quæ hìc dicta ſunt, & apparebit robur & vis, cui innititur hæc ſententia. Admoneo ſolùm Prælatos, ut in praxi harum opinionum, & aliarum ſimilium ſemper conjiciant oculos ad mores, & modum procedendi, quem tenuerunt Religioſi hactenus, & in id, quod in futurum ſperari poſſit: quia multum refert, ne nimis clementer procedatur cum aliquibus, & nimis rigidè cum aliis: certum quippe eſt, unam, eamdemque medicinam non eſſe omnibus æquè ſalutiferam.

CAPUT XII.

De Inquiſitione Speciali, & de his, quæ præbent jus Iudici ad procedendum per illam.

1 INquiſitio Specialis eſt illa, in quâ Judex procedit juridicè interrogando de delicto, & delinquente determinato. Duo hìc neceſſariò ſupponenda ſunt.

Primum, antequam Judex procedat ad inquirendum de delinquente, debet ipſi apertè conſtare de corpore delicti, ſic determinatum eſt in *l.* 1. *§. item illud ſciendum, ff. ad Silanian.* his verbis: *Item illud ſciendum eſt, niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, non haberi de familiâ quæſtionem: liquere igitur debet, ſcelere interemptum, ut Senatus conſulto locus ſit.* Rationem aſſignat Boſius in *titulo* de delicto num. 26. *Quia regulare eſt in quâlibet materiâ, quòd ubi lex aliquid diſponit reſpectu certæ rei, debet prius de illâ conſtare; l. Divus, ff. de teſtam. milit. gloſſ. in cap. ad diſſolvenda verb. accuſare, de deſponſat. impuberum.* Et

Digitized by Google

Gloſſa *in l. ſi arbiter, ff. de probat.* dicit, *qui vult probare qualitatem, debet prius probare ſubſtantiam, in quâ illa qualitas fundatur.*

Nec ſufficit qualiſcumque delicti notitia, niſi ſit de genere eorum, quæ per effectum evidenter cognoſci poſſunt, cujuſmodi eſt homicidium, vulneratio, & ſimilia, nec debet eſſe notitia merè conjecturalis, ſed ocularis habita ab ipſo Judice, vel ejus miniſtris authoritate ejuſdem, ſine hâc enim eorum dictum non cenſetur ſubſiſtere, ſicut advertit Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ.* 499. *num.* 2. Marſil. *in pract. crim.* §. *& quia. num.* 40. Farinac. *in praxi qu.* 84 *nu.* 30. ideòque inſpici debent circumſtantiæ, & qualitates mortui ſeu ſauciati, quæ plurimum conducunt non ſolùm ad majorem certitudinem, verum etiam ad exactum teſtium examen. Quòd ſi delictum Judex per ſe ipſum noſcere non poſſit, nec per miniſtros ſuos, debebit illi ſaltem conſtare per allegationem teſtium ocularorum, fide dignorum. Quando verò delictum non relinquit talem effectum, in quo clarè cognóſci poſſit, vel ratione ſuæ conditionis eſt difficile cognitu, ſufficit, quòd ejus notitia habeatur per indicia vel urgentes conjecturas, probatas per duos aut tres teſtes, conteſtes, omni exceptione majores: Ita Boſſ. ubi *ſupra num.* 20. Foller. in *pract. crim. verbo* capiat informationem *num.* 78. Pariſ. *conſ.* 57. *nu* 18. Menoch. Dec. & alii communiter, quos refert & ſequitur Farinac. *in praxi quaſt.* 2. *num.* 12 *& ſequentibus,* ubi adjungit, hoc eſſe adeò certum, ut ſi per effectus, aut indicia ſufficientia delictum non conſtaret, eſto Reus illud fateretur, non ob id puniri poſſet.

Secundum quod ſuppono, eſt, minus re-
2 quiri ad hoc ut deveniatur ad Inquiſitionem ſpecialem, quàm incarcerationem Rei, ad ejus torturam, ad extorquendum ab ipſo juramentum circa delictum, hoc enim (præſertim inter Religioſos) eſt quaſi ſpecies quædam torturæ. Doctrina communis eſt, ex quâ ſequitur, quòd ſicut in communi ſententiâ ad incarcerandum Reum, ad accipiendum ab eo confeſſionem, & torquendum ſufficit ſemiplena probatio unius teſtis ocularis aut alicujus indicii æquivalentis, ut docet N. Thomas à Jesu *Tract.* 3. *cap.* 15. *num.* 8. Urbanus ab Aſcenſione *loco ſupra cit. cap.* 9. & N. Stephanus à S. Paulo in ſua *Theolog. Morali Tract.* 4. *diſp.* 10. *dub.* 1. *num.* 10. aliquid minus, quàm ſemiplena probatio ſufficiet, ad inquirendum contra Reum, licet inter Religioſos ſemper debeat haberi aliquid plus, quàm inter ſæculares, ſicut dictum eſt, & dicetur inferius *num.* 3. *hujus capitis,* & in *cap.* 14. de tortura.

Hoc ſuppoſito reſtat explicandum, quænam ſint illa, quæ Judici prebent jus ad inquiſitionem merè ſpecialem; & quia quædam ſunt dubia inter Authores, & quædam certa ſecundum opinionem omnium, primo loco ponam iſta, deinde de illis tractaturus.

Primò certum eſt & indubitatum, quan-
do delinquens & delictum notoria ſunt, no- 3
torietas tribuit jus Judici ad capiendam informationem juridicam contra delinquentem; ſicut etiam quando ſunt manifeſta: in his enim caſibus non ſolùm habetur publicitas, verùm etiam inſpectio multorum, vel aliquorum, ſicut dictum eſt *cap.* 2. *num.* 3. *&* 5. ac proinde ratione ſcandali Judex non ſolùm habet jus ad inquirendum, verùm etiam obligationem gravem.

Secundò, Judex habet jus ad inquiren-
dum in particulari, quocumque tandem me- 4
dio, & viâ habeat notitiam delinquentis in delictis, quæ ſunt pernicioſa bono communi, aut alicui tertio, ſufficiuntque ſuſpiciones populi, vel Communitatis, ita tamen ut habeant ſufficiens fundamentum, prout notat Navarrus in rubricâ *de judiciis*, quia deficiente fundamento perſona, contra quam procederetur, injuſtum gravamen pateretur: quòd ſi deſint prædictæ ſuſpiciones communes, adſit tamen notitia aliqua ſecreta & ſubterranea, poterit procedere, ſi omnia damna per medium fraternæ Correctionis averti non poſſint, ſicut dictum eſt, *videatur cap.* 5. ubi explanatum fuit, quænam peccata ſint contra bonum commune, vel tertii. In hoc ordine ponunt Doctores mortem Domini, & ſubmerſionem navis, in quibus caſibus procedi poteſt ad inquiſitionẽ contra ſervos, & nautas etiamſi non ſit ſuſpicio particularis de aliquo; in his quippe caſibus ſufficit ſuſpicio communis populi con-

contra omnes, prout advertit Navarrus in *rubricâ* de judicis *n.95.* Leſſius *lib.2.cap.29. num.130.* colligendo illud *ex l. 1. ff. ad ſenatum Conſul. Syllan.* & *ex l. quoties C. de naufragiis.*

5 Tertiò, Judici præbet jus ad inquirendum accuſatio, vel denunciatio judicialis, ſive fiat inſtantia à parte petente ſatisfactionem ob receptum gravamen, ſive fiat inſtantia ab aliis poſtulantibus punitionem delicti, dummodo fiat legitimè, & concurrant conditiones in *capite* 10. explicatæ.

Hæc tamen intercedit differentia, quòd is qui accuſat ad hoc, ut ſibi ſatisfiat, de damno illato, non teneatur attendere ad hoc, an præceſſerit infamia delicti, ſed obligare ſe ad probandum delictum, prout advertit Julius Clarus *quæſt.* 4. *num.* 10. cum cæteris. Quòd ſi delictum probabile ſit, per duos ſaltem teſtes conteſtes, quilibet eorum tenebitur ad confitendam veritatem, quòd, prout inquit Villalobas *Tract.* 17. *diff.* 1. *num.* 11. certiſſimum eſt. Si verò accuſans ob proprium gravamen, habeat unum dumtaxat teſtem, iſte non tenebitur ad reſpondendam veritatem, nec licitè poteſt, niſi in caſu, quo timeretur damnum grave in futurum, & non adeſſet aliud medium illud evitandi. Ille verò, qui gravamen non accepit, nec ſe habet ut pars intereſſata, ſolùm denunciare vel accuſare poteſt in delictis, quæ ſunt in damnum grave Communitatis, aut tertii, ſi non præcedat infamia, ſicut dictum fuit *cap.* 5. *num.* 7. cæteri autem illâ ſeclusâ non poſſunt.

Notandum etiam eſt, Judicem non debere curare dictum denunciatoris, aut accuſatoris affirmantis eſſe infamiam delicti, niſi prius illam probet: etiam ſi Accuſator ſit Officialis publicus, ſi agatur de delictis, quæ requirunt infamiam, imò etiamſi ſint de illorum genere, quæ illam non requirunt, debet tamen Judex prius examinare fundamenta, quibus nititur Accuſatio, vel denunciatio, nam cæteroquin quælibet perſona ordinaria poſſet dehoneſtare hominem gravem, & bonæ opinionis; quòd magis adhuc urget inter Religioſos.

6 Circa jus, quod infamia dat Judici, variæ ſunt opiniones; quidam enim aſſerunt, eam ſolam ſine indicio non præbere ipſi jus ad inquirendum ſpecialiter: Ita Joannes Andreas *in addit. ad ſpeculat. tit. de prob. §. videndum num.* 19. Petrus Duennas *in regulâ* 30. *fallentia.* 4. cum multis aliis.

Exiſtimo tamen certò, hos Authores loqui de infamiâ, quæ innititur debilibus fundamentis, quæ dubio procul non ſufficit ad inquirendum, talis enim propriè infamia non eſt, ſed vox & murmur vulgi, quod curari non debet; & illi, qui tradunt contrariam his Authoribus, opinionem, loquuntur de illâ, quæ habet fundamentum: attamen, ut punctum hoc melius intelligatur, & Authores concilientur inter ſe, ſupponendum eſt, qualitatem infamiæ non tantum deſumi à perſonis, inter quas divulgata eſt (licet etiam ad hoc attendendum ſit) quantum à fundamentis, & principiis, ex quibus orta fuit, & conformiter ad hoc dicit Farinacius *in prax. quæſt.* 47. *numer.* 31. quòd licet infamia eſſet ſparſa inter mille perſonas, ſi non pateſiat cauſa veroſimilis, ex quâ nata eſt, non debet curari: ita etiam ſentit Franc. Caton. de indiciis & tortur. *tract.* 8. *cap.* 2. *rub. de famâ ſeu dicto gentium num.* 12.13 & 14. ubi allegat illud Exodi cap. 22. *Nec in judicio plurimorum acquieſcas ſententiæ, ut à verò devies. Iudex enim* (inquit) *debet conſiderare in iſto caſu, non quia dicitur, ſed unde, à quibus, & quid, & qualo dicitur: cùm magni ſanctique, opiniona vulgi, perierint, & trucidati ſint: Chriſtuſque noſter Redemptor populi voce crucifixus eſt.* Itaque quod plurimum facit pro infamiâ, ſunt cauſæ, ex quibus naſcitur; & hinc duo ſequuntur.

Primum eſt commune Juriſtarum dictum, quòd infamia per ſe accuſet, non tamen probet; niſi mediante fundamento: fundamentum verò probet, ſed non accuſet, niſi mediante infamiâ.

Secundum eſt, quòd Doctores ponant infamiam inter indicia, eò quòd ex illis robur ſuum principale hauriat. Hinc ſi cauſæ fuerint frivolæ, & parvi momenti, nihil operantur contra infamatum: & quia de hoc certa regula dari non poteſt, relinquunt Authores arbitrio prudentis, & Chriſtiani Judicis, cui incumbit cura, dandi unicuique

mi

rei gradum & locum, quem meretur, in quo non deeſt ſua difficultas, quæ tamen, ut aliqualiter facilitetur, pono ſequentes concluſiones.

7 *Prima Concluſio.* Quando infamiâ fundatur ſolùm in uno teſte, qui vidit patrari delictum, & iſte, aut per incogitantiam vel malitiam narravit aliis, per quos deinde inter multos divulgatum eſt; ſi is qui vidit uſquequaque fide dignus ſit, & cum juramento deponat, ſufficiens fundamentum præbet Judici ad procedendum ad Inquiſitionem ſpecialem contra delinquentem infamatum, nec non ad citandum illum, & accipiendum juramentum, tenebiturque fateri veritatem, hic enim infamia habet ſemiplenam probationem ab uno teſte oculato: & hoc ſufficit, prout in *cap.* 3. de infamiâ *n.*14. dictum fuit; & ita tenent præter ibi citatos Avila de *cenſuris part.* 2. *cap.* 5. *diſp.*4.*dub.*2. Navarrus *ibidem, & lib.*5.*conſ. tit.* de ſententiâ Excommunicat. *conſil.* 59. *num.* 1. Illius verba ſunt: *Non qualibet auditio & infamatio facit aliquid eſſe famoſum, ſed illa, quæ naſcitur ex dicto alicujus, qui vidit rem fieri, & creditur à toto populo, vel Collegio, vel majori parte illius.* Ita etiam Villalobos *tract.* 14. *de Judice diſſ.* 7. *num.*4. ubi dicit, Judicem poſſe inquirere contra illum, cujus delictum fuerat occultum, poſtea tamen ab uno iniquè publicatum. Verum eſt, talem in iſto caſu vocatum ad teſtificandum teneri occultare veritatem, ut Judex non reperiens firmum fundamentum de infamiâ, ulterius non procedat.

Notetur etiam diligenter doctrina *capitis* 10. *num.* 10. & 11. ut ſcilicet accipiatur accurata informatio de qualitatibus illius, qui delictum occultum publicavit, quod totum expreſſit Navarrus in illo verbo *Et creditur.* Idcircò ſi major probatio haberi non poſſit, & Reus delictum neget, liber dimitti debet, & abſolvi; juramentum enim de delicto non commiſſo, ſufficiens eſt ad hoc, ut cenſeatur in hoc caſu ſe purgaſſe, ſicut dicetur *cap.* 21. §. de Purgatione Canonicâ *num.*2. Si tamen accederent alia indicia, ſufficerent ad condemnandum illum ad pœnam arbitrariam ſecundùm indiciorum qualitatem.

8 *Secunda Concluſio.* Quando infamia fundatur in indiciis & conjecturis levibus, regulariter loquendo non ſufficit unum indicium, etiamſi habeatur probatio duorum teſtium conteſtium, ſed requiruntur plura, & & debent inter ſe habere connexionem in ordine ad ipſum delictum, ſecundùm dicta in capite *de indiciis*, & dicenda *cap.*14.*n.*14. ubi agetur *de teſtibus ſingularibus.*

Tertia Concluſio. Quando infamia fundatur in indiciis gravibus, ſecundùm eorum conditionem, & qualitatem judicandum erit, an ſufficiant unum ad præbendum Jus Judici ad inquirendum, aut ſi neceſſum, ut illi accedant alia, licet levia. 9

Quarta Concluſio. Quando infamia fundatur in indiciis urgentiſſimis & violentis ex toto delictum convincentibus, unum ſolum benè probatum, ſufficit ad inquirendum, nec non ad torquendum, imò ad condemnandum Reum ad pœnam arbitrariam, prout ſuo loco dicetur: advertendum tamen eſt, quòd quando infamia naſcitur ex eo, quòd Reus fuerit viſus apprehendi, non ſufficit ad inquirendum contra illum, tunc enim non oritur ex delicto, ſed ex incarceratione. Ita Villalob. *tract.* 14. *diff.* 9. *n.* 12. 10

Difficultas eſt inter Doctores, an probatio quam Judex fecit de infamiâ, debeat inſeri proceſſui, ad hoc, ut ex integro faciat fidem, vel ſufficiat, quòd in capite vel principio ejuſdem eam adeſſe affirmet. Diverſæ hâc in parte ſunt opiniones, nam Foller. *in pract. crimin. Canon. fol.* 87. *num.* 33. aſſerit hoc ſecundum ſufficere, aitque ſententiam eſſe communem. Alii ſentiunt, quòd, quando Judex procedit ad inſtantiam partis, in proceſſu debeat poni probatio infamiæ; quando procedit ex officio, ſimplici ejuſdem dicto credendum ſit: Ita opinatur Alexand. in *c. de Accuſat.* 2. *quæſt.* 8. 11

Non deeſt, qui dicat, non eſſe opus Judicem ordinarium probationes infamiæ inſerere proceſſui, ſed ſi de illa ſibi conſtet extra judicialiter, ſatis eſſe ejus facere in capite proceſſus mentionem: ſi verò Judex ſit delegatus, debet probare infamiam judicialiter, & probationem proceſſui inſerere. Ita Beroius in *cap.* qualiter & quando 2. de accuſat *num.* 36. Aret. in *cap.* cùm oporteat *n.* 45. & *ſequ.* Mirand. *qu.* 7. *art.* 3. *concluſ.* 1. 12.

Verùm

Digitized by Google

12 Verùm relinquendo omnes hos dicendi modos, ſecurior ſine dubio, & probabilior eſt ille, quem ſequitur Jul. Clar. *§. fin. lib. 5. quaſt.* 31. *num.* 10. ubi dicit, quemlibet judicem debere infamiæ probationem ponere in capite proceſſus, vel ejus corpori inſerere, ut faciat fidem, nam alioquin quilibet Judex, utpote homo paſſionibus ſubditus, poſſet procedere ad ſpecialem Inquiſitionem contra aliquem, dicendo, extrajudicialiter ſibi de infamiâ conſtare, quod eſſet deſtruere totam praxin criminalem: idcircò inquit, illud, quod communiter fit, & fieri debet, eſt, ut ſi conſtet de delicto, probatio infamiæ contextui proceſſus inſeratur.

Hanc ſententiam ſequitur Navarrus in rub. *de judiciis* dicendo, non eſſe credendum Judici affirmanti adeſſe infamiam, ſi ejus probatio non conſtet ex proceſſu, & eſt valde conſonum Juri in *cap.* quoniam *de probat.* Ita Decius *conſ.* 170. Villalobos *tract.* 14. *de Iudice.* Alderete, *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 27. Joſeph à S MARIA *in ſuo tribunali tract.* 3. *cap.* 6. §. 2. Martinus à S. JOSEPH *in ſua Epitome cap.* 5. *nu.* 5. Trullench. *lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 10. *nu.* 5. hoc autem fieri poſſet uno ex tribus modis ſequentibus.

Primus eſt, ſi Prælatus antequam procedat ad Inquiſitionem particularem contra delinquentem, faciat informationnm ſummariam adhibendo duos, aut tres teſtes graves, probatos, & impaſſionatos, de quibus præſumi poſſit, quòd habeant notitiam caſus, ponendo illis præceptum, ut ſub juramento deponant id quod ſciunt de infamiâ; an illam habeant pro verâ & legitimâ, natâ ex indiciis ſufficientibus, declarando qualia nam ſint, à quibus audiverint caſum, an communiter de illo loquantur homines, &c. cum aliis circumſtantiis, poſitis in *cap. de infamiâ*, ut ita maturè fundatèque conſtet, quòd ſecundùm Juſtitiam procedatur.

13 Secundus modus eſt, ſi Prælatus extrajudicialiter de delicto, & infamiâ certificatus faciat de hoc mentionem in principio proceſſus poſt primam & ſecundam interrogationem factam in ordine ad notitiam delinquentis, & exceptiones generales, & adjungat unam interrogationem, per quam probetur infamia, ut ſic teſtes manifeſtent illas perſonas, à quibus perceperunt delictum, & publicitatem ſimul, quam habet apud cæteros, ſecundùm dicta in capite de infamiâ.

Tertius modus, qui videtur magis redactus in praxim, eſt, quòd poſtquam Prælatus ante formationem proceſſus fecit inquiſitionem extrajudicialem de corpore delicti, & infamiâ, conſtando ipſi, quòd ſit legitima, faciendo de his omnibus relationem in principio proceſſus, in fine examinis cujuslibet teſtis fiat ſpecialis interrogatio, an illud, quod dixit, ſit publicum, ita ut de eo ſit infamia in Communitate; & non ſufficit eum reſpondere affirmativè, ſed debet totum explicare, quod neceſſarium eſt ad teſtificandam infamiam, ita ut faciat fidem, ſecundùm quod dictum eſt in *cap. de infamiâ*, & apparebit in praxi in ſecundâ parte hujus operis. 14

Reſtat nunc explicandum Jus, quod præbent aliqui caſus, & indicia particularia ad iſtam Inquiſitionem. Omnes in hoc conveniunt, quòd, quando delictum committitur in ipſo judicio, cum ejus præjudicio; ſicut ſi conſtaret, teſtes deponere falſum, denunciatorem, vel accuſatorem ſtruere calumniam, prævaricari, vel tergiverſari, Judex poſſit inquirere contra illos, ſine ulteriori *Infamiâ facti*, cum ſola *Infamiâ Iuris*, quæ hic invenitur. Ratio, quam dant Doctores, eſt, quia hujuſmodi delicta multùm præjudicant bono communi, eo quòd impediant rectam Juſtitiæ adminiſtrationem: tum etiam, quia ſunt in perniciem & nocumentum tertii, ſicut advertit Soto de ſecreto, *memb.* 2. *quaſt.* 6. *concl.* 3. 15

Quando Reus extrajudicialiter delictum confitetur, coram duobus aut tribus, nec iracundiâ, nec metu inductus, ſed merè voluntariè, ita ut illico non retractet ſuam confeſſionem, ſi enim illam ſtatim revocaret, non valet, ut docet Farinacius *Tom.* 3. *quaſt.* 81. *cap.* 9 *num.* 348. Maſcardus *concluſ.* 350. *n.* 8. & eſt doctrina communis, & ſi deductus in judicium probat errorem confeſſionis, non valet: benè tamen, ſi illam probare non poſſit, ut docet Felinus *cap.* olim *num.* 2. *de reſcriptis*, Julius Clarus *qu.* 21. Maſcardus ubi *ſupra n.* 6. 16

Si tamen non ſtatim revocet ſuam confeſſionem factam extrajudicialiter coram duobus, dicunt Juriſtæ, ſufficere ad inquirendum contra illum, imò etiam ad eum torquendum, eſto non habeatur infamia, cùm illorum teſtium dictum (dummodo conteſtes ſint) ſemiplenam probationem efficiat, atque Rei confeſſio loco infamiæ ſit. Ita docet Felinus in *cap.* olim 25. *de reſcriptis num.* 5. Antonius Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 8. & Julius Clarus *qu.* 21. *num.* 35. cum aliis addit, ſolam Confeſſionem Rei factam extrajudicialiter coram Judice ſecluſo alio teſte ſufficere ad ſubjiciendum eum torturæ, licet non ad eum condemnandum: aſſeritque hanc eſſe praxin communem. Pater Emmanuel in *Summa cap.* 3. *num.* 7. exiſtimat, quòd ſi talis confeſſio facta fuerit ſecretò coram uno, vel duobus, etiam præſente Prælato, non poſſit inquiri contra eum: attamen ſi fuiſſet facta coram multis, poſſet inquiri ſine infamiâ: non tamen explicat, quotnam debeant eſſe, qui talem Confeſſionem audierint, idcòque relinquit caſum indeciſum.

17 Quod autem hâc in re (relinquendo has has opiniones) ſequi oportet, præſertim inter Religioſos, eſt, quòd Confeſſio extrajudicialis Rei etiam facta coram Judice, & aliquibus, dummodò non ſint tot, quot ſufficiunt ad infamiam generandam, non præbeat Judici jus ad publicè contra illum inquirendum: Ita Sotus de Secreto. *memb.* 2. *quæſt.* 6. *concl.* 3. Navarr. *cap.* inter verba, *corol.* 62. *num.* 671. & 672. Thom. Sanch, *lib.* 6. *conſ. cap.* 3. *dub.* 19. *num.* 5. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 15. Trullench. *lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 10. *nu.* 8. Cùm enim deficiente infamiâ delicti, non obſtante, quòd fuerit patrari viſum à tribus, aut quatuor non acquiratur jus ad inquirendum ſpecialiter ob defectum infamiæ, quantò minus acquiretur per Confeſſionem Rei factam coram illis ipſis, cùm non tantum probet dictum iſtorum, quantum illorum? unde inferunt citati Authores, quòd multò minus poſſit inquirere Prælatus in virtute alicujus notitiæ habitæ per aliquam ſubditi epiſtolam, in quâ fatetur ſe commiſiſſe aliquod delictum, quod non redundat in perniciem boni communis, aut alicujus tertii innocentis, ſi enim redundet, poterit practicari doctrina *num.* 26.

Illud autem in quo latet major difficultas, eſt, an quando Reus in judicio per inadvertentiam, vel ignorantiam confitetur aliquod aliud delictum ſecretum, de quo non erat interrogatus, nec laborabat infamiâ, nec erat ex iis, quæ habebant connexionem cum delicto principali, ſi hoc fieret ſolùm coram Judice, & Notario vel Secretario, ſatis ſit ad hoc, ut Judex abſque ulteriori infamiâ alium formet proceſſum & inquirat contra Reum. 18

Communis Juriſtarum opinio eſt affirmativa: talis enim Confeſſio cauſat *Notorium Iuris*, quod ſufficit, tum etiam quia hic habet locum regula illa Juris, ſcienti, & volenti non fit injuria. Favet huic ſententiæ Lex 2. §. *ſi publica ad l. Iuliam de adult*: eam ſequuntur Leſſius, Sanchez, Trullench. noſter Thomas à Jesu *tract.* 2. *c.* 4. *n.* 6. N. Philippus à SS. Trinitate *Tom.* 3. curſ. ſui Theolog. *Tract.* 2. *diſp.* 8. *quæſt.* 67. *N.* Urbanus ab Aſcenſione in ſua Theolog. morali ac Canonica *Tract.* 3 *cap.* 8. & alii, ubi ſupra.

Attendendo tamen ſemper ad leges charitatis mihi videtur in tali caſu juridicè procedi non poſſe, ſuppoſito quòd non habeatur infamia facti; ideoq; Prælatus in quantum Advocatus Rei debet eum admonere, ſe de illo non interrogare, ſed ſolùm de delicto principali, de quo infamatus eſt, poſtea poterit eum fraternè corrigere ob delictum, quod inadvertenter coram præſentibus confeſſus eſt.

Hanc ſententiam tenet Sotus *ubi ſupra caſu* 4. & quidam eximiæ eruditionis noſtræ Congregationis & Religionis alumnus Leonardus à Spiritu Sancto, nuncupatus, jam defunctus, in inſigni quodam Tractatu manuſcripto, quem reliquit de hâc materiâ.

Ad primum fundamentum contrariæ ſententiæ reſpondetur facilè ex doctrina *cap.* 9. *n.* 18. applicando eam proportionaliter ad præſentem caſum. 19

Ad ſecundum reſpondeo, quòd in caſu noſtro illa regula non valeat, nam tametſi velit revelare delictum, hoc velle naſcitur ex con-

conſcientiâ erroneâ, ac proinde non verificatur illud verbum *Scienti*, ſi enim ſciret, potuiſſet occultare delictum ſecretum, de quo non erat infamatus, nec interrogatus: debet igitur ſic eum Judex tamquam Advocatus dirigere, ſecundum quod charitas & Juſtitia permittunt, & admonere, ut reſpondeat ſolùm ad interrogata, & non deflectat ad alia.

20 Ex hoc infertur, quòd multò minus Judex inquirere poſſit in virtute delicti, quod intra judicium Teſtis *incidenter* revelavit; & id ipſum dicendum, ſi ipſe Reus manifeſtaret delictum aliquod de quodam tertio, vel complice, ſi non ſint de numero eorum, quæ habent connexionem cum principali, & de eo non præceſſerit infamia. Ita Cajet. *opuſc.* 31. *reſponſ.* 5. Maſcardus *Tom* 3. *concluſ.* 1311. *num.* 1. Marſilius *in pract.* §. *diligenter nu.* 59. *&* 109. Carrer. in *pract. tr.* 2. *de indiciis & torturâ* §. 8. & alii multi, quos refert & ſequitur Farinac. *Tom.* 2. *prax. quaſt.* 43. *à num.* 1. *uſque ad* 6. & ratio, quam hi Doctores afferunt, eſt: *quia tàm ex lege naturali quam divinâ unuſquiſque tenetur ſui proximi ſecretum celare.* Videatur id quod dictum eſt *cap.* 21. §. 2. *num.* 21. Dixi de delictis, quæ *non habent connexionem*, ſi enim eam habeant, jam poterit procedere: in infamiâ enim delicti principalis habetur etiam infamia cæterorum, quæ cum illo connexionem habent, quæ licet incidenter manifeſtata non eſſent, poterit tamen de illis Judex interrogare teſtem & Reum, prout ſuis locis dicetur.

Notetur, quòd in omnibus his caſibus ſit dumtaxat ſermo de delictis perſonalibus, ſi enim forent de numero eorum, quæ ſunt in damnum boni communis, aut tertii, ex quâvis illarum notitiarum poteſt Judex procedere ad inquirendum contra delinquentem, ſi per aliam viam damno obviari non poſſit ſecundùm doctrinam datam *in cap.* 5. videatur *cap.* 19. *num.* 15.

21 Non eſt etiam levis difficultas, an de delicto perſonali, quod quis committit coram Judice, & aliis duobus, aut tribus, poſſit juridica fieri inquiſitio examinando teſtes oculatos, & puniendo publicè delinquentem.

Ratio dubitandi deſumitur ex injuriâ, quę fieri videtur Judici ex eo, quòd coram eo patietur Emmanuel Rodriguez in *Summâ cap.* 3. *Ordinis Iudicialis num.* 7. tenet partem affirmativam, & videtur ejuſdem mentis eſſe P. Joſeph à S. Maria in ſuo *Tribunali tract.* 3. *cap.* 6. §. 9. dico autem (videtur) quia ratio, quam ipſe dat, eam probat, exempla verò quæ affert, ſunt de genere eorum delictorum, quæ turbant rectam juſtitiæ adminiſtrationem, de qua re jam dictum fuit *n.* 1. idcircò ambiguum eſt, de quibuſnam peccatis loquatur. Verba illius ſunt: *Quando aliquis in aliquâ causâ civili, vel criminali deliquit coram Iudice, ſicut ſi teſtis juràſſet falſum, aut pars præſentaret falſos teſtes, tunc ob injuriam Iudici illatam poteſt formari proceſſus contra delinquentem per inquiſitionem ſpecialem.*

Ex quibus hic Author nihil probat in ordine ad intentum: tenet tamen hanc ſententiam Julius Clarus *quaſt.* 8. *nu.* 5. ubi inquit: *Ex eo quòd Iudex videat aliquem delinquere, poterit abſque aliqua querelâ aut denunciatione ſtatim ſuper eo informationes aſſumere & contra eum procedere, & ſic iſte erit unus ex caſibus, in quibus aperitur via Iudici ad inquirendum abſque ullâ querelâ, denunciatione, vel diffamatione præcedente.* Id ipſum ſentit Farinacius *in praxi qu.* 21. *nu.* 136. Navarrus *in dict. cap.* inter verba, *corol.* 62. *n.* 68. qui dicit, quòd ob ſolam injuriam gravem, quæ infertur Judici, peccando in ejus præſentiâ, poſſit procedi contra delinquentem, licet peccatum eſſet perſonale dumtaxat. Ita *num.* 182. Et procul dubio hæc eſt praxis receptiſſima apud Judices ſæculares.

His non obſtantibus mihi videtur, quòd, 22
quando delictum commiſſum coram Judice, & aliis duobus, aut tribus eſt de numero eorum, quæ ad ſui punitionem infamiam requirunt, cujuſmodi ſunt perſonalia, v. gr. blaſphemiâ, & ſimilia, non poſſit Judex, ſaltem ſine læſione charitatis, procedere ad publicam caſtigationem, benè tamen ad correctionem, & punitionem aliquam ſecretam, factam coram conſciis, dummodo non divulgetur inter plures.

Ratio fundamentalis eſt, quia Judex non habet jus caſtigandi delicta perſonalia, niſi quatenus ratione publicitatis ſcandalizant

Communitatem, & nocent communi bono, & cùm ex aliâ parte ut perſona particularis ſecundùm leges charitatis teneatur reſpicere ad famam proximi, & inſtar Advocati eam defendere, non poterit in dicto caſu publicè procedere contra talem delinquentem tamquam Judex, ſed ſolùm in ſecreto tamquam Pater.

13 Aliud dicendum eſſet in delictis gravibus commiſſis contra ipſam perſonam Prælati, vel Judicis, ſive deinde conſiſtant in verbis, ſive in opere, in tali ſiquidem caſu propter notabilem injuriam & præjudicium, quod infertur dignitati, ſunt contra bonum commune, non minus quàm illâ quæ patrantur contra ipſum Judicium, ſecundum quod diximus *num.* 15. quam ob rem hoc genus delictorum numerant inter atrocia Menoch. *de arbitr. lib. 2. contr. 3. caſu 263. num. 5.* Tiraquell. *tract. de nobilit. cap. 37. num. 37. nu. 4. & 5.* Pariſ. *conſ.* 147. *num.* 7. *lib.* 4. Oldrad. *conſ.* 7. Alderet. *lib. 2. cap. 17. §. 2. numer.* 13. Emmanuel Rodriguez *Tom. 2. qq. Reg. qu. 3. art. 2.* & probant ex *l. Prætor edixit* §. final. *ff. de injuriis.* Hinc ſi talia delicta probari poſſunt per duos teſtes, poterit illa Judex punire publicè, examinando Reum & ſubjiciendo illum torturæ, ſi fuerit neceſſarium: exempla quæ affert Menochius ſunt de quodam Ruſtico, qui indignatus contra Judicem in ejuſdem præſentiâ ipſum illudebat & deridebat, & de quodam alio, qui appellando à ſententiâ, verba graviter injurioſa contra Judicem effutivit: & licet in his delictis non eſſet, niſi unus ſolus teſtis, videtur tamen nihilominus contra Reum poſſe procedi ſecundùm doctrinam *capitis* 5. *n.* 3. & *hujus n.* 18. Id ipſum dic, ſi injuria fieret Prælato per aliquam epiſtolam; quæ ſecundùm hunc dicendi modum videtur remitti poſſe ad Prælatum Superiorem, ut per eam convinci poſſit delinquens ſecundum formam, quam ſtatim referemus *num.* 26.

Primum hujus ſententiæ fundamentum jam eſt allatum, quia ſcilicet injuria illata Prælatis, & Judicibus militat contra bonum commune; item quia ſi, ut ſentit Julius Clarus citatus *nu.* 16. cum aliis ad ſubjiciendum torturæ (licet non ad condemnandũ Reum) ſola Confeſſio extrajudicialis ſufficit, facta cotam Judice ſine teſtibus? & ſi, ut Authores ſententiæ n. 18. dicunt, Confeſſio incidenter facta in judicio cotam Judice & uno dumtaxat teſte ſufficit ad inquirendum contra Reũ & torquendum illum, ſi neget interrogatus à Judice? ſolidum profectò, & forte fundamentum habebit iſta ſententia ad aſſerendum idem, de delicto commiſſo contra ipſum Judicem, non modò, ſi adſint duo teſtes, verùm etiam unus tantùm, aut aliquid æquivalens faciens ſemiplenam probationem.

Nec dubito, quin propter fundamenta, quibus nititur hæc ſententia, eam Judices ſæculares reducant in praxin: inter Regulares tamen, qui ſe conformant, & tenentur magis conformare legibus charitatis, dico, quòd mihi videatur, in his caſibus (dummodò non adſit ſcandalum publicum) Prælatum offenſum debere corrigere delinquentem ſecretò coram illis, qui habent notitiam ipſius temeritatis & inſolentiæ: & ſi facti pænitens ſuam confiteatur culpam, & propoſuerit emendationem, dabit ſecretam aliquam pænitentiam: ſi tamen in ſuâ contumaciâ perſeveraret, poterit uti prædictâ ſententiâ, fundando ſe in hoc, quòd iſta delicta ſint atrocia, & in perniciem boni Communis, ſecundum quod diximus *cap. 5. à nu. 3. & cap. 7. num. 5.*

Sed eſt difficultas, quâ ratione poterit Judex punire illa delicta contra ſe commiſſa, etiamſi publica ſint, cùm ſit doctrina recepta apud omnes, unum & eundem non poſſe ſimul agere partem & Judicem? Reſpondet Menochius cum cæteris ſupra relatis, quòd ſi per leges, & Jura taxatæ ſint pænæ pro talibus delictis, habitâ rei veritate & liquidatione ipſe Judex poſſit eas applicare: ſi tamen taxatæ non ſint, debet remittere cauſam ad Judicem Superiorem, aut delegare ſuam poteſtatem alicui alteri. 14

Mihi tamen videtur, in quovis caſu fore magis conveniens remittere cauſam ad Judicem Superiorem: hinc ſi delicta eſſent contra Generalem, manet penes Definitorium illa recognoſcere & diſquirere: nullo quippe modo convenit, aliquem eſſe Judicem in propriâ cauſâ. An verò culpæ commiſſæ contra Definitores, & Vicarios (qui in-

ter

Digitized by Google

ter nos ſunt Sub-Priores,) ſint hujuſmodi videri poteſt apud Emmanuel Rodriguez *T.* 2. *q.* 33. *art.* 2.

26 Scripturæ publicæ, & authenticæ (quemadmodum docet Farinacius *Tom.* 3. *q.* 48. *n.* 7. & Doctores omnes) plenariè delicta probant, ſupplent enim vices teſtium deficientium, aut per mortem, aut per oblivionem, vel abſentiam; ac proinde per illas convictus remanebit Prælatus, cui imponitur, quòd bona Conventus diſſipaverit: & idipſum dicendum eſt, quando ſcripturæ ſunt privatæ, cujuſmodi ſunt litteræ, & ſcripturæ ſubſcriptæ ab ipſo Reo, ita ut ipſe tales, tamquam ſuas recognoſcat, prout conſtat ex *l. Iulia. publica*, §. depoſit. & ex *l. cum diviſio*, §. fin. ff. de probat. & ex *c. per tuas, eod. tit.* & docent Maſcardus *Tom.* 1. *concl.* 109. Covarruvias *pract. qq. c.* 12. *n.* 7. cum aliis.

Quòd ſi Reus neget eſſe ſuas, ſint tamen duo teſtes conteſtes, affirmantes ſe illas cognoſcere, vidiſſeque ab illo eſſe ſcriptas, eodem modo probant plenariè, ut docent Felin. *in d. cap. n.* 54. Maſcard. ubi *ſupra, concl.* 110. *n.* 9. cum communi ſententia.

Attamen ſi nemo adſit, qui eas viderit ſcribi, debent conferri cum aliis ſcripturis Authoris, aut cum aliqua ſcriptura, quam Prælatus ab illo fieri curabit: & ſi facta comparatione unius cum altera, duo periti teſtes in arte ſcribendi aſſeverent, ſe credere & certò ſibi perſuadere, illas eſſe unius ejuſdemque manus, jam habetur indicium ſufficiens ad inquirendum contra Reum, & ad petendum ab ipſo juramentum, hoc enim facit ſemiplenam probationem in opinione omnium; & probatur ex *l. inſtrumenta, C. de probat.* Et licet Patri Alderete *lib.* 2. *cap.* 5. videatur ex collatione ſcripturarum tam evidentem & certam ſimilitudinem reſultare poſſe, ut plenam faciat probationem, attamen, cùm hæc res ſit fallibilis; dantur enim aliqui, qui perfectiſſimè aliorum ſciunt imitari manum, exiſtimo, quòd ex ſola collatione, & ſimilitudine ſcripturarũ, alia quàm ſemiplena probatio reſultare non poſſit; maximè in cauſis criminalibus, ubi requiruntur probationes ex omni parte claræ, prout patet ex communi ſententia Doctorum: verum ſi præter ſimilitudinem ſcripturarum reperirentur penes Reum litteræ, aut probaretur, eum illas dediſſe aliis, veniſſeque è manibus ejus, ſic unum alteri collatum quaſi faceret plenam probationem: hoc tamen totum Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 114. arbitrio Judicis remittit. Videatur ibidem, tractat enim materiam hanc diffusè, ſicut etiam Farinac. *de teſtibus, quaſt.* 84. per totam, cum aliis quos citat.

Dictum vulnerati ſufficit ad tribuendum Jus pro Inquiſitione ſpeciali contra delinquentem, æquivalet enim querelæ partis offenſæ, hæc autem ſufficit ad hoc, ut Judex poſſit contra Reum capere informationem: Ita Clarus *quaſt.* 21. *num.* 14. Franciſcus Giſlerius *cap.* 18. *num.* 35. ſicut etiam ſufficit dictum vulnerati ad excuſandum infamatum, ſecundùm Gloſſ. 1. *in l. mater. C. de Calumn.* quam ſequuntur Bertrand. *conſ.* 137. *n.* 10. *lib.* 2. *in* 1. *p.* & alii.

Fuga inita, antequam aliquis fuerit denunciatus, aut accuſatus, poſt delictum recenter commiſſum, eſt ſufficiens indicium ad inquirendum contra fugientem, ſi citatus, & vocatus non compareat coram Judice: ſi compareat, deique ſatisfactionem probabilem, tollit indicium, *l. Cornelia*, 25. *ff. ad Sen. Conſult. Sillanian.* Verùm ſi fuga contingat poſt inchoatam informationem contra fugientem, non auget indicium: ac proindo non ſufficit ad ſubjiciendum torturæ, ſicut docet Leſſius *capite* 29. *numero* 164. cum communi ſententia. Verùm, ſi is qui fugit, reliquerit aliquod inſtrumentum, vel ſimile quid in loco delicti, per hoc manet ſufficienter probatum: Ita Julius Clarus *quaſt.* 21. *nu.* 19. ubi diffusè tractat, tam de hac, quàm de illa fuga, quam capeſſit Reus ex carcere, in quo juſtè, vel injuſtè detinebatur. Videatur etiam Farinacius *in praxi*, *q.* 46. Alderete *lib.* 2. *q.* 8. *à num.* 20. & quia inter Religioſos fuga non eſt licita, eo quòd includat novum delictum, nolo hic immorari diutius, quando agetur de carcere, dicentur reliqua. 27

In caſu delicti ſufficienter diffamari, dictum Complicis juramento confirmatum, ſi per- 28

ſi perſona ſit fide digna, ſufficit ad tribuendum Jus ad hoc, ut procedatur ad Inquiſitionem ſpecialem, & multò magis, ſi dictum eſſet duorum ſociorum criminis: Ita Julius Clarus ubi *ſupra num.* 4. & in eodem caſu ſufficit ad dandam torturam, licet quoad hoc contrarium ſentiant Maſcard. *de probat. Tom.* 3. *concluſ.* 1313. Farinac. *q.* 43. *num.* 34. Judicat enim, quòd *Duo imperfecta in ſua ſpecie, non poſſunt unum perfectum facere.* In *cap.* 14. *num.* 21. dicetur, quid valeant Complices in ordine ad teſtificandum contra Reum, conferatur illa doctrina cum iſta.

Præbent etiam Jus ad inquirendum minę jactatæ, & prolatæ antecedenter ad delictum; & multò magis, ſi procedant à perſona temeraria, malæ famæ, & vitæ, in tali enim caſu etiam ſufficerent ad dandam torturam: Ita Julius Clarus ubi *ſuprà num.* 4. & *num.* 37. Farinac. *quaſt.* 46. *num.* 35. *&* 52.

Idem Jus præbet inimicitia gravis, & probata. Ita Giſlerius *c.* 18. *num.* 48. Farin. *q.* 49. *n.* 127. *& ſeq.* ſi tamen inimicitia eſſet levis, non ſufficeret: Ita Carrerius in *pract. crim. num.* 118. Antonius Gomez *cap.* 13. *de delictis, n.* 11. & adjungit Farinac. in delictis occultis, quæ difficulter probari poſſunt, illam ſufficere ad torturam, etiamſi aliud non habeatur indicium.

Quales verò ſint cauſæ & quænam origo, ex quibus gravis præſumi poteſt inimicitia, tam in ordine ad hoc, quàm ad taxandum teſtes, docet Menoch. de *arbitrar. q.* 28. *caſu* 110. Farinac. *in praxi, quaſt.* 49. & *Tom. de teſtibus, quaſt* 53. Emmanuel Rodriguez *T.* 2. *qq. q.* 13. *art.* 3. & nos dicemus in *cap.* 21. *§.* 1. *per totum.* Videatur doctrina *cap.* 14. *n.* 2.

29 Quando res furto ablata invenitur apud perſonam aliquam non bonæ opinionis, non ſolùm ſufficiet ad inquirendum contra eam, ſed etiam ad ſubjiciendam eam torturæ: Ita Marſilius *conſ.* 130. *n.* 42. Rolandus *conſ.* 45. *n.* 39. Farinac. *quaſt.* 37. *n.* 42. cum Bartolo in *l. fin. n.* 5. *ff. de quaſt.* ſi verò perſona bonæ famæ, & opinionis ſit, non ſufficit, prout docet Julius Clarus *q.* 21. *vers. ſi res furata,* Giſlerius ubi *ſuprà n.* 52. debebit tamen oſtendere, quomodo talis res in ſuam venerit poteſtatem, ut ſatisfiat ſuſpicioni, quæ de ipſa haberi poteſt: idipſum dicendum eſt, ſi inveniretur aliquid ſpectans ad aliquem particularem in loco delicti, v. g. pallium, aut pileus, vel aliquid hujuſmodi, quod conſtat eſſe ipſius, niſi probet ſufficienter, in favorem ſuum, cauſam, ob quam illa reliquerit, ſi verò non probet, ſufficiet ad dandam torturam. Farinac. *quaſt.* 52. *n.* 74. Giſlerius *n.* 52.

Omitto alios caſus particulares, nam ex dictis, & doctrina capitis de Indiciis, facilè 30 conjici poteſt, quid in illis fieri poſſit, ideoque hoc caput concludo ſequentibus advertentiis, & notis.

Prima eſt, quòd in cauſis gravibus Religioſorum, & Clericorum ſemper requirantur majora indicia, & præſumptiones ad procedendum judicialiter contra illos, quàm in cauſis ſæcularium, quia præſumptio Juris eſt, in favorem ipſorum ratione dignitatis, & ſtatus; idcircò, id quod ſufficit ad faciendam Inquiſitionem contra aliquem ſæcularem, non ſufficit ad inquirendum contra aliquem Clericum, aut Religioſum, nec quod ſatis eſt ad examinandum illum, capiendam Confeſſionem, & ſubjiciendum torturæ, ſatis erit pro iſto: Ita Bernard. Diaz. *in pract. c.* 117. Menoch. de Præſumpr. *li.* 1. *q* 31. *num.* 8. Maſcardus *de probat.* 1. *Tom. quaſt.* 10. *num.* 38. Rodriguez *Tom.* 2. *quaſt.* 19. *art.* 3.

Hoc tamen debet intelligi de Religioſis, & Clericis, qui probè vixerunt, & bonæ ſunt famæ, ſi enim fuerint diſcoli, ſoliti committere defectus, & delicta, ſicut tunc præſumptio Juris pro illis non ſtat, ita id, quod ſufficiet ad procedendum contra aliquem ſæcularem, ſufficiet etiam ad procedendum contra iſtos. Doctrina hæc eſt Simancæ *de Cath. inſtit. cap.* 65. *num.* 23. Ovandi in 4. *diſt.* 19. *pagin* 780. Joſeph à S. MARIA *tract.* 5. *cap.* 2. *§.* 5.

Secunda eſt, quòd ſi in aliquo caſu haberetur fundamentum ad procedendum contra aliquem Religioſum circa malam con- 31 verſationem cum quadam fœmina maritata

(idem

ſidem erit, etſi maritata non ſit, dummodo ſit bonæ famæ) oportet uti circumſpectione in proceſſu, non nominando talem fœminam; ſufficit enim, quòd probetur mala converſatio cum muliere maritata: & licet per leges horum regnorum cautum ſit, non tractari in judicio cauſam adulterii ſine accuſatione mariti, hoc tamen non ligat Religioſos: quamobrem quando accipitur Confeſſio à Reo, debet Prælatus illi nominare mulierem, ut videat, qua ratione reſpondere poſſit, & quidnam in ſuam queat defenſionem allegare, & hoc ſufficit ad proceſſum concludendum.

Tertia & ultima advertentia ſit, quòd 31
quando Prælatus, aut Judex informatus de delicto, invenit fundamenta ad procedendum contra aliquem, eum ante ſummariam informationem citare non debet (quæ ſit penes hoc, quòd examinentur teſtes circa delictum, aut indicia de illo) ſed poſt illam, hæc enim eſt, quæ aditum præbet, & fundamentum ad citationem, & petendam à Reo confeſſionem, de qua ſtatim dicemus. Ita Julius Clarus *quæſt. 3. num. 2.* & eſt communis ſententia. Quod totum inferius explicabitur.

CAPUT XIII.

De Secretario vel Notario.

1 Pater Emmanuel Rodriguez *Tom. 2. qq. Reg. quæſt. 13. art. 3.* tradit, in quibuſdam Religionibus eſſe conſuetudinem, quòd Prælati procedant in cauſis ſuorum Religioſorum ſine Secretario, adducitque aliquas rationes in favorem hujus Conſuetudinis: & Ovandus in *diſt. 19. Propoſ. 127.* conformando ſe huic opinioni exponit *cap.* quoniam, *de probat.* ubi licet Pontifex determinet, ſemper debere adeſſe Secretarium in Judicio ordinario; quod eſt ſæcularium, qui obſervant apices Juris, & etiam in extraordinario, quod eſt Religioſorum, qui illos non obſervant; finem hujus determinationis fuiſſe, inquit, ut evitetur determinatio falſa iniqui Judicis, hæc autem ſufficienter evitatur, ſi teſtis legat dictum, quod Judex ſcripſit in ipſius præſentia, ſuoque nomine ſubſcribat affirmando ſe legiſſe, & ita rem ſe habere, ſicut ſcriptum eſt; aut ſi ipſe teſtes ſcribat ſuum dictum, ac ſubſcribat; quem ſtylum inquit eſſe utilem & proficuum Religionibus: quia ſic actus Judiciales manent ſecretiores, & fiunt cum majori circumſpectione, cum majori pace & quiete Conventus.

Hanc conſuetudinem non reprobo, ſi alicubi legitimè fuerit introducta, præſertim in cauſis minoris momenti, in quo ſenſu eam admittit Rodriguez. Scio, in noſtra Religione in omnibus cauſis judicialibus Secretarium adhiberi, & ita debere fieri, quia licet P. Joſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali, tract. 4. cap. 2.* dicat, non eſſe de eſſentia vel ſubſtantia Judicii: addit tamen, eſſe valde conſonum Juri, propter illam determinationem in cap. *quoniam, de probationibus,* factam per Innocentium III. ubi inquit: *Ne falſitas veritati præjudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati: ſtatuimus, ut tam in ordinario judicio, quàm in extraordinario Judex ſemper adhibeat, aut publicam (ſi poteſt habere) perſonam, aut duos viros idoneos, qui univerſi judicii acta conſcribant.*

Ego tamen exiſtimo, eſſe de neceſſitate Judicii in cauſis gravibus adhibere Secretarium, aut duas perſonas fide dignas, quæ aſſiſtant actibus judicialibus, ſicut advertit Pontifex in citato loco. Ita Alderete *lib. 1. cap. 8. num. 6.* & idem ſentit Rodriguez *art. 2.* ſolùm in cauſis levibus inquit, poſſe ſuſtineri, & defendi contrarium.

Ratio eſt, quia omnia, quæ ordinantur ad conteſtandam, & liquidandam veritatem, ſunt de ſubſtantia judicii; ſed id, quod modo diximus, unum ex illis eſt; ſimulque

tollit

Digitized by Google

tollit occaſionem altercationis inter Judicem & Reum: quia aufert omnem ſuſpicionem à Judice, & defendit Reum à calumnia, & prout advertit S. Thomas 22. *q.*68. *art.*2. *in corpore*: talis eſt humana fragilitas, quòd ſi allegata non eſſent ſcripta, authentica, & probata, in cauſis rectum iudicium ferri non poſſet.

Quamvis conſtituere Notarios publicos pertineat ſolùm ad Principes ſupremos, v. g. Romanum Pontificem, Imperatorem, Reges, & ad eos, qui ab his communicatam habent poteſtatem: in Religionibus tamen viget mos, quòd Superiores, v. g. Generalis, Provincialis, & Prior nominent Secretarium loco Notarii, cui eadem præſtatur fides in actibus proceſſalibus, quæ cæteris Notariis publicis: Ita N. Thomas *tract.* 3. *de Viſit. Reg. c.*2.*n.*10. & alii communiter, & licet P. Emmanuel Rodriguez *Tom.* 3 *qq. Regul. q.*8. *art.* 2. afferat privilegium a Pio V. conceſſum Ordini Prædicatorum, quo gaudent Mendicantes, in quo conceditur, poſſe Generales, & Provinciales Religioſos ſuos deputare in Notarios publicos, ad intimandum quibuſvis perſonis mandata, & reſcripta Apoſtolica, quæ ſunt in bonum Religionis. Hoc tamen credo vix eſſe uſitatum, ſemper enim vidi eos uti Notariis extraneis, in ordine ad notificandas quaſcũque litteras Apoſtolicas.

5 Dubium eſt, an ſit de ſubſtantia proceſſus, quòd ab illo Religioſo, quem Prælatus pro Secretario nominavit, petatur juramentum fidelitatis, ad hoc ut fidem faciat? Pars negativa duabus rationibus probari poteſt, quæ licet ſint ab authoritate negativa, ideòque non convincant, nihilominus videtur, quòd illam faciant probabilem. Primum eſt, quòd Authores graves, qui ex profeſſo tractant de Ordine Judiciali inter Religioſos, faciendo mentionẽ accuratiſſimam de ſpectantibus ad ſubſtantiam judicii prætereant cum ſilentio, & omninò nihil dicant de juramento Secretarii, cùm tamen meminerint juramenti faciendi à Reo & teſtibus: Ita P. Suarez *To.* 4. *de Relig. lib.*10. *c.* 12. *n.*29. ubi ait: *Suppoſita infamia examinari debent teſtes coram Notario, ſeu Secretario, quem ipſe Prælatus ex ſuis Religioſis ad hoc munus conſtituerit: ut omnes actus Inquiſitionis fideliter conſcribat, eiſque ſimul cum ipſo Prælato ſubſcribat ad eorum probationem.* Et ſtatim tractando de examine teſtium ſubdit, quòd ab illis petendum ſit juramentum, non faciendo ullam mentionem de juramento Secretarii. Eumdem ſtylum obſervavit Lezana *To.* 1. *c.*27. de modo procedendi in cauſis Regularium *n.* 11. Villalob. *Tr.*17. *diff.* 7. tractando de neceſſitate Secretarii: & Joſeph à S. Maria in ſuo *Tribunali Religioſorum*, ponendo caput particulare, quod eſt ſecundum *tractatus* 4. de *neceſſitate Secretarii, vel Notarii*, ne quidem verbum dicit de tali juramento; ſicut nec Miranda in *ſuo ord. judic.* nec credendum eſt, homines adeò doctos, & qui ex profeſſo de hac ſcripſêre materia, ſi talis circumſtantia eſſet una ex ſubſtantialibus Judicii, illius non fuiſſe memores, cùm tamen agendo de cæteris nec unum jota, aut apicem prætererint; ac proinde inferendum videtur ex eo quòd talem circumſtantiam omiſerint, eos ſibi perſuaſiſſe, quòd ad ſubſtantialia proceſſus non ſpectet, ſed ad accidentalia dumtaxat.

Secundum argumentum ex eo, quòd in 4
nullo ex allegatis textibus pro parte cõtraria expreſsè juramentum requiratur in Notario, quamvis Gloſſa, & alii Authores illud inferant; immò addo, quòd licet illud expreſsè requirerent, adhuc tamen reſtaret dubium, an eſſet aliquid ſubſtantiale, vel accidentale, quamobrem mihi videtur, quòd ſi in aliqua, vel aliquibus religionibus eſſet recepta conſuetudo non petendi juramentũ à Notario, vel Secretario, non debeat reprobari; quia etiam Suarez ubi ſupra loquendo de neceſſitate juramenti teſtium, & qua ratione non ſit conveniens illud ſupplere præceptum, addit: *Niſi recepta conſuetudo Religionis alium modum teneret, & juramentum non eſt tam ſubſtantiale, quin poſſit renunciari per partes cap.* tuis de teſtibus. *Illa autem conſuetudo renunciationi æquivalet, nam conſuetudo dat jus & tollit, ac renunciat, quod perinde eſt.*

Contrariam ſententiam expreſsè tenent P. Alderete *lib* 1. *c* 8.*n.*8 Portel. *verbo* Notarius *n.* 2. Martinus à S. Joseph in ſua *Epitome cap.* 4. *n.* 9. Dicuntque eſſe adeò eſſentiale judicio, accipere juramentum à Secretario, quemadmodum etiam à teſtibus, & Reo, ut ſi non

Digitized by Google

non ut fiat, proceſſum non fore in rigore ſubſtantiali Juridicum; quia juramentum facit fidem publicam, & authenticam ei, quod ſcribit Secretarius.

Exiſtimo hanc ſententiam ſequendam, eo quòd efficaciter colligatur ex *c. ad audientiam*, de præſcription. *§. nos autem*, & ex *c. quoniam contra*, de probation. *verb.* duos viros, & ibi gloſſa, & Expoſitores omnes; nec reperi Authorem, qui abſolutè contrarium aſſerat; ſolum dicunt aliqui, quod ſicut inter Religioſos loco juramenti ſufficit ponere præceptum reo, & teſtibus de fatenda veritate, ſic etiam ſufficiat ponere præceptum de fidelitate Secretarii, nam eadem videtur utrobique ratio.

Ego tamen mihi perſuadeo, quòd ſemper in ordine ad informationes juridicas, circa res graves, conveniat accipere juramentum, quia revera tam in Tribunalibus ſæcularibus, quam Eccleſiaſticis nullus Scriba, vel Notarius eſt ſine juramento fidelitatis, & hæc eſt prima diligentia, quæ fit, dum accipitur poſſeſſio officii.

5 Licet ut paulò ante diximus, creare notarios pro omnibus cauſis (qui in Religionibus vocari ſolent Secretarii) ſpectet ad Summum Pontificem, Imperatorem, Reges, & Principes Supremos, & eos, quibus eorum poteſtas communicata eſt, & Religioſi ſecundum commune dictum ab hoc miniſterio excluſi ſint, cùm reputentur veluti mortui huic mundo, *l. de creationibus, C. de Epiſcopis & Clericis*, ob idque non ſe debeant immiſcere negotiis ſæcularibus, *l. repetita C. de Epiſcop. & Cleric.* nihilominus in Religionibus duo poſſunt eſſe genera notariorum.

Primum genus eorum, qui dicuntur & ſunt univerſales pro tota Religione, vel pro qualibet provincia, qui nominari poſſunt à Generali, vel Vicario Generali pro toto ordine, vel à Provinciali pro ſua provincia, & poſſunt eſſe plures, vel unus ſecundum quod fuerit expediens, & hoc ſolum in ordine ad notificanda quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus indulta, privilegia, & gratias ordini proprio conceſſas per Romanos Pontifices, & facienda ea omnia, quæ neceſſaria fuerint ad authenticandas bullas, ac privilegia Apoſtolica, quæ, ut authentica ſint, concedentur cum ſubſcriptione alicujus Notarii publici, quibus in omnibus Tribunalibus fides adhibenda eſt, ac ſi per Notarios publicos Apoſtolicos facta eſſent, pro talibus enim habendi ſunt iſti Religioſi in virtute Bullæ Pii V. conceſſa Generali, Vicariis, & Provincialibus Ordinis S. Dominici, quibus gaudent etiam cæteri Ordines, qui participant in Privilegiis, quam Bullam refert ad litteram Cherub. in 2. *Tom. Bull.* citans aliam ſimilem Julii III. & Pierinus *Tom. 2. de privil. ad conſtit. 9.* Pii V. & quamvis hic Author ſentiat, quòd in virtute talis Bullæ poſſint etiam Prælati immediati creare notarios, proberque ſatis diffusè in *formular. Prælat. littera N. num. 3.* contrarium tamen tenet doctiſſimus noſter Lezana *Tom. 4. Summa* verb. *notarius num. 3.* quia Summus Pontifex ſolum nominat ſupradictos. Hi Notarii perpetui ſunt, niſi amoveantur per memoratos ſuperiores, qui illos amovere poſſunt, quemadmodum notat idem Lezana *num. 9.* pendent enim ab ipſis ſicut in fieri, ita in eſſe, & conſervari. Verum eſt, quòd tale privilegium per non uſum ſaltem in Hiſpania de ſuo robore multum perdiderit, quamvis dici non poſſit annullatum propter ea, quæ in *capite 27. num. 22.* dicentur.

Secundum genus eſt eorum, qui dicuntur & ſunt Notarii, vel Secretarii pro caſibus particularibus intra Religionem, & nominari conſtituique poſſunt à quolibet Prælato etiam immediato in ordine ad ea, quæ tangunt ejus Juriſdictionem: Ita Portel. *verbo* Notarius *num. 2.* Idem tenent Judices Eccleſiaſtici, & ſæculares pro caſibus particularibus ſui officii, ſimiliter Lezana ubi *ſupra num. 4.* & hæc eſt praxis ac conſuetudo recepta in omnibus Religionibus: Ita Noſter Thomas à Jesu Tract. 3. *de viſ. Reg. cap. 2. num. 10.*

Hic advertatur, quòd illi, qui ad præfatum munus nominandi, & eligendi ſunt, debeant eſſe perſonæ prudentes, timoratæ conſcientiæ, & notitiam habentes eorum, quæ ſpectant ad eorum miniſterium, fideles & tenaces ſecretorum, ex oppoſito enim plura inconvenientia ſequi poſſent, quæ

imputabuntur Superiori, qui illos elegit, quemadmodum notat Bart. in *l. fin. C. de Tabella*. Angelus *verbo* Notarius, & Lezana ubi *ſupra num. 5.*

6 Hæc dixeram in prima editione hujus operis, & quia præfatus Martinus à S. Joseph *num.* 10. ſui *defenſorii* conqueritur, quod ipſum malè citaverim, & quod ipſe non docuerit, eſſe de ſubſtantia judicii exigere juramentum fidelitatis à Secretario, aut Notario, neque hoc aſſerere Alderete, quem etiam citavi, cogor reſpondere, & aliquid amplius dicere.

Primo referam ipſa verba Alderete, ubi ſupra, quæ ſunt ſequentia. *Ipſe ſuperior eliget virum induſtrium & fidelem, cui hoc munus Notarii imponat, à quo juramentum exiget de Notarii officio fideliter exercendo, nam propter hoc juramentum fides illius publica, & authentica habetur*, cap. *ad audientiam*, §. nos autem de præſcript. *Gloſſa in* dicto cap. *quoniam*, verbo *duos viros*, & citat alios Authores, *ac propterea* (proſequitur) *Felinus ex Bald. & Abbate tradit, duos alios viros, qui vicem Notarii ſupplent debere fidelitatis Iuramentum præſtare, in* dicto cap. *quoniam contra duos viros*. Hæc Alderete, cujus verba ponderans doctiſſimus Portel. *ubi ſupra*, ſequentia addidit num. 2. *Optimè advertit Alderete* num. 8. & 9. *quod iſte Notarius creatus à Provinciali, verbi gratia & idem eſt de aliis, debet prius recipere Iuramentum fidelitatis, Iuramentum enim tam eſt de eſſentia Notarii, quàm de eſſentia teſtis; & in Iudicio ſæculari nullus Notarius admittitur abſque prævio Iuramento fidelitatis. Vnde Notarius in cauſis Religioſorum ſi non recipiat Iuramentum in rigore non faciet proceſſum juridicum ſubſtantialiter.*

Hæc dicit Portel ſequendo ſententiam Alderete, fundans ſe in illius verbis, nam propter hoc juramentum, fides illius publica, & authentica habetur. Ubi bene & rectè ſentit, quòd id, quod actus Notarii facit publicos & Authenticos, ſit de eſſentia & ſubſtantia, hoc autem eſt juramentum, & qui concedit illud primum, neceſſariò debet concedere ſecundum.

Idcircò Peirinus etiam non viſo Portel, non enim citat illum in notis ad Bullam citatam Pii V. *num.* 9. inquit, *Nota circa modum iſtos Notarios creandi, quòd Superiores, ad quos eos creare pertinet, adhibitis teſtibus ſufficientibus, & idoneis etiam ex Religione recipiunt Iuramentum ab eo, qui in Notarium creandus eſt, utpote quod eſt de eſſentia talis officii, ut benè Alderete lib. 5. de diſcip. cap. 8. num. 8. & 9.* ac proinde iiſdem verbis Portel ac Peirinus ſentiunt eſſe ſententiam Alderete, Juramentum eſſe de eſſentia & ſubſtantia, ad hoc, ut actus per Notarium ſcripti faciant fidem publicam, & authenticam, ergò ego non malè citavi Alderete, ſuppoſito, quòd illum non malè citaverint Authores tam graves, ſicut Portel & Peirinus: & quòd ego non malè citaverim P. Martinum pro iſta ſententia, clarè patet ex illius verbis in *cap.* 4. ſuæ Epitomes *num.* 9. tractantis de hoc puncto, ubi inquit: *à Notario debet Prælatus exigere Iuramentum fidelitatis in ordine ad ſuum officium fideliter peragendum, nam in virtute hujus Iuramenti adhibetur illi fides publica & authentica cap. ad audientiam §. nos igitur*, cum reliquis, quæ refert Alderete. Si ergo præfatus Author eadem verba habet quæ Alderete, & in illis manifeſtè continetur, Juramentum eſſe de ſubſtantia, & eſſentia ad hoc, ut Notarius faciat fidem publicam, & authenticam, cur conqueritur, quòd ego dicam, eum tenere eamdem ſententiam? Licet ille non dicat, me hoc dicere, ſicut nec etiam dixit Alderete, coacti tamen ſunt Portel & Peirinus judicare, eum ita ſentire, ſicut ego ſentio, ex quibus patet hunc Authorem quærere occaſionem faciendi Apologias etiam pro illis rebus, pro quibus neceſſitas nulla cogit, & quod ſpecialiter mihi diſplicet, eſt, quòd in defenſorio non referat omnia verba, quæ habet in Epitome ſubticendo nimirum, quòd Juramentum faceret fidem authenticam, quod tamen unum ex illis eſt, quæ magis importabant, & ſi iſte Author clarè dicit, per Juramentum dari fidem publicam, & authenticam illis, quæ per Notari-

tarium ſcribuntur, ergo ſine Juramento talis fides non datur, ergò nullius roboris, & valoris erunt, quod nihil aliud eſt, quàm Juramentum eſſe de ſubſtantia.

Non invenietur ullus ſuperior ſive ſæcularis ſit, ſive Eccleſiaſticus, qui creet Notarios, vel Secretarios, etiam ipſe Romanus Pontifex, ſicut benè advertit tradendo formam Speculat.*lib.2.decretal.* titulo *de Inſtrum.edit.num.37.§.ſed quæro,* à quibus facto prius examine non exigatur Juramentum fidelitatis, priuſquam conſtituantur Notarii, & accipiant poſſeſſionem, & hæc eſt una ex principalibus cauſis, ob quas illius dictum valet pro duobus teſtibus in hoc, in quo certificat, & fidem facit: imò plus creditur dicto illius, quàm ipſi Judici quemadmodum Doctores affirmant.

7 Officium Secretarii eſt, ſcribere omnes actus Judiciales, & ſubſcribere iiſdem cum cæteris, quæ dicentur tractando de examine teſtium & Rei, &c. Notare autem debent Notarii, quòd in proceſſibus, vel Inſtrumentis publicis non poſſint aliquid addere vel demere, niſi in rebus, quæ neceſſariò addendæ, vel demendæ ſunt, ſine ordine Superioris, vel Judicis.

Item nec mutare litteras ponendo alias earum loco, nam licet hoc fieri poſſit in illis rebus, quæ ſubſtantiales non ſunt, & in illis locis, quæ variationis alicujus ſuſpicionem generare non poſſunt, quando conſtat manum, & atramentum eſſe eadem, ſicut advertit Socinus *p.2. lib.5. decretalium ad cap. ultimum* ex conſcientia de crimine falſi *num.* 9. melius tamen eſt, ſimilia delere, & ponere in diſtincta linea id, quod fuerit neceſſarium, apponendo deinde in fine, & dicendo, ſe illa deleviſſe, & ſpectare ad lineam, & illa, quæ delentur, ita eſſe debent, ut legi poſſint, & diſcerni queant: Et notat Hoſtienſis citatus, & approbatus per eumdem Socinum *num.* 11. quòd hodie eſt præceptum, quòd in litteris Domini Papæ, nec in magno numero, nec in modico audeat quis manum apponere, etiam litteram unicam, vel dimidiam, vel punctum unicum addendo, cancellando, diminuendo, complendo, aut mutando, exceptis officialibus, quibus hoc permiſſum eſt, alioquin manum apponens ex canone lato in Curia Romana ipſo facto ſententiam Excommunicationis incurrit, quæ non poteſt per aliquem citra Sedem Apoſtolicam relaxari, & quòd difficillimè abſolvantur tales ſine pœna, ut dixi in *cap.lit.* de fide inſtrumentorum. Aliud advertit Socinus notatu dignum *num.* 23. his verbis: *Et adverte, quia fortiter errant Notarii, qui in protocollis & Originalibus in margine aliquam ponunt interlineaturam, quia non eſſet illi fides adhibenda, licet etiam videatur ſcripta manu ejuſdem Notarii, quoniam de facili potuiſſet aliquis ſimilem interlineaturam facere, vel facere litteram ſimilem litteræ illius Notarii, ut dicit Textus in authent. de Inſtrument. Et propterea ipſemet Notarius facile potuiſſet ad inſtantiam alicujus perſonæ addere; prædicta tamen ſemper arbitror limitanda, niſi ex præcedentibus, vel ſubſequentibus aliud appareret, ut ſupra dixi,* hæc Socin. ubi etiam advertit, quòd quotieſcunque Notarius aliquid delet, vel addit ex his, quæ poteſt, in fine debeat expreſſam facere mentionem illorum eorundem verborum, quæ delevit, vel addidit, & non ſufficit dicere, quod totum quod deletum eſt, & intra lineaturam poſitum, in tali pagina valeat, quia paria ſunt, non facere aliquem atteſtationem, ſeu excuſationem expreſſam, ac obſcurè vel dubiè illam facere. Debet etiam ſe ſubſcribere Secretarius in fine cujuslibet Actus Judicialis, verbi gratia in fine Examinis cujuſcumque teſtis, notificationis, &c. & non ſufficit, quòd ſe ſubſcribat ſolùm in fine totius proceſſus: Ita Rodriguez & Perſellus, quos ſequitur noſter Lezana ubi *ſupra num.* 11. licet oppoſitum ſentiat Peirinus.

Maximoperè autem Notario vel Secretario curandum eſt, ne relinquat ſcripturas ad proceſſum ſpectantes in loco aliquo, ubi videri poſſint ab aliis, & hoc pro-

Digitized by Google

pter multa inconvenientia, quæ inde ſequi poſſunt, tali enim modo veniretur in notitiam Teſtium, & aliarum rerum, quæ ſub ſecreto manere debent, debet igitur ſimiles ſcripturas ſub aliquâ clave tenere cuſtoditas, ubi ſecuræ ſint.

Formularium, & ſtylus à Notario, vel Secretario obſervandus in qualibet actione, habetur in ſecunda parte ſuis propriis locis.

CAPUT XIV.

De Teſtibus, eorumque qualitatibus.

b TOt ſunt conditiones, & qualitates, quas Jus Civile, & Canonicum requirit, ad hoc ut aliquis in cauſis ſæcularium teſtis idoneus cenſeatur, ut & multum temporis, & chartæ impendendum foret, ſi quis velit omnes referre: excludit enim ab hoc munere, ſervum, amentem, pauperem, mente captum, mulieres, minores ætate viginti annorum, infideles, infames, perjuros, amicos & inimicos: & tandem exigit hominem ita compoſitum, ut nullam poſſit mendacii generare ſuſpicionem, prout explicatur in *cap. for. de verbor. ſignificatione*, & in pluribus aliis.

Verum quia major pars earum exceptionum eſt de jure poſitivo, pertinetque potius ad apices, quàm ſubſtantiam judicii: inter Religioſos ad multas earum non attenditur, & ſuppoſito, quòd iſte Tractatus pro illis conſcriptus ſit, viſum mihi fuit illa ſolum referre, quæ faciunt ad caſum, & intentum noſtrum, remittendo eum, qui omnia videre cupit, ad Fatinac. *de teſtibus quæſt.* 92. Maſcardum *de probationibus lib.* 1. Antonium Gomez *Tom.* 3. *var. cap.* 12. Leſſium *lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 5. Mirandam *in Ordine Iudiciali quæſt.* 17. *art.* 3 N. Philippum à SS. Trinitate *Tom.* 3 *in* 2. 2. *Tract.* 2. *de Iure & Iuſtitia diſput.* 8. *quæſt.* 70.

a Cauſæ Religioſorum ſemper cùm fuerit poſſibile, per Religioſos Ordinis probari debent, qui omnes ad teſtificandi munus idonei ſunt, etiamſi privati eſſent voce activâ & paſſivâ, dummodo in eis non reperiatur inhabilitas contra Jus naturale, qualis eſſet, ſi ſint inimici capitales à Reo declarati, ſicut dictum eſt *cap.* 12. *num.* 29. vel conſpiraſſent adverſus eum: ſi eſſent notoriè perjuri, aut mendaces, aut commiſiſſent delictum aliquod infame, ob quod mereantur, nullam illis præſtari fidem in judicio, ut habetur in capite *infames* 6. *qu.* 2. *& c. teſtimonium de teſtibus*, & in aliis pluribus: nec ſint etiam amentes, mente capti, nec nimium amici partis contrariæ, ita ut timeri poſſit, & præſumi, eos ex nimio affectu excæcandos, quò minus teſtentur veritatem, ut conſtat ex *cap. Romana* de teſti. *lib.* 6. *ex cap.* teſtes 4. *qu.* 3. Hæ quippe conditiones de jure naturæ infirmant teſtificationem, ideoque ſi eorum Prælatus ſit conſcius, non poterit bonâ conſcientiâ illas habentes admittere in teſtes; non enim minus pertinet ad Prælatum Regularem facere officium Advocati ad defendendum Reum (non enim habet alium) quàm Judicis ad puniendum; idcirco ſemper cùm Reus excipit contra aliquem teſtem, debet eum Prælatus audire, & examinare cauſas, quæ objiciuntur, & ſi invenerit eas eſſe ſufficientes, tenetur illas admittere, ſecundum quod prudenter, & chriſtianè judicaverit, fundamenta ad excipiendum contra teſtem eſſe ſufficientia & valida: in omnibus enim caſibus iſtis tam amicitiæ, quàm inimicitiæ, conjurationis, & ſimilibus determinatio relinquitur illius arbitrio, ſicut advertunt Menoch. *de arbitrariis caſu* 90. Julius Clarus *quæſt.* 24. *num.* 20. Felinus in *cap.* teſtimonium *num.* 5. *de teſtibus*, quia prout dicit *Lex teſtium* §. ideoque *ff. de teſtibus* loquendo cum Judice: *Tu magis ſcire potes, quanta fides adhibenda ſit teſtibus, & cujus dignitatis, & cujus exiſtimationis, & qui ſimpliciter viſi ſunt dicere.*

Debent tamen advertere Prælati, quòd quando Reus excipit contra teſtes, debeat jura-

Digitized by Google

jurare, quòd non taxet teſtes, aut contra eos excipiat ex malitia, vel animo calumniandi, ut docet Maranta in *ſuo Ordine Iudic. 6. part. act* 13.*num.* 13.

Cauſæ verò excipiendi contra teſtes non debent poni in confuſo & generali, ſed explicitè, & in particulari, quòd ſi hoc non fiat, vel cauſæ videantur frivolæ, non debet illas curare, ut docet Boerius *dec.* 321. Julius Clarus *quæſt.* 54. & eſt communis omnium opinio, quia ſicut advertit Curcius *conſ.* 56. quivis teſtis habet præſumptionem pro ſua parte, quòd ſit habilis, & fidedignus, dum aliud non conſtat per probatam exceptionem: & licet addant Boſius in *titulo* de injuriis *num.* 21. Boerius *conſil.* 4. *num.* 37. eſſe commune, quòd ſi Reus imponat teſti defectum aliquem infamatorium, vel aliquod delictum, ſi non probet illud, debeat puniri tamquam falſus calumniator, licet Boerius & Julius Clarus ſentiant *quæſt.* 53. *num.* 4. in quibuſdam Provinciis hoc non eſſe uſitatum: attamen ſi cauſæ fuerint graves, debet audiri Reus, & concedi illi tempus ad earum probationem: eſt doctrina communis, & tangetur melius in particulari *cap.* 21. *de Rei exceptionibus* §. 1. Videantur etiam dicta *cap.* 12. *num.* 28.

Dixi cauſas Regularium, ſemper cùm fieri poteſt, probandas eſſe per Religioſos ejuſdem Ordinis; ſic enim proculdubio convenit ad evitandum ſcandalum apud extraneos: ſi tamen Religioſi ad debitam teſtificationem haberi non poſſint, poterunt adhiberi quicunque Sæculares, etiamſi ſint de numero eorum, qui ex Jure poſitivo inhabilitantur, dummodo non habeant inhabilitatem Juris naturalis; ac proinde poſſunt admitti mulieres, minoris ætatis ab illa quam Jus exigit, ſi tamen pervenerint ad annos pubertatis, ſin minus, non facient fidem integram, ſed ſolùm indicium, quod cæteris additum illam faciet; ſicut etiam omnes hujuſmodi inhabiles per Jus poſitivum, Judices ſæculares admittunt in delictis difficilis probationis, uti eſt furtum, veneni porrectio: proditio, ſimonia, adulterium, & ſimilia; nec non illa, quæ patrantur in locis ſecretioribus, v. g. in montibus, campis, domibus, vel de nocte, præſumitur enim, in his copiam idoneorum teſtium haberi non poſſe. Ita Farinacius *Tom. de teſtibus qu.* 92. Antonius Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 12. *nu.* 21. & habetur in cap. fin. *de teſtibus cogendis*, & eſt communis ſententia.

Inter Religioſos tamen in quocunque delicti genere ſæculares pro teſtibus admitti poſſunt, eſto de Jure poſitivo inhabiles ſint, dummodo non ſint de Jure naturali: & licet Prælatus Regularis illos ad teſtificandum compellere non poſſit, ſi tamen ipſi voluerint ſuâ ſponte, fidem facient: Ita ſentiunt Miranda, Alderete, Rodriguez, & omnes qui de hac materia ſcribunt, & ratio eſt, quia inhabilitates, quæ ſolùm pertinent ad Jus poſitivuum ſpectant ad ejus apices, qui tamen Religioſos in ſuis cauſis non obligant.

Si Sæculares in cauſis Regularium cum 3
juramento teſtari renuant, dicit Rodriguez, quem ſequitur Noſter Thomas à Jesu *de viſit. Reg. Tract.* 3. *cap.* 11. *num.* 3. & ipſorum teſtimonium ſit neceſſarium, poterunt Prælati Regulares recurrere ad eorum Judicem, Eccleſiaſticum, vel Sæcularem, ut illos obligent ad teſtandum cum juramento: hoc tamen raro fieri debet, & in caſibus inexcuſabiſibus ad evitandum ſcandalum, quod ex tali violentia naſci poteſt.

Alii dicunt, quòd in caſu neceſſitatis, in quo præſumitur, ſæcularem, aut recuſaturum jurare contra Religioſum, aut ſi velit jurare, ſcandalizaretur, aut pateretur notam gravem apud cæteros, poſſit Prælatus deputare duos Religioſos, qui loquantur cum ſæculari, & bono modo illum inducant ad hoc, ut referat caſum eo modo, quo ſucceſſit, poſtea præfati Religioſi ſub juramento deponent id, quod à ſæculari audiverunt, & ſic illius ſæcularis dictum valebit in judicio, taliter, ac ſi ipſemet depoſuiſſet: Ita ſentit Martinus à S. Joseph in ſuo *Epitome cap.* 4. *num.* 5. *& cap.* 7. *num.* 6. quamvis ſuadeat, ut Prælati, quantum poſſunt, non ſequantur in praxi hanc opinionem, niſi in aliquo caſu raro, ſicut eſt iſte recenſitus, in quo veritas alio modo liquidari non poteſt. P. Ovandus *in* 4 *diſt.* 19. *pag.* 785. & P. Joſeph à S. Maria in ſuo tribunali *tract.* 4. *cap.* 7. §. 7. hoc admittunt hac conditione, ut Prælatus

cum præfatis duobus Religioſis ſit præſens, dum ſæcularis caſum refert.

4 Fundamenta, quibus hi Authores nituntur, ſunt iſta. Primum, quia juramentum non eſt de iis, quæ ſpectant ad ſubſtantiam judicii, ſed ſolùm ad apices, quos Regulares per privilegia *cap.* 1. *num.* 5. relata obſervare non tenentur. Hoc ſentit Ovandus, & in ſuum favorem citat Roſellam verb. *Indicium*.

Secundum fundamentum eſt, P. Joſeph à S. Maria deſumptum ex verbis *cap.* quoniam, *de probationibus*, quæ retulimus *capite præcedenti num.* 1. ubi Pontifex dicit, in defectu Secretarii duos teſtes ſufficere, qui ejus vicem ſuppleant, coram quibus declarans, ſeu referens ſuum dictum deponat, ergò cùm hic habeantur duo teſtes, ſufficiet iſta diligentia.

Tertium fundamentum deſumit memoratus Pater Martinus à Sancto Joseph ex quodam privilegio Nicolai V. relato in *cap.* 1. *numer.* 6. in quo concedit, quod Prælati in cauſis ſuorum Religioſorum poſſint procedere *Sola facti veritate inſpecta*.

5 Hæc fundamenta mihi parum firma videntur, nam præter Authores citatos conveniunt unanimiter Jureconſulti cum Canoniſtis & Theologis, quòd juramentum teſtium ſit id, mediante quo veritas, quam teſtantur, ſumit ſuam firmitatem, & authoritatem: ſuppoſito autem quòd ad procedendum ad punitionem Rei neceſſaria ſit firma & authentica veritas, juramentum teſtium erit de ſubſtantia judicii: & ita quidam aſſerunt, hanc obligationem eſſe Juris naturalis: Menoch. *de arbitr. caſu* 26. *per totum*, inquit, eſſe de jure quoque divino, idcirco Maſcardus de *probat. concluſ.* 1361. *numer.* 5. *vol.* 3. Farinac. *de teſtibus quæſt* 74. *art.* 1. & alii plures ſentiunt, non poſſe Pontificem tollere juramentum teſtium.

Sed quidquid ſit de hoc ſaltem Authores omnino volunt, eſſe unum ex ſubſtantialibus per Jus poſitivum requiſitum, fundatum in naturali & divino: de quo Religioſi exempti non ſunt, ut conſtat ex jure Canonico in *cap.* nuper 51. *de teſtibus*, ubi Honorius III. inquit: *Nullus teſtimonio quantumvis Religioſus exiſtat, niſi juratus depoſuerit, in alterius præjudicium debet credi.* Item ex textu in cap. *de teſtibus*, ubi inquit. *Nec debent audiri, nec cogi teſtimonium perhibere, utpote ſuper quo deponerent non jurati*, & in *cap.* tuis *eodem titulo*, ubi Panormitanus ait: *Nec Epiſcopo quidem credi, ut teſti, in alterius præjudicium, niſi jurato.* Idipſum conſtat ex jure civili ex *l. teſtium*, C. de teſtibus, *l. jurisjurandi* & *l. ſi quando, in fin.* Cod. eodem & alibi ſæpè.

6 Hinc duo licet colligere. Primum, quàm levia fundamenta ſint, ſecundi modi dicendi paulò ante relati; nam primum, & tertium fundamentum ſupponunt juramentum ſpectare ad apices juris, à quibus ſolum, & non ab alio eximit Nicolaus Quintus in illo privilegio: ſicut patet ex illius verbis, quod etiam concedunt alii Pontifices, & hoc quam leve ſit, patet ex dictis. Inſuper, eſto eſſet probabile, juramentum teſtis non eſſe neceſſarium ad hoc, ut ipſius dictum firmam faceret fidem, per hoc ſolùm, quòd ſæcularis recenſeat caſum; coram duobus Religioſis extrajudicialiter, non teſtatur juridicè de delicto, ergò illius dictum non facit fidem examinati teſtis. Dicere autem, quod ſufficiat juramentum duorum Religioſorum, qui audiverunt relationem caſus, hoc enim dicto ipſius teſtis æquivalere non poteſt, quia dictum ejus velut teſtis fuit oculati, quod facit ſemiplenam probationem, utpote omni exceptione majus: illi verò, qui audiverunt referri, ſunt teſtes de auditu, qui non faciunt ſemiplenam probationem, quando non audiverunt ipſum Reum confitentem delictum, ſed ſolùm præbent leve aliquod indicium vel præſumptionem, quæ poteſt aliquid adjuvare ad alia, ſicut dicemus in hoc capite à numero 24. tractando de teſtibus auricularibus: Hac ratione remanet etiam diſſolutum ſecundum fundamentum deſumptum à ſimili, de duobus Religioſis ſupplentibus vices Secretarii, quando non adeſt; quia illi duo, qui audiunt ſæcularem

Digitized by Google

tem referentem delictum à ſe viſum, ſolùm exercent officium teſtium de auditu, in ordine ad teſtificandum delictum: verùm illi, qui ſupplent vices Secretarii, non aſſiſtunt ad teſtificandum delictum, ſed ut omnia acta proceſſus faciant fidem, & pro authenticis in quovis tribunali habeantur: Prælatum verò eſſe præſentem, vel non, parum facit ad rem, cùm ſit *Extra judicium*, poſtea enim in judicio non poteſt operari, niſi in virtute eorum, quæ deponuntur à teſtibus, nec etiam aliam habet notitiam, quàm auditus, ex eo quòd fuerit præſens, cum ſæcularis retulit caſum.

Addo dictis, mihi videri, Authores iſtos non loqui conſequenter, cùm enim certum ſit, Religioſos, qui audiverunt caſum à ſæculari, eſſe teſtes de auditu, neſcio quâ ratione in his requirant pro depoſitione juramentum, & illud non requirant in eo, qui delictum vidit, ſuppoſito eos arbitrari, juramentum teſtis ad apices juris pertinere.

7 Secundum, quod ex dictis colligitur, eſt, fragile eſſe illud fundamentum, ex quo aſſeritur, inter Religioſos loco juramenti ſufficere cenſuras, & præceptum teſtibus à Prælato impoſitum, nam quantumvis Pater miranda in *Ordine judiciali quæſt.* 14. *art.* 8. illud magnificare conetur, quia utrumque vinculum tam voti, quàm juramenti ſpectat ad Religionem in communi, in omnium tamen opinione, unum ab altero ſpecie infima differt. Facta etiam hypotheſi, quòd Jura, & Doctores ad firmandam teſtificationem requirant vinculum juramenti, non eſt dicendum, præceptum poſſe illius vices ſupplere. Hoc non obſtante judicat Pater Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 29. in Religione, in qua eſt moris, uti præcepto loco juramenti, poſſe ita practicari: & illud ipſum tenet N. Lezana *Tom.* 1. *cap.* 27. *num.* 11. Quamvis hic conſulat, ſemper utendum eſſe juramento.

8 Quando Prælati Regulares videbunt ſe quaſi cogi ad utendum teſtibus Jure poſitivo inhabilibus, uti ſunt ſæculares, procurent, quòd ſint perſonæ graves, probæ, & bonæ famæ, de quibus nulla poſſit ſuſpicio haberi de non teſtificanda veritate, & adhuc in ordine ad hos aliqui advertunt, quòd propter communem æmulationem, & antipathiam, quam habent cum Eccleſiaſticis, fidem tantam non faciant, quantam illi, qui ex toto habiles ſunt, ac proinde neceſſum ſit, eos in majori numero eſſe, quàm habiles, aut ut alia penes illos reperiantur indicia hunc defectum ſupplentia: ſi tamen ſæculares illi præfatas omnes habeant qualitates, non erit opus ad iſta reflectere, ſed uſquequaque & abſolutè pro habilibus reputabuntur.

Illud, in quo nonnulli ſpecialem reperiunt difficultatem, eſt in teſtimonio mulierum, quæ ob ſuæ conditionis fragilitatem *cap.* mulier. 33. *quæſt.* 1. à Jure excluſæ ſunt, ne in cauſis criminalibus teſtentur; hæc autem inhabilitas cum ſemper adſit, minus firmum reddit ipſarum teſtimonium, quàm virorum, quando ad teſtificandum admittuntur: Ita Baldus & Salicetus in *l. ultima, ff. de fide inſtr.* Abbas in *cap. forus*, de verb. ſignificatione, *& conſ.* 252. Tiraquel. *de leg. connub. gloſſa* 9. *num.* 57. Decius in *l. fœmina num. ff.* 35. de regulis Juris. Maranta de *ordine judic. parte* 4. *numer.* 45. Propterea teſtimonium mulierum, quæ delictum viderunt, non facit plenam probationem ad condemnandum, nec una ſola ſemiplenam efficiet: ſi tamen fuerint numero plures, vel alia accedant indicia, defectus ſupplebitur, & probabunt: ita autumant Authores citati, quos ſequuntur Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt.* 10 *art.* 3. Noſter Thomas à Jeſu *Tract.* 3. *cap.* 11. *num.* 5. ubi addit: *Quare illarum teſtimonio cautè utendum eſt, & examinandæ ſunt ſeniores, & maturiores in vita & probitate.* Hoc tamen ait Rodriguez non debere intelligi de monialibus, in quibus major timor Dei, quo communiter prædıtæ ſunt, ſupplet defectum muliebris conditionis, ac proinde duæ plenam facient probationem, & una ſemiplenam. 9

Teſtis omni exceptione major eſt ille, qui nullum habet defectum, nec ullus 10

ullus ei rationabiliter objici poteſt,qui ſi ſit oculatus in delicto, quod viſu percipitur, vel de auditu in delicto, quod auditu percipitur(ſicut eſt, v.g.blaſphemia, aut verbum aliquod injurioſum) facit ſemiplenam probationem; ſi tamen teſtis fuerit minus idoneus, non faciet ſemiplenam probationem, faciet tamen illam,ſi ipſi alius jungatur,eſto etiam minus idoneus, quando exceptio quam ambo, vel unus eorum patitur, non eſt ex illis, quæ ex integro teſtificationem impediunt. Ita Alderete *lib.2.cap.8.num.2.* & eſt communis aliorum opinio.

11 Teſtes conteſtes ſunt illi, qui deponunt de eodem facto, tempore & loco, ſi enim unus dicat unum, & alter aliud, jam non erunt conteſtes,erunt tamen,ſi unus deſignet tempus, in quo commiſſum eſt delictum,& alter diceret,ſe non recordari diei, quâ delictum perpetratum eſt,& licet inter ipſos eſſet aliqua differentia quoad modum referendi delictum, nec non in circumſtantiis aliquibus ad ſubſtantiam facti non ſpectantibus,erunt nihilominus conteſtes, teſtes:at ſi differentia ſit in circumſtantiis diverſificantibus factum non erunt conteſtes, ſicut ſi diſcordarent in loco & tempore: Ita D. Thomas 22 *q.70.art.2.ad 2.* Soto *lib.5.de Iuſtitia qu.7.art.2.* Leſſius *lib.2.cap.30.dub.4.num.33.* & eſt communis ſententia. Additque Sanctus Thomas cum Sancto Joanne Chryſoſtomo, melius eſſe in omnibus non concordare teſtes,ne appareat eos ex induſtria & conventione concordare, unde ſi hi teſtes ſint oculati, plenam efficiunt probationem, ſufficiuntque ad condemnandum Reum,& licet jura in ordine ad aliquas perſonas majorem numerum teſtium requirant, v.g. in ordine ad Cardinales, Epiſcopos, & Præsbyteros, verùm jam hoc non amplius obſervatur, ſaltem quoad hos ultimos,prout omnes Doctores notant. Verum Pater Emmanuel Rodriguez *qu.12. art.1.* inquit, ſe non condemnaturum ad pœnam ordinariam Prælatum Regularem ob dictum duorum teſtium (niſi particulares circumſtantiæ aliud exigerent.) Certum tamen eſt, duos ſufficere, ſi ſint conteſtes omnique exceptione majores, ſicut communiter docent univerſi cum Julio Claro *qu.66. num.6.* ſicut non ſufficit unus ſolus ad condemnandum, præſertim in cauſis criminalibus: licet Sylveſter verb.*teſtis qu.5.* cum aliis ſentiat in aliquibus caſibus ſufficere dictum Summi Pontificis, Imperatoris & unius Cardinalis: Quod non videtur inconveniens P.Sanchez. *lib.6.conſ.cap.5.dub.10. num.2.* Sicut etiam ſufficit teſtimonium Cuſtodis denunciantis eum, quem invenit ſcindentem ligna in monte prohibito, vel exercentem venationem, & ſimilia, non modò ad exigendum à malefactore juramentum, ſi Cuſtos juret rem ita ſe habere, verùm etiam ad condemnandum ad pœnam aliquam ſpecialem, non obſtante quòd ille neget; ſicut conſtat ex legibus horum Regnorum *lib.4.tit.4.lib.7.novæ Comp.* & probat Corduba *cap.64.* de aliis multis legibus,hæ enim,ut plurimum,pœnæ pecuniariæ ſunt,quæ nec graves, nec generant infamiam.

Quando in actibus continuationem, vel durationem habentibus de eodem deponunt actu, licet diverſis viderint temporibus,ſunt cenſendi conteſtes. Exempli gratia; viſus fuit quidam in lecto cum fœmina, & unus teſtium vidit eum in principio noctis,alter mediâ nocte,alius mane,tales ſunt conteſtes, tales enim actus non cenſentur differentes, aut diverſi, ſed unicus, & variatio temporis hic non variat ſubſtantiam. Ita Rodriguez *Tom.2.quæſt.6.art.2.* Villalobos *Tract.17.diff.3.* cum aliis. Et magis hoc verificabitur, ſi ex teſtibus unus poſt alium per feneſtram aliquam, aut rimam, ad quam ſimul accedere non poterant, delictum viderint. 12

Teſtes ſingulares vocantur illi, qui deponunt de diverſis delictis ſaltem quoad numerum, verbi gratia, quando unus allegat unum furtum,& alter aliud. Horum teſtium aliqui dicuntur contrarietatis, aliqui diverſitatis, alii connexionis; alias Rodriguez cum aliis *Tom.2.quæſt.9.art.4.* ponit diviſiones, quas quia non faciunt ad præſens propoſitum, omitto. 13

Teſtes contrarii dicuntur,qui ſibi contradicunt, & quod unus affirmat, alter negat; ſicut etiam cùm uterque affirmant res ſibi repugnantes, & in tali caſu non ſolùm non faciunt

Digitized by Google

faciunt fidem, ſed merentur puniri tamquam falſi, ſicut illi Senes S. Suſannæ. Daniel. 13. *capit.*

14 Teſtes ſingulares à connexione dicuntur, qui allegant res habentes inter ſe connexionem in ordine ad idem delictum, quemadmodum ſi Reus, adverſus quem proceditur, eſſet infamatus de mala converſatione cum quadam fæmina, & unus teſtis diceret, ſe vidiſſe Reum ſolum cum illa in loco ſuſpecto: & alius diceret, ſibi conſtare, quòd ſcribant ſibi invicem litteras amatorias: & tertius deponeret, quòd ſibi mutuò dent munuſcula, jam eſſet plus quam ſemiplena probatio de inhoneſta converſatione; nam omnia hæc inter ſe connexionem habent, & ad unum eundemque finem ordinantur, & licet plenariè non probent, ſufficiunt tamen ad torquendum Reum & puniendum pœnâ arbitrariâ: Ita Baldus *in cap.* licet cauſam, *de probat.* Simancas de *Catholic. inſtit. tit.* 64. *num.* 64. & cùm præſumptio nata ex dictis teſtium non eſt adeò urgens, ſicut præfata, faciet ſemiplenam probationem, plus vel minus, ſecundum quod Judex ex doctrina in diverſis hujus Tractatus partibus explicata inferre poterit.

15 Teſtes ſingulares diverſitatis ſunt illi, qui allegant diverſos numero actus, ſicut quando unus allegat unum furtum, & alter aliud, circa quos inter Authores non levis verſatur difficultas, an faciant ſemiplenam probationem in cauſis criminalibus, in cauſis enim civilibus admittunt eos junctos facere plenam probationem.

Partem negantem tenent Joannes Andreas in *cap.* ut officium §. 1. de hæreticis, *aſſert.* 6. *num.* 146. Rodriguez *Tom.* 2. *qu.* 9. *art.* 4. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 4. *num.* 33. cum aliis pluribus relatis à Farinacio Tom. *de Teſtib. qu.* 64. *num.* 33. dicendo, quòd multi teſtes ſingulares, & ſi forent mille, non conjunguntur in cauſis Criminalibus, ac proinde non plus probent, quàm unus ſolus: & hoc in quovis peccati genere, etiam hæreſis, prout ſentit Simancas de *Catholic. inſtitut. tit.* 64. de teſtibus *à num.* 61. probant ex capite *nihilominus* 3. qu. 9. & ex cap. *licet cauſam, de probat.* & ex gloſſa in cap. *quorundam* 25. diſt. ubi dicit: *Quod ex multis imperfectis non fit unum perfectum.* Adeoque certam æſtimat hanc ſententiam Aragon. 22. *qu.* 70. *art.* 2. *pag.* 527. ut dicat, contrariam eſſe periculoſam & omninò falſam, à multis Juriſconſultis confutatam, & reprobatam præſertim per contrariam praxin Inquiſitorum: admittit tamen illam in duobus caſibus.

Primus eſt, quando latro oſtendit uni rem furto oblatam in una occaſione, & alteri in alia.

Secundus, quando quis perſuadet uni hæreſim in una occaſione, & alteri in alia, hic enim conveniunt in ſubſtantia delicti, & licet varient in tempore, concordant tamen inter ſe, & Leſſius *citato loco* addit, in hæreſi ſatis eſſe, unum audiviſſe in una occaſione, & alterum in alia, etiamſi non in ordine ad perſuadendam ipſis hæreſim.

His tamen non obſtantibus ſatis probabile eſt, teſtes ſingulares uniri in ordine ad probandum contra delinquentem non quidem omninò plenariè ad condemnandum eum ad totam pœnam à lege ſtatutam, benè tamen ad arbitrariam, quando non eſt alius modus ad faciendam probationem clariorem, ſicut ut plurimùm, in delictis probatu difficilibus, haberi non poteſt. 16

Hanc ſententiam ſequuntur Felinus in *cap* licet ex quadam de teſtibus §. *addo etiam.* Antonius Gomez *Tom.* 3. *variar. cap.* 12. *nu.* 12. Maſcardus de *probat. lib.* 1. *conc.* 59. *à num.* 17. & Cajetanus 22. *qu.* 70. *art.* 2. Villalobos *Tract.* 17. *diff.* 3. *num.* 8. & Thomas Sanchez *lib.* 6. *Conſ. c.* 5. *dub.* 12. illam admittit inter Religioſos, & certè, ſi hoc non ſufficit, multi delinquentes perniciosiſſimi impuniti remanebunt, & præſertim in Religionibus, in quibus non eſt in uſu tortura.

Notetur tamen hanc doctrinam habere locum, quando Judex interrogat non de aliquo delicto in particulari, ſed de aliquo in ſpecie, de quo delinquens infamatus eſt, v. g. quòd ſit parum caſtus, proprietarius vel fur; ſi enim Inquiſitio eſſet de certo furto, aut vulnere tali perſonæ inflicto, teſtes deponentes de aliis, & non de hoc non cenſerentur inter ſe uniti ad probandum de tali vulnere, vel de tali furto: Ita Felinus in *cap.* licet, Ex *quadam de teſtibus.* Riminaldus *lib.* 1

conſ. 7. *num.* 27. Bertaz. *lib.* 1. *conſ.* 20. *numer.* 20. Albertinus *in cap.* 1. *quæſt.* 16. *numer.* 48. & alii, quos citat, & ſequitur Farinac. *de teſtibus quæſt.* 64. *numer.* 150. 204. *& ſequentibus, uſque ad* 218. loquendo de hæreſi, & perſuadeo mihi, multos Authores in hoc ſenſu loqui, licet alii a Farinacio *citati ibidem numero* 151. omninò id urgent.

17 In deſignando numero teſtium ſingularium, ſufficientium ad probandum delictum in caſu memorato, variæ ſunt opiniones; nam Aretina in ſua *praxi crim. cap.* 2. *de numero teſtium* inquit, debere eſſe quinque vel ſex, & omnes in hoc conveniunt, duos non ſufficere, multi tamen non aſſignant numerum: Albertinus ubi ſupra *numer.* 53. *&* 62. *& ſequentibus*, dicit, ſufficere tres ex toto fide dignos. Hæc opinio eſt ſecura, & illi adhæret noſtra Religio in delictis admittentibus teſtes ſingulares 4. *p. Conſtit. cap.* 6. *num.* 4. ad hoc, ut pœnâ arbitrariâ puniri poſſint, non tamen utitur tortura, ſicut mos eſt inter ſæculares.

18 Si ſint duo teſtes, quorum unus ſit totaliter idoneus, & fide digniſſimus, & alter minus idoneus, ita tamen ut non ſit abſolutè inhabilis per Jus naturale, ſufficiunt ad faciendam plenam probationem, quia idoneitas unius ſupplet defectum alterius. Ita Baldus in *l. ſi quis ex argentariis* 6. §. 1. *ff. de edendo.* Farinac. *de teſtibus quæſt.* 62. *à numer.* 228. Leſſius *dict. lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 5. *numero* 41. Paz in *praxi* 1. *p. tomi.* 2. *in* 9. *tempor. numerò* 4. *&* 5. & alii communiter.

19 Quando indicia vehementiſſima ſunt, proculdubio, ſi habeantur duo teſtes conteſtes, faciunt plenam probationem, ſicut in caſu quo duo viderint *Nudum cum nuda in eodem lecto.* Idipſum eſt, quando duæ ſemiplenæ probationes habent inter ſe conſonantiam & connexionem, & illis accedit aliquod indicium: Exempli cauſa, eſt unus teſtis oculatus, qui allegat factum, & ſunt duo conteſtes, conteſtantes de confeſſione extrajudiciali Rei, quam fecit in quadam converſatione coram illis: & ſi his jungatur fuga Rei, vel inveniatur apud illum res furto ablata, jam habebitur probatio ſufficiens ad applicandum ipſi pœnam à jure taxatam: Ita Maſcardus *Tom.* 3. *concluſ.* 122. *numero* 53. licet alii opinentur, quod, quando probationes innituntur indiciis, & præſumptionibus, & non probantur per teſtes conteſtes oculatos, non ſit applicanda tota pœna à lege impoſita, ſed arbitraria. Docet hoc Papa Alexander III. in *cap.* quia veriſimile *de præſumption.* Decius *conſ.* 189. *nu.* 3. Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt.* 20 *art.* 2. Miranda *quæſt.* 6. *art.* 8. magis fusè *quæſt.* 28. *art.* 1.

Facit etiam plenam probationem confeſſio Rei propria manu conſcripta, ſi illam, ut ſuam coram Judice recognoſcat, nec opus eſt aliquo alio ad eum condemnandum. Villalobos ubi *ſupra diff.* 5. *num.* 1. ſi tamen neget, jam dictum eſt, quid poſſit & debeat *cap.* 12. *num.* 26. 20

Licet complices delicti ſint excluſi in ordine ad teſtandum in *l. fin. C. de accuſationibus* & *cap.* veniens 10. *de teſtibus*, præſumit enim Jus tales teſtes teſtaturos contra Reum, quia ſperant ſibi favorem aliquem exhibendum, aut gratiam: vel quòd teſtentur inducti odio & inimicitia: hoc tamen univerſaliter verum non eſt: ac proinde complices pro teſtibus admitti poſſunt, in omnibus illis caſibus, in quibus veroſimiliter creditur, delicta ſine complice patrari non poſſe, nec alio modo tam plene probari poſſunt, ſicut convenit. Sic eſt expreſſum de crimine Hæreſis *cap.* in fidei favorem, *de hæreticis lib.* 6. & de crimine læſæ Majeſtatis *cap.* 1. *de confeſſis*, & de moneta falſa *l.* 1 *C. de falſa moneta.* Idipſum dicendum eſt de peccato nefando, & de furto aliquo famoſo, & de omnibus, quæ ſunt in damnum Reipublicæ, nec aliâ viâ probari poſſunt Non tamen Rei per dictum horum teſtium, ad pœnam ordinariam debent condemnari, ſed ad torturam, vel pœnam arbitrariam: Ita Antonius Gomez *Tom.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 16. Thomas Sanchez *lib.* 6. *Conſil. cap.* 5. *dub.* 15. cum aliis multis. Leſſius *d. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 39. Notando, quòd in his caſibus dictum unius complicis faciat ſemiplenam, & dictum duorum plenam probationem, quidquid alii dicant in contrarium. 21

Certum

Digitized by Google

22 Certum eſt, denunciatorem Evangelicum eſſe idoneum teſtem in cauſa juridica, abſque eo, quòd ob talem denunciationem admittat exceptionem, quidquid dicat Aragonius: Ita Sotus de ſecreto. *memb. 2. quæſt. 4. concluſ. 8. dub. 1. & lib. 5. de juſt. & jure qu. 6. art. 2.* & alii communiter: eſt etiam praxis Tribunalis S. Inquiſitionis, prout advertit Simanchas de *Cath. Inſt. c. 64.* (quod eſt de teſtibus) *nu. 51.* Ratio eſt manifeſta; quia denuncians Evangelicè movetur ſolum zelo charitatis, & boni ſpiritualis delinquentis ad denunciandum, ergo hoc non poteſt ipſi præjudicare in hoc, quò minus in Ordine Judiciali ſit teſtis legitimus.

Circa denunciantem judicialiter, qui eſt merè denuncians, & non accuſator palliatus, quia non plus facit, quàm deducere caſum in notitiam Judicis, cùm teneatur hoc facere, ut provideatur de remedio, quod magis opportunum videbitur, ſentiunt aliqui eum non poſſe eſſe teſtem idoneum contra ipſum delinquentem, quem denunciavit, quia nemo poteſt eſſe ſimul actor, & teſtis, illi autem exiſtimant, denunciantem ſemper facere actoris officium, colliguntque ex Gloſſa *cap. in omni negotio*, de teſtibus *verb.* in omni.

Sed contrarium eſt communiter receptum, & majorem habet probabilitatem, quando delicta, de quibus teſtandum eſt, ſunt in damnum grave boni communis, vel tertii, & idem eſt in omnibus illis, in quibus denuncians non eſt pars intereſſata, nec ſuſpecta: Ita Navarr. *dict. cap.* inter verba, *corol. 65. num. 779.* & in Summa *cap. 25 num. 30.* Thomas Sanch. *l. Conſ. cap. 2. dub. 27. numer. 1. & 2.* Avila de Cenſuris *2. p. cap. 5. diſp. 5. dub. 1. concl. 11.* & notetur, quòd in 5. Concl. probaverat, edicta, & excommunicationes non obligare ad denunciationem Evangelicam, ad illam quippe obligat charitas, ſed ad judicialem; ac proinde loquitur expreſsè de denunciatore judiciali, quamvis ſemper ſit expediens procurare aliquod aliud indicium, quando judicialiter denuncians in probatione agit teſtem ſimul cum altero, vel aliis.

23 Teſtes deponentes verbis confuſis, obſcuris, ambiguis, duplicem ſenſum generantibus, non probant: *Quia dictum obſcurum, aut confuſum, aut ambiguum ſecundum jus pro non dicto habetur*, ut docet Gloſſa in *cap.* ſi teſtes *§. in teſtibus*, verbo *ſimpliciter 4. quæſt. 3.* & ita ad examinatorem pertinet rogare teſtem, ut clarè, & apertè loquatur: Ita N. Thomas à Jesu *Tract. 3. cap. 7. num. 13.* qui addit: quòd ſi teſtis in abſentia Judicis examinatus fuerit, & ille, qui examinavit illum, ad ejus dictum non attendit, ob quam cauſam dictum teſtis remanet obſcurum & ambiguum, nec datur commoditas illud declarandi, Judex debet interpretari verba teſtis in illo ſenſu, quo favent Reo, & non contrario. Hæc doctrina melius dilucidabitur, *cap. 16.*

Circa teſtes de auditu ſunt aliquæ difficultates, quæ ut melius intelligantur, duo ſupponenda ſunt. Primum, quod inter teſtes de auditu ſit teſtis de auditu proprio, & teſtis de auditu alieno: primus eſt is, qui audivit rem, de qua petitur teſtimonium, eo quòd illam percipere pertineat ad hunc ſenſum, ſicut eſt is, qui audivit verba litigantium, vel injuriam, quam unus dixit contra alterum; & hic teſtis licet ſit de auditu, reducitur tamen ad teſtem de viſu, propter rationem generalem, ſecundum quam viſui attribuitur ob ſuam nobilitatem id, quod per alios ſenſus percipitur. 24

Teſtis de auditu alieno eſt ille, qui audivit rem referri ab alio, qui illam vidit, vel audivit, & appellatur à Doctoribus *Teſtis auditus, de auditu, vel auditus mediatè.* Eſt expreſſa doctrina Baldi in *cap* licet ex quadam *num. 6.* verb. *Nota quòd interdum*, de teſt. Menoch. *lib. 2. de arbitr. caſu 475.* Farinac. *de teſtib. qu. 69. §. 4 nu. 146. & nu. 147.* advertit cum Panormitano in *cap.* quoties *nu. 7. in fine de teſt.* ſequendo Gloſſam in *cap. hoc videtur*, verbo *Iudicavit 22. qu. 5.* quod quando Doctores in his materiis tractant de teſtibus auditus abſolutè, debent intelligi *De auditu alieno, vel de auditu auditus, non de auditu proprio.*

Hoc ſuppoſito certum eſſe debet, teſtes *De auditu proprio* abſolutè probare, quia uti dictum eſt, hi magis propriè ſunt teſtes de viſu quàm de auditu, ſed quia quædam delicta percipi poſſunt per proprium audi- 25

tum

tum immediatè ſine aliquo impedimento, vel cum ipſo (v.g. ſi tabulatum aut cortina, mediet inter delinquentem & teſtem) in iſto caſu dicendum eſt, teſtem in cauſis criminalibus abſolutè non probare, etiamſi judicet ſe cognoſcere vocem illius, qui protulit injuriam, & diſtinctè audiviſſe verba, donec accedat aliquod aliud adminiculum.

Dixi etiamſi certò ſibi perſuadeat ſe cognoſcere vocem, & diſtinctè audiviſſe verba, quia ſi non cognoſcat benè vocem, aut verba diſtinctè non percipiat, proculdubio non probat. Ita Menoch. ubi *ſupra num.* 22. Angelus in *l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam.* Abb. in *cap.* Cùm cauſam, *col. 6. de teſtibus*, & alii apud Farinac. ubi *ſup. num.* 176. & 180. Et licet in cauſis civilibus Farinac. *nu.* 175. magno cum numero Authorum affirmet contrarium, in criminalibus tamen huic ſententiæ adhæret *num.* 185 & 189.

Ratio eſt, quia quod ſic auditu percipitur, quantumvis aliquis ſibi perſuadeat, ſe cognoſcere vocem loquentium, remanet deceptioni obnoxium, niſi poſtea vidiſſet ex eodem loco illas perſonas prodeuntes, & ita confirmaretur in ſua prima perſuaſione, quod eſſent illi, quos audivit, eo quod non ſint alii: vel vidiſſet eas ante illum locum ingredi: ſciretque alias non adeſſe.

Addit tamen *num.* 196. tale quandoque poſſe eſſe delictum, & circumſtantias perſonarum delinquentium, quòd ſi eſſent duo conteſtes, ſufficerent ad abſolutè probandum. Sed judicium hujus relinquit ad arbitrium prudentis Judicis, & Prælati; ſicut etiam judicare de illis adminiculis, quænam ſufficiant, vel non, ad ſupplendum defectum iſtorum teſtium.

26 Hinc infert Farinac. *num.* 186. cum aliis, unum ex his teſtibus non efficere ſemiplenam probationem in criminalibus, nec duos plenam: duos tamen Conteſtes ſufficere ad torquendum Reum, & ego ex dicto illius infero, quòd apud Religioſos, inter quos non eſt in uſu tortura, ſufficient ad condemnandum Reum ad pœnam arbitrariam, etiamſi Reus neget, ſi fuerit interrogatus: quia pœna torturæ graviſſima eſt, ac proinde ubi hæc in uſu non eſt, illius loco applicari poterit pœna proportionata ad Judicis arbitrium, ſicut dictum fuit, & docet Anton. Gomez *Tom. 3. var. c. 13. verſ.* advertendum tamen: Quod dictum eſt de auditu vocis per interpoſitum parietem, vel cortinam in ordine ad probandum delictum, etiam dicendum eſt de aliis actionibus manifeſtativis illius, etiamſi nulla audiantur verba, conſtat ex *cap.* præterea, *de teſtibus*, ubi dubitatur, an ad probandam copulam carnalem neceſſarium ſit, teſtes deponere de viſu, vel ſatis ſit, eos deponere de fama, & aliis actionibus ſine viſu: & reſpondet Pontifex: *Quod ſi teſtimonium conveniens de viſu reddatur, vel etiam de auditu, & præſumptionem violentam famæ conſentiens ſubminiſtret, ac alia legitima adminicula ſuffragentur, ſtandum eſt teſtimoniis juratorum.* Sic Maſcard. *de probationib lib. 1. concl. 62. num. 1. & 2.* & alii communiter cum Farinac. ubi *ſupra à num. 197. uſque ad finem.*

Notandum tamen eſt, quòd quantò majus, vel minus fuerit impedimentum, tantò major vel minor erit probatio, ac proinde clariùs & evidentiùs probabit ille, qui aliquid audivit per interpoſitam cortinam vel tapetem, quàm ille, qui per interpoſitum tabulatum, & melius iſte, quàm qui per interpoſitum parietem. Quod totum relinquitur prudentiæ Judicis teſtem examinantis.

Supereſt nunc agere de teſtibus auditus 27
alieni, qui ſunt illi, qui audiverunt referri delictum ab aliis, qui viderunt, ſi enim audiverint ab illis, qui ſimiliter tantum audiverunt, nihil efficiunt ad probandum delictum in cauſis criminalibus: licet aliquid efficiant ad probandam infamiam, ſi adſint & ſuffragentur alia fundamenta: Ita Panormit. & Felin. in *cap.* quoties, *de teſtibus in fin.* addendo tales impropriè nominari teſtes, eo quòd nihil probent in ordine ad delictum.

Loquendo deinde de illis, qui audiverunt narrari delictum ab illis, qui viderunt, ſuppono quòd faciant fidem non ſolùm in ordine ad probandam infamiam, ſed etiam ad probandam antiquitatem in nobilitate,

ſtirpis

Digitized by Google

ſtirpis claritatem, & ſimilia : in quibus non eſt difficultas.

Similiter nec quando duo teſtes conteſtes audiverunt narrari delictum ab ipſo delinquente, faciunt ſemiplenam probationem, & de his intelligendus eſt Bonacina, *Tom.2.diſp.10.qu.3.punct.3 num.2.* ubi dicit: *Quòd ſi duo dicant, ſe audiviſſe homicidium a Cajo commiſſum fuiſſe, non probant, ſed ſolùm faciunt indicium ad inquirendum.*

28 Difficultas eſt in declarando, quod probent iſti teſtes de auditu in cauſis criminalibus, quando audiverunt ab eo, qui vidit committi delictum.

Dico primo, quando una perſona ſola audivit narrari delictum ab alia quæ vidit, & alia ſimiliter audivit ab alia, quæ etiam vidit illud, non ſolùm non probant delictum, verùm etiam indicium, quod inducunt, parvi momenti eſt, quia cùm hi ſint teſtes ſingulares, & de auditu, parum valent in ordine ad delicta; quæ exigunt claras probationes : Ita Gloſſa & Doctores in *cap.* licet ex quadam, *de teſtibus,* in quibus nulla reperitur contradictio. Addo, ſi duo ſimul audiverint delictum ab aliquo, qui vidit illud ſecundum Maſcard. *l.1. de probat. concl.*104. Farinac. *de teſtib.quæſt.69 num.88.* & alios, nihil etiam probare, licet inducant indicium aliquod, ſi perſona, quæ vidit, & illi, qui audiverunt, fuerint omninò fide digni.

29 Dico ſecundò, quando duo ſimul audiverunt referri delictum à duobus, qui ſimul viderunt illud, majus generabunt indicium, quàm ſit illud prius, licet non pertingant ad faciendam ſemiplenam probationem : tale tamen indicium aſſociatum infamiæ & aliis, ſuffragabitur ad probandum delictum in materiis per alia media difficulter probabilibus : ſufficiet tamen ad hoc, ut Judex det torturam, vel imponat illius loco pœnam arbitrariam. Totum hoc reſolvit cum pluribus Farinac. ubi *ſup.cap.1 per tot.* Et licet *num.29.* cum multis nullâ allatâ ſententiâ in contrarium, addat, hoc habere dumtaxat locum, quando perſona, vel perſonæ, à quibus teſtes audiverunt delictum, ſunt mortuæ, ſi enim vivant, examinari debent non curando teſtes de auditu; & hoc etiam ad cauſandam præſumptionem, quæ, uti ex ejus videtur modo loquendi ſequi aliquid minus eſt quàm indicium : exiſtimo tamen, quòd ad generandum indicium non ſit opus eos vivere, dummodo ſit alias difficile, quod ipſi per ſe teſtentur, v. g. vel quia multum diſtant, vel propter alia inconvenientia. Ita dicit Menoch. *de arbitr. lib.2. caſu 475 num. 6.* quem ſequitur Sanchez *lib. 6. conſ. cap.5. dub.19. num.6.*

Tota hæc doctrina communiter recepta eſt à Juriſtis & Theologis, & ita Miranda *quæſt.23. art.3.* inquit: *Advertendum eſt omni jure eſſe prohibitum, ut teſtis de auditu recipiatur in judicio, ut conſtat ex l. teſtium de teſtibus, & ex cap. tam litteris de teſtibus, & ex cap. licet ex quadam, citato.* Quæ jura fundantur in jure naturali & divino, ut conſtare videtur ex illo Proverb. 12. *Qui quod novit loquitur, index juſtitiæ eſt,* & Chriſtus *Ioan.3.* quaſi inſinuando qualitates, quibus præditi debent eſſe teſtes ad hoc ut fidem faciant, dixit: *Quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus, teſtamur:* & cum hac communi ſententia N. Thomas à Jesu *Tract.3.c.7. num.16.* agendo de probatione infamiæ dicit : *Quòd ſi teſtis aliquos nominet, à quibus dicat ſe audiviſſe, id quod deponit, illi à quibus audivit, examinandi ſunt,* & confeſtim ſubdit: *Quando non poſſunt haberi illi, à quibus audierunt, nec præſumptionem quidem faciunt,* ut tenet Menoch. *conſ. 98. num.56.* & advertatur, præſumptionem in iſtorum Authorum ſententia etiam minus eſſe, quàm indicium. Hæc veritas ne quidem Ethnicis Philoſophis abdita fuit, ſicut fatetur Demoſthenes *orat.3. in Stephanum,* ubi ait : *Eſt manifeſtiſſimum impudentiæ ſignum, quempiam teſtificari, quibus non adfuit. Qui novit aliquid, & quibus gerendis interfuit, ea leges juſtificari jubent : at rem à vivente auditam, teſtificari leges non ſinunt.* Hæc Demoſthenes. 30

Diutius hic immoratus fui, ut appareat, quàm parùm probent teſtes de auditu alieno, & quam arenoſum debileque fundamentum habeat ſententia eorum, quos citavimus *num.3.* pro ſecundo dicendi modo, propter quod proculdubio ejus non fecerunt mentionem Authorum primi dicendi modi. 31

Digitized by Google

Teſtis qui non vocatus à Judice ultrò, & ſuâ ſponte ſe offert ad teſtandum in cauſis criminalibus, tamquam ſuſpectus admitti non debet, niſi eſſet in ordine ad liberandam Communitatem ab aliquo damno gravi, ſpirituali, vel temporali, vel tertium aliquem innocentem, in his enim caſibus quis ſe tenetur præſentare. Eſt doctrina communis Juriſtarum & Theologorum, ita Farinacius *de teſtibus quaſt.* 80. cum multis Authoribus & textibus. Sanchez *lib.* 6. *Conſil. cap.* 5. *dub.* 19. *num.* 5. cum cæteris.

CAPUT XV.

De obligatione Teſtium ad dicendam Veritatem.

1 DE obligatione, quam habent ſubditi, ad reſpondendum, quando Prælatus procedit inquirendo per Inquiſitionem generalem, vel mixtam, jam ſuis locis dictum eſt. Multa etiam dicta ſunt de obligatione, quam habent, quando procedit per inquiſitionem ſpecialem, & ita hic ſolum ponam aliquas Concluſiones, & confeſtim deſcendam ad dubia particularia, quæ circa titulum præſentis capitis moveri poſſunt.

2 *Prima Concluſio.* Quando Prælatus, aut Judex per Inquiſitionem ſpecialem juridicè teſtem interrogat, quacunque viâ procedat, habet obligationem gravem dicendi veritatem, niſi ex teſtificatione ſuâ juſtè timere poſſit grave aliquod detrimentum proprium, vel ſibi, vel rebus ſuis: nec etiam tenebitur reſpondere, ſi fuiſſet complex in eodem delicto, aut aliquo ſimili, & infamatus non ſit: niſi ex eo quòd non teſtaretur, ſequeretur majus damnum bono communi, ſecundum quod dictum eſt de denunciatione *cap.* 9. *num.* 8. Ita Navarrus in *ſumma cap.* 25. *num.* 50. Covarr. *qq. pract. cap.* 18. Ledeſma, Leſſius & communiter omnes: & aſſero, niſi interrentur majora damna communi bono, quia ſi ſolum debent inferri alicui particulari, non tenetur cum gravi damno ſuo, vel ſuorum ad teſtificandum, vel denunciandum, ſicut loco citato dictum eſt, quia leges charitatis non obligant, cum tanto detrimento proprio, ad proximo ſuccurrendum.

Hæc tamen Concluſio non habet locum, quando interrogatus novit delictum ſub ſecreto, quod ipſi communicatum fuit occaſione petendi conſilii, vel auxilii pro bono animæ, vel corporis: v.g. Theologus, Advocatus, Medicus, & ſimiles: Ita Corduba *lib.* 1. *qq. quaſt.* 43. *dub.* 2. Navarrus in *Summa cap.* 25. *num.* 46. Petrus de Navarra *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 222. Bannez, Ledeſma, Leſſius, Villalobos, noſtri Philippus à SS. Trinitate, Urbanus ab Aſcenſione, Stephanus à S. Paulo, locis ſupra citatis, cum aliis multis. 3

Ratio eſt, quia non eſt juſtum, quod illud præjudicet Reo, quod ipſe voluntariè, & ſponte communicavit petendo conſilium, & auxilium in levamen ſuæ afflictionis, & neceſſitatis; & ita licet Judex juridicè interroget reſpectu notitiæ, quam alii habent de delinquente, non tamen reſpectu illius, quam habent iſti ſub dicto ſecreto, niſi fortè aliundè ſciviſſent caſum, quia tunc tenerentur ad teſtandam veritatem, & deberent uti illâ ſcientiâ.

Nec huic contradicit Sotus de Secreto *memb.* 2. *quaſt.* 7. *concl.* 4. (quamvis aliqui ex citatis Authoribus hoc ipſi imputent) quia ipſe loquitur in caſu, quo immineret grave damnum bono communi, aut tertio innocenti ex eo, quod non teſtificaretur. Verba illius ſunt: *Eadem ratione, ut diximus ſuprà, nullâ fide, aut juramento ſecreti obſtante tenetur quicumque etiam non juſſus revelare ſecre-*

Digitized by Google

ſecretum, quod eſt in præjudicium Reipublicæ, vel tertii innocentis. Quæ doctrina certiſſima eſt, in hoc enim caſu nullum ſecretum, etiam juramento ſancitum, obligat, excepto illo, quod habetur per Confeſſionem Sacramentalem. Ita D. Thomas 22. *quæſt.* 70. *art.* 1. *ad* 2. Navarrus ubi *ſuprà num.* 42 cùm hac tamen limitatione, ut damnum grave, quòd imminet tertio, ſit majus damno infamiæ, & pœnâ, quam pateretur Reus: Eſtque doctrina communis.

Addit tamen Corduba in *Summa cap.* 64. ad conciliandum Authores, quòd ſi notitia fuerit accepta non occaſione petendi conſilii, vel auxilii, ſed amicitiæ, ſicut amicus amico alia ſua communicare ſolet, in tali caſu ſecretum manifeſtari debet, & dici veritas ad Superioris mandatum. Et in hoc, & in aliis caſibus omnibus ſemper teſtanda & manifeſtanda veritas eſt, quantum neceſſum fuerit ad occurrendum damno boni Communis, & tertii, & non amplius: & hoc per media ſuaviora, quæ ſint ſufficientia.

4 *Secunda Concluſio.* Teſtis, qui ſciens eſſe ſuperioris mandatum, præcipiens ſubditis, ut accedant ad teſtificandum, ſe abſcondit, priuſquam vocetur in particulari, ne cogatur dicere contra amicum veritatem, aut propter alios reſpectus non excuſantes, licet graviter peccet contra obedientiam, cum illius teſtimonium in ordine ad cauſam ſit neceſſarium, non tamen peccat contra Juſtitiam, ideo non tenetur ad reſtitutionem damni, quod pars, aut fiſcus paſſus eſt ex eo, quòd teſtatus non ſit: eſt ſententia communis.

Et addit etiam Leſſius contra alios *lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 8. *num.* 59 cum Molina *diſp* 8. & aliis, quod etiamſi ipſi fuiſſet mandatum intimatum, & vocatus eſſet ex parte Prælati, non peccet contra Juſtitiam non accedendo. Verum eſt, quòd ſi teſtimonium ipſius ſit neceſſarium ad liberandum tertium aliquem innocentem ab aliquo damno gravi imminenti, peccabit etiam contra charitatem non teſtificando, cùm ſine damno ſuo gravi poſſet teſtari. Ita D. Thomas 22. *quæſt.* 70. *art.* 1. & omnes Doctores. Et in hoc caſu charitas graviter eum obligat ad præſentandum ſe in ordine ad teſtandum, etiamſi accerſitus, & vocatus non ſit; ſic Doctores omnes. Si damnum eſſet contra bonum commune, tenebitur etiam cum damno ſuo gravi ſecundùm doctrinam *cap.* 5. *à numer.* 6. & *cap.* 9. Hæc omnia adeò certa ſunt, ut non indigeant probatione, vel aliâ citatione Authorum, quàm ſit illa, quam dictis locis fecimus.

Tertia Concluſio. Tametſi Judex interroget juridicè, ſi tamen aliud non petat à teſte, quàm ut dicat id, quod ſcit, non tenetur ea dicere, quæ audivit, eſto illa pro certis habeat, ac proinde poteſt jurare, ſe nihil ſcire, ſi ſit ſolùm teſtis de auditu alieno, ſi enim eſſet de auditu proprio, jam dicitur ſcire abſolutè, ſicut dictum eſt *cap.* 14. *num.* 24. ita Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 5 *in ſolut. ad* 4. & Navarrus *lib.* 5. *conſ. tit.* de hæreticis *num.* 2. Sanchez *lib.* 3. *ſummæ cap.* 7. *num.* 5. Aragon. 22. *quæſt.* 70. *art.* 1. *ſol.* 520. *colum.* 2. Ratio, quam afferunt, eſt: *Quia ſcire propriè, eſt veritatem viſu, vel alio ſenſu perceptam in mente retinere*: & ita dici ſolet, *Quod credimus, non propriè ſcimus.* Et ſecundùm hoc dicit Navarrus, ſe, in quadam occaſione, quemdam liberaſſe à pœna, ab inquiſitoribus impoſitâ, qui quemdam hæreticum ſepeliverat, quia cum eſſe talem, aliunde non ſciverat, quàm ex fama ab aliis auditâ. 5

6 Cum alia ſubtilitate minus proficua (ne dicam damnoſâ) priori contrariâ procedunt Petrus Mexia, Didacus Perez, Jaſon, & Franciſcus Curtius citati à Diana 4. *p. Tract.* 4. *reſol.* 77. dicendo, teſtem abſolutè jurare poſſe in judicio tanquam pro re certa, de qua interrogatur, eſto eam non viderit, dummodò audiverit à perſona fide digna, & ſibi certo perſuadeat ita eſſe, hoc enim ſufficit ad moralem certitudinem, & conſequenter ad hoc, ut veluti certa juramento confirmetur: adduntque, quòd ſi teſtis preſſus interrogationibus Judicis fateatur ſe juraſſe pro certo de eo, quod noverat ſolùm ex auditu, puniri non poſſit tamquam teſtis falſus.

Doctri-

Digitized by Google

Doctrinam hanc advertant benè Prælati non ſolum in ordine ad examinandum judicialiter teſtes, quos interrogare debent de cauſæ notitia, quam habent de eo, quod cum juramento deponunt, ſed etiam in ordine ad viſitandas Communitates, aut alios Prælatos, poſſunt enim per illam multa inconvenientia generari, ſicut enim cum juramento affirmari poteſt certum eſſe id, quod ex ſolo auditu habetur, facilius contrarium poterit affirmari.

Non me latet, Thomam Sanchez *lib.* 3. *Summa cap.* 4. *num.* 13. Portel. *in addit. verb.* juramentum *num.* 6. Dianam ubi *ſupra* & 3. *p. tract.* 5. *reſol.* 66. arbitrari, licitum eſſe, jurare tanquam certum, ſic ex auditu habitum: monent tamen, hoc in judicio fieri non poſſe: *Quia in judicialibus requiritur ad juramenti veritatem omnimoda certitudo, & ſic in illis id non ſatis erit ad rem tamquam certam jurandam, niſi adjungatur cauſa illius notitia:* Hæc Sanchez. Et eſt doctrina recepta apud Juriſtas, *Quòd teſtis non reddens cauſam ſcientiæ, etiam non interrogatus, in cauſis criminalibus, nihil probat.* Julius Clarus *quæſt.* 43. *num.* 22. & alii. Et ego adjicio, non ſufficere ad affirmandum tamquam certum, ſic auditum in Viſitationibus, quæ à Viſitatoribus peraguntur, quia in illis plerumque proceditur in fide Tertii, & ideo, ſi teſtis non declaret cauſam ſuæ ſcientiæ, Viſitator debet illam requirere, & liquidare ad evitandas calumnias, quæ ſub his palliatis loquendi modis apud homines inquietos latitare poſſunt.

7 Pater Leſſius de juſtitia, & jure *lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 6. *num.* 51. Villalobos *Tract.* 17. *diffi.* 1 *cap.* 1. *num.* 16. Trullench. *in Decalog. lib.* 8. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 9. admittunt veluti certam, ſequentem concluſionem: *In omnibus caſibus, in quibus non teneris teſtificari ſine juramento, neque cum juramento teneris.* Quia verò illam non explicant, nec limitant, dico: ſi aliud non velint dicere, quàm quòd quotieſcunque quis ſciens delictum poſito edicto, & mandato ſuperioris non tenetur denuntiare, vel teſtari, nec etiam teneatur, etiam ſi ab illo juramentum petitum ſit, æſtimo concluſionem eſſe certiſſimam, quia illud ipſum, quod ſufficit ad eximendum aliquem ab obedientia Superiori legitimo præſtanda in ordine ad manifeſtandum, vel teſtandum aliquid, cùm illud manifeſtari, vel denuntiari præcipit, utique ſufficiet ad eum eximendum etiam tunc, cùm ab illo petitur juramentum. Si autem velint dicere, quòd ſemper cum quis ſecluſo Superioris mandato licitè poteſt manifeſtare, vel non manifeſtare aliquod delictum, eo quòd non teneatur ad manifeſtandum, vel ad ſervandum ſecretum, non obſtante, quòd Judex ab illo poſtulet juramentum, etiam poſſe non teſtari veritatem, æſtimo illam omninò falſam; quia uti probatum eſt *cap.* 8. *num.* 5. & ſentiunt ita Bannez 22. *quæſt.* 33. *art.* 8. *dub.* 4. *concl.* 6. Ledeſ. *Tract.* 4. *de miſericordia cap.* 4. *concl.* 26. Avila de *cenſuris part.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 5. §. ex dictis ſequitur, Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 44. *& tom.* 5. *de cenſuris diſp.* 20. *ſect.* 3. *num.* 6. *&* 7. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 2. ſemper quando ſubditus licitè aliquid manifeſtare poteſt, etiam ſi ſecluſo Superioris præcepto, ad id non teneatur, ſuperveniente præcepto obligatur: idem tradunt iſti Authores de obligatione teſtandi propter rationem, quam dat Suarez, ſcilicet ordine, quòd Prælatus eum actum, quem præcipit, in ſpeciali virtutis conſtituat: & ita ſubditus obligabitur obedire, ſi ſint ex illis, quæ ad ſuum pertinent ſtatum, & officium.

Notandum tamen, ſermonem eſſe de caſu, in quo ſubditus ante præceptum, vel juramentum in omnium ſententiâ poteſt, vel poteſt non facere denuntiationem, ſi enim eſſet, quando ſunt ſententiæ probabiles pro utraque parte, remanet communis difficultas, an videlicet ſubditus obligetur, quando Prælatus præcipit ſolùm cum opinione probabili?

Duæ difficultates ſat graves diſcutiendæ hic ſe offerunt. Prima eſt, an ad hoc ut teſtis obligetur ad dicendam veritatem, ſit neceſſarium, quòd ipſi conſtet, Judicem legitimè irrogare. Secunda, an in caſu dubii teneatur ad teſtificandum id, quod novit. 8

Omnes

Omnes ſupponunt, quantum ad utramque partem, quod in criminibus, ex quibus imminet grave damnum bono communi, vel alicui tertio innocenti, ſecundùm dicta in *cap* 5. *n.* 6. *& ſeq.* non ſit neceſſarium manifeſtare teſti Jus, quod habet Judex, quia habetur tanquam notorium; tum etiam, quia in caſu dubii tenetur quis reſpicere ad bonum commune, & tertii innocentis, quando damnum, quod imminet his, præponderat ei, quod Reo imminet. Idcirco ſicut omnes admittunt, in his caſibus quilibet particularis tenebitur denunciare, etiam Judice non interrogante, & ſimiliter tenebitur dicere veritatem, ſi fuerit requiſitus abſque eo, quòd illi exhibeatur aliud fundamentum. Hinc ſi non pateat alia via, ad evitanda illa mala, quæ imminent, certum eſt, debere manifeſtari Judici: Ita Sanchez *lib.* 6. *conſil. cap.* 3. *dub.* 36. *nu.* 4. *& dub.* 13. *num.* 4. Soto de ſecreto, *memb.* 2. *q.* 4. *concluſ.* 4. cum cæteris.

9 Circa alia delicta, ad quæ requiritur infamia, eſt difficultas, an primò debeat conſtare ſubdito, quòd eam Judex probatam habeat in proceſſu, ad hoc ut teneatur reſpondere.

Aliqui citáti à Sanchez ubi ſupra tenent partem affirmativam, præſertim in caſibus gravioribus, & in quibus timetur magna infamia, & grave damnum Reo, ſive Judex procedat per viam accuſationis, ſive inquiſitionis, & tamquam probabilem admittit Sanchez *num.* 8.

10 Contrarium tamen alii, meliori ratione ducti, defendunt. Primò quidem, quia cùm multi ſentiant, quos inferius referemus, quòd ad hoc ut Reus (præſertim inter Religioſos) obligetur dicere veritatem, Prælato ab eo exigente confeſſionem, non ſit opus manifeſtare illi jus, quod habet, eo, quòd præſumptio ſtet pro parte ſua, quamdiu non conſtat contrarium; quantò magis idem aſſeri debet reſpectu teſtis, quando non habet dubitandi rationes de Juſtitia Judicis. Ita docent expreſsè Saytus in *Clavi Reg. lib.* 12. *cap.* 20. *nu.* 2. Trullench. in *Decalog. lib.* 8. *cap.* 3. *dub.* 2. *nu.* 10. Verba illius ſunt: *Vbi evidenter conſtat Iudicem virum probum eſſe, non eſt neceſſarium, ut oſtendat Iudex Regularis, tibi, ſe procedere ſecundùm juris ordinem, quia nemo præſumitur malus, niſi quando id evidenter conſtat.*

Secundò, quia ſi ſemper eſſet neceſſarium quòd Judex monſtraret teſti jus, quod habet ad interrogandum illum, nullum delictum niſi notorium puniri poſſet, cogitur enim plerumque Judex examen à teſtibus inchoare, ſive ſit circa infamiam, ſive circa corpus, & ſubſtantiam delicti: Igitur ſi ad hoc ut primus teſtis teneatur teſtari veritatem, ſit neceſſum, quòd illi oſtendatur in proceſſu Jus, quod habet Judex ad inquirendum, numquam poterunt probari delicta, nec puniri delinquentes, nam ante dictum teſtis nulla habetur probatio. Ob quod pro indubitato tenendum eſt, non eſſe requiſitum id, quod exigit prima ſententia, ſed ſufficit teſtem habere certitudinem, quòd Judex habeat jus ad eum interrogandum, hanc verò habet, quando non habet cauſam perſuadentem, eum agere contra juſtitiam: Ita Sotus *lib.* 5. *de Iuſtitia, q.* 7. *art.* 2. *ad* 1. Sylv. *verbo* Inquiſit. 1. *quæſt.* 3. *diſt.* 3. Divus Antonin. 3. *par. titul.* 9. *cap.* 7. §. 5. Gregor. Lopez *part.* 7. *tit.* 29. *l.* 4. verb. *juram. in fine*; Arevalus in materia de correctione fratern. *concl.* 6. *propoſit.* 4. *& ſequentibus*, & Sanchez ubi *ſupra num.* 8. & addit Palacius in *ſumma*, verb. *Iudex*, hanc eſſe receptam conſuetudinem. Saltem quoad teſtes, qui ſunt citati ad teſtificandum de infamia delinquentis in omni opinione hæc doctrina certiſſima eſt; quia tunc Judex cognoſcit, an habeat fundamentum, vel non, ad procedendum per inquiſitionem ſpecialem.

In ſecundo puncto major eſt difficultas: 11
Videlicet, an quando teſtis dubitat de juſtitia, vel jure Judicis, non in ordine ad inquirendum de infamia, ſed de delicto; & delinquente, teneatur teſtari veritatem, ſi illi non oſtendat fundamentum, ex quo interrogat. Antequam referam Doctorum opiniones, conveniens judico quædam adducere verba gravia Soti ex loco infra citando; *Si Prælati illi*, inquit, *eſſent, quos nulla ignorantia decipere, nullaque poſſet corrumpere iniquitas: nulla eſſet tunc quæſtio, nec dubia eſſet ſententia hæc, quæ aſſerit, in dubio inclinandum eſſe ſemper in præceptum Prælati. At quia*

Prælati homines ſunt, qui decipi, & decipere facile poſſunt, majori negotio verſanda eſt quæſtio.

Prima ſententia ſine ulla limitatione affirmat, teſtem teneri ad teſtificandam veritatem, in caſu, quo dubitat, an Judex juridicè interroget. Ratio eſt, quia quilibet, qui poſſidet rem aliquam, habet jus ad utendum illa, licèt alter dubitet, an ſua ſit, vel non, *quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis*, cùm ergò Prælatus poſſideat jus interrogandi, & illud non perdat per dubium ſubditorum, tenebuntur obedire deponendo dubium: ita Paludanus *in 4. diſtinct.* 19. *q.* 4. *in fine*, Sylveſter *verbo* Inquiſitio, 1. *quæſt. diſt.* 8. D. Antoninus 3. *part. tit.* 9. *cap.* 7. §. 5. & dicit Sotus in locis jam citandis, eſſe ſententiam communem inter Canoniſtas: & Navarrus illam admittit in *dict. cap.* inter verba, *corol.* 52. *nu.* 600 ita tamen, ut Judex cum cognitione cauſæ, & non cæco modo procedat.

12 Secunda ſententia dicit, quòd quando in cauſa non agitur, nec de damno gravi proprio, nec alicujus tertii, qui ſit infamandus, aut ad pœnam gravem condemnandus, teneatur quis obedire Superiori in caſu dubii: ſi tamen agatur de cauſa, in qua hæc damna interveniunt, ſi gravia ſint, non ſit obligatio reſpondendi, ſi ſubdito non conſtet de juſtitia, ex qua Judex interrogat. Dixi, ſi timeantur damna gravia, quia ſi ſint levia, tenebitur quis reſpondere: Ita Corduba *lib.* 3. *qq. q.* 6. *in* 2. *par. concluſ.* Sotus *lib.* 5. *de juſt. quæſt.* 6. *art.* 6. verſ. *Ex his autem*, & de Secreto, *memb.* 3. *quæſt.* 2. *concluſ.* 2. & 3. & *ibidem* Corduba *circa primam Concluſionem*: imò addit Sotus: *In tali dubio teneri teſtes non detegere crimino ſos.* N. Philippus à SS. Trinitate *Tom.* 3. *in* 2. 2. *Tract.* 2. *diſp.* 8. *quæſt.* 7. ubi per quatuor aſſertiones dubium doctiſſimè reſolvit. Et adhærendo huic ſententiæ Thomas Sanchez *lib.* 6. *Conſiliorum cap.* 3. *dub.* 31. *num.* 6. inquit, eſſe verum, etiamſi ſubditus magis inclinet ad hoc, quòd Judex juridicè procedat, dummodò revera maneat dubius: & in hoc ſenſu debet intelligi Aphoriſmus Sà *verb.* teſtis, *nu.* 2. ubi tractat hoc punctum, quia aliàs illa doctrina abſolutè intellecta, ſecundùm quod ab ipſo ponitur, eſſet falſa.

Probatur hæc ſententia primò: quia quilibet habet præſumptionem pro ſe, quòd ſit bonus, quàm diu de contrario non conſtat. Poſito deinde ita eſſe, quòd, dum dubitatur de jure Judicis ad inquirendum contra perſonam aliquam determinatam, non conſtet, talem perſonam eſſe malam, nec jus pro tali eam habeat, imò potius quoad hoc faveat Reis, tamquam ſuæ famæ, vitæ & bonorum poſſeſſoribus, ſequitur, quòd ſicut Judex ſtante dubio de jure ad inquirendum, graviter peccaret inquirendo ob gravamen, quod inferret infamando, & dehonorando illum, qui erat in poſſeſſione ſuæ famæ & honoris: ſic teſtis, qui dubitando de juſtitia Judicis publicaret pro malo delinquentem, qui manet in poſſeſſione ſuæ probitatis, reſpectu teſtis, & aliorum, graviter peccaret infamando illum, quantum ex parte ſua eſt; non minus, quàm, ſi quis dubitando an aliqua res ad ſe pertineat, quam alter poſſidet, acciperet vel ſecretò, vel publicè, prout affirmant omnes: quod tamen ſemper eſt intelligendum, dummodo ex eo, quòd quis non teſtetur veritatem, non immineat grave nocumentum bono communi, vel tertio innocenti; quia jam dictum eſt, quòd ſicut, ſi in his caſibus bono communi, & tertio majus immineat malum, quàm delinquenti ex infamatione, & condemnatione, Judex in caſu dubii de jure, quod habet, tenetur ad inquirendum, ſic teſtis in dubio tenetur ad dicendam veritatem. 13

Secundò probatur hæc ſententia; quia nemo ſe poteſt obligare ad obediendum alicui Superiori in illis, quæ inferunt grave damnum tertio, non enim eſt dominus famæ illius, nec vitæ, aut bonorum, nec ſe poteſt obligare cum gravi damno ſuo ſpirituali, ergò ubi eſt periculum talium damnorum, aut alicujus ex illis, ſicut in præſenti caſu, non ſolùm non tenebitur, ſed nec licitè poterit reſpondere id, quod novit, eſto ei præcipiatur per cenſuras, & præcepta. 14

Id ipſum confirmat Sotus alia ratione, fundata in certa quadam, & admiſſa à Doctoribus regula in materia de Ignorantia: quæ

Digitized by Google

quæ eſt hujuſmodi. In dubio tutior pars eſt eligenda, & ſi nulla tuta ſit & ſecura, amplectenda eſt illa, in qua minus eſt periculi: additque, quòd in materiis moralibus non cenſeatur minus dubia illa pars, quæ plures in favorem ſuum habent rationes, dummodò non faciant illam deſinere eſſe dubiam, ſed illa, quæ eſt minus periculoſa, licèt non ſit fulta tot rationibus, quia minus periculum, quod in illa eſt, pro ratione fortiori habetur in ordine ad favendum ipſi. Verùm ſi pericula ex utraque parte eſſent æqualia, pars, quæ in ſui favorem plures habet rationes, amplectenda erit, hoc tamen non poſito, minus periculoſam ſequi oportet.

Ex quo colligit, quòd cùm inter hoc, quod eſt non obedire Prælato, & infamare, & condemnare ad pœnam gravem tertium, hæc ſecunda pars ſit magis periculoſa, eo quòd majus ſit malum, tollere proximo honorem, vitam & bona, quàm non obedire, hinc eſt, quòd in caſu dubii periculoſius fugiendum ſit, quod eſt illud primum, & amplectendum hoc ſecundum, quod minus periculoſum eſt, deponendo practicè dubium.

Addit quoque Sotus *concluſ.* 3. quòd ſi aliquis haberet opinionem probabilem de parte minus ſecura, & tantùm formidinem aliquam, fundatam tamen, & probabilem de contraria, etiamſi fundamentum formidinis non pertingat ad generandam opinionem, ſi immineret nocumentum valde grave cuidam perſonæ magnæ authoritatis in Republica, non tenebitur ſequi illam partem, pro qua ſtat opinio probabilis, ſed ſequi poterit contrariam. Exemplum, quod ponit Sotus, ponam ego quoque verbis illius formalibus: *Interrogat te Iudex adverſus digniſſimam perſonam, nempe cujus vita pretioſa eſt in Republica, opinarisque Iudicem legitimè inquirere, ſed cum probabili formidine partis contrariæ, certè non tibi conſulerem opinionem ſequi, ut teſtimonium dicas, ſed potius celes, nam periculum grave, ne digniſſima perſona præter jus occidatur, aut infametur, facit ut in moralibus formido præponderet opinioni:* & ita ſentit etiam Trullench. ubi *ſuprà:* attamen ſi formido careret rationabili fundamento, ſed inniteretur ſolùm puſillanimitati, vel ſcrupulo teſtis, debet reſpondere, & non curare vanum illum timorem.

Hanc ſecundam ſententiam cum omnibus ſuis limitationibus, & ampliationibus 16
præter Authores citatos ſequitur Navarrus in *dicto cap.* inter verba, *corol.* 53. *num.* 135. Sanch. *lib.* 2. *de matrimonio, diſp.* 36. *num.* 8. Villalobos *Tract.* 17. *diff.* 1. *num.* 13. Trullench. *in Decalog. lib* 8. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 10. & mihi ſecurior videtur, charitati etiam, ac juſtitiæ magis conſentanea propter rationes, quibus innititur, & ſic omnino eam amplectendam & ſequendam eſſe judico: notando tamen, quòd quando ob dubium aliquod fundatum, quod habet ſubditus, modeſtè peteret à Prælato, ut illud auferat monſtrando fundamentum, quod habet ad interrogandum, tunc Prælatus debet committere Secretario, ut illud legat, neminem nominando; quod ſufficit, ut videat, eum procedere ſecundùm juſtitiam, hacque ratione jam non excuſabitur à teſtificanda veritate contra delinquentem.

***

Digitized by Google

CAPVT XVI.

De modo examinandi Teſtes.

1 SUppoſitâ neceſſitate juramenti in teſtibus, de qua Capite præcedenti *num.* 5. actum eſt, in præſenti declarandus remanet modus, & circumſtantiæ, cum quibus accipi debet juramentum, & examen fieri.

Circa primum non deſunt Authores, qui dicunt, dictum teſtis datum in ſcriptis fidem facere, ſive fuerit coram examinante, ſive abſens, dummodò illud in charta clauſa juratum, & ſubſcriptum tranſmittat. Hanc ſententiam tenent aliqui, quos citat Farinacius *de teſtibus, quæſt.* 80. & illam admittit in mutis, & illis, qui ex aliqua infirmitate impediti, clarè & diſtinctè loqui non poſſunt, nec non quando id receptum eſt conſuetudine, ſicut multi dicunt receptum eſſe Venetiis: admittit etiam illam Decianus *conſil.* 51. *num.* 101. *&* 107. *lib.* 2. quando per partes datur poteſtas Judici ad procedendum de plano, relicta ſolemnitate illa Juris, quæ ad illius apices ſpectat. Additque Decianus *nu.* 101. quòd, quando teſtes ſunt homines prudentes, ſapientes & pii, faciant fidem dando, vel mittendo dicta ſua jurata in ſcriptis.

Ex quibus omnibus probabiliter infertur, hoc non eſſe aliquid de ſubſtantialibus judicii, ac proinde Prælati, & Viſitatores hac opinione uti poterunt, cùm expediens judicaverint, ad evitandum ſtrepitum & rumorem, qui in advocandis teſtibus abſentibus cauſaretur; & multò magis, ſi eſſet neceſſarium teſtimonium alicujus perſonæ gravis ſæcularis, de qua naſcitur, quòd ſuum dictum in ſcriptis depoſitura ſit, non tamen ad teſtandum perſonaliter acceſſura. Hanc ſententiam ſequuntur F. Joſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali, tract.* 4. Rodriguez *Tom.* 2. *qq. q.* 13. *art.* 4. præſertim in cauſis non magni momenti, & ex quibus non reſultat gravis infamia contra Reum, ſi enim hæc reſultaret, ſentiunt, teſtem debere vocari in præſentiam examinantis, ut coram eo, & Secretario dicat, & declaret oretenus veritatem.

His tamen non obſtantibus, communis, 2
& magis recepta opinio apud Juriſtas, Canoniſtas & Theologos eſt, quòd in cauſis criminalibus neceſſarium ſit, teſtes ſuum teſtimonium oretenus in præſentia examinantis proferre, & in ſcriptis non facere fidem; probant hoc ex multis legibus, & textibus: principaliter ex *cap teſtes* 3. *q.* 6. ubi dicit Pontifex; *Teſtes per quamcumque Scripturam teſtimonium non proferant, ſed præſentes his, quæ viderunt, & noverunt, veraciter teſtimonium dicant,* & ibidem Gloſſa verb. *Sed præſentes,* & verbo ſcripturam inquit: *Teſtibus non teſtimonio credendum eſt.* Quæ verba ibi Gloſſa deſumit *ex cap. veſtra,* de cohabitatione Clericorum & mulierum: & in *cap. à nobis, qui matrim. accuſ. poſſ.* dicit Pontifex: *A nobis eſt quæſitum, utrùm aliqui ſuper accuſationem matrimonii, nihil propria voce depromentes, debeant per ſolam chartulæ conſcriptionem admitti? Ad hoc reſpondemus, quòd in talibus, niſi quantum ad præſumptionem, nullius momenti eſt conſcriptio, quoad ſententiam proferendam, niſi alia legitima adminicula ſuffragentur.* Et licèt videatur, hic loqui Pontificem de Accuſatore, intelligit tamen eum Gloſſa cum aliis Doctoribus etiam de Teſtibus, & probat hoc ex illis verbis, *nullius momenti eſt conſcriptio, quoad ſententiam proferendam, quia ſententia* (inquit) *ad dicta teſtium profertur, non ad dicta Accuſatoris.*

Ratio, quam Doctores pro hac Concluſione afferunt, eſt, quia in depoſitionibus factis per ſcripturam Judex non videt, qua facie, quo timore, vel audacia teſtis loquatur, nec etiam poteſt replicare ſuas interrogationes in his, in quibus eſt neceſſaria declaratio ad hoc, ut appareat, an loquatur conſequenter,

loquenter, vel non, vel moveatur paſſione,& ſimilia: hæ quippe ſunt circumſtantiæ valde neceſſariæ ad dignoſcendum, an teſtificetur veritatem, vel non.

3 Exiſtimo, hanc ſententiam omninò recipiendam eſſe à Religioſis, cum illâ limitatione, cum quâ illam admittit Farinacius ubi *ſuprà num.* 39. nimirum teſtificationem muti factam per ſcripturam, facere fidem in præſentiâ examinantis, ſicut & illius, qui ex impedimento linguæ clarè & diſtinctè loqui non poteſt. Item dictum teſtis depoſitum per ſcripturam in ordine ad probandam infamiam extrajudicialiter, ſicut ſentiunt Felinus, & alii, quos citat & ſequitur Farinacius *num.* 41.

Reliqui tamen teſtes, ut fidem faciant, per ſe ipſos & oretenus coram examinante debent deponere, nec ſufficit per tertiam aliquam perſonam, licet ſufficeret per Interpretem, cùm idioma teſtis ignorat: ita Bartol. *in l. qui bonâ fide*, §. ſi alieno *numer.* 17. *ff. de damno infecto*, Butrius in *c. licet, de teſtibus*, & alii multi, quos refert & ſequitur Farinacius *de teſtibus qu.* 74. *num.* 28. nec ſufficit, quòd deponat cum juramento extrajudicialiter, ſed debet in judicio deponere. Maſcard. de *probat. in præfat. quæſt.* 5. *num.* 89. Farinacius ubi *ſuprà numer.* 29.

Nec ſufficit jurare ſolùm oretenus, ſed oportet manu tãgere rem aliquàm ſacram. Ita Farinacius *num.* 27. Stylus cõmunis, qui hodie in his Regnis obſervatur, eſt, quòd Sacerdotes jurent *In verbo Sacerdotis*, poſitâ manu ſuper pectus: illi verò, qui non ſunt tales, poſitâ manu ſupra unam Crucem, dicendo, ſe jurare Deo & illi Cruci, quòd velint dicere veritatem in omnibus, de quibus interrogati fuerint: ſubintelligitur ſecundùm juſtitiam.

4 Teſtis debet examinari per ipſam perſonam Judicis, ut habetur in *Auth.* apud eloquentiſſimum, *C. de fide inſtrumentorum*, & in *l.* 3. §. *ideòque Divuſ. ff.* de teſtibus *& l. ſolam, C. eodem* & ibi Gloſſa; & communiter Doctores docent cum Baldo in *cap* ſi qui teſtium, *de teſtibus*, inculcant cum magnâ id ponderatione Covarr. *lib.* 2. *variar cap.* 13. *n.* 10. Segura de Avalos in *ſuo directorio Eccleſiaſticorum Iudicium part.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. & 23. conquerendo graviter de illis, qui ſine causâ urgenti contrarium faciunt; Simancas de *Catholicis Inſtitutionibus cap.* 64. *n.* 11. & 21. dicendo, hunc eſſe ſtylum Sacri Tribunalis Inquiſitionis.

Ratio hujus eſt illa, quæ tacta fuit numero præcedenti, quia ex modo loquendi teſtis, ex aſpectu, triſtitiâ, vel lætitiâ, ex audaciâ, vel verecundiâ & timore, prudentiâ vel imprudentiâ, ex perturbatione aut pace, levitate aut modicâ connexione in reſpondendo ad interrogata, ex facilitate dicendi aliqua, ſine reflexione ad ea, quæ dicit, aut dixit, & ex aliis circumſtantiis formatur conceptus de teſtimonii veritate, totumque id quod ad liquidandam conducit veritatem, fieri debet omni poſſibili adhibitâ diligentiâ & labore.

Si tamen Judex legitimè impeditus eſſet, licitè poterit examen teſtium ſuo Secretario committere, vel alicui alteri perſonæ dignæ & competenti, præſenti vel abſenti: ita tamen, ut conſtet in proceſſu de tali commiſſione, prout diſponit. *Auth.* apud eloquentiſſimum *citata*: quòd verò hoc licitum ſit Judici; præterquam quòd ſic perſuadeat Tribunalium, tàm ſæcularium, quàm Eccleſiaſticorum conſuetudo, conſtat ex *cap.* 2. de judiciis *in* 6. ubi interrogatus Bonifacius VIII. an in caſu, quo teſtimonium alicujus mulieris in aliquâ causâ neceſſarium eſſet, poſſit compelli ad hoc, ut perſonaliter ad teſtificandum veniat in Judicis præſentiam? Reſpondet, quòd non: quia non decet fœminas vagari extra ſuas domos, & multò minus per domos Judicum, & Tribunalia, ſed quòd Judex potiùs accedat ad domum mulieris, & ſi non poſſit, vel conveniens non fuerit, *Tabellionem, aut aliam perſonam idoneam ad eam tranſmittat.* 5

Id ipſum determinat Eugenius III. in *cap.* ſi qui teſtium, *de teſtibus*, ubi ſic ait: *Si qui teſtium valetudinarii ſunt, & ſenes vel debilitate confecti, aut paupertate depreſſi, ita quòd non poſſint ad veſtram præſentiam adduci: ad ipſos recipiendos mittatis perſonas idoneas & diſcretas.* Ex quibus textibus diffuſè probat Baldus cum multis inſufficientiam teſtificationis in ſcriptis traditæ: numquam enim de illa Pontifices mentionem faciunt tam-

quam ſcilicet de te nullam faciente fidem.

6 Quando accipitur à Teſte juramentum, debet eſſe de eo, quòd nudè & ſimpliciter ſit dicturus veritatem in his, in quibus interrogatus fuerit, nullo admiſſo reſpectu humano, nec ulli ſit condeſcenſurus paſſioni, &c. expedit etiam ut is in juramento addat, ſe nihil revelaturum Reo, vel alicui alteri perſonæ, id quod teſtatus eſt ante datam ſententiam, & cauſam publicatam, quia procul dubio ſic convenit ad evitandas calumnias, & graves inquietudines, quæ ex oppoſito ſequi poſſunt: Ita docent Hoſtienſis in *cap.* Fraternitatis, *num.* 5. de teſtibus, & *ibidē* Panormitanus *num.* 3. Felin. *num.* 10. Farinac. *de teſtibus, quæſt.* 74. *num.* 18. cum aliis multis, quem ſequitur Alderete *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 6. & Farinacius *quæſt.* 67. *num.* 296. cum aliis dicit: teſtem revelantem ſuum dictum ante publicationem cauſæ debere puniri rigoroſe ad Judicis arbitrium.

Mihi autem videtur melius fore, ſi, poſteaquam teſtis ſua dicta ſubſcripſit, loco juramenti prælatus imponat ipſi præceptum, ut teneat ſecretum uſque ad publicationem proceſſus, quamvis ſi teſtis ſæcularis ſit, expediens ſit, quòd juramentum ſe extendat ad omnia prædicta, cùm Prælatus Regularis tali præceptum imponere non poſſit.

7 Prudens eſt præventio, ſi Judex, antequam Secretarius aliquid ſcribat, ſe informet ab ipſo teſte circa ea, quæ ſcit, & dicere poteſt, ne perdatur tempus & charta, ſicuti contingeret, ſi reſponderet teſtis, ſe non ſcire aliquid alicujus momenti circa omnes interrogationes factas. Verum ſi factis ſex aut octo interrogationibus ſciat aliquid, circa unum, & aliud circa aliam, &c. ſcribi debet, nec inconvenit eum ad cæteras reſpondere, ſe nihil ſcire, aut nihil habere ad dicendum.

8 Teſtis debet dicere ætatem, quam habet, ſi enim ſit minor quindecim annis, dictum illius non facit plenam fidem in ordine ad condemnandum Reum, ſicut notat *Lex, teſtimonium in fin. ff. de teſtibus*, licet generet præſumptionem, vel indicium, cui ſi ſuffragentur alia adminicula, ſufficiet.

Debet ſcribi nomen proprium, & appellativum ſive cognomen teſtis, ſtatus ipſius, & conditio, v. grat. quòd ſit Sacerdos, vel non &c. & totum quod hìc exprimitur, ita poni debet, quia omnia pertinent ad ſubſtantiam, & non ad apices juris. Alias interrogationes generales remitto ad praxim, quæ in ſecundâ parte reperietur.

Illud de quo Examinans maximè curare debet, eſt, dilucidare & inquirere cauſam ſcientiæ, quam habet teſtis, ſicuti dictum eſt: & advertat Judex informans, quòd ſi teſtis obliviſceretur reddere rationem ejus, illam debent petere. 9

Notandum etiam eſt, non eſſe congruum modum reſpondendi, ad interrogationem, dicere, ſe ita noviſſe, prout in illa continetur, ſed oportet annectere rationem dicendo, v. g quia erat præſens, quando contigit caſus, & vidit oculis ſuis vel quia audivit, ſi fuerit aliquid ſpoctans ad auditum; nam inter ſcire aliquid ex viſu, vel ex publicitate, vel ex auditu, talis eſt & tanta latitudo, & diſcrimen, ut unum probet, & alterum non, ſicut ſuis in locis dictum eſt: itaquè reſponſio tàm generalis Reo præjudicare non debet, niſi ſpecificetur, & declaretur cauſa notitiæ.

Non eſt parcendum labori, & ſcriptioni 10 in eo, quod deponit teſtis, etiam ſi id, quod interrogatio petit, foret repetendum, ad quod aliqui parum reflectunt, maléque faciunt. Debet etiam à teſte peti, ut declaret tempus, locum, & perſonas, quæ præſentes erant; & ſi citaverit aliquem, aut aliquos, recipiantur illius, vel illorum dicta, qui ſi teſtentur caſum cum ſpecialibus circumſtantiis, in quibus concordent, & conveniant, v. g. ſi dicant, cum omnes tali die & hora in horto eſſemus: vel dum iſte, vel ille in veſtibulo, aut introitu templi, vel clauſtri, aut alterius loci eſſet, &c. quæ multum conducunt ad dilucidandam veritatem vel in favorem Rei (quemadmodum ex caſu Sanctæ Suſannæ conjectari licet *Daniel.* 11.) vel ad delicti probationem: præterquam quòd per hanc diligentiam frequenter detegantur circumſtantiæ diminuentes, aut aggravantes; exempli gratiâ defenſio inculpata, paſſio repentina, vel quod fuerit caſus præcogitatus,

Digitized by Google

vatus, proditio, vel in loco ſacro, aut in Præſuli præſentiâ, ſicut notat Lex *Gracchus*, *C. de adulteriis.*

11 Quando interrogatio eſt negativa, reſponſio debet eſſe affirmativa, alias non probat: Exempli causâ, interrogatio petit, an ſciant Fratrem talem fugitivum, vel Apoſtatam numquam ſe amplius præſentaſſe, aut comparuiſſe in aliquo Conventu Religionis, poſteaquam fugit ex tali Conventu? vel quærit, an ſciant, Petrum, qui petit habitum Religioſum; non adeo eſſe ære alieno gravatum, ut impedire poſſit ipſius profeſſionem juxta Apoſtolicas Conſtitutiones? iſtæ ſunt interrogationes negativæ. Reſponſio verò, quæ non probat ex eo quòd negativa ſit, eſt hujuſmodi: iſte teſtis dixit, ſe non ſcire, an fugitivus ſe præſentaverit, vel comparuerit, vel ſe non ſcire, an Petrus ita ſit gravatus ære alieno, &c. Hoc enim non eſt affirmare, illum ſe non præſentaſſe, vel iſtum non eſſe ære alieno gravatum, quod probari intenditur, ſed an ille ſe præſentaverit, vel non, an iſte ſit ære alieno gravatus vel non, teſtem non ſcire. Hoc autem multum diſtat à fine, ad quem interrogatio dirigitur, quia poteſt eſſe, quod ille ſe non præſentaverit, & quòd iſte debita contraxerit, & teſtis ignoret utrumque. Ac proinde ex eo quòd dicat, ſe neſcire an iſte contraxerit debita, vel ille ſe præſentaverit, fidem non facit, idcircò debet dicere teſtis, ſe ſcire, quòd talis fugitivus ſe non præſentaverit, nec in Religione comparuerit, eo quòd ſit publicum, & ſi aliter res ſe haberet, ſciret utique, vel audiviſſet illis vicibus, quibus de tali Religioſo inquiſivit, tum etiam, quia ſimilia confeſtim ſciuntur inter Religioſos illius Conventus & Provinciæ, ex quibus fugit; præſertim cum Religioſus fugitivus ſit perſona valde nota, ex quibus omnibus perſuaſum eſſe poteſt, talem ſemper extra Religionem manſiſſe: in alio verò caſu debitorum debet dicere, quòd ſciat eum non contraxiſſe debita, ſi enim illa contraxiſſet, ſcit eum eſſe ſolvendo, & quòd ſolviſſet, aut ſolvet, eo quòd jam ordinem ſolvendi dederit, & quòd ſciat, quia ſi contraxiſſet debita, utiquè noſſet propter ſtrictam amicitiam, quam ſemper cum eo habuit, nec hoc celaſſet, ſicut nec alias res gravis momenti celavit, tum etiam, quia ſcit illum eſſe hominem à negotiis, & contractibus alienum, & quòd numquam in loco quo degit, audiverit, eum contraxiſſe debitum alicujus momenti, & hoc modo teſtis ſua dicta probat, non autem priori modo. Ad hoc multum reflectendum eſt, nam ex hujus inadvertentiâ in informationibus multi errores committi poſſunt, præſertim in materiâ Apoſtaſiæ continuatæ, & longæ, redduntur quippe nullæ tales informationes ob defectum probationis in teſtibus.

Alius defectus in informationibus eſſe poteſt, & conſiſtit in reſponſione factâ, vel datâ ab uno teſte eodem modo & iiſdem verbis, quibus fuit data, ab altero. Quod provenit ex eo, quòd Secretarius, vel informans prælegat teſti de novo accedenti illud ipſum, quod depoſuit præcedens teſtis, & ille reſpondeat: ita rem ſe habere, vel ſic eſſe; & ſine alio examine, vel replicâ ſcribat reſponſionem ad omnes interrogationes eadem formâ, & modo, quo ſcripta fuit reſponſio alterius. Et hoc procul dubio reddit informationem ſuſpectam, quia præſumi poteſt, vel quòd Secretarius compoſuerit reſponſionem eo modo, quod debebat dari, vel quod teſtes convenerint inter ſe, vel ſaltem hoc arguit in Judice negligentiam in inquirendo eo, quod teſtes ſciunt, & de modo quo ſciunt. Hæc advertentia eſt S. Thomæ 22. *qu.* 78. *art.* 2. *ad* 2. & Simancæ ubi *ſupra cap.* 64. *num.* 54. & aliorum. 12

Ad evitandum hoc inconveniens unuſquiſque teſtium in loco ſecreto examinandus eſt ſolùm Judice & Secretario præſentibus, & abſque eo, quòd videat ea, quæ ab aliis teſtibus dicta ſunt, ſed procedat præcisè, & ſe gerat juxta ea quæ novit. Secretarius verò debet ſcribere teſtis allegata iiſdem verbis, quibus ipſe teſtificatus eſt, & in caſu quo aliquid corrigendum eſſet, debet fieri ſine eo, quòd mutetur in minimo, vel maximo ejuſdem ſtylus, & conceptus; & hoc præſente, & aſſiſtente ipſo teſte. 13

Advertant Judex, & Secretarius, ſe graviter peccaturos, ſi ſcribant ſolùm ea, quæ ex dicto teſtis gravant, & condemnant Reum, omittendo ea, quæ illum defendunt, & excuſant, aut culpam diminuunt. Eſt doctrina Ju- 14

Digitized by Google

na Julii Clari *quæſt.* 23. *in princ.* de Scapio, de jure non ſcripto *cap.* 51. *num.* 18. & aliorum. Hoc enim habet ſpeciem fraudis, ſicut dixit Baldus *Tract.* de teſtibus 2. *par. numer.* 24. *&* aſtutam præſe fert occultationem veritatis, ne dicam falſitatem. Et pro majori claritate, atquè ad evitandam omnem æquivocationem & confuſionem advertat Secretarius (ipſe enim eſt, cui incumbit ſcribere, & referre omnia, quæ in informationibus continentur) ut quando teſtis dixit, ſe hoc audiviſſe, ſcribat illud, tamquam auditum à tertia perſona, ac proinde dicere debet, teſtem hoc audiviſſe, &c. iſte eſt ſtylus ordinarius, niſi in caſu, quo oporteret referre verba formalia, quæ quis dixit declarando ipſas perſonas, v. g. *Item declaravit iſte teſtis, ſe tali tempore, & occaſione præſente tali audiviſſe dicentem N. Reum verba ſequentiâ: Pater ſum reſolutus & ſtatui me vindicare de injuriâ à Petro mihi illatâ*, vel id, quod fuerit: in hoc ſolùm caſu ponuntur verba formalia cum iſtâ advertentiâ: & diſtinguendo benè nomina perſonarum, de quibus aliquid dicitur, aut refertur, evitabitur confuſio, quæ cauſari poteſt, quando duorum colloquium fuerit.

15 Non convenit, quòd teſtes utantur verbis ambiguis, v. g. *Credo, mihi perſuadeo, puto, &c.* Ita determinatum eſt *in l. teſtium, C. de teſtibus*, & docent Graſſis *deciſ.* 79. *numer* 2. quia iſte loquendi modus ſecundum dicta *cap.* 14. *numer.* 23. non probat, & ita debent affirmare tamquam certum id, quod ſciunt, & quomodo ſciunt, an quia viderunt, vel quia eſt publicum vel notorium, vel quia audiverunt ab aliqua perſonâ fide dignâ, niſi probatio fundaretur in præſumptione quam vocant *Iuris, & de Iure*, in illâ enim valet dicere, *credo.* Exempli cauſa vidit aliquis Petrum tali die, in tali domo, & loco abſconditum, & nudùm cum nudâ, & ex hoc dicit, *Credo eum eſſe adulterum, &c.* hæc probatio eſt legitima, etiamſi ſtet ſub verbo *Credo*, quia eſt fundata *In præſumptione Iuris*, ſicut colligitur ex *cap. præterea*, de teſtibus & ex *l. ſi vicinus C. de nuptiis.* Et tenent communiter Doctores cum Panormitano in *cap.* quoties, *de teſt.* Felinus in *cap. inquiſitionis* §. quæſiviſti *de Accuſationibus*, Farinac. *quæſt.* 6. 8. *numer.* 74. *&* 111. Si tamen credulitas iſta fundaretur in præſumptione magis remotâ, v. g. ſi diceret, *Credo quòd talis ſit adulter, quia vidi illum aliquoties cum tali fæminâ maritatâ loquentem in ejus domo, vel plateâ*, non facit probationem alicujus momenti.

Quando informans inveniet teſtes omni exceptione majores, illos examinet: in defectu tamen horum, admittat omnes illos, de quibus fuimus locuti *cap.* 14. notando, quòd, ſi ad ipſum non ſpectet in illa cauſa ferre ſententiam, conveniens ſit, quod ſignificet & aperiat ſpeciali aliquo ſcripto, ſuam Prælato ſenſum & mentem, quam concepit de quocunque teſtium, videlicet: quod talis ſibi viſus fuerit inconſideratus, & temerarius, facilis & procax ad loquendum, quòd animadverteret eum duci paſſione, vel quòd invenerit modicam conſequentiam & conſiſtentiam in dictis illius, &c. Hæc important plurimùm, cùm enim in Religione non publicentur teſtes, ut Reus contra eos poſſit excipere, prout inferius dicemus, nec Advocatus adſit, qui eum defendat, debet Judex hoc ſupplere meliori modo quo poterit: & propterea multum intereſt, Judicem eſſe benè informatum de qualitate teſtium, quæ perſonæ ſint & quâ veritate eorum dicta nitantur. Totum hoc fundatur in *cap.* per tuas *de Simoniâ*, ubi Papa Innocentius III. exigit teſtium qualificationem. Id ipſum ſtabilitum eſt in *leg.* 3. *ff. de teſtibus*, & confirmant multi Authores in illa verba *Majores* Gloſ. in *c.* 1. *de conſanguinitate & affinitate*, & ſpecialiter Abb. *num.* 5. Maſcard. *Tom.* 1. *c.* 6. *numer.* 68. Covarruv. *in praxi crim. cap.* 18. *num.* 1. 16

Quærit Julius Clarus *lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 53. *num.* 8. an, ſi teſtis, qui juravit ſe dicturum veritatem, circa aliqua puncta, vel capita in examine inveniatur dixiſſe falſum, probet in ordine ad alia? reſpondet negativè: *Nam juramentum eſt indiviſibile, & ſic merito, ubi teſtis eſt in uno ſuſpectus, totum ejus teſtimonium redditur ſuſpectum, & quando ejus dictum in uno reprobatur, non creditur ei neque in aliis*: atque hanc eſſe communem Doctorum opinionem citans diverſos ex illis. Sed hoc intelligendum eſt, quando falſa teſtificatio fuit 17

fuit circa aliquam circumſtantiam ſubſtantialem delicti principalis, ſi enim eſſet circa aliquid merè extrinſecum, non vitiaretur teſtimonium circa reliqua, nec teſtis denominaretur falſus, quia quemadmodum quando duo, vel tres teſtes in corpore delicti, & in circumſtantiis, quæ conteſtantur veritatem, conveniunt, etiamſi varient, & ſibi contradicant in aliis accidentibus, probant, nec falſum illorum dicitur eſſe teſtimonium, ſic etiam in caſu noſtro: Ita Julius Clarus ubi *ſup. n.* 9. Imola in *l.* §. *ſi quis ſimpliciter nu.* 35. *vol.* 3. verſ. *item inducitur, ff. de verb. obligat.* Alex. *conſ.* 87. *n.* 19. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 105. *poſt n.* 2. verſ. *venio ad ſecundum,* & conſtit. 602. n. 4. dicendo eſſe communem; licet non deſit, qui contrarium ſentiat. Aimon. *conſ.* 99. *n.* 8. Bertaz. *conſ.* 296. *n.* 6. Bajard. *in addit. ad Clarum quæſt.* 53. *n.* 21.

18 Quando teſtis in judicio cum juramento aliquid depoſuit, quod conſtat eſſe nullum, vel quia Judex non erat competens, vel ex aliis capitibus, poſtea verò in alio judicio deponit contrarium, debet ſtari huic ſecundo dicto, quia primum non curatur, & ita non præjudicat ſecundo: Ita Gloſſa in *c. cùm cauſam, de teſt.* Felin. *in c. cùm tu. nu.* 5. *eod. tit.* & alii. Si tamen in Judicio valido teſtis dixit ſe nihil ſcire, & deinde citatus à Judice Superiori deſiderante examinare, & contrahere magis cauſam, teſtetur aliquid, nulla erit teſtificatio, eo quòd teſtis reputetur falſus, & præſumatur depravatus ab unâ partium: Ita Angel. de Vbal. *inter conſ. crimin. conſil.* 73. *num.* 23. *in fine, lib.* 2. Julius Clarus *quæſt.* 53. *n.* 14. & ait eſſe aliorum Doctorum: ſi tamen in primo Judicio valido depoſuit aliquid ſub juramento, & ſtatim in alio Judicio deponit cum juramento contrarium, certum eſt, talem tamquam falſarium eſſe caſtigandum.

Dubitant autem Doctores, an alicui ex hujuſmodi dictis ſtandum ſit in ordine ad cauſam. Aliqui citati à Julio Claro *n.* 13. aſſerunt, nullum eorum dictorum fidem facere, nec de illis quidquam curandum eſſe: ipſe tamen arbitratur probabilius eſſe, quòd licet teſtis tamquam falſus caſtigandus ſit, primo tamen dicto ſtandum ſit: Ita Alciatus de *præſumpt. reg.* 2 *præſumpt.* 29. *n.* 7. affirmans hanc eſſe communem Doctorum opinionem.

Ratio fundamentalis eſt: quia præſumitur teſtem pro ſecundo dicto à parte eſſe vitiatum, ac proinde licet puniri mereatur, primum dictum tenet, quamvis ex ſecundâ teſtificatione contrariâ nonnihil perdat firmitatis.

Nec contra hoc valet dicere, quòd ſi ille, qui cum juramento reſpondit in uno judicio, ſe nihil ſcire, & poſtea in alio jurat pro aliquâ re determinatâ, nihil probet, quomodo probabit ille, qui unâ vice juravit unum, & poſtea jurat contrarium?

Reſpondetur, hanc objectionem noſtræ favere ſententiæ: ſicut enim in caſu ſimili objectionis non attenditur ad ſecundum dictum non ſolùm propter contrarietatem juramenti, ſed quia præſumitur teſtis vitiatus à parte intereſſata: ſic in primo caſu illud ipſum præſumitur de ſecunda teſtificatione, & cum in prima nihil ſit faſſus, non habetur dictum, cui ſtari poſſit: in caſu tamen, quo uno in judicio juravit unum, & in alio contrarium, fundamentum habetur ad perſuadendum, quòd primum dictum ſit verum & rectum, utpote illius, qui à parte depravatus non erat, & illi inſiſtendum erit, non autem ſecundo.

Aliud dubium notatu dignum pro dicendis in capite ſequenti, movent aliqui, an ſcilicet, quando in ipſo Judicio, & coram ipſo Judice aliquis teſtatur contraria, debeat alicui eorum adhiberi fides, & dubium principaliter procedit in opinione aſſerente *Poſt litis conteſtationem* eſſe neceſſariam teſtium ratificationem, de qua agetur capite ſequenti. 19

Quo ſuppoſito *dico primò*, ſi teſtis abſque eo quòd recedat à præſentia Judicis (quod Juriſtæ vocare ſolent *In continenti*) & ſine animo corrigendi, nec allegando juſtam cauſam pro emendatione, vel correctione illius, quod primò dixerat, dicit contraria in ſubſtantialibus teſtimonii, non eſt illi in ullo alio adhibenda fides; iſte enim eſt teſtis falſus, & abſolutè varians, ac proinde non facit fidem: Ita Menochius *de arbitrariis caſu* 108. *n.* 2. Alciatus ubi *ſuprà præſumpt.* 25. *num.* 4. Julius Clarus ubi *ſuprà nu.* 53. Covarruvias *lib.* 2. *variarum cap.* 13. *nu.* 8. Roland. à Valle 20

cenſ.73 n.30. & omnes, abſque eo, quod citent aliquem Authorem in contrarium.

21 *Dico ſecundò,* ſi teſtis in caſu dicto, animo ſe corrigendi, & emendandi, dicit aliquid diverſum ab eo, quòd dixerat antea, debet ſtari ſecundo teſtimonio, & non primo, quod corrigit & emendat; cùm enim humana fragilitas ſit ſubjecta oblivioni, & teſtis non habuerit tempus loquendi cum illis, qui potuiſſent ipſum corrumpere, perſuadendo illi, ut præteritum dictum corrigeret, præſumendum eſt, correctionem eſſe conſentaneam & conformem veritati. Et licet aliqui aſſerant, probandam eſſe cauſam erroris, alii tamen dicunt hoc non eſſe neceſſarium? licet conveniens videatur ut ſaltem aliquam producat, quod ſi renueret, redderet ſuſpectam correctionem: Ita Doctores citati: & hoc, ſive Secretarius ſcripſerit primum dictum ſive non: ita tamen, ut teſtis, nec ex præſentiâ Judicis diſceſſerit, nec ſuo dicto ſubſcripſerit: ſi enim illi ſubſcripſiſſet, cùm in ordine ad hanc ſubſcriptionem illud relegiſſet, & locum ac tempus habuiſſet videndi, an aliquid eſſet corrigendum, eo ipſo quòd ſubſcribat, illud ratificat, quod tantum valet, ac ſi illud correxiſſet, cum hoc enim non datur locus alteri correctioni: nam ſicut docet Bartol. *in l. 1. ff.* ſi cert. petat. *Teſtis qui dictum ſuum ſemel declaravit, amplius illud declarare non poteſt.* & probat Menoch. *num. 5.* cum aliis, ex *cap.* apud miſericordem 32. *qu.* 2. Dixi ſi teſtis à Judice non diſceſſiſſet: nam in caſu, quo teſtis ſuum dictum inchoaſſet v. g. mane, & veſperi illud proſequeretur, & concluderet, ſpecialis eſſet difficultas, an detur locus Correctioni pro eo, quod dixerat mane? Reſpondet Menochius *num. 5.* cum aliis, quòd in tali caſu Judex ſingularem debeat adhibere diligentiam in videndo, an cauſa Correctionis habeat veriſimilitudinem an non: an teſtis habuerit tempus, vel commoditatem loquendi parti, & ab illâ potuerit corrumpi; attendendo præterea ad teſtis qualitatem, an ſit perſona gravis, proba, pia, & de quâ nulla poſſit levitas præſumi, ab his enim dependet, an Correctio pro verâ & legitimâ admittenda ſit, vel non. Videatur Covarr. ubi *ſuprà*, Felinus in *cap.* præterea *n. 10. de teſtibus,* Alciatus *præſumpt.* 29. Julius Clarus ubi *ſupra nu.* 15. qui omnes hoc punctum remittunt Judicis prudentiæ.

In ſententiâ aſſerente requiri, quòd teſtes id quod in ſummariâ ſub juramento dixerunt, ratificent & ſub novo juramento repetant in plenariâ, quæ eſt *Poſt litis conteſtationem,* poteſt controverti, ſi in hoc novo examine jurent contraria primò (ſupponendo illos eſſe puniendos ob falſum juramentum) cuinam ex duobus dictis ſtandum ſit: Communis & magis recepta opinio eſt, ſtandum eſſe primo dicto, ob rationem datam in ſimili caſu *num.* 18. *&* 21. Ita Menochius ubi *ſuprà num.* 11. contra aliquos paucos exiſtimantes, non eſſe curandum nec primum, nec ſecundum teſtimonium. Et ſuam ſententiam, inquit Menochius, eſſe veram, etiam ſi teſtis alleget, ſe velle primum dictum declarare, quia præſumitur eſſe vitiari per ipſam declarationem, ac proinde non eſſe ipſi dandandam fidem: ſolùm in caſu hæreſis, dicit. hanc regulam fallere, quia ibi ſemper ſtandum eſt dicto, quod probat in illius favorem, ſive ſit primum, ſive ſecundum, ut crimen tàm pernicioſum impunitum non maneat. Videatur Menochius *ibidem*, & Covar. *lib. 2. variarum cap. 13. num. 8.* qui ſatis doctè & eruditè tangunt hoc punctum pro Judicibus Sancti Tribunalis, atque etiam aliis, in caſibus quibus oportet torquere teſtes; quod cùm ſit alienum à ſtatu Religioſo, non immoror in illius explicatione. In eo tamen conveniunt citati Doctores, quòd licet in noſtro caſu ſtandum ſit priori dicto, ſive teſtimonio, ſemper tamen aliquo modo remanet ex ſecundo debilitatum, nec tantam facit fidem, qùam feciſſet, ſi hoc poſterius non ſuperveniſſet: & ita talis defectus per aliud adminiculum ſupplendus eſt. 22

CA

CAPUT XVII.

De Ratione Teſtium.

1 PRo intelligentiâ dicendorum in hoc capite, & dilucidatione dictorum Capite præcedenti *numer.* 22. Duo ſunt ſupponenda. *Primum,* quòd citatio Rei ſit unum de ſubſtantialioribus Judicii in omnium ſententiâ, & conſtat ex *Clementinâ* Paſtoralis §. *caterùm, de re judicatâ*, ubi dicitur: *Quòd citatio Rei eſt de jure naturali introducta, ad hunc effectum, ut quiſquis ſe defendere poſſit.* Defenſio autem nulli negari poteſt, ut habetur in *c. cum inter*, de exceptionibus, & in *cap. eorum* 11. *quæſt.* 3. ubi dicitur, *Quòd neque ipſi diabolo debet negari.* Hæc citatio Judicialis conſiſtit in hoc, quòd vocetur Reus, ut compareat ante Judicem, quod fit multis modis, vel citando illum per bannum vel edictum publicum, ſi Reus fugerit.

Sed quia hi citandi modi pertinent ad Judices ſæculares, & Eccleſiaſticos, faciat dumtaxat mentionem eorum, qui in uſu ſunt apud Regulares, & præcipuè duo ſunt, *Verbalis* & *Realis.* Verbalis eſt, quando Judex oretenus præcipit, ut Reus coram ipſo compareat; ad quem reducitur etiam ille, qui fieri ſolet per litteras authenticas, cùm Religioſus degit in alio Conventu, ſicut advertit Rodriguez. *Tom.* 2. *qu.* 17. *art.* 2. Alius citandi modus qui dicitur Realis eſt, quando Prælatus prudenter, & ex juſtâ causâ timet Reum, de cujus delicto jam informatus eſt (ſaltem extrajudicialiter) fugiturum ex Conventu, & pro ſecuritate præcipit eum incarcerari ad hoc, ut deinde perſonaliter ab illo accipiat confeſſionem. Sed quia inter Religioſos hic citandi modus exerceri non debet, niſi adhibitâ magnâ prudentiâ, & maturitate, relinquo, & differo illius explanationem, quomodo nimirum, & quando practicari debeat, ad Caput de Carcere.

2 *Secundum,* quod notandum, eſt, quòd citatio ex ſe ſolâ non requiritur ad Judicium, ſed quatenus eſt medium ad hoc ut Reus Judici reſpondeat juridicè ad interrogata circa delictum, de quo infamatus, & accuſatus fuit, ac proinde citatio ordinatur *Ad litis conteſtationem*, prout illam nominant Juriſtæ: & *Litis conteſtatio* in eo conſiſtit, quòd Judex proponat Reo juridicè id, quod habet contra illum, & Reus reſpondeat confitendo, vel negando id, quod illi impoſitum eſt, ut habetur expreſsè in *cap.* olim, *de litis conteſtatione*, ubi Gregor. IX. ait: *Per petitionem jure propoſitam & reſponſionem ſecutam litis conteſtatio fit:* ubi Gloſſa inquit: *Litis conteſtatio fieri debet interrogante Iudice & Reo reſpondente ad interrogationem Iudicis.* Unde in ſubſtantiâ *citatio, & litis conteſtatio* idem eſt, quod vocare Reum, & ab ipſo petere juridicè Confeſſionem, & reſpondere Reum ad interrogata, vel negando vel affirmando: ita notat Villalob. *Tract.* 17. *diff.* 7. *num.* 4. & conſtat ex dictis; per quod etiam patet, tàm citationem, quam conteſtationem litis eſſe de eſſentiâ proceſſus, & quidem adeò, ut aliqui Juriſtæ velint, quòd ab illâ incipiat cauſa proceſſus, & informatio, & non ab informatione Summariâ: alii tamen ſentiunt (& meliori ducti fundamento) quòd proceſſus, informatio, & cauſa incipiant ab Examine Judiciali, quòd Judex facit circa teſtes ſummariè.

Hoc ſuppoſito eſt difficultas, an teſtes illa, quæ in ſummariâ cum juramento dixerunt (dicitur verò informatio illa Summaria, quæ fit ante citationem Rei) debeant ratificare, & repetere ſub novo juramento, *poſt litis conteſtationem* in caſu, quo Reus neget delictum, quando ab ipſo exigitur Confeſſio, vel conteſtatur lis, quod idem eſt ſecundum dicta? 3

Prima ſententia aſſerit adeò neceſſum eſſe, ut teſtes illa, quæ cum juramento depoſuerunt in Summariâ, ratificent & repetant ſub novo juramento in plenariâ, quæ eſt *poſt litis conteſtationem*, ut ſi id non fiat proceſſum fore nullum, cùm teſtes nihil alias probarent in ordine ad condemnandum Reum;

ac proinde ſentit iſta ſententia, hanc repetitionem, & ratificationem eſſe de ſubſtantiâ judicii. Hujus opinionis communiter ſunt Juriſtæ, & Canoniſtæ exceptis quibuſdam caſibus. *Primus* quando proceditur contra Reum abſentem, & contumacem. *Secundus* quando Reus teſtes Judicii Summarii habet pro ſufficienter examinatis. *Tertius* quando proceditur in caſu hæreſis. *Quartus*, quando teſtes Judicii Summarii mortui ſunt. *Quintus*, quando Judex proceſſit ad Inquiſitionem non ad inſtantiam partis, ſed ex officio, & etiam hos caſus multi non admittunt. Hanc ſententiam tenent Farinac. *de teſtibus quæſt.* 72. ſtipatus magno Juriſtarum agmine ab ipſo citatorum. Juriſtas conſtanter ſequitur Alderet. *lib.* 1. *cap.* 13 *numer.* 4. *&* 5. ubi ſic ait: *Conſtat aperte, omninò parte citatâ reproduci oportere teſtes, & ipſos deponere de novo, quia illa prima depoſitio ad Ordinem Iudiciarium pertinuit & non ad cauſam principalem.*

Id ipſum manifeſtè dicit Miranda in ſuo *Ordine judic. q.* 23. *art.* 6. ubi ait, *Omni jure, conſtitutiſſimum eſt, quòd teſtes in judicio Summario recepti, & examinati non faciunt fidem in plenario judicio, neque exiſtimantur idonei, atquè legitimi, niſi iterum medio præſtito juramento reproducantur, ſeu quod vulgò dicitur, ratificentur poſt litis conteſtationem: Quod adeò verum eſt, ut placeat quibuſdam graviſſimis Doctoribus, quòd quamvis in cauſis civilibus ſufficiat, quòd teſtes recepti parte non citatâ, & ante conteſtatam litem à partibus ipſis pro productis atquè legitimis habeantur, in causâ tamen criminali (inquiunt) non ſufficit, ut teſtis receptus in Summaria informatione, ex conſenſu & approbatione delinquentis pro legitimo, & legitimè producto habeatur, ut fidem faciat in plenario Iudicio: ſed neceſſariò requiritur, quòd revera repetatur, reproducatur, ſeu ratificetur poſt citationem, & litis conteſtationem.*

Hujus opinionis eſt etiam Thomas Sanchez *lib.* 6. *Conſ. cap.* 8. *dub.* 2 *numer.* 8. ubi loquendo de cauſis Regularium inquit: *ſi verò Reus neget delictum, teſtes, qui depoſuerunt in Summariâ informatione, ſunt iterum vocandi, & ratificandi, & alii denuò recipiendi, ſi extiterint: & in hâc poſteriori teſtium examinatione omne ferè teſtimoniorum pondus conſiſtit. Quia teſtes examinati Reo non citato, ſeu ante litis conteſtationem, nullam contra eum fidem faciunt, nec ad ſententiam, nec ad torturam.* Et addit cum Simancâ & aliis, Reum huic juri renuntiare non poſſe. Ita cum aliis etiam ſentit Martinus a S. JOSEPH in ſua Epitome *cap.* 12. *numer.* 5. Et notandum eſt, quòd uſque dum non fertur ſententia in cauſa, ſemper ſit tempus & locus recipiendi teſtes. Dicunt inſuper hi Doctores, quòd illi, qui fuerunt examinati *poſt litis conteſtationem*, non neceſſariò ratificatione indigent extra illud tempus, in quo teſtificantur.

Fundamentum hujus ſententiæ innititur 4
cap. veniens *de teſtibus*, & principaliter deciſioni cap. *quoniam frequenter*, *ut in lite non conteſt.* ubi determinatur, quòd *lite non conteſtata, non debent recipi teſtes*, intelligitur in ordine ad condemnandum, vel torquendum Reum. Unde inferunt Authores hujus ſententiæ, teſtimonia teſtium in informatione ſummaria ſervire ſolùm ad dandum jus Judici ad juridicè examinandum Reum: ſi tamen negaret, de novo eſſe inchoandum examen à teſtibus ad ipſum convincendum, torquendum, & condemnandum.

Non poteſt negari hanc ſententiam eſſe valde probabilem, cùm tantos, & tam graves pro ſe habeat Authores, & illam ſequi debere iſta Tribunalia, quæ ſe tenentur conformare non ſolùm illis, quæ ſpectant ad ſubſtantiam, ſed etiam ad apices Juris, cæteroquin nulla eſſet ſententia, & nulla ea, quæ in proceſſu continentur.

Inter Religioſos tamen exiſtimo non eſſe neceſſariam hanc ſecundam ratificationem, & reproductionem teſtium *poſt litis conteſtationem*, ſed eo ipſo, quòd teſtes, qui cum juramento depoſuerunt in Judicio Summario, & ibidem *in continenti* repetiverunt ſua dicta, illa ratificando ac ſubſcribendo, eorum teſtimonia faciunt plenam fidem, & abſolutè probant in ordine ad convincendum & condemnandum Reum, abſquè eo, quòd neceſſarium ſit ea abo-

tem-

tempore ratificati, quia hoc non pertinet ad ſubſtantiam judicii, ſed apices, ad quorum obſervantiam non tenentur Prælati Regulares, ſicut conſtat ex *cap.* qualiter, & quando 2. *de Accuſationibus*, & ex Privilegiis relatis *cap.* 1. *n.* 6.

7 Hanc ſententiam probat, & defendit P. Joſeph à S. MARIA in ſuo Tribunali Religioſorum *tract.* 4. *cap.* 10. dicens eam non ſolùm practicari in ſua Religione, ſed etiam in cæteris. In *capite* tamen 11. addit, licet id, quod capite præcedenti dictum eſt, doctrina vera & ſolida, & in Religione ſine contradictione recepta ſit: hoc tamen non obſtante, valido mihi videtur niti fundamento opinio Paz. quæ contraria eſt. Ideò videretur mihi, quòd in negotiis valde gravibus, & magni momenti, è quibus Reo gravis accedit infamia, ſicut eſt expulſio à Religione, condemnatio ad triremes, vel Fodinas argenti vivi, vel aliæ ſimiles pœnæ, à quibus, ut ſe liberet, ſolet Reus habere recurſum ad alia Tribunalia ſuperiora, Prælati conari debeant, ut ſubſtantietur proceſſus, cum omnibus requiſitis, & circumſtantiis, quarum una eſt ratificatio Teſtium *poſt litis conteſtationem.*

8 Alii Authores ſequuntur hanc ſententiam ſine ulla limitatione, cùm ſibi perſuadeant, hoc ſpectare ad apices Juris, ſic Rodriguez *Tom.* 2. *qq. q.* 17. *art.* 3. ubi petit, *utrum valeat proceſſus factus per viam inquiſitionis, etiam ſi nulla interveniat partis citatio?* & reſpondet dicendo: *quòd valet etiam ſi nulla interveniat partis citatio*, ut voluit Innocentius in *cap.* bonæ 1. *de elect.* quem ſequitur Baldus in *l. edita*, *num.* 30. *C. de edendo.* Ananias in *cap.* qualiter & quando, 2. §. *debet*, *num.* 9. de accuſat. *Verum eſt tamen* (addit) *quòd ſententia erit nulla, ſi antequam citetur Reus ut reſpondeat, fuerit prolata: quod in Religionibus, in quibus ut in plurimum proceditur per viam Inquiſitionis, video obſervari.* Hujus mentis eſt P. Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 31. ubi poſtquam dixerat, quòd principalis cura Prælatorum debeat eſſe, dilucidare veritatem teſtium, ſubdit: *Hic enim debet eſſe præcipuus ſcopus in hoc regulari judicio, in quo non ſunt ita neceſſaria illa circumſtantia iterum interrogandi, ſeu ratificandi, quando de fide teſtium moraliter conſtat.* Suarez ſequitur Lezana *Tom.* 1. *de modo procedendi in cauſis Reg. cap.* 27. *num.* 13. Id ipſum ſentit Villalobos *tract.* 17. *diff.* 7. *num.* 5. ubi loquendo de reproductione, & ratificatione teſtium *poſt litis conteſtationem* dicit: inter Religioſos hoc non videtur neceſſarium, apud quos ſufficit, quòd præcedat juramentum: hæc enim ſunt *de apicibus juris*, & inter Juriſtas non deſunt Authores, qui ſentiunt, ad faciendam fidem ſufficere dictum teſtis juramento firmatum *ante citationem Rei & ante litis conteſtationem*, Blanc. *in pract. crim. fol.* 5. *nu.* 33 Foller. *in pract. crim. fol.* 109. *num.* 1. Alex. *conſ.* 65. *nu.* 9. *in fin. lib.* 1. *& lib.* 7. *conſ.* 41. pract. Caſim. *fol.* 103. *poſt num.* 1. Berber. in viatorio juris *in rubr. de judic. col.* 27. Pract. Jodoc. *fol.* 24. *num.* 18. Flam. Catar. *Tract. de Excuſatione, Sent. cap. fin. num.* 175. quorum aliqui dicunt eſſe communem praxin in Lombardia, alii in Italia, tam in Tribunalibus ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis.

Unde infertur, quòd in Religione, quæ ex recepta Prælatorum conſuetudine, hanc praxin haberet, liceret illam ſequi ſine ſcrupulo, etiam ſi non haberet Privilegium exemptionis ab apicibus juris: nam quemadmodum dicit Sylveſter *verbo* Conſuetudo, *num.* 23. ubi viget aliqua rationabilis conſuetudo, eſto juri ſcripto contraria ſit, licitum eſt illam ſequi. Quòd autem iſta ſit conſuetudo rationabilis, & recepta in Religionibus, probatur, quia evitare omnem ſtrepitum judicialem in illis rebus, quæ non ſunt de ſubſtantia judicii pertinet ad pacem & quietem ſtatus Religioſi.

Et licet horum Doctorum Authoritas ſufficeret ad probandum, hujuſmodi ratificationem non eſſe de ſubſtantia judicii, nihilominus non abs re mihi viſum fuit in majorem confirmationem ejus addere etiam rationem ex doctrina Capitis præcedentis *nu.* 18. *&* 22. ubi cum communi, & currente ſententia deciſum reliquimus, quòd, 9

quando teſtis dixit, & depoſuit aliquid cum juramento in uno, eodemque tempore, ſive fuerit in eodem judicio, ſive in alio differenti, ac poſtea diſceſſit à Judice, & reverſus jurat contrarium, ſtandum eſſe primo, & non ſecundo dicto, cùm hoc ſuſpectum ſit, ergò in teſtificatione fidem principalem continet primum dictum, etiamſi ſit *ante litis conteſtationem*, ſicut inquit Menoch. *de arbitr. caſu* 18. *num.* 11. cum Felin. in *cap.* cùm in tua, *de teſtibus*, & probant: *Quia quoad fidem ipſius teſtis judicium Summarium non differt à plenario.* Deinde cùm dicta ratificatio non requiratur ad dandam fidem dicto jurato, ratificato & ſubſcripto in judicio ſummario, non poteſt eſſe de ſubſtantia judicii, ſed ſolùm erit accidens & ſpectans ad apices juris.

10 Fundamento contrariæ ſententiæ, deſumpto ex capitibus duobus juris citatis, ex dictis jam manet reſponſum. Nihilominùs adjungo, quòd ſi bene advertatur, invenietur, quòd Innocentius III. mandaverit in *cap.* veniens *de teſtibus*, ut illi teſtes, & cæteri denuò circa totam litem examinarentur, quia non depoſuerunt quidquam in ordine ad punctum principale litis, & non ſicut volunt adverſarii, quia illi teſtes ſolùm juraverant *ante litis conteſtationem*. Et in cap. *quoniam frequenter, ut lite non conteſtata*, dicit idem Pontifex hoc modo: *Authoritate præſentium duximus declarandum, regulariter verum eſſe, quòd lite non conteſtata, non eſt ad receptionem teſtium procedendum, niſi de morte teſtium timeatur, vel abſentia diuturna.* Ergò non ſentit Pontifex hoc eſſe de ſubſtantia judicii, ſicut patet ex illo verbo, *regulariter verum eſſe*, quia quod de ſubſtantia eſt, ſemper eſt neceſſarium: & ita dicendum eſt, illam circumſtantiam exigi *regulariter* in judiciis ordinariis, non tamen in extraordinariis, cujuſmodi ſunt judicia Religioſorum: quod maximè conſonat illi, quod determinatum fuit in Clementina *ſæpè contingit* (quæ ſecunda eſt) *de verbor. ſignificat.* ubi Clemens Quintus declarans illa, quæ non ſunt neceſſaria in cauſis, in quibus proceditur *de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura judicii* (inter cætera inquit) *Sancimus, ut Iudex, cui taliter cauſam committimus, neceſſariò litis conteſtationem non poſtulet.* Ubi, prout notat Gloſſa, vult dicere, non eſſe neceſſarium attendere ad hoc, ut fiat litis conteſtatio, ſed ante illam poſſe procedi ad examen teſtium, abſque eo, quòd poſtuletur reproductio *poſt citationem, & litis conteſtationem*, nec per hoc in re alicujus momenti præjudicatur juri, quo gaudet Reus ad ſe defendendum, quia ſive fiat reproductio, & ratificatio teſtium ſive non, ſemper poteſt contra illos excipere, ſi habeat cauſas ſufficientes.

Ex omnibus his infertur, in cauſis Regularium ſufficere, quòd finiendo teſtis ſuum dictum *in continenti* ipſi relegatur, ut videat ſi aliquid habeat, quod adjungat, vel emendet: quo facto ratificet omnia, & ſubſcribat, ſi ſubſcribere neſciat, aut non poſſit, ſaltem in loco ſubſcriptionis formet ſignum Crucis, & alius pro eo ſubſcribat, non tamen Judex vel Secretarius: Ita Alderete *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 13. & de omnibus fidem det Secretarius, terminando ſingula dicta tribus ſubſcriptionibus Judicis, teſtis, & ſua propria, prout in Secunda hujus Operis parte dicemus. 11

* * *

CAPUT

CAPUT XVIII.

De Citatione & Confeſſione Rei.

1 IUdex certificatūs de corpore delicti, & probata jam infamia, per duos, aut tres teſtes juratos, quod fieri poteſt uno ex tribus illis modis, quos *cap.* 12. *num.* 12. 13. & 14. declaravimus, vel ſi procedat per viam Accuſationis, hac admiſſa, incipit informationem ſummariam per examen Teſtium, quòd ſi ex illa contra Reum reſultet plena, vel ſemiplena probatio, debet eum Judex verbaliter, vel realiter citare, & comparere ſimul cum eo, & Secretario, ſicut advertit Baldus *l. inter omnes,* §. recti in fine, *C. de furtis,* Salcedo in *praxi, cap.* 118. verſ. *primò quidem,* & debet per ſe ipſum petere ab eo confeſſionem, non autem mediante Secretario, vel aliquo alio, ſicut inquit Paz. in *praxi* 5. *p. Tom.* 1. *c.* 2. §. 4. *num.* 2. Matthæus de Afflict. *deciſ.* 182. cum Gloſſa in *l. jubemus, C. de liberali cauſa,* verſic. *aliud indicium.*

Et aliqui volunt, hoc eſſe adeò neceſſarium, ut tametſi Secretarius, vel aliquis alius ex commiſſione Judicis ab eo acciperet confeſſionem, & Reus fateretur delictum, non faciat fidem, eo quòd talis confeſſio non ſit judicialis: Ita docent aliqui apud Farinac. in *prax. q.* 81. *n.* 46. ipſe tamen ſentit cum Marſil. *in l. in principio de judic. part.* 1. *q.* 3. *nu.* 17. Monticol. *Reg. crim.* 19. *n.* 17. Foller. in *pract. crimin. part.* 1. *nu.* 14. quòd ſi Notarius, vel alius ex Judicis commiſſione (dummodò hoc conſtet in proceſſu) accipiat à Reo confeſſionem, eam eſſe juridicam, & facere fidem, ac ſi Confeſſio fuiſſet facta coram Judice, aitque hanc eſſe Juriſtarum praxin.

Stylus accipiendi confeſſionem eſt imponere præceptum formale Reo, ut ſub juramento dicat, fateaturque veritatem ad interrogata ſecundùm jus. Cætera ſpectantia ad citationem, & Confeſſionem Rei, in ſequentibus videri poterunt.

Advertat autem Judex, ne in facie, aut verbis præſeferat aliquam indignationem, 2
iram & ſeveritatem, vel aliquid hujuſmodi, quod poſſit turbare Reum: immò vultu placido, ac ſereno, & verbis amicabilibus, poſt impoſitum dictum præceptum, & petitum ab eo juramentum, ſecundùm formam, quam poſuimus pro Teſtibus *cap.* 16. *nu.* 1. & 2. petet nomen, cognomen, ætatem, patriam, & tempus profeſſionis, hoc enim totum ſervit Judici ad probandam juriſdictionem, quam habet ſupra Reum, ſicut advertit Alderete *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. Confeſtim petet, an ſciat, ſuæ citationis, aut vocationis cauſam, & cur fuerit arreſtatus, vel incarceratus (ſi tamen ſit) deinde deſcendet ad particularia, interrogando de caſibus, de quibus eſt infamatus, & teſtes depoſuerunt, ſive plena adſit, ſive ſemiplena probatio; quia licet ad eum condemnandum, ad pœnam à lege, vel jure taxatam non ſufficiat ſemiplena, ad obligandum tamen eum ad hoc, ut fateatur veritatem, ſufficit: & quamvis non deſint graves Authores, qui ſentiant, in illis cauſis, in quibus timet Reus condemnari ad pœnas valde graves, in honore, bonis, vel corpore, eum circa mendacium poſſe occultare veritatem, nec facere contra juramentum, ſi utatur amphibologia, ſuppoſito quòd cauſa non ſit niſi ſemiplenè probata, ſi tamen ſpem habeat hoc medio ſe liberandi ab aliquo eorum malorum, ſicut docet Navarrus *dict. cap.* inter verba, *corol.* 64. *num.* 132. Petrus de Navarr. *lib.* 2. *de reſt. cap.* 4. *num.* 32. Salon. 22. *quæſt.* 64. *art.* 2. verſ. *Reus.* Rodriguez *Tom.* 2. *qq. q.* 18. *art.* 4. Villalob. *Tr.* 16. *diff.* 1. *n.* 14. Malder. 22. *q.* 69. *Tract.* 3. *dub.* 1. cum aliis multis, & Leſſius *cap.* 31. *num.* 16. admittit illam tamquam probabilem, in cujus probationem adducunt multas, & efficaces rationes.

Senten-

Digitized by Google

Sententia tamen magis communis eſt, in quocunque genere cauſarum, quo Judex interrogabat Reum, ſive cum ſemiplena, ſive cum plena probatione, vel aliquo æquivalente, prout ſuis locis jam manet explanatum, Reum ſub obligatione gravi teneri ad dicendam veritatem, etiamſi inde dependerent ipſius bona, honor & vita; nam aliàs non ſine gravi boni Communis damno plurima delicta impunita pertranſirent. Doctrina hæc eſt expreſſa D. Thomæ 22. *q.* 69. *art.* 1. *ad* 2. quem communiter ſequuntur ejus diſcipuli, Cajetanus & Aragon. *ibidem*, Sotus de Secreto, *memb.* 2. *q.* 2. Antonius Gomez *Tom* 2. *variarum*, *num.* 5. & ex noſtris Thom. à Jesu *de Viſit. Regul. Tract.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. Philip. à SS. Trinitate *Tom.* 3. *in* 2. 2. *Tract.* 2. *diſp.* 8. *quæſt.* 69. Lezana *Tom.* 1. *cap.* 27. *num.* 12. Stephanus à S. Paulo in ſua *Theolog. morali, Tract.* 4. *de jure & juſtitia, diſp.* 10. *dub* 4. cum multis aliis, quos citat & ſequitur Aldetete *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1.

3 Sed advertendum eſt, quòd, quantumvis juridicè Judex interroget Reum de aliquo, quod quidem ex ſe erat peccatum grave, Reus tamen fecit, vel ex ignorantia invincibili, vel ex juſta defenſione, vel alia legitima cauſa, illum coram Deo à culpa gravi excuſante, abſolutè, & cum juramento poſſit occultare veritatem illius facti, intra ſe ſubintelligendo (ſicut ſubintelligere poteſt) ſe illud non commiſiſſe per modum delicti, hoc enim eſt, quod Judex intendit ſcire & punire: Ita Salon. 22. *q.* 64. *art.* 2. Leſſius ubi *ſuprà num.* 14. Malderus ubi *ſuprà*, Portel. *in addit.* verb. *juramentum*, *num.* 16. Villalobos *num.* 10. Noſter Thomas à Jesu *tract.* 3. *cap* 10. *num* 4. N. Urbanus ab Aſcenſione in ſua Theolog. Mor. ac Canonica *Tract.* 3. *capit.* 14. Stephanus à S. Paulo *loc. cit.* & eſt communis: Verùm ſi talis Reus poſſet ſuam probare innocentiam, teneretur fateri veritatem, & illicò oſtendere probationẽ ſuæ innocentiæ; at cùm hoc pleruũque ſit factu difficile, abſolutè negare poteſt: Ita Villalobos cum aliis citatis.

4 Sic etiam Reus, qui verè deliquit, fuit tamen accuſatus, & denunciatus contra juſtitiam, vel offenſus ab aliquo teſte, qui contra juſtitiam delictum revelavit, poteſt occultare veritatem, eſto ſit cum juramento, utendo verbis æquivocis. Quòd ſi hoc in ſuam defenſionem non ſufficiat, poterit dicere, Denunciatorem, Accuſatorem, vel teſtem non deponere veritatem; & ſi fuerit neceſſarium, poterit etiam ad excipiendum contra eos allegare aliquod delictum, verè ab ipſis commiſſum, ſive ſit publicum, ſive ſecretum, ſi illud probare poſſit, & tale ſit, quod probatum valeat infringere robur accuſationis, & teſtificationis, ita tamen, ne ulli majus damnum inferat, quàm ſui juſta defenſio poſtulat; reflectendo ſemper ad ordinem charitatis, qui exigit, ut quando quis ſola delicti negatione ſe liberare poteſt, non dicat, accuſatorem, vel teſtes mentiri, nec alia verba contumelioſa: Et ſi hoc fuerit neceſſarium, & ſufficiat, non imponat illis delicta commiſſa, vel alias infamias: quòd ſi neceſſum fuerit aliqua ex his objicere, ſit omnium minus grave. Eſt doctrina Bannez 22. *q.* 70. *art.* 3. Malder. *ibidem*, *dub.* 2. Leſſii *cap.* 31. *dub.* 1. *&* 2. & noſtrorum Philip. à SS. Trinit. *loc. cit.* Franciſci Bonæ Spei *Tom.* 5. *ſua Theolog. Tract.* 1. *de jure & juſtit. diſp.* 4. *dub.* 3. *num.* 61. & Urbani ab Aſcenſione *loc. cit.*

5 Alias materias, quas tangunt Cajet. 22. *q.* 95. *art.* 3. & in ſumma *verb.* Duellum, Bannez ubi *ſuprà concl.* 5. *& quæſt.* 64. *art.* 6. *dub.* 4. Hurtado de *reſtitut. diſp.* 11. *diff.* 7. Malderus ubi *ſuprà dub.* 2. cum aliis, an nimirum Reus pro ſe defendendo abſque gravi culpa poſſit crimina falſa objicere, & an licitum ſit, occidere, vel vulnerare volentem accuſare, denunciare, vel teſtificari injuſtè in materia, ex qua ſequetur mors, aut graviſſima infamia: omitto, quia ſimilia inter Religioſos practicanda non ſunt: cætera in his, & aliis Authoribus videri poſſunt.

6 Illæ difficultates, quæ *capite* 15. prælibatæ ſunt, circa obligationem teſtium ad reſpondendum abſque eo, quòd Judex illis oſtendat jus, quod habet ad examinandum eos: & circa hoc, quod illis faciendum in caſu dubii, occurrunt etiam hic circa Reum, in quibus duas reperio ſententias.

Prima inquit, quòd, etiamſi Judex non monſtret

monſtret Reo jus, quod habet ad eum interrogandum, dummodò illud revera habeat, & aliàs ſit perſona gravis, docta & probata, de qua dubitari, & ſuſpicari cum fundamento non poſſit, quòd procedat contra juſtitiam, reſpondere teneatur non ſolùm in cauſis levioribus (in his enim quaſi omnes conveniunt) ſed etiam in cauſis gravioribus, unde Reo immineret grave damnum in corpore, vita, fama & bonis temporalibus.

Hanc ſententiam tuetur Joannes Guttierez *in qq. Can. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 43. dummodò Reus non petierit à Judice ſibi monſtrari jus, quod habet ad eum interrogandum, ſi enim id poſtulet, debet illi monſtrare; quod ſi ipſi non demonſtretur, non tenebitur reſpondere: illam tamen ſine ulla limitatione tenent Gregor. Lopez *l.* 4. *tit.* 29. *part.* 7. verb. *Iurare.* Arenalus *lib.* de Correctione fraterna, *concluſ.* 6. *propoſit.* 4. 5. 6. 7. 8. *&* 9. Julius Clarus *q.* 45. verſ. *ſed quid*, cum diverſis, quos citat, affirmans, hanc eſſe praxin communem Juriſtarum: idem aſſerit etiam Miranda *quæſt.* 18. *ar.* 7. licet illam rationem non ſequatur, ſupra tetigimus *cap.* 15. loquendo in caſu ſimili de teſtibus, quæ etiam hic ſuam ſortitur efficaciam: eſtque hujuſmodi: Præſumptio juris ſtat ex parte Judicis, ergò ſi Reus non habeat rationes probabiles dubitandi, jam habebit moralem certitudinem, & proinde tenebitur fateri veritatem. Hæc ſententia ſatis probabilis eſt, & tamquam talem illam admittit Sanchez *lib.* 6. *conſ. cap.* 3. *dub.* 32. *n.* 1.

8 *Secunda* ſententia aſſerit, quòd etiamſi Reus non habeat rationes probabiles dubitandi circa jus Judicis, dum tamen non fuerit ipſi demonſtratum in proceſſu probatum, non tenetur reſpondere, ſed poteſt occultare veritatem: Ita Cajet. 22. *quæſt.* 69. *art.* 2. Sotus de Secreto, *memb.* 2. *quæſt.* 7. Navarr. in *Summa cap.* 25. *num.* 35. *&* 36. & alibi Bannez 22. *q.* 69. *art* 2. *fundam.* 1. Salon. *ibidem Controverſ.* 2. Aragon. *ibidem*, §. ſed dubitat aliquis. Rodriguez in *Sum. cap.* 10. de Ordin. judic. *num.* 3. Diana 3. *part. Tract.* 5. *Reſolut.* 91. ubi impugnat P. Joſeph a S. MARIA, qui dicit *Tract.* 4. *cap.* 17. §. 3. hoc non intelligi in ordine ad Tribunalia Religioſorum; quia Doctores citati loquuntur generaliter: ex Juriſtis illam tenent Bernardus Diaz in *practic. cap.* 126. *num.* 4. Salcedo in *pract. cap.* 126. *verſ.* 8. & verſ. *copia indiciorum*, Philiarcus *de offic. Sacerd. Tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 25. §. *Rei peccata*, ad medium, ſequitur illam tamquam magis probabilem Sanchez ubi *ſuprà num.* 2. & in *ſumma lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 15. ubi inquit, quòd, etiamſi Reus certò ſibi perſuadeat, Judicem eum juridicè interrogare, non teneatur reſpondere, uſque dum ipſi demonſtret probatum jus, quod habet. Ratio, quam affert Cajetanus, & alii amplectuntur, eſt, quia quamdiu Judex non oſtendit Reo jus, quo illum interrogat, poteſt ſuum delictum reputare pro occulto, cum quo excuſatur à reſpondendo.

Aliam aſſignat Sotus meo videri magis efficacem, ubi *ſupra*, his verbis: *Nam quemadmodum nemo tenetur legi ante ejus promulgationem, ita nullus tenetur parere, niſi conſtet eum qui jubet eſſe Prælatum, & juſtè præcipere, ubi agitur de periculo gravi ſubditi*: ſed donec oſtendatur Reo jus, quod habet ad interrogandum illum, non conſtat ipſi, eum eſſe Prælatum, ſaltem quantum ad illud punctum, in quo agitur de gravi ſuo nocumento, ergò non tenebitur obedire & confeſtim ſubdit: *In quo, utinam non ſit abuſus Iudicum, qui miſeros homines compellunt crimina confiteri, antequam eis notum faciant jus, quod habent interrogandi.*

In cauſis, quibus timetur, grave aliquod damnum bono communi, & majus quàm illud, quod patietur Reus ex confeſſione ſui delicti, dico inſiſtendum eſſe primæ ſententiæ, etiam ſi Reus dubitet de juſtitiâ Judicis; quia in iſtis cauſis non requiritur tanta ſolemnitas ad hoc, ut interrogetur, & teneatur reſpondere, ſicut in cæteris: Ita Sotus & Sanchez ubi *ſuprà num.* 6. *in Conſiliis*, Miranda *quæſt.* 18. *art.* 7. *concl.* 2. & eſt communis. Idipſum aſſeverandum eſt in cauſis, in quibus damnum quod imminet Reo, non eſt magni momenti: quia revera fundamentum primæ ſententiæ eſt efficax, cùm enim ex parte Rei non ſint 9

rationes dubitandi de juſtitia Judicis, jam habetur moralis certitudo de illa, quæ ſufficit ad hoc ut teneatur reſpondere. In aliis tamen cauſis gravibus judico probabiliorem & tutiorem ſecundam ſententiam, maximè, quando Reus habet fundamentum dubitandi, vel timendi de juſtitia Judicis, quod certum eſt ferè in opinione omnium, & probat Aragon. ubi *ſuprà*, verſ. *Sed dubitabit aliquis*, optima ratione, qua fulcitur hæc & præcedens doctrina: quia nonnunquam Judices ex levibus rumoribus, & indiciis moventur ad interrogandum, reputantes ſibi gloriam, ſi per juramentum, minas, vel alias vexationes à Reo delictum occultum extorqueant: ac proinde non debet Reus præſumere, Judicem legitimè procedere, donec ipſi verè conſtet; poterit igitur dare locum dubio, & frui poſſeſſione ſuæ bonæ famæ, cùm nullum jus clarè dicat, eum teneri ſe privare tali poſſeſſione.

10 Quod autem ego pro praxi convenientiſſimum judico, eſt, quòd in caſibus illis gravioribus, quibus ſatisfieri Reo debet, ad hoc ut videat, Judicem interrogare juridicè, non ſit neceſſum dare illi copiam eorum, quæ à Teſtibus dicta ſunt (licèt nonnulli contrarium tueantur, ut noſter Thomas à Jesu *de Viſit. Reg. Tract. 3. cap. 9. num. 1.* & alii) neque eſt opus, quòd ipſi Secretarius legat dicta ſingulorum, ſed ſufficit legere illa, quæ ſatis ſunt ad hoc, ut ipſi conſtet adeſſe infamiam probatam per ſufficientia indicia, vel per unum teſtem oculatum, ſuppreſſo illius nomine, cum hoc enim certam habebit ſcientiam, quòd juridicè interrogetur, abſque eo quòd ſciat, an in informatione contineatur plena probatio, vel non: ad hoc enim, ut reſpondere teneatur, ſemiplena ſufficit, quam facit unus Teſtis oculatus, vel indicia æquivalentia, ſuppoſito quòd infamia ſit fundata, nec ſparſa contra juſtitiam; ſi enim hoc non eſſet, poterit negare, certò ſibi perſuadendo, ſuum delictum ab uno ſolo eſſe cognitum, juxta dicta *num. 3* & eſſe delictum dumtaxat perſonale: & cum hoc evitabitur cavebiturque, ne Rei utantur illa opinione citata *num. 2.* quòd ſcilicet poſſint negare veritatem in caſibus gravioribus, dum ipſis conſtat, ſolùm eſſe ſemiplenè probatos: ſi enim neſciant, an adſit major, vel minor probatio, verebuntur occultare veritatem, ob periculum incurrendi pœnam falſi juramenti præter illam, quam eorum merebatur delictum. Ita Joſeph à S. Maria in ſuo *Tribunali, tract 4. cap. 17. §. 4.* & expreſsè Paz, *5. part. Tom. 1. cap. 5. §. 4. num. 14.*

11 Reus de alio interrogari non poteſt, niſi ſolùm de illo delicto, de quo eſt ſufficienter infamatus; &, ſi procedatur per viam Accuſationis partis intereſſatæ, niſi habeatur unus teſtis oculatus, aut aliquid æquivalens probationi ſemiplenæ. Eſt communis inter Doctores contra Paludanum in *4. diſt. 19. q. 4. in fine*, Sylveſt. *verb.* Inquiſitio, *1. q. 3. diſt. 4.* Armilla *verb.* Accuſatio, *num. 30.* & aliquos alios, qui contrarium ſentiunt, exiſtimantes, rationem ob quam Judex de peccatis occultis interrogare non poteſt, non eſſe, quia peccata occulta ſunt, ſed delinquentes, ex quo inferunt, quòd, quando delinquens eſt infamatus circa aliquod delictum, etiam ſit infamatus abſolutè: ac proinde etiam de aliis, quantumvis occultis interrogari poſſit.

12 Hæc ratio parum probat, & idcircò communiter ab Authoribus refutatur; quia jura prohibentia inquiſitionem de delictis occultis, abſolutè loquuntur de delictis, & delinquentibus: dicere autem, quòd ille, qui de uno delicto infamatus, de omnibus aliis ſit infamatus, eſt omninò falſum; diverſa enim infamia ſequitur ex eo, quòd aliquis publicetur pro Concubinario, quam ex eo, quòd proclametur ſimul pro latrone: id ipſum dicendum, etiamſi delicta ſint ejuſdem ſpeciei: majorem enim infamiam generant multa furta, quàm unum ſolùm: verum eſt, quòd ſi quis abſolutè pro inſigni & famoſo latrone diffamatus eſſet, deprehenſus à Judice, interrogari poterit de omnibus furtis ab illo patratis: Ita Petrus de Navarra *lib. 2. de reſt. cap. 4. nu. 701.* Sanchez *lib. 6. Conſil. cap. 3. dub. 21.* Corduba *ſuper* Sotum de Secreto, *memb. 2. q. 6. Concl. 1. dub. 5.* & alii.

13 Caſus, quos excipiunt Authores hujus ſecundæ ſententiæ, ſunt ſequentes. Primus,

quando

quando delictum, de quo Reus eſt infamatus, habet connexionem cum aliis; vel quia ſunt illius circumſtantiæ, vel quia in delicto principali relucent indicia ſufficientia, ad præſumendum, quòd illa commiſerit. Exempli cauſa, eſt quis infamatus de adulterio, contingit maritum adulteræ in ſua domo inveniri occiſum, hoc jam ſufficiens præbet fundamentum ad interrogandum adulterum de homicidio: ſimiliter, invenitur aliquis homo occiſus, & denudatus, ille qui infamatus eſt de hoc homicidio, poteſt interrogari etiam de furto: Item convictus de conſuetudine cum aliqua puella, legitimè poſſet interrogari, an ipſam defloraverit? Sic etiam infamatus de furto commiſſo in Eccleſia, vel aliqua domo, in qua januæ, & parietes effracti & deſtructi inveniuntur, juſtè interrogari poteſt, an illos ruperit, quia delictum principale ſufficiens præbet iudicium ad alia nunc relata.

14 Aliud genus delictorum eſt, quæ licèt abſolutè non habeant connexionem cum aliis, habent tamen illam cum aliquibus circumſtantiis, cujuſmodi ſunt, v. g. converſatio, & familiaritas non honeſta Religioſi cum aliqua fœmina, fugere de loco in locum, & ſimilia. Unde ſi illi primo jungatur, quòd illa fœmina non habeat, unde ſe ſuſtentet, nec unde ſe veſtiat, ſicut de facto veſtiri ſolet, benè poteſt interrogari Religioſus de bonis temporalibus, quibus illam ſuſtentat, & ubi illa acceperit. Ad hunc modum intelligi debet doctrina Sanchez *lib. 6. Conſil. cap. 3. dub. 21. num. 3.* ubi abſolutè dicit, Religioſum concubinarium interrogari poſſe de furtis, quibus alit mulierem, cum qua commercium habet. Si tamen illa habeat, unde ſuſtentetur, non licet interrogare talem Religioſum ſine aliis majoribus indiciis, quàm ſunt illa, quæ habentur ex ſola familiaritate, vel commercio, quia licet poſſit eſſe, quòd furetur aliqua, ut illi tribuat, poteſt tamen etiam eſſe quòd non: ac proinde, niſi alia habeantur indicia, non habetur fundamentum ſufficiens ad faciendam dictam interrogationem; & in hoc ſenſu intelligendus eſt Miranda, dum in ſuo Ordine Judiciali abſolutè negat, Religioſum ſic interrogari poſſe. Similiter, ſi Religioſus fugitivus poſt aliquod tempus ſe præſentet, capiatur, aut deprehendatur veſtitus habitu ſui Ordinis, & alia non habeantur indicia, non poterit interrogari, an per aliquod tempus ſaltem, dum foris vagabatur, habitum reliquerit: ſi tamen alia indicia accederent, benè interrogari poterit. Itaque Judices valde oculati & circumſpecti eſſe debent, dum Reos examinant, quia ſicut graviter Reus peccat, quando juridicè interrogatus a Judice non fatetur veritatem, ſic etiam peccat graviter Judex, quando de non interrogandis Reum interrogat, prout docent omnes.

15 Reſtat nunc examinandum, in quibus caſibus Judex poſſit interrogare Reum de ſociis criminis, ſeu complicibus, quando infamati non ſunt. Omnes conveniunt in hoc, quòd poſſit interrogare de ſociis occultis, quando crimen eſt pernicioſum graviter bono communi, ſive ſit committendum, ſive jam commiſſum ſit, dummodò inde immineat damnum futurum, ſicut eſt, v. g. hæreſis, proditio alicujus Civitatis, falſificatio monetæ, & ſimilia; de quibus facta fuit mentio *cap. 5.* ita tamen, ut Reus certus non ſit, per ſuam ſecretam admonitionem ſocios emendandos, & damna evitanda eſſe, ſicut dictum fuit *cap. 9. num. 4.* Ratio eſt, quia etiamſi Reus non interrogaretur, tenebatur nihilominus illos denunciare, ergò multò magis tenebitur, quando interrogatur à Judice. Attamen ſi delicta jam ex toto patrata ſint, & ſint ex illis, quæ non relinquunt aliquem effectum poſt ſe, vel ſi relinquant, irreparabilis eſt, & Reus ſit certus, complices jam eſſe emendatos, non ſolùm non tenetur illos publicare, ſed nec licitè poteſt, eſto talia delicta ſint publica, & conſtet, illa ſine ſociis patrari non potuiſſe, juxta doctrinam *capitis 5. à num. 8. & cap. 11. §. 2. à num. 5. uſque ad* 18. ubi dictum fuit, quòd licet Judex in caſu, quo delicta ſunt publica, & delinquentes occulti, non ſolùm poſſit in communi inquirere de delinquentibus, ſed etiam teneatur id facere, ut ſatisfiat ſcandalo, quòd aliàs in Republica ſequeretur, ſi non fieret iſta diligentia, illi tamen duo, vel

Digitized by Google

tres habentes delicti notitiam, non poſſint manifeſtare, ergò ſicut in illo caſu, etiamſi conſtet de delinquente, non tamen poterit manifeſtari, eo quòd infamatus non ſit, ita etiam in caſu præſenti non obſtante quòd ſit evidens adfuiſſe ſocios criminis, nihilominus tamen revelari non poterunt, ſi infamati non ſint, quando Judex de illis in generali Reum interrogat (in particulari enim non poteſt.) Addit verò Petrus de Navarra *lib. 2. de reſt. cap. 4. à num. 3.* quòd quando Judex interrogat Reum de ſociis criminis, quod conſtat cum illis patratum eſſe, illum debeat admonere, ne illos manifeſtet, qui occulti ſunt, quod eſt valde conſonum doctrinæ illorum Authorum, quos citavimus *cap. 11. num. 5.* licet nos ſequuti fuerimus contrarium, quòd ſcilicet Judex ad hoc non teneatur, quamvis in hoc caſu, cùm Reus non habet locum conſultandi, nec aliquem cum quo conſultare poſſit, & ignorans ſit, videatur eum teneri, facere hanc admonitionem, ita tamen ne notetur, habeaturque pro homine remiſſo & celante delinquentes: Ita Navarr. in *ſumma cap. 18. num. 57.* Soto de Secreto, *memb. 2. q. 6. in fine ſolutionis ad 2.* Navarr. *lib. 2. de reſtitutione cap. 5. num. 154.* Sanchez *lib. 6. Conſiliorum, cap 3. dub. 24. num. 2.* & ſi Judex non faciat hanc admonitionem, debet Reo cõcedere hominem aliquem doctum, quem poſſit conſulere, & tempus ad conſulendum: Ita Villalob. *Tract. 14. diff. 10. num. 4.* Si tamen Reus contra juſtitiam manifeſtaret aliquem ex ſociis occultis, non propterea Judex acquirit Jus ad procedendum contra talem, juxta doctrinam, quam ibi ſecuti ſumus *num. 7. & 20. & 21.* & magis diffusè *cap. 12. num. 20.*

Igitur quando Doctores aſſerunt, quòd in delictis, de quibus conſtat ſine complice committi non potuiſſe, Judex de illo interrogare poſſit, intelligitur in generali, ſeu communi, non autem in particulari, quando complices non ſunt infamati, nec Reus poterit illos manifeſtare, niſi in delictis grave damnum bono communi afferentibus; ſi enim hoc verum eſt ſecundùm opinionem noſtram in delictis publicis, quando delinquentes ſunt occulti, multò magis erit verum, quando tam delicta quàm Socii occulti ſunt. Totum id, quod dictum eſt de delictis, quæ ſunt in damnum boni communis, proportionaliter dicendum eſt de illis, quæ ſunt contra bonum alicujus tertii innocentis, cum limitationibus explicatis *cap. 5. & alibi.*

Si habeatur ſufficiens fundamentum ad hoc, ut ſibi quis perſuadeat, delictum quod commiſit aliquis ſervus, aut mancipium alicujus Domini, non fuiſſe commiſſum abſque mandato hujus, benè poterit Judex interrogare talem ſervum de perſona mandante, quæ præſumitur fuiſſe Dominus, ac proinde tenebitur illum manifeſtare: nam ſufficienter talis Dominus indiciatus eſt: Ita Antonius Gomez *Tom. 3. variar. cap. 12. num. 7.* Bonac. *in 8. Decalogi præceptum, diſput. 10 quæſt. 2. punct. 15. num. 15.* 16

Ex dictis infertur, quòd multò minus Judex poſſit interrogare Reum de ſociis in delictis, in quibus non conſtat illa commiſſa fuiſſe cum illis, ſive ſint occulta, ſive publica. Eſt doctrina communis, prout advertit Miranda *q. 18. art. 5. concl. 5.* 17

Si Reo juxta modum prædictum conſtet, ſe juridicè interrogari, ipſe tamen non velit reſpondere, nec negando, nec affirmando, ſed divertat reſponſionem verbis ambiguis, & confuſis, ſicut etiam, ſi reſpondeat ſe non recordari, cùm tamen veroſimile ſit, eum oblivisci non potuiſſe, debet admoneri, quòd eo ipſo quòd clarè, & diſtinctè non reſpondeat, quantum ad ſubſtantiam, & circumſtantias ſubſtantiales delicti, habeatur pro confitente delictum, & pro tali debet haberi: Ita Gloſſa in *cap.* quoniam contra, *de probat.* Rodriquez *Tom. 4. qq. q. 18. art. 5.* Miranda *q. 20. ar. 5. concl. 1.* & dicit Rodericus Suarez *lib. 4.* titulo de Juramentis, *memb. 2. in principio,* ſic fuiſſe latam ſententiam in Hiſpaniæ regnis, in quadam cauſa valde gravi: id ipſum affirmat Julius Clarus *q. 45. verſ. Sed pone,* fuiſſe factum in multis aliis partibus, Noſter Thomas à Jesu *Tract 3. cap. 8. n. 6.* cum aliis multis. 18

Sed poteſt dubitari, ſi Reus verè non recordetur ſe commiſſe delictum, vel non recordetur alicujus ſubſtantialis circumſtantiæ, de qua Judex illum juridicè interrogat,

vel

vel ſi dubitet, ſe tale delictum commiſiſſe, quid debeat facere tàm Judex, quàm Reus? Reſpondeo primò, ſi veroſimile ſit, eum non recordari, poteſt reſpondere, ſe non recordari, quod ipſi in nullâ re præjudicat, nam in ſubſtantia tantum valet, ac ſi negaſſet, & Judex debet ipſi credere, ſuppoſito juramento, quod fecit, & quod ſit veroſimile, eum fuiſſe oblitum, vel quia multum temporis præterfluxit, vel quia eſt perſona brevis debiliſquè memoriæ; imò ſi velit, poterit in hoc caſu negare, quia cùm non recordetur, habet dubium negativum, quod plus ipſi favet, quàm poſitivum. De hoc dubio loquendo, dico ſecundò, quòd quando Reus dubitat, an commiſerit delictum, de quo interrogatur à Judice, poſſit abſolutè negare; ſi enim ille, qui dubitat de delicto alieno, & pro teſte citatus eſt, poteſt jurare, ſe nihil ſcire, multo magis id poterit facere Reus, dum dubitat de ſuo delicto, quantumvis juridicè interrogetur à Judice, ſtat enim in poſſeſſione ſuæ famæ, *& in dubiis melior eſt conditio poſſidentis.*

Addo tamen, quòd etiamſi reſponderet, ſe dubitare an delictum commiſerit, vel non, nihil illi præjudicaret, nec Judex acquireret majus jus eo, quod antea habuerat. Nam ſicut dictum eſt, & docet Farinac. in *pract. qu.* 81. *à num.* 31. Confeſſio ad condemnandum Reum debet eſſe clara, certa & diſtincta, quantum ad ſubſtantiam delicti, & circumſtantias ejuſdem ſubſtantiales: & ſi confeſſio fiat verbis ambiguis, obſcuris & æquivocis, vel ſit dumtaxat generalis, & non ſpecialis de aliquo delicto, nihil facit contra illum: *Quia obſcurè reſpondens ſimilis eſt nihil reſpondenti, l. de ætate, §. nihil, ff. de interrog. in jure faciendis,* quantò minus faciet, ſi dicat, ſe dubitare, an commiſerit delictum, de quo interrogatur? hoc enim non eſt confiteri aliquid; & ita perinde eſt, ac ſi non recordaretur, vel negaret illud.

19 Duo hîc advertenda ſunt. *Primum,* quando Reus reſpondet verbis ambiguis, obſcuris, & æquivocis, quæ duos faciunt ſenſus, unum in ſuum favorem, alterum in favorem delicti, nec aliud ab illo extorqueri poteſt, debet attendi ad qualitatem perſonæ ipſius Rei, & ſi aliàs fuerit bonæ opinionis & fidei, verba in ipſius favorem, & defenſionem interpretanda ſunt, ſtat enim præſumptio ex parte ipſius: Ita Decius in *cap.* cum Venerabilis, *de exception. num.* 105. *& in cap.* in præſentia *de probat. num.* 44. Butrius in *cap.* cùm dilecti *de accuſat. num.* 20. Marſil. *in pract.* §. poſtquam *num.* 25. Farinacius in *praxi qu.* 81. *num.* 35. cum aliis multis affirmant eſſe communem: ſi tamen Reus fuerit malæ famæ & opinionis interpretanda ſunt in favorem delicti & contra Reum: Ita Farinacius *num.* 37. & dat rationem: *Nam de malo homine non debet præſumi, niſi malum,* ut habetur in *cap.* Oſius *de elect.* & *cap.* 1. *de Clericis non reſidentibus.* Ponit Hoſtienſis in *ſummâ tit.* de Judæis, §. *& in quibus num.* 6. *in fine* exemplum de quodam Judæo, qui plenus irâ & rabie levando manus contra Crucifixum, qui ibi erat, in aliâ vero parte Civitatis pendente quodam in patibulo, dixit; *potius vellem eſſe ſuſpenſus, ſicut fuit ille homo, qui illic pendet, quàm tale quid facere,* fuit denuntiatus, & cum ipſe vellet interpretari ſua verba dicendo ſe intellexiſſe illa de illo homine ſuſpenſo extra civitatem, non fuit admiſſa illius interpretatio, ſed contrariâ, eo quòd eſſet Judæus, & præſumptio ſtaret contra illum, & ita fuit condemnatus ad pœnam pecuniariam.

Secundum advertentiâ dignum eſt, quam- 20
vis aliqui, quos citat Julius Clarus ubi *ſupra* verſ. *Sed hic quæro,* dicant, quòd ſi, Reus petat tempus ad reſpondendum, illi debeat concedi à Judice: contrarium tamen tenet ipſe cum multis, quos citat, quos ſequitur Salzedo in *pract. cap.* 126. Rodriguez ibi *ſupra,* Pater Suarez *Tom.* 4. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 12. *numer.* 30. *in fin.* Sanch. *lib.* 6. *conſ. cap.* 8. *dub.* 2. *num.* 7. & eſt communis; quia tempus pro ſuâ defenſione dari debet poſtea, non autem tunc; ſolùm enim ibi agitur de conteſtanda lite negando, vel confitendo delictum. His omnibus non obſtantibus Noſter P. Thomas à Jesu *Tract.* 3. *c.* 9. *n.* 3. *de Viſit.* exiſtimat, quòd ſi Judex velit illi concedere aliquod tempus, poſſit illud facere, ut melius videat, quid debeat reſpondere, licet non teneatur illud concedere.

Si Reus neget veritatem illius, de quo ju- 21
ridicè interrogatur, debet eum Judex bonis rationi-

rationibus inducere, & repetere interrogationes de circumſtantiis delictum concernentibus, revocando illi in memoriam tempus, locum & perſonas, coram quibus agebat; quòd ſi nihilominus perſiſtat in ſuâ pertinacia, interrogari debet, ubi nam tunc temporis verſaretur? in quo occuparetur? quis illum viderit? & ſi aliquem nominaverit, citandus & examinandus erit; quòd ſi non procedat veridicè, impoſſibile eſt, quòd in uno, vel altero non deprehendatur mendax, vel ſaltem non vacillet, & titubet, præbeatquè ſigna, ſe injuſtè negaſſe ea, de quibus interrogatus fuerat; præſertim ſi per ea, quæ reſpondet, tribuat occaſionem, & anſam novis interrogationibus. Si tamen dicat veritatem, quò amplius interrogabitur eò magis ſuam deteget innocentiam. Totum hoc Judex in hoc caſu peragat, neceſſe eſt. Non tamen eſt illi licitum indagare, & expiſcari veritatem doloſis quibuſdam captiunculis, minis, metu, vel ſimilibus, ſicut advertunt Doctores omnes: nam præterquam, quòd, ſi per media illicita extorqueat Confeſſionem (præter grave peccatum quod committeret) non præjudicaret Reo, nec in virtute illius poſſet ad illius caſtigationem procedere. Videatur Miranda *quæſt.* 17. *art.* 2. *concluſ.* 2. qui hoc ſatis appoſitè tractat, multumquè Judicum onerat conſcientias.

22 Dubitant nonnulli, an in caſu quo Judex interrogaret *contra juris ordinem*, Reus peccaret reſpondendo veritatem, quam non deberet. Navarrus in *Summâ Latinâ cap.* 18. *nu.* 57. tenet partem affirmativam, aſſerens eſſe communem omnium Doctorum ſententiam: Idem ſentit *Paz.* 5. *parte Tom.* 1. *cap.* 3. §. 4. *num.* 10. Alii tamen limitant hanc ſententiam dicentes non eſſe veram inter Religioſos, ac inter ſæculares ſolùm in illis caſibus, in quibus Reo ex confeſſione inferretur grave damnum in animâ, vitâ, vel corpore, ſicut eſt membri mutilatio; ſicut etiam, quando ſequitur aliquod grave damnum alicui tertio: non tamen in cæteris caſibus; quæ limitatio ſatis conſona videtur doctrinæ, quam dat Navarrus *num.* 28. 29. & 30. Noſter tamen Thomas à Jesu *Tract.* 3. *cap.* 10 *num.* 7. exiſtimat magis probabile, graviter peccare Religioſos, ſi in memorato caſu fateantur veritatem, quia ſemper patiuntur grave aliquod damnum ſpirituale: videndo ſe quippe infamatos, & per Judicialem ſententiam caſtigari, inquietiùs vivunt, & prout dicit *Lex pen. ff. de variis & extraord. cogn. perdere honorem & famam, aliud non eſt, niſi quædam mors civilis.* Quod etiam magis verificatur inter Religioſos, quia quando delicta ſunt gravia, etiamſi non condemnentur ad mortem vel alicujus membri mutilationem, plerumque illis applicantur pœnæ duriſſimæ, ſicut ſunt diſciplinæ, rigida jejunia, longa & diuturna incarceratio, & quandoque per totam vitam, quæ juxta Sacros Canones pœna capitalis reputatur.

Aliam rationem adducit Navarrus ubi *ſuprà num.* 29. in favorem hujuſmodi dicendi, quia nimirum ex infamia unius Religioſi, aut Religioſæ in criminibus gravibus gravis reſultat infamia in ipſum monaſterium, & totum Ordinem, quam ob rem hanc ſententiam æſtimo probabiliorem.

Quamvis multi cum Farinacio in *pract.* 23
quæſt. 81. *à num.* 3. arbitrentur, Judicem poſſe condemnare Reum, qui ſponte, nullâ adhibitâ torturâ aut violentiâ confitetur delictum, abſquè aliâ dilatione aut morâ, cùm talis confeſſio ſit una ex potiſſimis probationibus, quas habere poteſt, nihilominus alii conſulunt, & quidem plures, quòd quamvis Reus ſponte confeſſus ſit delictum, non ſtatim dandam eſſe ſententiam, ſed concedendum eſſe illi tempus, ad hoc ut ſi illi aliquid occurrat pro ſuâ defenſione, quod illum a culpâ, vel ex toto vel ex parte excuſet, alleget. Ita Julius Clarus *quæſt.* 65. *in princ. & quæſt.* 45. verſ. *cæterùm*, Suarez *numer.* 31. Sanchez *num* 6. & alii multi.

Tantâ vi pollet Confeſſio Rei ſpontanea 24
in judicio, quando conſtat de delicto, ut licet proceſſus ex aliquâ parte eſſet nullus v. g. quia non ſunt indicia ſufficientia, nec præceſſit infamia, vel ſimile quid, faciat illum validum: Ita Farinacius ubi *ſuprà à num.* 13. cum pluribus. Et clariùs *num.* 66. licet alii, quos citat, opinentur contrarium, & mihi etiam videtur magis conſentaneum charitati & Juſtitiæ, ſaltem quoad illius condemnationem ad pœnam ordinariam; propterea nonnulli relati à Farinacio aſſerunt, hoc relinquen-

linquendum eſſe arbitrio prudentis, & Chriſtiani: Judicis

Alii etiam exiſtimant, in confeſſione ſpontaneâ non eſſe neceſſariam ratificationem Rei. Farinacius tamen cum pluribus *num.* 12. dicit, magis ſecurum eſſe, ſi accedat ratificatio Rei. Sed ſufficit, quòd talis ratificatio fiat eodem tempore, quo fit Confeſſio, ſicut de ratificatione teſtium dictum eſt, legendo eam ipſi, quam ſi tamquam bonam, & legitimam admiſerit, atque ſubſcripſerit, nihil quod addatur, ſupereſt.

25 Acceptâ Confeſſione Rei oportet auſcultare illius defenſionem, quam pro ſe allegat, in defenſionum verò numero non eſt infima exceptio contra Teſtes, ob quod nonnulli aſſerunt oportere illi dare copiam, vel publicare illos, ſive faſſus ſit delictum ſive non, ſicuti advertit Julius Clarus *quæſt.* 49. *num.* 13. quamvis hoc magis habeat locum, quando Reus negavit, dum ab ipſo peteretur Confeſſio, propterea capite ſequenti examinandum erit, an ipſi debeant manifeſtari teſtes, ad hoc, ut ſe queat defendere, & ſtatim de aliis modis defenſionis, & exceptionibus agemus.

CAPUT XIX.

De Publicatione Teſtium.

1 VNum è punctis difficilioribus hujus materiæ eſt, declarare, an ſit danda Reo copia proceſſus, & teſtium, & utrum hoc ſit de ſubſtantiâ proceſſus, vel ſolum aliquid ſpectans ad apices; & ut melius percipiatur difficultas, & Authorum doctrina, ſupponendum eſt, quod ſub nomine publicationis, vel copiæ teſtium duo continentur. Primum eſt manifeſtatio nominum. Secundum eſt manifeſtatio dictorum, quæ teſtati ſunt. Ita Alder. *lib.* 1. *c.* 14. *n.* 4. & alii communiter.

2 Difficultas procedit quoad utrumque; & ſuppoſito, quòd ſecundum communem opinionem, prout apud Julium Clarum videri poteſt *quæſt.* 49. *num.* 8. & alios, hæc copia, vel Teſtium publicatio Reo communicari non debeat, niſi poſt acceptam Confeſſionem; ad hanc enim ſolùm illa notitia ipſi danda eſt, quæ ſufficit ad hoc ut conſtet, eum juridicè interrogari. Sed quia hæc publicatio ordinatur ad hoc, ut Reus excipiat contra Teſtes, & ſe defendat, poſito quòd concedi debeat, debebit eſſe de omnibus contra illum allegatis & probatis in proceſſu juxta formam allegationis & probationis.

3 Tanta multitudo & varietas opinionum circa præſentem exiſtit difficultatem, ut ei qui omnes referre vellet, non parum temporis ac chartæ abſumendum eſſet, ego conabor me reſtringere in illis referendis, eligamque illam, quæ mihi in ordine ad praxin Religioſorum videtur probabilior.

4 Prima ſententia aſſerit, Reo communicanda eſſe nomina Teſtium, copiamque dictorum ejus, etſi ipſe id non poſtulet, hoc enim ſpectat ad illius defenſionem, & per conſequens erit de Jure naturali, cui per nullum aliud derogari poteſt, niſi in caſu, quo intercederet aliud Jus naturale ſuperius, ſicut contingit in crimine Hæreſis, quantum ad manifeſtationem nominum ipſorum Teſtium, in caſibus, quibus timentur damna graviſſima teſtibus, aut eorum conſanguineis, ſicut eſt mors, mutilatio membrorum, & ſimilia, ex eo quòd Rei, contra quos teſtati ſunt, potentes ſint: & ita Bonifacius VIII. *ultimo capite de Hæreſi in* 6. declaravit, quòd in crimine Hæreſis, ſi cum ſufficienti fundamento talia damna timerentur, Reo nomina Teſtium non manifeſtarentur, & ideò Blancus in ſuâ *pract. crim. fol.* 38. *num.* 80. inquit, idipſum dicendum eſſe in quovis alio crimine, in quo eadem ipſa damna timentur, & hanc eſſe praxin communem.

Attamen in cæteris caſibus ſemper, non ſolùm teſtimonia, verùm etiam nomina Teſtium publicanda ſunt, prout determinat

idem

Digitized by Google

idem Bonifacius VIII. paulò inferius his verbis: *Ceſſante verò periculo ſupradicto, accuſatorum & teſtium nomina (prout in aliis fit judiciis) publicentur.* Idipſum determinat Innocentius III. in *cap.* qualiter & quando 2. *de Accuſationibus*, ubi loquens de his, quæ cum Reo peragenda ſunt; inquit: *Exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſe ipſum, & non ſolùm dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium, ut quid, & à quo ſit dictum, appareat, ſunt ei publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ.* Hanc ſententiam tenet Julius Clarus *quæſt.* 49. *num.* 4. & *num.* 2. dicit, quòd ſi Reus petat hanc publicationem, citra omnem difficultatem illi tribuendam eſſe. Abſolutè etiam illam tenet Paz *Tom.* 1. *Tempor.* 8. ubi poſtquam decidiſſet *num.* 134. & *ſequentibus*, in cauſis civilibus teſtium publicationem non eſſe de de ſubſtantiâ proceſſus, etiamſi pars illam poſtulet, & Judex neget, non ob id annullari proceſſum, licet detur locus appellationi: & *num.* 141. concludit: *In cauſis criminalibus nulli dubium eſt, publicationem teſtium de ſubſtantiâ Iudicii eſſe, ejuſque omiſſionem nullitatem proceſſus inducere*, citatque Avendagnum, Seguram de Avalis & alios. Id ipſum, inquiunt, eſſe neceſſarium, non ſolùm ante ſententiam, ſed etiam ante torturam, in caſibus quibus danda eſt. Ita Antonius Gomez *Tom.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 21. Azevedo *l.* 2. *novæ Recapilat. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 4. Bernardus Diaz in ſuâ *praxi Canonicâ cap.* 128. à quâ ſententiâ non multum recedit P. Martinus à S. JOSEPH in ſua *Epitome cap.* 14. *num.* 1. omnes fundantur in ratione ſuperius inſinuatâ, quia nimirum hoc pertinet ad defenſionem naturalem Rei.

5 Secunda ſententia priori ex diametro oppoſita, aſſerit, non modò manifeſtationem, vel publicationem teſtium non eſſe de ſubſtantiâ proceſſus, verùm etiam nec manifeſtationem dictorum, ſed ſpectare ad ordinem & apices Juris, ſive illam Reus petat, ſive non. Ita Menochius *de arbitrariis quæſt.* 33. *per totam* & addit, nec per hoc tolli defenſionem Reo, nec habere locum appellationem à ſententiâ, quod ipſe dicit impugnando Gloſſam *cap. ultimo de Hæreticis in* 6. & licet hic Author loquatur etiam de cauſis criminalibus, ſicut patet ex exemplo, quod affert ex *capite relato de Hæreticis*, affirmatque Farinacius de *Teſtibus quæſt.* 75. citans in favorem ſuum alios aſſerentes, hanc eſſe praxin Romanæ Curiæ & Parlamenti Pariſienſis. Illud autem, quod ego reperio, eſt, eumdem Menochium magis *infrà quæſt.* 78. *n.* 5. idem punctum, tangendo & loquendo de cauſis criminalibus, dicere: *Eſt etiam hoc loco annotandum, Iudicem hunc teneri dare Inquiſito copiam indiciorum, etiamſi Iudex iſte ex formâ ſtatuti haberet liberum arbitrum.* Idcircò dicit Segura de Avalos in ſuo *directorio part.* 2. *cap.* 14. *numer.* 10. interpretari poſſe, Menochium in priori loco locutum fuiſſe de cauſis civilibus, non verò criminalibus, licet prout dixi, oppoſitum teneat Farinacius.

Favet huic ſententiæ aliqualiter P. Paulinus Berti in *prax. crim. Tom.* 4. *qq. regul. tit.* 6. *cap.* 6. *num.* 7. ubi mordicus defendit, inter Religioſos nomina Teſtium non eſſe publicanda, ſubditque, etiam in ſolâ publicatione dictorum non obſtante quòd non nominentur teſtes, latere non pauca pericula, & inconvenientia; ſolent enim in illis nonnunquam miſceri termini, & verba adeò nota, ut quaſi idem eſſet ac revelare illos, qui contra Reos teſtati ſunt.

6 Tertia ſententia inquit, quòd, ſi Reus petat ſibi dari nomina, vel dicta Teſtium, ſpectet ad ſubſtantiam proceſſus illa dare, ſecus ſi illa non petierit. Ita expreſsè Gloſſa *cap. ultimo de Hæreticis in* 6. his verbis: *Tradi debent nomina cum dictis, ut poſſit & de falſo arguere, & ſe plenè defendere, tamen ſi hoc omitteretur, parte tacente non puto vitiari proceſſum.* Hujus opinionis ſunt Pariſ. *conſ.* 2. *numer.* 155. *lib.* 4. Cæpoll. *Conſ. crim.* 65. *circa finem & conſ.* 66. & alii. Fundamentum illorum eſt, quia eo ipſo quòd Reus non petat copiam, aut publicationem teſtium, renunciat Juri, quod habet, & ita nulla fit ipſi injuria, & per conſequens proceſſus erit validus.

7 Quarta ſententia aſſerit, proceſſum fore validum, etiamſi petitâ manifeſtatione teſtium à Reo, illi negetur à Judice, hunc tamen peccaturum contra juſtitiam graviter,

& eo

& eo ipſo Reum acquiſiturum Jus ad appellandum à ſententiâ, talemque appellationem admittendam eſſe, ita ut licet ſententia non ſit nulla, poſſe tamen annullari. Ita docent Felinus in *c. cùm l. A. de ſententiâ & re judicatâ num. 2.* Verba illius ſunt: *Omiſſio publicationis teſtium, licet non reddat ſententiam nullam, tamen ab ipsâ omiſſione poteſt appellari, ſi publicatio fuit petita, gravatur enim pars, perdens ex hoc viam impugnandi dicta teſtium.*

Id ipſum repetitur in *cap.* licet Heli, *de Simoniâ* his verbis: *Publicatio atteſtationum non eſt adeò de ſubſtantiâ, quòd omiſſa reddat Judicium nullum, etiamſi petita fuiſſet, & non conceſſa, quia cauſat injuſtitiam & non nullitatem, & meritò ſi non appellatur, valet.* Idipſum tenent Innocentius, Imola, & alii *capite ſuprà citato cum l. & A. de re Judicatâ,* dantque eamdem rationem. *Quia iſta ſententia non dicitur contra Ordinem juris, ſed contra jus litigatoris.*

8 Ultima ſententia, quæ meo videri probabilior eſt in ordine ad praxin pro Prælatis Regularibus, ſequentibus concluſionibus explicatur. Dico igitur *primò*, inter Religioſos non eſſe neceſſarium publicare nomina teſtium, niſi in aliquo caſu graviſſimo id fieret, eò quòd alias non daretur Reo locus pro ſuâ juſtâ defenſione, eſſetque perſona talis, quæ ex omiſſione talis publicationis majus damnum & gravamen pateretur, quam ipſi teſtes, & bonum commune ex ipsâ publicatione reciperent; & quia hoc rarò contingere poteſt, rarò etiam hæc publicatio facienda eſt.

9 Ratio principalis, quâ probatur hæc concluſio, eſt; quia ſi publicarentur nomina teſtium inter Religioſos, grave damnum pateretur bonum commune, atque etiam particulares, ſi enim Reo certò conſtaret, quinam contra illum teſtati ſint, miniſtraretur fomes odiis, & rancoribus capitalibus, & continuis vindictæ deſideriis cum ſummâ inquietudine, & detrimento pacis & quietis inter eos, qui ſæpe in uno, eodemque cænobio ſimul commorari debent: ideo licet demus hoc pertinere ad defenſionem naturalem Rei, hoc nihilominus jus cedere debet, eo quòd intercedat aliud magis urgens, nimirum pax & quies ſtatus Religioſi: tùm etiam, ne retrahantur teſtes à teſtificando contra alios; nam ad evitanda ſimilia pericula particularia, teſtari recuſarent: ex quo ſequeretur aliud damnum graviſſimum in Religione, eo quòd ſic delicta impunita remanerent ob defectum teſtium illa probantium. Hæc eſt ratio, quæ movit Papam Bonifacium VIII. *in cap. fin. citato de Hæreticis in 6.* ad eximendum ab hâc obligatione Sacrum Tribunal Inquiſitionis, cui exemptioni voluit, ut ſe ſemper conformaret. Nam prout inquit Julius Clarus *q. 49. num. 3.* in fine: *In cauſis Hæreticorum cum ſemper grave periculum credatur imminere, ſi non teſtibus, ſaltem cauſis fidei Catholicæ, quia pauci liberè teſtimonium perhiberent, ſi nominum publicatio fieret, ideò conſuetudine receptum eſt, ut numquam nomina teſtium publicentur,* ut atteſtatur Simanchas *de Hæreticis c. 26. n. 9* quem ſequitur Miranda *qu. 25. art. 1.* & alii.

Quòd ſi quis dixerit, hoc eſſe ſpeciale privilegium conceſſum ſoli Sacro Tribunali, 10
nec alios illo gaudere poſſe, reſpondeo: Primò quòd verum ſit, in illo capite ſoli Sacro Tribunali concedi, quòd in ſuis cauſis poſſit procedere. *De plano, & ſervato ordine Juris,* ubi ſtatim declaravit Pontifex, non eſſe de ſubſtantiâ judicii manifeſtare Reo nomina teſtium, nec pertinere ad apices, qui tamen obſervari debent, quando imminet aliquod grave damnum. Hoc eſt omninò certum: In aliis tamen privilegiis *cap. 1. n. 6.* relatis id ipſum etiam conceſſum eſt Religioſis, & in propriis terminis illud conceſſit Bonifacius Octavus per ſpecialem Bullam, ut habetur in Compendio Mendicantium *verbo* Correctio Fratrum, & in *lib.* monumenta Ordinis Minorum *conceſſ. 499.* & illam refert Noſter Thomas à Jesu *Tract. 3. cap. 1. n. 3.* cujus verba ſunt: *Cùm autem hæc Apoſtolica Conſtitutio ſive Conceſſio facta ſit ad propulſandas ſubditorum calumnias, & ad compeſcendam nimiam Prælatorum in puniendis Fratribus licentiam, declaramus & decernimus, quod licet Prælati omnes ad apices Juris ex ſupradictâ Conſtitutione non teneantur, ut ſunt citationum intervalla, dilationes interlocutoriæ, & cætera hujuſmodi, quæ non ſunt de eſſentiâ Juris, non tamen poſſunt in actis judicialibus pro eorum arbitrio*

Digitized by Google

procedere, ſed jure divino, ac naturali ad ſubſtantialem Iuris ordinem tenentur : & magis infrà *n.* 6. ſubjungit : *Ad pacem autem inter Fratres conſervandam ordinamus, ut Prælati nullo modo teſtium vel accuſantium nomina reis manifeſtent, quamvis etiam ad inſtantiam, & punitionem procedant, niſi ubi, & quando eorum judicio in oppoſitione alicujus gravis, & infamatorii criminis juſtitia periclitaretur. Nam eo caſu, ſi reus petat, & accuſantium, & teſtium nomina ſibi notificari debere ; non eſt ei denegandum.*

Quid gravius & clarius in favorem noſtræ Concluſionis adduci potuiſſet? unde obſecro Lectorem, ut diligenter notet illa verba, *Niſi ubi, & quando eorum judicio, &c.* nimirum Prælatorum, ergò in hâc parte tàm exempti ſunt Prælati Regulares, ab obligatione manifeſtandi Reo nomina Teſtium, quàm Domini Inquiſitores.

11 Reſpondeo ſecundò, quòd tametſi Religioſi dicta privilegia non haberent, adhuc tamen non tenerentur manifeſtare Reo nomina teſtium, quando in eorum cauſis ſequuntur jam ſupra memorata gravia incommoda : nam in ſententiâ Authorum, quos *n.* 2. citavimus, Pontifices in his decretis & bullis non ſolùm exemerant Sacrum Tribunal, & Religioſos ab obſervatione apicum Juris, ſed etiam declarârunt, quòd, quando unum Jus naturale ſuperius concurrit cum alio jure naturali inferiori, hoc non obliget, quemadmodum clarè patet in caſibus à jure exceptis, in quibus quia intervenit jus conſervandi bonum commune, non attenditur ad bonum particularis, quando ambo ſe non compatiuntur, eſto etiam hoc ſit naturale, & propterea ſinguli particulares cum damno gravi proprio, tenentur evitare damnum boni communis, quando hoc majus eſt, & conformiter ad hanc doctrinam tractando Thomas Sanchez *lib.* 6. *Conſiliorum cap.* 8. *dub.* 2. *nu.* 24. de Appellatione, & qualiter in Religionibus juſtè denegetur, niſi in aliquibus caſibus raris, inquit: *At in Religionibus id juſtè ſtatutum eſt propter commune Religionis bonum, & quietem, & ubi alicui negaretur juſta defenſio, plus ponderat bonum commune Religionis : & Religioſi juri ſuo per profeſſionem cedunt in hoc* ; ergo eſto concederemus, quòd manifeſtare Reo nomina Teſtium ſpectet ad jus naturale ſuæ defenſionis, ſi tamen ex tali manifeſtatione majora damna imminerent bono communi, nulla erit obligatio talis juris, quod adeò certum eſt, ut audiverim à quâdam perſona gravi, doctâ & expertâ, quòd etiam in Tribunalibus ſæcularibus dicta manifeſtatio omittatur, quando gravia incommoda timentur.

Præterquam quòd, ſi loco hujuſmodi defenſionis daretur aliquis alius modus æquivalens ſine incommodis relatis, iſte debet obſervari & non ille : ita facit Sacrum Tribunal Inquiſitionis, admonendo Reum, ut recordetur, ſi habeat aliquem inimicum, & dicat ubi, quis ſit, & cauſas inimicitiæ, & Tribunal habet curam adhibendi omnem diligentiam neceſſariam in favorem Rei, cum quo ſimul & copiâ capitulorum, quæ facta contra eum ſunt, ſupprimendo teſtium nomina, judicat præberi illi ſufficientis defenſionis locum, ſupplerique omnes diligentias, quas Reus adhibere poſſet, ſi illi nomina manifeſtarentur. Ita Direct. inquiſit. *part.* 3. *tit.* modi ſex tradendi copiam, ubi Penna *comment.* 29. *n.* 119. Simancas *titulo* 64. *n.* 10. ſi igitur non obſtante quòd teſtes ſint tàm reconditi, ut ne quidem Reus ſciat, eos eſſe hujus, vel illius loci, Tribunal tàm rectum juſtumquè, judicat hanc diligentiam ſufficere ad hoc, ut Reus ſe etiam in cauſis graviſſimis, & maximæ infamiæ, quâ notari quis poteſt, ſe poſſit defendere, quantò magis in Religionibus, ubi culpæ in hoc, vel illo Conventu committuntur? nec Reum latet, informationem hic, vel ibi faciendam eſſe, certoque ipſi conſtat, teſtes talis, vel talis Communitatis eſſe; in qua fortè cum aliquo diſſidium habuerit : ac proinde ſi Prælatus illas adhibeat diligentias, in favorem Rei, quas adhibet Sacrum Tribunal, quæque jam explicatæ ſunt: & ſi objectiones ab eo poſitas, modo fundatæ ſint, admittat, tribuatquè tempus opportunum, & ſufficiens ad probandas illas, prout ſub obligatione gravi tenetur, non erit opus illi manifeſtare nomina teſtium, niſi in aliquo caſu raro, in quo omninò ita neceſſarium judicaverit, ſicut advertit Bonifacius VIII. ubi ſupra. 12

Ex fundamentis & principiis hujus Concluſionis 13

cluſionis facile eſt reſpondere ad objectiones, quas nonnulli antiqui, & moderni adverſus illam movent, ſive ex capitibus citatis Juris Canonici, ſive ex ratione, ſive aliunde deſumptæ ſint. Huic ſententiæ adhærent Miranda in ſuo Ordine judic. *quæſt.* 14. *art.* 7. *concluſ.* 4. *&* 25. *artic.* 1. Suarez *Tom.* 4. *de Religione lib.* 10. *c.* 12. *n.* 31. Joſeph à S. MARIA in ſuo tribunali *tract* 4 *cap.* 19. *in fin.* Sanchez *lib.* 6. *conſ. cap.* 8. *dub.* 2. *nu.* 9. Noſt. Franciſcus Bonæ Spei *Tom.* 5. *ſuæ Theolog. Tract.* 1. *de Iure & Iuſt. diſp. dub.* 2. cum aliis, ſequendo in hoc Hoſtienſem.

14 *Secunda* Concluſio. Quando Reus in cauſis gravibus in ſui defenſionem petit copiam dictorum à Teſtibus, debet illi communicari ſine eorum nominibus, & illis circumſtantiis, ex quibus Reus venire poſſit in certam Teſtium cognitionem, prout advertit P. Thomas Sanchez ubi ſuprà. Hæc concluſio adeò communis eſt, ut non reperiam Authorem, qui expreſsè contrarium teneat, excuſando à culpâ gravi illos Judices, qui in cauſis criminalibus alicujus momenti dictam denegant copiam: nam licet Authores ſecundæ & quartæ ſententiæ exiſtiment, hoc non ſpectare ad ſubſtantiam proceſſus, in ordine ad effectum nullitatis ſententiæ, illi tamen qui ſunt quartæ ſententiæ, clarè dicunt, eſſe contra Juſtitiam, annullatiquè poſſe ſententiam appellando: & illi qui ſecundam ſequuntur, non ita clarè explicant, an ſit licitum negare talem copiam, nec etiam an ſolùm loquantur de cauſis civilibus, prout patet ex his, quæ Menochius dicit ſecundo citato loco.

Idcircò Segura de Avalos ubi ſuprà, loquendo cum Prælatis Eccleſiaſticis, qui ſequuntur Menochii ſententiam primo loco relatam durè reprehendit eos, qui Reis denegant copiam Teſtium, dum illam petunt. Verba illius ſunt: *Prætereà Præſules aliquando, eorumquè Viſitatores in criminalibus controverſiis prædictam indiciorum copiam viſitando denegare ſolent, quia brevi manu, & quaſi per tranſennam viſitationis munus expediunt, & defenſionum terminos adeò abbreviant, & ad punitionem properant, in tantum ſubditorum gravamen, & viſitationis contemptum, ut nondum terga dederint, & jam eorum mandata, decreta atquè judicata ſpernantur à ſubditis, ac penitus infringantur; ſolummodò ſubtractas pecunias deflent.*

Tertia Concluſio. Quando Reus non petit copiam Teſtium, non tenetur Judex ipſi eam offerre, ſed poteſt ita in causâ procedere, ac ſi illam ipſi dediſſet. Ita tenent Authores tertiæ ſententiæ. Verùm quia fundamentum hujus Concluſionis innititur tacitè renunciationi Juris, quam facere videtur Reus, ſupereſt videndum, an hoc etiam verum ſit, quando Reus eſt ignorans, & non petit dictam copiam, ex eo quòd neſciat ſe illam poſſe petere. Aliqui dicunt, ſi Reus ſit Perſona litterata, de quâ præſumi poteſt, quod ſciat & poſſit illam petere, & illam non petat, non eſſe obligationem illam offerendi: Ita Rodrig. *Tom.* 2. *qq. q.* 19. *art.* 9. Villalob. *Tract.* 14. *diff.* 12. *num.* 10. ſubdit tamen cum Hippolytho in *prax.* § *nunc videri in principio*, quòd ſi Reus fuerit perſona ignorans, Judex ipſi eam offerre debeat, etiamſi illam non petat: atque ſic poſſunt conciliari duæ illæ contrariæ opiniones, quæ circa hoc verſantur. 15

Verùm quia de Reo idiota dubium eſſe poteſt, an dando illi Advocatum talis defectus ſuppleatur, & utrum inter Regulares ſit obligatio concedendi Advocatum Reo, vel Procuratorem, in cauſis gravibus, ut eum defendat, & perficiat illa, quæ ille neſcit, vel non poteſt, eo quòd ſit incarceratus, illius reſolutio remittitur ad ſequens caput, ubi hoc punctum ex profeſſo examinabitur.

Conſultum mihi videtur præſens caput concludere annotatione quadam P. Joſeph à S. MARIA in ſuo Tribunali *Tract.* 4. *cap.* 1. § 4 quæ non ſolùm ſerviet ad majorem hujus doctrinæ intelligentiam, ſed etiam ad majorem lucem illius, quæ tradita fuit *capite præcedenti n.* 1. & tradendæ *capite de capitulis*, quæ reſultant contra Reum ex dictis Teſtium, & Reo communicari debent. Dicit igitur iſte Author, quòd poſt acceptam à Reo Confeſſionem danda ſint ei illa capitula, & hoc ſit illi dare copiam delicti, vel delictorum, quæ reſultant ex informatione, quod nulla ratione omitti poteſt ſecundum commune Doctorum placitum, cùm ſit de Jure naturali: & paulò infra ſubdit: Verum eſt, 16

 quod

quod in delictis levioris momenti Prælati dent Reis ſolùm illa capitula, quæ emergunt ex proceſſu, abſque eo quòd illos citaverint, vel acceperint confeſſionem, cùm ipſis videatur, illos per ipſa capitula ſufficienter citari, & peti confeſſionem, præſertim ſi illis præcipiant non ſolùm, ut illis reſpondeant, & allegent illa quæ occurrunt in defenſionem intra tantum temporis, ſed etiam ut dicant, an illa commiſerint vel non, & reſpondendo ad illa litem conteſtentur, allegentq; ſuas defenſiones, & hoc ſufficere: & magis infra explicando, quænam crimina ſint iſta, dicit eſſe illa, quæ non ſunt valde gravia, & pro quibus non eſt gravis imponenda pænitentia, ſicut eſt carcer, privatio Officii, vel actuum legitimorum: concludit denique, inquiens, hanc doctrinam eſſe valde conſonam ſtatutis ſui Ordinis: poſtea tamen in *Tract.5.cap.6.§.4.* dicit, quòd quando aliquis Prælatus Religioſus commiſit aliquod delictum grave, cui reſpondet pæna arbitraria, & Definitorium vult illum privare Prælaturâ, vel Officio in pænam ſui delicti, ſine ulteriori citatione, vel delicti confeſſione, quod hæc includatur in articulis ipſi propoſitis cum præfato mandato, quibus ſi non ſatisfaciat, & ex aliâ parte per legitimam informationem conſtet de veritate delicti, ſitque grave, ita ut ob illud ei qui peccavit (ſi Prælatus non eſſet) alia pænitentia gravis v. g. privatio actuum legitimorum, vel alia ſimilis arbitraria imponenda eſſet: loco hujus Prælatus officio privari poteſt, & hanc dicit eſſe praxin communem ſui Ordinis.

17 Doctrinam hujus Authoris quantum ad primam partem pro verâ admitto, præſertim in Religionibus, in quibus per conſuetudinem recepta eſt, quia factâ ſummariâ informatione, & præſentatis articulis Reo, qui ex illâ proveniunt, vel illi tranſmiſſis, ſi abſens ſit, datoquè præcepto, ut reſpondeat dicatque veritatem, & alleget ea, ſi quæ habeat in propriam defenſionem, implicitè citatur, & petitur Confeſſio, daturquè locus defenſioni; & ita videtur ſufficere in delictis non adeò gravibus, & ex quibus non infertur gravis infamia Religioſis. Illud autem mihi difficile videtur quòd iſte Author dicat ſecundo loco, tale medium poſſe uſurpari, quando agitur de privando Prælatum officio, ob aliquod crimen grave; cùm tamen primo loco negaverit, uſurpari poſſe cum ſubditis in criminibus, pro quibus gravis pænitentia imponenda eſt, v. g. carceris, privationis officii, vel actuum legitimorum; ſi enim in his citatio facienda, & petenda confeſſio à Reo eſt, danduſque locus, ut ſe contra Teſtes tueri poſſit, & confeſtim præſentandi ſunt articuli, qui ex ejuſdem Confeſſione & proceſſu reſultant, ut ad illos reſpondeat: non video cur omnia hæc obſervari non debeant, quando Prælatus ob aliquod delictum grave officio privandus eſt, cùm talis pænitentia plus ponderet, majoriquè Prælatus notetur infamiâ, quàm ſi aliquis ſubditus per tempus aliquod carceri includatur, vel ſuo officio privetur; & dico notanter ob aliquod grave crimen, quia ſi Prælatus privetur officio, ſolùm ob defectum regiminis, conditionis, aut talenti non haberem difficultatem: nam ſicut *cap. 9. num. 12.* dictum eſt in his caſibus non eſt neceſſarius alius Ordo Judicialis, niſi quòd Prælatis ſuperioribus de iſtis cauſis conſtet, ad hoc, ut Prælatos inferiores, & ſubditos ſuis privent officiis procurando uti tunc illis mediis, quæ minus dedecus ipſis generant, v. g. admonendo illos, ut ſecretò renuntient, & ſimilibus: ſi tamen aliquis in pænam, & punitionem delicti gravis officio privandus ſit, judico, idem debere obſervari cum ſubditis, quod cum Prælatis, quoad modum quo in eorum cauſis proceditur, & hoc eſt, quod modò explicamus.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XX.

Diſcutitur, an inter Religioſos ſit obligatio concedendi Reis Advocatum in cauſis gravibus.

1 SUppono tamquam certum, nullum Religioſum ſine licentia ſui Prælati officium Procuratoris, aut Advocati exercere poſſe, prout conſtat, ex Gloſſa *Clementina*, Religioſus, *de Procuratoribus*, ac proinde ſi quid ſine tali licentia actum eſſet, nullius eſſe valoris. Suppono etiam, quòd in cauſis levioris momenti Prælati Regulares non teneantur Reo Advocatum, aut Procuratorem concedere, qui eum tueatur, inde enim majus timendum eſſet damnum quoad pacem & quietem Religioſam, quàm commodum, etiam ipſi Reo.

2 Difficultas autem eſt, an in cauſis criminalibus gravibus, præſertim quando Rei ſunt idiotæ, vel ſi non ſint, ſunt tamen impediti per carcerem, Prælatus teneatur Religioſo concedere eum, quem petit ad hoc, ut agat officium Procuratoris, aut Advocati in ſuis cauſis, præſentando petitiones, & aſſiſtendo actibus judicialibus, quibus aſſiſtere ſolent Advocati apud Tribunalia ſæcularia? Alderete *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. quem ſequuntur Lezana *Tom.* 1. *cap.* 27. *num.* 14. & Martinus à S. JOSEPH in ſua *Epitome cap.* 10. *num.* 8. tenet partem affirmativam, addens, quòd, etiamſi Reus non petat Advocatum, vel Procuratorem, debeat tamen ipſi Prælatus eum offerre. Probat hoc Alderete ex *l neque etiam*, §. fin. *de Officio Proconſul.* & ex Navarro in *Summa Latina*, *cap.* 25. *num.* 24. Illa tamen Lex & Navarrus loquuntur de judiciis ſæcularibus, & non in ſenſu, quem intendit Alderete, prout videri poteſt in Navarro, & licet P. Lezana, & P. Martinus à S. JOSEPH dictam ſententiam probet ex *citata Clementina*, attamen nec in iſta, nec in Gloſſa reperitur aliquid expreſſum in favorem ejus.

3 Loquendo deinde Alderete *cap.* 11. *num.* 17. de Reis minoribus viginti quinque annis, inquit, illis concedendum eſſe Curatorem, & ſine ipſo nec Confeſſionem factam in judicio, nec cætera in Proceſſu contenta inducere probationem in ordine ad eorum condemnationem. Citat Menoch. *de arbitrariis, caſu* 268. Valles *volum.* 1. *conſil.* 31. Paz. 5. *parte, Tom.* 1. *cap.* 3. §. 4. *num.* 5. & idem tenent alii plures cum Penna 3. *part. direct. com.* 28. *num.* 117. affirmante hanc eſſe praxin Inquiſitorum, omniumque Tribunalium tam ſæcularium, quàm Eccleſiaſticorum in Hiſpania, licet in quibuſdam partibus Italiæ oppoſitum practicetur, ſicut advertit Julius Clarus *quaſt.* 50.

Contrariam tamen opinionem quoad utramque partem æſtimo probabiliorem, ac proinde *dico primò*, Prælatos Regulares non teneri concedere ſuis ſubditis criminoſis Advocatum, aut Procuratorem extraneum, nec aliquem intra Religionem, quantumvis cauſæ graves ſint, ad hoc ut illos defendant petitionibus, & aliis actibus judicialibus, quia hoc non ſpectat ad ſubſtantiam juris, ſed ad apices ſolùm. Ita expreſsè Panormitanus in *repet.* ad textum, *in cap.* ſi quis contra Clericum, *de for. compet. num.* 48. Rodriguez *Tom.* 2. *qq. regul. q.* 19. *art.* 4. Villalobos *tractatu* 14. *de Iudice*, *difficultate* 12. *num.* 10. cum aliis. Ratio eſt, quia ſi in Religione daretur locus hujuſmodi defenſioni, graviter turbaretur pax Religioſa, ſubminiſtrareturque materia cavilloſis dilationibus, à quibus Pontifices voluerunt immunes reddere Prælatos in ſuis cauſis judicialibus. 4

Dico ſecundò, etiamſi Religioſus Reus ſit minor viginti quinque annis, non tenentur Prælati Regulares concedere Curatorem, per quem ſe regat, & defendat, ac proinde abſque tali Curatore confeſſio facta in judicio, & omnes cæteri actus in proceſſu validi ſunt & ſubſiſtentes. Hanc concluſionem loquendo de minoribus ſæcularibus non

Digitized by Google

non ſolùm illis, qui nec dum habent viginti quinque annos, ſed etiam de his, qui decimum quartum compleverunt, in cauſis criminalibus, tenent Boërius *deciſione* 63. *num.* 6. ad finem verſ. *nec poteſt minor*, Boſius *in tit. de confeſſ. num.* 69. Matth. Brun. *conſ.* 94. *num.* 8. qui inquit: *Quod ubique locorum ſervatur, & etiam Romæ in Curia Capitolii ipſe ſervavit, dum ibi præerat rebus criminalibus.* Id ipſum ſentit Julius Clarus *quæſt.* 50. *in principio*, & *quæſt.* 55. verſ. *Vlterius poteſt*, ubi inter cæteros, quos refert pro hac praxi, unus eſt Angel. *de Maleſ. in verbo* Comparuerunt, & confitentur totum, *num.* 8. qui aſſerit, ridiculoſum eſſe, dicere contrarium, quia licet nonnullæ leges oppoſitum decernant, per praxin tamen communem abrogatæ ſunt. Si igitur hæc ſententia adeò probabilis eſt etiam inter ſæculares minores, qui decimum quartum annum ſuppleverunt, quantò magis erit inter Religioſos, qui ab apicibus Juris exempti ſunt? & cùm hoc de quo agimus ex ipſis ſit, non tenebuntur illud obſervare.

6 Confirmatur iſta Concluſio. Primò, quia ſicut docent Boërius ubi *ſuprà nu.* 2. Farinacius *quæſt.* 81. *num.* 368. *Quando ſtatutum habet minorem pro majori, valida eſt Confeſſio judicialis ſine Curatore*: ergò cùm hoc ita ſe habeat inter Religioſos, qui ratione ſtatus, quem eligunt & acceptant in ſolemni profeſſione, remanent in poſſeſſione Majorum, & Religio illos, ut tales habeat, apud illos ceſſabit obligatio dandi illis Curatorem.

Confirmatur ſecundò, quia inter Religioſos, ipſa Religio, & Prælati illius ſubſtituuntur in Procuratores ſuorum filiorum minorum viginti quinque annis, ergò ad ipſos pertinebit peragere talium munus & officium in cauſis criminalibus, abſque eo, quòd ſit opus illis alios aſſignare, ſicuti etjam ad illos ſpectat facere officium Judicis cùm iiſdem ex ratione ſtatus.

7 *Dico tertiò*, quando Religioſus Reus eſt incarceratus, eſtque perſona intelligens & ſciens, ſe habere jus ad petendum Religioſum aliquem doctum, & gravem, quem poſſit conſulere, ſi petat, tenetur Prælatus talem concedere, ſecus ſi non petat; quia in tali caſu præſumitur, eum ſcire id, quod expedit in ordine ad ſuam cauſam: ſi tamen Reus eſſet perſona ignorans, de qua præſumi poteſt, quòd talem Religioſum, cum quo conſultare poſſit, non petat, ex eo, quòd neſciat, ſe talem poſſe petere, vel an daturus Prælatus eum ſit, tenetur Prælatus eum illi offerre, & illum concedere, quem petit, ſi ſit perſona, quæ ſatisfacere poſſit, quia non cum quovis a Prælato deputato ſua ſecreta communicare volet. Hanc obligationem exiſtimo eſſe gravem in Prælatis ſaltem ſecundùm charitatem. Dico *ſaltem ſecundùm charitatem*, quia etiam videtur eſſe ſecundùm juſtitiam: nam in quantum tales ſunt, tenentur providere ſubditis de neceſſariis ad ſublevamen, & remedium ſuarum neceſſitatum, præſertim quando agitur de tutela, & defenſione naturali à damnis gravibus, quæ imminent.

Unde quemadmodum mortaliter peccaret Prælatus, ſi ſubdito gravi infirmitate conſtituto non ſuccurreret per corporalem medicum, ita etiam peccabit, ſi non ſuccurrat per remedia ſpiritualia gravi urgente neceſſitate: Ita Villalobos *Tract.* 14. *de Iudice, diff.* 10. *num.* 4. ſequens Navarrum in *d. cap.* inter verba, *corol.* 5. eſtque ſatis conforme illi, quod docet idem Navarrus in *Summa Latina cap.* 25. *num.* 24. ubi loquendo de obligatione, quam habent Judices dandi pauperibus, & miſeris aliquem, qui eos defendat adverſus partem contrariam, inquit, quòd ſi hoc negligant, graviter peccent, & quandoque illis dandus ſit Advocatus, etiamſi illum non petant, nec habeant, unde illum ſolvant. Si igitur reſpectu defenſionis pauperum, & miſerorum in Judicibus ſæcularibus gravis eſt obligatio, quantò magis erit in Regularibus, quorum munus eſt non ſolùm agere Judicem, verùm etiam Advocatum ſubditorum, ſuppoſito etiam, quòd in Religione non concedatur delinquentibus Advocatus, Procurator, nec Curator, qui tamen in aliis Tribunalibus nemini denegatur, ut iſte defectus in Religione ſuppleatur, debet Prælatus quantum ex parte ſua eſt, facere totum quod poteſt pro defenſione Reorum, & dare illis id, quo extremè indigent, ſcilicet aliquem Religioſum gravem, doctum, & pium, cum quo ſua communicent,

Digitized by Google

cent, cujus etiam conſilio tuta conſcientia in rebus ad ſuam cauſam ſpectantibus gubernentur, & dirigantur.

8 Ex dictis in hac tertia Concluſione infertur, quòd ſicuti Prælatus ſub obligatione gravi tenetur Reo offerre (ſi ignorans ſit) Religioſum aliquem prudentem & doctum, quem poſſit conſulere, ſic etiam teneatur illi præſentare copiam dictorum à Teſtibus, quia ſuppoſito quod habeat jus petendi illam, eo quòd illa indigeat pro ſui defenſione, ſi non petat, erit; quia putat ſe non poſſe, vel etiamſi petat, illam tamen non eſſe accepturam, tenebitur Prælatus hanc erroneam & falſam præſumptionem ab illo tollere tamquam advocatus illius, prout in tertia concluſione capitis præcedentis dictum fuit. Subjungit autem Rodriguez loco ibi citato, quòd etiamſi Reus ignorans haberet Advocatum (idem erit de homine docto, cum quo conſultat) *ſi videris Iudex, quòd Advocatus non rectè ſuum exequitur munus de eo dolum ſentiens, vel latam culpam, aut ignorantiam, in hoc caſu tenetur (etiam eo non petente) dare copiam indiciorum.*

CAPUT XXI.

De Exceptionibus, aut Defenſionibus, quibus in cauſis gravibus Rei uti queunt.

1 Exceptio non eſt aliud, quàm allegatio eorum, quæ habet Reus ad infirmandum, & reddendum nulla ea, quæ contra ipſum in proceſſu prætenduntur, tam ex parte teſtium, quàm Judicis, Accuſatoris vel Denunciatoris: & ita definit illam Panormit. in rubr. *de Exceptionibus*, dicendo: *Exceptio eſt actionis, ſive intentionis excluſio*, & probat ex lege 2. *ff. de Exceptionibus*. De exceptionibus fusè tractant Paz. in *praxi, Tom. 1. in 5. tempore*, Antonius Gomez *Tom. 3. variarum, cap. 13.* Joannes de Imola in *l. cuſtodias, ff. de public. judic.* Covarruv. *in pract. qq. cap. 26.* Julius Clarus *quæſt. 53. & ſequentibus*, cum aliis Juriſtis, & Canoniſtis; & quia inter illos multæ ſunt in uſu, quæ non attenduntur, nec ſervantur in Tribunalibus Regularium, eo quòd ſpectent ad apices Juris, relinquendo iſtas, ſolùm faciemus mentionem de illis, quæ ſunt veluti ſubſtantiales, & pertinent ad defenſionem naturalem Rei.

2 Ut autem melius hæc doctrina percipiatur, ſupponendum eſt *primò*, Exceptiones facientes ad intentum præſentis Tractatus eſſe in triplici differentia. Quædam vocantur *dilatoria*, & ſunt illæ, quæ non diſſolvunt cauſam, ſed differunt, ſicut quando allegatur defectus juriſdictionis in Judice, vel Judex recuſatur, &c.

Aliæ dicuntur *peremptoria*, quæ ſi probentur, totaliter diſſolvunt cauſam, eamque concludunt, ſicut quando probatur delictum jam eſſe punitum in alio judicio, vel aliqua afferuntur, quæ diſſolvunt accuſationem aut denunciationem.

Aliæ verò exceptiones, quæ ſunt veluti mediæ inter præcedentes, dicuntur *mixta* & *anomala*, quia participant aliquid & à primis, & à ſecundis, ſicut cùm opponitur, Judicem eſſe excommunicatum, &c.

3 Supponitur *ſecundò*, quod licet ſecundùm communem ſententiam exceptiones dilatoriæ à Reo *ante litis conteſtationem* faciendæ ſint, ut conſtat ex *cap.* inter Monaſterium, *de re judicata*, ex *l. fin. C. de except.* & ex *l. exceptionem, C. de probationibus*, peremptoriæ poſt, mixtæ verò ante vel poſt, omneſque probandæ ſint intra terminum à Judice aſſignatum, qui inter ſæculares conſtat novem diebus, ſicut decernitur in *l. 1. tit. 5. lib. 4. nova Recopil.* & inter Religioſos ille terminus eſt deputandus, qui videbitur conveniens, prout ſtatim dicetur: quia tamen iſta circumſtantia pertinet ad apices, inter Regulares quovis tempore, dummodò ſententia adhuc lata & publicata non ſit, exceptionis etiam dilatoriæ locum habent: imò etiam per legem ſpecialem Regnorum Hiſpaniæ

Digitized by Google

Hiſpaniæ apud ſæculares cuivis parti litis interponi poſſunt, etiamſi ſententia jam ſcripta & à Judice ac Secretario ſubſcripta ſit, & conſignata ad pronunciandum, dummodò nondum verè & realiter pronunciata & publicata ſit. Ita Covarr. *in qq. pract. cap.* 20. *num.* 2. Joſeph à S. MARIA *Tract.* 4. *cap.* 20. §. 3. ſed avertit ſequens Paz. *Tom.* 1. *par.* 1. *tempuſ.* 10. *num.* 17. & *Tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. & alios, communiter recuſandum eſſe Judicem poſt cauſam concluſam in ordine ad ſententiam definitivam.

4 Supponitur *tertiò*, quòd concedere tempus ſufficiens Reo ad ſui defenſionem, ſit de jure naturali; ac proinde in nullo Tribunali denegari poteſt, ſicut tenent omnes Doctores: eſtque omninò certum. Difficultas eſt in determinatione temporis, circa quam, uti dicit Miranda *quæſt.* 14. *art.* 5. *concluſ.* 3. certa regula aſſignari non poteſt, ſed menſuranda eſt juxta qualitates, & circumſtantias, quas exigunt defenſiones, & exceptiones; & licet hoc verum ſit in omni cauſarum genere, multò tamen magis ſi in cauſis criminalibus, & ita relinquitur ad arbitrium prudentis Judicis, & Prælati, quia determinatio, vel deſignatio temporis non eſt aliquid de his, quæ ſpectant ad ſubſtantiam judicii, ſed eſt aliquid accidentale, non conſiſtens in indiviſibili, vel puncto aliquo fixo: His præſuppoſitis jam benè ſubjungetur doctrina ſequentium paragraphorum.

§. I.

De Recuſatione.

5 Recuſatio nihil eſt aliud, quàm Reum allegare contra Prælatum vel Judicem, quòd ſit ſuſpectus in ordine ad rectum judicium, & determinationem ſuæ cauſæ, cujus titulo & prætextu ab illa ſe vult eximere.

6 Aliqui tenent Recuſationem eſſe de jure naturæ, quia recta Ratio dictat, Judicem ſuſpectum non eſſe aptum ad adminiſtrandam juſtitiam.

Alii dicunt, eſſe etiam de Jure Divino poſitivo, & probant ex *cap.* 16. *Deuteron.* ubi præcepit Deus, quòd electi in Judices eſſent recti, nec declinarent ad partem dexteram vel ſiniſtram, cui ſe conformare volens Jus Civile, & Canonicum, recuſationem in multis locis determinat. Civile in lege *apertiſſimi*, *C. de Iudic.* & *l. quia poterat. ff. ad Trebell.* Canonicum in *cap.* quòd ſuſpecti, 3. *quæſt.* 5. *& cap.* cùm inter, *de except.* ſed dubitant nonnulli, an inter Religioſos habeat locum Recuſatio ſuorum Prælatorum.

Partem negantem abſolutè tenent Gloſſa in *cap.* ad noſtram, *de appellat.* & ibi Hoſtienſis *num.* 9. & Innocentius, Joannes Andreas, & Panormitanus in *cap.* cum ſpeciali, *de appellat.* idem ſentiunt, & probant ex illo textu, in quo poſtquam Cæleſtinus III. ſtatuiſſet modum, quo Judices poſſunt recuſari, & quando nam ab eorum ſententiis liceat appellare, caput illud concludit inquiens: *Cæterùm has duas Conſtitutiones præmiſſas nolumus ad Regulares extendi contra ſuas ſpeciales obſervantias.* Et Gloſſa (poſtquam egit Pontifex in prima parte Capitis de ordine Recuſationis) dicit: *Hæc autem Conſtitutio non extenditur ad Regulares.*

Unde videtur efficaciter colligi, in Religionibus, in quibus per Conſtitutiones, Recuſationes, & appellationes prohibitæ ſunt, non eſſe admittendas, quia iſte Pontifex, & cæteri, qui circa hæc diverſa privilegia conceſſerunt, præſumpſerunt, Prælatos Regulares, utpote homines Deo ſpecialiter ſacratos, graves & prudentes, nihil contra ſubſtantialia Juris molituros, ac proinde Recuſationes, & appellationes ex parte ſubditorum non habituras cauſas ſufficientes, & idcircò eas ipſis eſſe denegandas.

Hoc non obſtante judico Recuſationes eſſe licitas, etiam inter Religioſos (& id ipſum ſuo loco dicetur de appellationibus) quando cauſæ, ob quas fiunt, claræ ſunt & manifeſtæ. Quæ ſententia adeò communis, & recepta eſt, ut particulares non ſit opus citare Authores. Dixi, quando cauſæ *claræ ſunt & manifeſtæ*, ſi enim eſſent apertè frivolæ, non debet illas Judex Recuſatus morari, ſed in proceſſu proſequi. 7

Colligitur claré ex *capite* cum ſpeciali *citato*, & docet Felinus in *cap.* 1. de Judic. *num.* 6. & eſt communis praxis in omnibus Tribu-

Digitized by Google

Tribunalibus, prout advertit Paz. cum aliis, quos citat 1. *parte, Tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 23. & id ipſum opinatur, quando cauſæ ſunt dubiæ, noſter Thomas a Jeſu *Tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 13. in quo ſenſu intelligit ſententiam Panormitani, Joannis Andreæ & Hoſtienſis citatos pro ſententia contraria ubi ſupra.

Id ipſum videtur ſentire Alderete *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 33. ubi poſtquam allegavit verba Alexandri III. *cap. ſuper eo* 12. §. in cauſis, *de appellat.* in favorem Judicum Eccleſiaſticorum, ubi dicit Pontifex: *In cauſis Eccleſiaſticis, ubi appellationis remedium tollitur, ſicut appellationi, ita recuſationi non eſt aliquatenus deferendum*, ſubjungit Alderete; *Non tamen poſſumus negare, quòd ubi ſuperior manifeſtè ſubditi inimicus eſſet, aut propter alias cauſas ſuſpectus, poſſit ad ſuperiorem recurri, ne injuſtè ab eo opprimatur*, ergò ſentit, ubi non fuerit cauſa manifeſta recuſationis, illam admitti non debere, quæ ſententia rationi valdè conſentanea eſt; quia Judex eſt poſſeſſor bonæ fidei, & in caſu dubii hac poſſeſſione non eſt ſpoliandus. Videatur doctrina §. *ſequentis, num.* 39. cujus fundamenta, & Authores favent etiam huic doctrinæ.

8 Advertendum tamen eſt, quòd quando Provincialis, vel Viſitator vult facere Viſitationem generalem conſuetam alicujus Conventus, quantumvis ſuſpectus ſit, recuſari à nemine poteſt, quia ex tali viſitatione generali nemo infamatur, alias enim quilibet impedire poſſet officium Superiorum cum gravi Religionis diſpendio, & ita declaratum fuit per ſpeciale Decretum Pauli V. quod adducit Barboſa in *remiſſionibus* ad Trident. *ſuper ſeſſ.* 24. 10. de reformatione, *num.* 4. de Judicibus, qui recuſari poſſunt, & de juſtis cauſis recuſationis, & de differentia, quæ intercedit in modo recuſandi inter Jus Civile & Canonicum. Præter Juriſtas & Canoniſtas diffuſè idem tractant Thomas Sanchez *lib.* 6. *conſ. cap.* 8. *dub.* 3. Franciſcus Giſlerius in *prax. crim. cap.* 14. Miranda de Ordine Judic. *quaſt.* 20. *art.* 3. & alii: Ego ſolùm afferam illa, quæ ſpectant ad noſtrum inſtitutum, qui voluerit videre plura, legat præfatos Authores.

Quilibet Judex Regularis, ſive Ordinarius ſit, ſive delegatus, poteſt recuſari, ſi adſit cauſa legitima, quia recuſatio in Religionibus regulari debet ſecundùm diſpoſitionem juris Canonici in ordine ad Eccleſiaſticos, cùm autem iſta habeat locum contra quèlibet Judicem Eccleſiaſticum, & quodlibet Tribunal ac Congregationem, excepto Pontifice, Conſilio Generali, & Cardinalibus, prout probat Sanchez ubi *ſuprà*, & *num.* 9. *uſque ad* 17. *incluſivè*: nullus Prælatus Regularis à Recuſatione eximitur, quando adſunt cauſæ ſufficientes ad hoc, ut habeatur pro ſuſpecto: & dicit Sanchez, hanc eſſe mentem omnium Doctorum. 9

Licet, prout in principio hujus capitis diximus, quia recuſatio eſt una ex exceptionibus dilatoriis, communiter fieri debeat ante litis conteſtationem, habet tamen etjam locum poſt illam, ſi nova ſe offerret cauſa illam faciendi, dummodò ſit ante publicatam ſententiam: Ita Gregor. Lopez *l.* 22. *titul.* 4. *part.* 3. verſ. *antequam*, Maranta de *Ordine Iudic.* 3. *par. partis ſextæ. in* 2. *actu*, qui eſt appellatio *num.* 25. cum Felino in *cap. inſinuante*, de Officio delegat. & alii: idcircò quando una cauſa per multos ſententiari debet, ſicut ſunt illæ, quæ ſpectant ad Definitorium, quivis ex aſſiſtentibus recuſari poteſt, ne aſſiſtat ad ferendam ſententiam, & ad cognoſcendam cauſam. Eſtque omnium communis opinio. 10

Secundum Jus Civile Recuſans non tenetur dare cauſas expreſſas recuſationis, ut habetur in *l. apertiſſimè, C. de judic.* & ibi omnes Doctores cum Gloſſa, excipiunt ſolùm ab hac regula, quando recuſantur Auditores Regii & Judices Cancellariæ. Advertit tamen Gloſſa & Doctores, recuſantem debere jurare, ſe non facere recuſationem cum animo differendi litem, ſed ex rationabili timore & ſuſpicione, quam concepit de Judice. 11

Verùm ſecundum Jus Canonicum *cap. ſuſpicionis*, de Officio deleg. *& cap. ſecundo requiris*, §. tertio poſtulas, *& cap. cum ſpeciali*, de appellation. tria requiruntur. *Primò*, quòd in petitione recuſationis explicitè ponatur cauſa. *Secundò*, quòd Recuſans ſe obliget ad probandam illam cauſam, ſicut 12

debet facere. *Tertiò*, quòd fiat recuſatio coram ipſo Judice, qui recuſatur, licet coram ipſo cauſa recuſationis probanda non ſit, ſed coram Superiore, poſtulando in recuſatione, ne ulla ratione in cauſa progrediatur, proteſtando, quòd ſi progreſſurus ſit, nihil eorum, quæ faciet, in ullum ceſſurum præjudicium. Quod totum conſtat ex capite ſecundo citato *requiris*, & ex capite *legitima, de appellat. in* 6. docentque communiter Doctores.

13 Quando Judex recuſatus, perpendendo, examinandoque, recto, ſinceroque animo, ſine aliqua paſſionis amaritudine, recuſationis cauſas invenerit eas eſſe ſufficientes, vel probabiles, unum ex tribus facere poterit, ſi Judex Ordinarius ſit, ſicut eſt v. g. Generalis, Provincialis, Priores, Viſitatores, & Vicarii per illos poſiti *ad univerſitatem cauſarum*, & quibus data eſt plenitudo Poteſtatis, ſecundùm quod quilibet Prælatus facere poteſt. *Primò*, vel poterit remittere cauſam alteri viro gravi, & non ſuſpecto, dando illi poteſtatem illam recognoſcendi, ut habetur in *cap.* ſi quis contra Clavium, *de foro compet.* & docent Panormitanus *nu.* 14. & Marianus *nu.* 11. in idem caput cum aliis.

14 Vel *ſecundò* poterit facere, ut nominentur, & eligantur Judices arbitri, qui judicent de cauſis recuſationis, qui, ſi lis fuerit inter partes intereſſatas, nominandi ſunt ab ipſis partibus: at ſi ſit negotium, in quo Judex procedit ex officio per viam Inquiſitionis contra aliquem Reum, prout plerumque ſuccedit inter Religioſos, ipſemet Prælatus recuſatus debet eligere unum Judicem arbitrum, & Reus alterum, ut intra tempus ab illo deſignandum judicent, & determinent, an cauſa recuſationis legitima & ſufficiens ſit; quòd ſi iſti duo arbitri concordare non poſſint, illi ipſi aliquem tertium deſignare debent, ut ſententia illius, cui iſte acceſſerit, prævaleat, quæque ſequenda erit: & Prælatus debet illos duos arbitros obligare, ut tertium eligant. Quod totum expreſſum eſt in *dict. cap.* ſpeciali, *de appellat.* & tenent Paz. 1. *part. Tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 23. 24. & 28. Miranda *quæſt.* 20. *art.* 2. *concluſ.* 8. Joſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali Tract.* 4. *cap.* 20. §. 6. cum aliis. Et in caſu quo dicti arbitri determinabunt, & decernent, cauſam recuſationis non eſſe legitimam, poterit Judex liberè progredi uſque ad concluſionem cauſæ. Sed ſi declarabunt, cauſam eſſe legitimam, poterit Reo in id ipſum conſentiente, Judex recuſatus remittere cauſam alteri viro gravi, dando illi poteſtatem eam recognoſcendi, ſi tamen Reus non velit conſentire, debet remitti ad Prælatum Superiorem, prout determinat prædictum caput *cum ſpeciali*, & probat Paz. ubi *ſuprà num.* 24. Itaque priuſquam cauſa determinetur ab arbitris, Judex recuſatus ſemper poteſt remittere cauſam alicui à ſe deſignato, dando illi poteſtatem, dummodo ſuſpectus non ſit: determinatione tamen facta hoc facere non poteſt ſine conſenſu Rei. Ita Doctores citati.

Vel *tertiò* poterit Prælatus recuſatus, ſi 15
voluerit aſſumere aliquem alium Religioſum gravem, minimèque ſuſpectum, cujus conſenſu, & coram quo celebrentur actus judiciales. Ita docent Covarr. in *qq. pract. cap.* 26. Paz. 1. *part. tempore,* 10. *num.* 25. Miranda *quæſt.* 20. *art.* 3. *concluſ.* 7. Joſeph à S. MARIA *ubi ſuprà*, & probant ex quodam textu in *Authentica* ſi verò, *C. de judiciis*, & lex ſecunda *de las partidas tit.* 21. *part.* 3. dicit, quòd ille aſſumptus in ſocium debeat eſſe partibus notus, ut inſtrui poſſit in ordine ad actus proceſſus.

Tota hæc doctrina communis & vera eſt: 16
mihi tamen videtur inter Religioſos ad parcendum laboribus & vitandas diſcordias, melius eſſe, in omnibus caſibus remittere cauſam ad Prælatum Superiorem (ſicut debet facere ille, qui ſolùm eſt delegatus pro illa cauſa particulari, caſu quo recuſaretur) ut examinet recuſationis ſufficientiam, & determinet, quid agendum ſit.

Quando Reus recuſabit aliquem, vel a- 17
liquos ex Definitoribus, vel ipſum Præſidentem, debet advertere, quòd ad hoc debeat habere cauſas graviſſimas, quas probare tenetur, alioquin erit puniendus graviter ob ſuam temeritatem. Et in tali caſu Recuſatus debet exire ex definitorii loco,

&

Digitized by Google

& reliqui judicare de cauſis recuſationis; quòd ſi illas reperierint ſufficientes, debent præcipere recuſanti, ut illas probet, & ſi non probaverit, graves eidem imponere pœnas: idem eſt, ſi invenerint, illas non eſſe ſufficientes, ut hac ratione refrænetur libertas & audacia delinquentium; idem proportionaliter dicendum eſt, quando recuſantur Provinciales, & pœnæ talium (inquit Emmanuel Rodriguez *Tom. 2. qq. q. 45. art.* 1. ſequens Paz. *6. parte Tom.* 1. *cap.* 1. *§. unico,* ubi ponit totam hanc doctrinam in lingua vulgari) poſſunt conformari illis, quæ imponi ſolent in Conſiliis, quando recuſatur aliquis Præſidens, vel aliquis ex Auditoribus, ubi ſi cauſæ recuſationis ſint inſufficientes, recuſans condemnatur ad ſolvenda ſex millia nummorum pro quolibet Judice recuſato: ſi fuerint ſufficientes, non tamen poſſit probare, & recuſatus ſit Præſidens, condemnatur ad ſolvenda centum & viginti millia nummorum; ſi ſit Auditor ad ſeptuaginta millia: hinc colligi poterit pœna proportionata pro Religioſis, ſi per ipſorum leges determinata non ſit. In caſu verò, quo Judices, examinantes recuſationis cauſas, eſſent dubii, debent inclinare in favorem Judicis recuſati juxta doctrinam *§. ſequentis,* & hujus *præſentis num.* 7.

18 Ut autem Recuſatio legitima ſit, multas adducunt cauſas Spec. *tit. de recuſat.* Lanfranc. *in cap.* quoniam contra, *de probat. verſ. recuſationis,* Præpoſ. in *cap.* poſtremo *de appellat.* Joannes Ferrarius *Tract. de recuſat.* Hoſtienſis in *ſumma* eodem titulo, *§. quæ ſunt juſtæ cauſæ,* Navarrus in *cap.* ſi quando *de reſcript.* Penna 3. *part. direct. inquiſit. Comment.* 116. Franciſcus Giſlerius in *praxi, cap.* 14. *per totum,* inter quas ponunt, ſi Judex ſit conjunctus parti contrariæ per conſanguinitatem, vel affinitatem, ſi ſit ejuſdem patriæ, commenſalis, & convictor, ſi ſit amicus, familiariter tractet.

Poteſt etiam recuſari Judex, qui in aliis cauſis nimium gravavit Reum, nulla habita ratione Ordinis Juris: qui declaravit ſuam intentionem, & votum in favorem partis contrariæ, & intentavit minas recuſanti; & denique principalis cauſa eſt, inimicitia concepta adverſus Reum.

Inter Religioſos autem ſola hæc ultima regulariter pro legitima admittitur, de cujus cauſis, & origine fusè agetur in ſequenti paragrapho. 19

Cæteræ communiter attendendæ non ſunt, quia de Religioſis gravibus & probis, quales plerumque ſunt Prælati, & perſonæ, quibus cauſæ juridicæ committi ſolent, non eſt præſumendum, quòd ex eo, quòd ſint ejuſdem patriæ, vel diſtrictus, vel familiariter agant cum Reo, vel hujus, aut alterius factionis ſint, vel ex aliis ſimilibus, abduci ſe ſinant ad faciendam rem illicitam: ita ſentit Joſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali Tract.* 4. *cap.* 20. *§.* 15. Martinus à S. JOSEPH in ſua *Epitome, cap.* 13. *num.* 4. addens, eſſe etiam cauſam ſufficientem, ſi Judex ſit conſanguineus Actoris, vel accuſatoris intra quartum gradum, prout dicetur in paragrapho ſequenti, agendo de exceptionibus contra Teſtes. Videatur ibi tradenda doctrina, quæ multum conferet pro doctrina data in præſenti. 20

§. II.

De Exceptionibus contra Teſtes.

Capite 14. *num.* 2. declaratum fuit, qua ratione Prælatus teneatur admittere exceptiones, quas facit Reus contra Teſtes, ſi judicet illas eſſe ſufficientes, & concurrant cætera requiſita, quæ ibidem allata ſunt. Id ipſum dictum fuit de exceptionibus contra Accuſatorem *cap.* 12. *num.* 18. cui debet adjungi doctrina *capitis* 18. *num.* 4. in favorem Reorum, & alia Soti *lib.* 5. *de Juſtitia, quæſt.* 7. *art.* 3. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 2. Villalob. *Tract.* 16. *diffic.* 6. *num.* 3. quòd quando Reus ſcit, non eſſe niſi unum teſtem ſui delicti, ſi habeat exceptiones, illas adducere poſſit, prout ibi dictum fuit, etſi ſit præſentatus à parte intereſſata, quæ illum accuſavit, quia talis teſtis teſtificari ſecundùm juſtitiam non poteſt, cùm delictum probabile non ſit: & ſecundùm communem regulam: *Nemini facit injuriam, qui ſuo* 21

jure utitur, nec invenio quid hic addendum: non ſolùm quòd, quando Reus in ſuum favorem præſentat aliquem teſtem, etiamſi in ſuis dictis loquatur contra ipſum Reum, contra illum excipere non poſſit, nam eo ipſo, quòd illum pro ſua parte præſentaverit, eumdem tanquam bonum, & legitimum admiſit, & hoc etiamſi poſtea à parte contraria in ſuum favorem præſentatus fuiſſet, niſi facta præſentatione, nova cauſa ſe offerret excipiendi contra illum, in tali enim caſu contra eum excipere poterit, ſicut advertit Paz. in *praxi temp. 9. à nu. 26.*

22 Teſtes, quos præſentat Reus pro ſui defenſione, examinari debent ea forma & modo, qui obſervatur, cùm Judex examinat Teſtes contra Reum.

23 His ſuppoſitis videndum eſt, quæ nam ſint cauſæ ſufficientes ad hoc, ut Reus juſtè contra teſtes poſſit excipere, & meo videri inter Religioſos ad tres reduci poſſunt.

Prima, quando ad petitionem partis intereſſatæ inſtatur pro ſatisfactione alicujus recepti gravaminis, & teſtis cum Accuſatore, vel per conſanguinitatem, vel affinitatem conjunctus eſt intra quartum gradum aſcendentium & deſcendentium; nam, ſicut ſtatim probabitur, in tali caſu conſanguinitas, vel affinitas eſt cauſa ſufficiens ad excipiendum contra teſtem.

Secunda, ſi teſtis teſtatus fuerit ſine reſpectu ad ordinem juris, ſicut *cap. 18. num. 4.* dictum eſt, & ob eamdem cauſam etiam Judex recuſari poteſt, caſu quo proceſſiſſet ad Inquiſitionem ſpecialem nulla habita ratione Ordinis Juris. Sed quia iſtæ cauſæ radicantur, & fundantur in tertia, quæ eſt inimicitia, tranſibimus ad iſtam; ad quam, ni fallor, etiam prima reducitur, quia quòd non valeat teſtimonium partis gravatæ, nec ejus conſanguineorum in ordine ad probationem delicti fundatur in inimicitia; quæ præſumitur eſſe inter aggravatos, ſicut explicabimus.

24 *Tertia* & principalis cauſa, ad quam reducuntur jam enumeratæ, eſt inimicitia, ſicut paragrapho præcedenti dictum fuit, agendo de recuſatione Judicis; pro cujus intelligentia ſupponendum eſt, quòd inimicitia in tres claſſes ſeu gradus dividi poſſit.

Primus eſt, in quo conſtituitur inimicitia capitalis, aut gravis, & teſtis, vel Judex, in quo iſta reperitur, omnino excludendus & recuſandus eſt.

In *ſecundo* gradu ponitur quædam alia inimicitia, quæ licet non pertingat ad hoc, quòd ſit gravis, & per eam non totaliter excludatur à teſtificando is, in quo illa reperitur, illius tamen teſtimonium non facit ſemiplenam probationem, ſed minorem, cùm ſit aliquo modo defectuoſum ob ſuſpicionem. Ita Farinacius *de teſtibus, quæſt. 53 num. 33. & 54.* & hanc inimicitiam Doctores levem appellant.

In *tertio* gradu collocantur aliæ quædam inimicitiolæ parvi momenti, & vocantur leviſſimæ, quæ, curandæ non ſunt, præſertim inter Regulares, & ideò his relictis ſolùm fiet mentio de duabus primis, pro quibus, licet juxta communem Doctorum ſenſum, non poſſit certa regula aſſignari, nihilominus aliquæ afferentur, quæ videntur facere ad propoſitum & intentum.

Inimicitia gravis, quam Jura & Expoſitores appellant capitalem, illa eſt, quæ com- 25
muniter ſuum principiũ & originem trahit ex cauſis gravibus, & magni momenti, ſive ſint in bonis temporalibus, ſive in honore, ſive in vita, vel gravibus nocumentis propriæ perſonæ. Et relinquendo illas inimicitias, quæ in negotiis, vel cauſis bonorum temporalium fundatæ ſunt, eo quòd non ſpectent ad Religioſos, faciam ſolùm mentionem earum, quæ tangunt honorem, famam & damna perſonalia.

Si Joannes dixiſſet Petro gravem inju- 26
riam (verbi gratia, quòd ſit Judæus, Latro, vel quid ſimile) Petrus reputatur pro inimico capitali Joannis, ac proinde poteſt excludi à teſtificatione facienda contra Joannem. Idem erit, ſi intuliſſet aliquam gravem injuriam opere, verbo, vel ſcripto, ſive Petrus fuerit præſens, ſive abſens: ſi illum infamaſſet, publicando aliquod crimen grave, ſecretum, verum, vel falſum. Minæ quoque occidendi, graviter vulnerandi, excipiendi fuſtibus, infamandi, inhonorandi, dicendi falſum teſtimonium, ſufficiunt ad præſumendã inimicitiam capi-

Digitized by Google

capitalem, & hoc quoque, etiamſi fiant à perſona non aſſuetâ ſimilibus. Quia ut benè notat Farinacius in *prax. quæſt.* 49. *n.* 48. licet hæc differentia ſit ſufficiens ad cauſandum, vel non cauſandum indicium grave in perſonâ minitante in ordine ad dandam eidem torturam, quando perſona, cui minæ intentatæ fuêre, occiſa reperiretur: attamen ad cauſandam inimicitiam gravem hoc non intereſt, quia ex ſimilibus minis plerumque perſona, cui intentantur, concipit rancorem gravem, eſto opus non ſequatur: & conformiter ad hæc dicit Emmanuel Rodriguez *Tom.* 2. *qq. q.* 15. *art.* 3. quòd ſi Monialis minaretur alteri dicendo, ſe illi illaturam mortem veneno, eſto non fuiſſet ſolita ſimilia perpetrare, ſufficeret ad generandam gravem inimicitiam in aliâ Monali, cui minata fuit, & hæc non poſſet eſſe teſtis in causâ alterius.

27 In omnibus dictis caſibus, & multò magis, ſi Joannes interfeciſſet Petrum, reputantur pro inimicis capitalibus conſanguinei, & affines Petri intra quartum gradum, ac proinde in cauſis contra Joannem teſtari non poſſunt. Ita Baldus *conſ.* 137. *lib.* 3. Menoch *lib.* 2. *de arbitrar. caſu* 162. Farinacius ubi *ſuprà num.* 35. & de teſtibus *quæſt.* 53. *n.* 33. & licet Juſtin. Bonde. *conſ.* 54. *num.* 13. *lib.* 2. dicat, reputari etiam inimicos conſanguineos, & affines extra quartum gradum, hoc tamen, uti notat Farinac. *num.* 36. relinquitur ad arbitrium Judicis, & conſuetudinem patriæ, licet ipſe *num.* 57. reſolvat, conſanguineos, & affines extra quartum gradum abſolutè eſſe habiles ad teſtificandum. Et ſaltem oppoſitum non habebit locum in illis, qui ſolùm per affinitatem conjuncti ſunt extra quartum gradum, hæc enim conjunctio eſt valde remota.

28 Amici intimi ipſius inimici, ut dicunt Juriſtæ, etiam reputantur inimici capitales, commenſales quoque ac alii, qui in ejus ſocietate degunt. Ita Baldus in *l. ſi quis, C. de teſtibus num.* 56. Gloſſa *in l.* 1. *§. cùm patronus, verbo cum inimicis, ff. de offic. Præfec. urb.* Lanfranch. de Oria in *cap.* quoniam contra, *verbo*, Teſtium depoſitiones *nu.* 84. *de probat.* Sed hoc inter Religioſos, homines probos, & pro talibus habitos abſolutè non habet locum quantum ad inimicitiam capitalem, nec etiam aliam minorem, quando præſumptio timoris Dei ſtat pro parte Religioſi.

29 Emmanuel Rodriquez, *ubi ſuprà*, inquit, quòd, licèt Juriſtæ reputent pro Inimico capitali eum, qui eſt partialis, conterraneus, vel ejuſdem factionis, inter Religioſos non habeat locum hæc doctrina; Verba illius ſunt: *Solent enim ſæpè homines ex hujuſmodi familiis, & factionibus inter ſe inimici eſſe, at hæc in Religioſis intelligo minimè habere locum; cùm enim in præſumptione fundetur, non debemus præſumere factiones, quæ inter aliquos ipſorum verſantur, inimicitias capitales generare. Licet enim aliqui ipſorum ſuis partibus, & factionibus ita firmiter adhæreant, ſicut nobiles: habitus tamen regularis, eorumque profeſſio, & Sacramentorum frequentatio, præſumptionem in contrarium vertunt; & licet de facto propter obicem, quem ponunt Spiritus Sancti gratiæ, dictas partes, & factiones per prava media ſuſtentent, ex regularis vita tamen præſumptione exiſtimo, eos à tali maculâ purgari.* Si igitur iſte Author hoc ſentit, quando partialitates Religioſorum ſuſtentantur per media illicita, quantò magis ita ſentiendum erit illis ablatis, ſi ſolùm diverſitas ſit in dictaminibus, prout plerumque evenire ſolet inter homines virtuti addictos, & timentes Deum.

Concorditer ad hanc doctrinam nonnulli aſſerunt, quòd conſanguinei etiam intra primum gradum v. grat. Germani Fratres, quando ſunt Religioſi bonæ opinionis, abſolutè poſſint eſſe teſtes, & ponunt exemplum in Carthuſianis & Monachis Montis Oliveti. Ita Felin. in *cap.* litteras *num.* 11. *de præſumpt.* & in *cap.* cùm oporteat *nu.* 3. *verſ.* modò adverte, *de accuſationibus*, Imola in *cap.* cum R. Canonic. *de Offic. judic. deleg. n.* 8. Farinac. *de teſtibus quæſt.* 54. *num.* 48. & 130. ac proindè ad defendendum Reum tales ſunt teſtes idonei, & omninò fide digni, adduntque hi Authores cum aliis, hoc eſſe verum, etiam in conſanguineo ſæculari, *quando eſt ſumma & exemplaris bonitatis ac fidei.* Contrarium tamen ſequitur praxis omnium Tribunalium.

30 Reputatur etiam pro causâ ſufficienti ad ini-

inimicitiam capitalem, ſi unus procuret, quòd alter amoveatur ab officio, vel dignitate, ad quam electus, & in qua confirmatus eſt. Ita Felinus in *cap.* quoties, *de teſtibus num.*5. Panormitanus *in cap.*1. de judic. *n.*3. Emmanuel Rodriguez ubi ſuprà, quia Prælatura, vel dignitas obtenta reputatur pro magnâ parte bonorum temporalium, & contra illam excitare quæſtionem vel litem, occaſio ſufficiens eſt ad generandam inimicitiam gravem in eo, quem ſpoliare quis prætendit.

31 Is quoque, qui fuit accuſatus de aliquo delicto gravi, pro inimico capitali Accuſatoris haberi poteſt; id ipſum dicito de teſte, qui depoſuit ſimile crimen de illo, etiamſi accuſatio, & teſtificatio ſecundum juſtitiam fuiſſent factæ: Ita Bartol. in *l.* 4.*§.fin. ff.de alim.legat.* & Gloſſa in *l.*3.*§.Capitales,ff. de receptis Arbitr.* Rodriguez ubi ſuprà cum aliis.

Præſumitur etiam inimicitia gravis ex parte Rei contra Judicem, qui eum condemnavit ad pœnam gravem, & licet illum non ſententiâſſet, incarceravit tamen cum infamiâ: contra Miniſtros quoque, qui illum apprehenderunt, ac proinde talis Reus inhabilis eſt ad teſtificandum contra Judicem, & dictos miniſtros in eorum cauſis: Judex tamen, & miniſtri benè poſſunt teſtari in aliis cauſis contra Reũ, quando ſuũ officiũ ſecundùm juſtitiã exercuerunt, quia ex parte illorũ non eſt fundamentum ad præſumendam inimicitiam contra Reum, ſolùm ex eo, quòd juſtè incarceratus, & ſententiatus ſit. Tota hæc doctrina eſt Farinacii ubi ſuprà *num.*64 *uſque ad* 66. & aliorum, quos citat.

32 Is, qui dixit ſe eſſe inimicum alterius, pro tali debet reputari in ordine ad excipiendum contra illum, & probandum eſt; item ille, qui dixit, ego tali graviter nocerem, vel me vindicarem, ſi poſſem, quia non ſolùm cenſetur inimicus ille, qui infert damnum grave, ſed etiam ille, qui inferret, ſi poſſet. Ita Blanchus *de indiciis numer.* 106. Franciſcus Curtius in *Tract.* de teſtibus *concluſ.* 52. *numer.* 101. licet Farinacius ubi ſuprà ſentiat, in iſto caſu tunc dicendam eſſe inimicitiam capitalem, ſi ille qui talia verba pronuntiavit, ſuam mentem manifeſtarit aliquâ actione ordinata ad talem effectum, licet non fuiſſet ſufficiens ad conſequendum illum. Quòd ſi hoc non acceſſerit, non erit cenſenda inimicitia capitalis, ſed minor, qualis eſt illa ſecundi gradus.

Gravem indicat inimicitiam (niſi fiat pro correptione aliqua: ſicut fit à parentibus aliquando filiis, & ab uno conſanguineo alteri) renuere loqui perſonæ, cum quis ſolitus fuit agere & converſari, nec illam ſalutare, vel alia reverentiæ & benevolentiæ ſigna exhibere, quæ ſolebat, & in Religionibus in uſu ſunt: Ita habetur in *cap.* ſi inimicus *diſt.* 95. Gloſſa in *cap.* cùm Adrianus, *in verbo ad contractandum diſt.*69. Panormit. Imola & alii in *cap.* cùm ſuper. *de offic. & deleg.* Blanc. *de indiciis numer.*103. Maſcardus *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 898. *num.* 42. & alii multi. 33

Verum eſt, aliquos ex his Authoribus, quos ſequitur Farinacius *num.* 55. ſentire, quòd, licet jam memorata in hoc numero, arguant inimicitiam, non tamen indicent capitalem, ſed minorem, qualis eſt illa ſecundi gradus, & mihi idem videtur; quia non infrequenter ob faſtidia, & moleſtias non graves, per modicum tempus illæ correſpondentiæ negari ſolent; ſi tamen fieret per multum temporis, & in diverſis occaſionibus ſeſe offerentibus, ſufficiens haberetur fundamentum ad præſumendam gravem inimicitiam, maximè, ſi hoc fieret inter Religioſos, ubi tàm familiaris ſolet eſſe convictus & converſatio unius cum altero, in uno eodemque conventu commorantium.

Inobedientia circa mandata, & ordinationes Superiorum gravis, arguit etiam inimicitiam gravem in ſubdito contra Prælatum, ac proinde non erit teſtis idoneus in illius cauſis, Conſtat ex *capite* quoniam 24. *quæſt.* 1 Gloſſa in *cap.* ſi quis Diaconus *diſt.* 50 Maſcard. *de probat. lib.*2.*concluſ.*898.*nu.* 43.*juncto nu.*25. quamvis Decianus in *Tract. crim.parte* 1. *lib.* 3.*nu.*80. ſentiat, inobedientiam non arguere inimicitiam capitalem, ſed minorem ſpectantem ad ſecundum gradum. 34

Licet ex prædictis principiis colligi poſſit, quando nam Reus habeat juſtas cauſas ad excipiendum contra teſtes, & recuſandum Judicem inimicitiæ titulo, conveniunt tamen 35

tamen omnes Doctores in eo, quòd hoc in praxi ſemper relinquatur arbitrio prudentis Judicis, qui attendendo ad qualitates perſonarum, & alias circumſtantias diligenter, & maturè examinare debet, quando præſumenda ſit inimicitia gravis, quando levis, aut leviſſima.

36 Notanda tamen ſunt aliqua. *Primò* quòd inimicitia det locum excipiendi contra teſtes, & recuſandi Judicem, etiamſi Reus præbuiſſet tali inimicitiæ occaſionem. Ita Carrer. *pract. crim. Tract. 2. de indiciis & tortur. num.* 15. Farinac. *in prax. quæſt. 49. num.* 90. Antonius Gomez *lib. 3. var. cap.* 12. *num.* 14. verſ. *quod etiam extende*, & eſt communis: niſi Reus malitioſè dediſſet cauſam inimicitiæ, ut haberet occaſionem excipiendi contra eum, quem ſcit aliàs poſſe teſtari contra ſe, ſi enim de hoc conſtet, non poteſt excipere contra talem inimicum. Ita Bartol. *in l. 2.* §. cùm quis, *ff. de quæſt.* Antonius Gomez *Tom. 3. variar. cap.* 12. *numer.* 14. & alii communiter, qui omnes examen hujus relinquunt arbitrio Judicis. Ratio principalis Concluſionis eſt, quia quando conſtat de inimicitiâ per ſuos effectus, parum refert, an fuerit orta ex hoc, vel illo principio. Ita Menoch. *lib. 2. de arbitr. caſu* 110. *num.* 53. Farinac. *ubi ſuprà.*

37 Unde infertur, quòd etiamſi cauſæ inimicitiæ fuerint leves, ſi tamen inimicitia inde reſultans verè ſit gravis, ſufficiens præbet fundamentum ad excipiendum contra teſtes, in quibus reperitur. Ideò optimè notat Alderete *lib. 2. cap. 3. num.* 11. *Quòd inimicitiæ capitales non ſolùm conſiderantur ex cauſâ graviſſimâ, ſed etiam ex perſona qualitate, ſi hujuſmodi fuerit, quæ hominis ſtomachoſi, ad iracundiam maximè, & in vindictam proclivis, ita poterit indignationem movere, ut tempus ulciſcendi obſervans, mendacium contra Reum deponat.* Et certè negari non poteſt, reperiri homines naturæ tàm malevolæ, & vindicativæ, & alios adeò delicatos & ſenſitivos, qui ex levibus cauſis gravem rancorem, & implacabile concipiunt odium, ac ſi valde graves fuiſſent; ſicut è contra aliqui tàm bonæ ſunt, & mitis naturæ, ac patientiæ aſſueti, ut nec ex cauſis gravibus alicujus momenti concipiant inimicitiam; unde quemadmodum in illis non attenditur ad cauſas, ſed ad inimicitiam ex illis natam; ſic etiam in iſtis non eſt reſpiciendum ad cauſas, quando conſtat, non fuiſſe ſecutam inimicitiam: & dico, *quando conſtat*; quia ſi non conſtet, & cauſæ graves ſint, gravis inimicitia præſumitur, eſto in rei veritate non eſſet; itaque iſta eſt differentia inter cauſas graves, & non graves, quòd ad præſumendam inimicitiam gravem, ſufficit quòd cauſæ ſint graves, & de illis conſtet, licet de inimicitiâ non conſtet; quando verò cauſæ non ſunt graves, debet conſtare de inimicitiâ per ſuos effectus, & cum hoc non ſit cognitu facile, relinquunt Doctores id arbitrio prudentis Judicis. Tota hæc doctrina eſt Farinacii, & multorum, quos citat ſine contradictione, *Tom.* de teſtibus *quæſt.* 53. *à num.* 21. *uſque ad* 26. & Pennæ 3. *parte direct. inquiſit. comment.* 117.

Secundò notandum eſt, quòd, ſi Judex habeat ſufficiens fundamentum, ut aliquem 38
æſtimet gravem Rei inimicum, non debet eum admittere ad teſtimonium ferendum, vel ſi jam factâ teſtificatione, de tali inimicitiâ innoteſcat, non ſint curanda dicta talis teſtis, ſi inimicitia, quæ præſumitur, gravis ſit, ſi verò levis, non ſit danda integra fides, etiamſi Reus non excipiat, quia quòd non excipiat, eſt, quia putat ſe non poſſe excipere, & ita Judex ſupplere debet, maximè ſi ſit Regularis, ad quem etiam ſpectat agere officium Advocati curando ne aliqua fiat injuſtitia Reis. Si tamen Reus ſciens talem teſtem eſſe ſuum inimicum, vel potens præſumere, eum eſſe, nihilominus conſentiat in illius examen, ſeque illius dicto ſubjiciat, facit fidem contra eum. Ita Campeg. *de teſtibus regul.* 23. *in* 7. fallen. Monticellus *in repert. teſtium.* Maſcard. de *probat. lib. 2. concluſ.* 899 *poſt num.* 11. Bajard. ad Clarum *qu.* 24. *num.* 39. & alii.

Tertiò notandum eſt, quòd ad excipiendum, vel recuſandum titulo inimicitiæ, hæc 39
manifeſtè probanda ſit per duos teſtes conteſtes, vel per ſuos effectus manifeſtos, vel per ſuas cauſas evidentes, ita ut inimicitia non remaneat dubia, nec cauſa illius: ſi enim dubia eſſet, nec contra teſtem excipi, nec Judex recuſari poſſet, ſicuti dictum eſt §. *præcedenti*

Digitized by Google

denti numer. 7. Ita Monticellus in *ſuo repert. teſtium fol.* 44. *num.* 58. *colum.* 2. Menoch. de *præſumpt. lib.* 5. *quæſt.* 89. *num.* 58. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 692. & alii communiter: *Quia in dubio unuſquiſque præſumitur amicus, & non inimicus*, ut habetur in *auth.* de teſtibus, §. *ſi verò, qui dicat odioſum.* Ratio aſſeritur in *l. ut vim, ff. de juſt. & jure*, & adducit Baldus in *cap. conſtitutis in fine*, de reſcript. *Quia præſumptio amicitiæ dicitur præſumptio naturæ, ſiquidem inimicitia eſt contra jus naturale.*

40 *Quartò* notandum eſt, quòd ſuprà dicta non habeant locum, quando inimicus, jam factâ pace, reconciliatus eſt, dummodò reconciliatio non ſit nova vel recens; nam iſta ſemper eſt ſuſpecta: ſi tamen jam ſit aliqualiter diuturna, & per experientiam habeatur, eos eſſe amicos, ſicut antea, inimicitia præterita non obeſt. Ita Rolandus *conſil.* 24. *num.* 31. *lib.* 1. Monticellus in *repertorio de teſtibus fol.* 43. Campeg. de *teſtibus regulâ* 23. *in* 3. *fallent & reg.* 36. *numer.* 58. *&* 59. *& numer.* 61. adjungit, ſequens Julium Clarum *quæſt.* 24. & alios, quòd ferre judicium de tempore, quod eſt neceſſarium ad hoc, ut reconciliatio poſt inimicitiam, non dicatur recens & nova, relinquendum ſit arbitrio Judicis, ad quem pertinet de circumſtantiis, qualitate perſonarum, & inimicitiâ prteritâ judicare in ordine ad id, quod præſumendum eſt: nec in hoc certa Regula poteſt aſſignari, quia illa, quam dat Sigiſmundus in *conſt. feudali* 49. *poſt num.* 27. cum Archidiac. & Præpoſ. in *cap.* accuſatores 2. 3. *quæſt.* 5. quòd tranſactis tribus diebus reconciliatio non dicatur recens, non valet, eſt enim ſpatium nimis breve, & ideò illam refutat Julius Clarus cum aliis. Sicut & illam aliam refutat Farinacius *num.* 61. quam aſſignat Maſcard. *lib.* 2. *de probat. concluſ.* 899. *num.* 10. nimirum reputari novam uſque ad tres annos finitos, eſt enim ſpatium nimis longum.

§. III.

De Conſpiratione.

Conſpiratio aliud non eſt, quàm confœderatio multorum contra aliquem, quæ ſi cum juramento fiat, *conjuratio* appellatur, ut conſtat ex *cap.* ſi qui Clerici 11. *quæſt.* 1. & ex *cap.* conjurationis *eadem cauſa & qu.* & ita primo modo definit Sylveſt. verb. *confraternitas* his verbis: *Conſpiratio eſt multorum ſpiratio, vel conventio in unum contra aliquem*; & ſecundo modo, *conjuratio eſt multorum ſimul juratio.* Et quia conjuratio, vel confœderatio multorum contra aliquem nonnunquam poteſt ordinari ad evitanda mala gravia boni communis, vel tertii Innocentis, & fieri cum debitis circumſtantiis, tùm erit bona & licita, prout docent Gloſſa in *dict. cap.* ſi qui Clerici, & Archidiacon. Petrus de Ancharrano & Philippus Francus in *cap.* conſtitutionem, *de verborum ſignificat, lib.* 6. Verùm quia hæc conjuratio, vel conſpiratio utpote licita, ad intentum non facit noſtrum, illam relinquemus, & agemus dumtaxat de illicitâ, & prohibitâ in capitibus citatis, & quæ Reo ſervire poteſt in ordine ad ſuam defenſionem. 41

42 Conſpiratio, vel conjuratio illicita, & mala eſt, quando aliqui conveniunt in unum, deſignantes inter ſe Denuntiatorem, & Teſtes contra Prælatum, vel contra aliquem alium Religioſum.. Poteſt autem eſſe illicita duobus modis. *Primò*, quando tales cõſpirationes fiunt non ad occurrendum damno præſenti, vel imminenti bono cõmuni, ſed ad præveniendum malum, quod evenire poteſt in futurum. Et hoc quamvis in ſe malum non videatur, verè tamen eſt, propter gravia incommoda, quæ ſequi ſolent plerumque; & ideò tales conſpirationes ſunt prohibitæ, ſicut multa alia, quæ licet in ſe mala non ſint, fiunt tamen mala propter damna, quæ ſecum trahunt, ut habetur in *cap.* ſi Chriſtus, *de jure jurando*, & Gloſſa *ibidem*, ubi multa videre licet, quæ quamvis aliàs licita ſint, nihilominus prohibentur, quia poſſunt eſſe occaſio malorum. Hujuſmodi

Digitized by Google

modi ſunt conſpirationes, & conventicula Religioſorum, quæ licet aliquando ex ſe mala non ſint, ſunt tamen prohibita, quia poſſunt eſſe occaſio alicujus inquietudinis, & modicæ tranquillitatis in Communitatibus, ſicut docent Lucas de Penna *in l. Magiſtros, C. de profeſſ. & Medic. lib.* 10. cum aliis, quos citat, & ſequitur Rodriguez *Tom.* 2. *qq. quæſt.* 34. *art.* 2. Secundò etiam ſunt illicitæ, & malæ, quando in illis agitur de imponendo aliquo falſo crimine Prælato, vel alicui alteri Religioſo.

43 Advertendum tamen eſt, quòd probatio delicti à conſpirantibus impoſiti, non debeat fieri per ſola illorum teſtimonia, nam hæc non ſufficiunt ad condemnandum Reum, ut habetur in *cap.* cum I. & A. *de ſentent. ac re judicatâ.* Nec obſtante quòd admittantur, etſi condemnatio fieri debeat per illa, quæ teſtificantur illi, qui non conſpirârunt, & habita dictâ delicti probatione, etiamſi de conjuratione conſtet, non eximitur Reus à condemnatione & pœnâ. Si tamen delictum non probetur, probatur tamen conſpiratio, conſpiratores ſeverè puniendi ſunt. *In dicto capite* ſi qui Clerici 11. *qu.* 1. *& in cap.* conjurationis eadem *quæſt.* & ſequens pœna Clericis & Religioſis imponitur: *Si qui Clerici, aut Monachi inventi fuerint conjurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut Clericis, gradu proprio penitus abjiciantur.* Sæculares, qui conſpirant contra Epiſcopum ſecundum Gloſſam in cap. fin. *de teſtibus cogendis*, debent excommunicari; & licet in Religionibus pœna arbitraria danda ſit, & conſpirationis delicto proportionata, mihi videtur, eſſe privationem officii, & actuum legitimorum, quia iſta correſpondet pœnæ in *citato capite* taxatæ pro Clericis.

44 Si conſpiratio probetur, & probatio delicti à conſpirantibus impoſiti maneat dubia, præſumendum eſt, conſpirationem eſſe pravam, & per conſequens conſpirantes puniendi ſunt tamquam falſi calumniatores. Magna integritas requiritur in Judicibus Regularibus ad evitandas inquietudines, quæ ex conſpirationibus naſcuntur in Communitatibus, quia videndo Conſpiratores, quòd licet fiat conſpiratio in re, quæ ex ſe mala non eſt, ſed quæ ſolùm turbat pacem, & quod per dicta aliorum caſus ſit probandus, & non ſolùm per propria, & quòd, ſi non probetur, rigoroſè puniendi ſint, à ſimilibus conventionibus, & conciliabulis abſtinebunt. Tota hæc doctrina eſt Sylveſtri, verb. *Confraternitas, conſpiratio, & conjuratio*, & Joſephi à S. Maria in ſuo *Tribunali Tract.* 4. *cap.* 22. & aliorum.

§. IV.

De Negativâ coarctatâ, & aliis Exceptionibus, quibus uti poteſt Reus in ſui defenſionem.

Inter alias exceptiones, quibus uti poteſt Reus, efficaciſſima eſt negativa coarctata, quæ præcipuè conſiſtit in eo, quòd Reus alleget, ſe illo tempore, quo imputatur ipſi, quòd commiſerit delictum, fuiſſe abſentem, & remotum à loco, in quo commiſſum fuit. De hâc exceptione agitur in *cap.* Tertio loco *de probat.* Quando Reus per teſtes legitimos probat dictam coarctatam, diſſolvit, & annullat robur accuſationis: convincit enim ſe non poſſe eſſe authorem talis delicti. Sic Abbas in *cap.* conſanguinei *num.* 6. *de re judic.* Julius Clarus *quæſt.* 52. *num.* 4. Maſcardus de *probat. concluſ.* 1642. *à num.* 6. cum aliis. Sed eſt advertendum, quòd ſi Reus illo tempore, quo delictum commiſſum eſt, fuerit in loco tàm propinquo, quòd illud potuerit committere, & inde etiam recedere, probare tum debet per duos teſtes conteſtes, quòd in loco illo remoto perſtiterit, ubi delictum committi non potuit, quia aliàs nihil probaret in ſuum favorem. 45

Ad hanc exceptionem reducitur, quando Reus probat contrarium illius, quod illi imponitur, hoc tamen difficile eſt, niſi fiat per media negativæ coarctatæ; vel quando probatur tale delictum non fuiſſe commiſſum, v. g. ſi Petrus, qui dicebatur occiſus, comparéat vivus: hanc etiam nominant Doctores *peremptoriam*. Videatur Paz, *Tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 6. *à num.* 64. 46

Sed hic ſe offert quædam difficultas, ſcilicet, quid agendum ſit, quando Judex habet 47

delictum probatum plenariè, & Reus præſentat teſtes, per quos etiam plenariè probat negativam? Reſpondeo, Judicem debere attendere ad qualitatem teſtium, magiſque Honeſis & fide dignis dare fidem, ſi tamen fuerint æquales, illis debere credere, qui ſunt majores numero, nam ſicut dicit Julius Clarus lib. 5. §. *falſum* num. 6. *Convincitur teſtis de falſo per alios teſtes numero plures, qui contrarium deponunt.*

Quòd ſi etiam in hoc fuerit æqualitas, ita ut caſus remaneat dubius, eo quòd non ſint dabiles circumſtantiæ, quæ tollant dubium, quod moraliter videtur impoſſibile, judicandum eſt in favorem Rei juxta doctrinam alibi datam, quòd nimirum in caſu dubii melior ſit conditio poſſidentis ſuam innocentiam: tum etiam, quia Jus præſumitur in favorem Rei. Verum, ſi, ſecundum quod docet Julius Clarus, ubi *ſuprà* cum Boſio in *titulo* de falſis teſt. *numer.* 24. præmemorati teſtes eſſent ſuſpecti, & inferioris conditionis, in cauſis gravioribus poſſent per Judicem torturæ ſubjici, ſuppoſito quòd ſit certum ex unâ parte eſſe falſos. Sed hoc (inquit Julius Clarus) requirit magnam prudentiam, attendendum quippe eſt ad præſumptiones bonas, vel malas, quæ ex utraquè parte haberi poſſunt.

Addo, quòd ſi delictum fuerit plenè probatum per teſtes fide dignos, & Reus præſentet unum etiam teſtem ex toto fide dignum, per quem ſemiplenè probat negativam coarctatam, relinquat priorem probationem minus validam, ac proinde non poterit condemnari ad totam pœnam à Jure taxatam, ſed ad arbitrariam, vel ad torturam. Ita Farinacius *Tom. de teſt. quaſt.* 63. *n.* 43. cum aliis, quos citat.

48 Quando Reus eſt adæquatè punitus propter delictum aliquod, non poteſt denuo puniri propter illud ipſum, nec à Judice, per quem jam punitus eſt, nec per quemcunque alium. Hinc ſi Reus probet hanc exceptionem, debet abſolvi, ſi denuò illi imponatur delictum jam punitum; ac proinde hæc exceptio eſt etiam *peremptoria*, Simanc. *de Catholicis inſtitut. tit.* 8. *nu.* 4. Paz. *Tom.* 2. *pralud.* 2. *num.* 49. Miranda *in ordine Judiciali quaſt.* 1. *Art.* 7. *concl.* 2. & alii communiter. Per hoc tamen non tollitur, quòd per modum accumulationis illi imponantur delicta jam ſemel adæquatè punita, quando reincidit, ut innoteſcat, & puniatur gravitas, quam addit reincidentia. Dico, *ſi fuerit adæquatè punitus*, hoc eſt, ſi pœna fuerit proportionata delicto; ſi enim fuerit minor, & impropoitionata, benè poterit Prælatus ſuperior de novo recognoſcere cauſam, & applicare totam pœnam, quam delictum meretur, ſupplendo illam, quæ defuit in primâ ſententiâ.

Colligitur ex *cap.* Felicis. *de Pœnis in* 6. & ita tenent Miranda ubi *ſuprà*; Joſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali Religioſorum Tractatu* 4. *cap.* 23. §. 5. ſequendo Simancam ubi *ſuprà num.* 9. Covarr. *lib.* 2. *variarum cap.* 10. *num.* 6. & juxta hanc doctrinam delicta, quæ nuncupantur fori mixti, quæ ſcilicet prius recognovit Judex Eccleſiaſticus, & non applicavit totam pœnam, quam delictum merebatur, vel ex defectu integritatis & rectitudinis, vel quia exceſſit limites Judicis Eccleſiaſtici, poteſt Judex ſæcularis denuò recognoſcere, & applicare Reo totam pœnam, quam meretur computando primam, ſi jam fuerit adimpleta.

Advertit tamen Antonius Gomez *Tom.* 3. *variarum c.* 1. de delictis *num.* 40. quòd ſi Judex ſæcularis delictum jam puniverit, Judex Eccleſiaſticus non poterit illud recognoſcere, quia præſumitur, Judices ſæculares ſemper imponere pœnam competentem.

Quando Reus allegat, de ſuâ perſonâ nec poſſe, nec debere præſumi tale delictum à ſe commiſſum fuiſſe, eo quòd ſit homo quietus, pacificus, timens Deum & obſervans ſuarum Legum, prout conſtat, nam toto tempore, quo vixit in Religione, fuit ſine querelâ, bonæ opinionis, & famæ præſertim in ſimilibus materiis, de quarum numero illa eſt, quæ illi imponitur, diſſolvit illa Indicia, quæ ſunt contra Reum, ſi non ſit ex valde urgentibus. Videatur Julius Clarus §. *fin. quaſt.* 60. *num.* 25. & multò magis poterit hâc Exceptione uti, quando vel delictum non commiſit, vel non fuit proceſſum ſecùndum juſtitiam propter illam regulam Juris: 49

ctis: *ſemel bonus ſemper præſumitur bonus*, & conſtat ex *leg.* non omnes, *ff. de re milit.* & ex *leg.* nobiliores C. *de commerciis & mercat.*

Si tamen verè delictum commiſerit, & ſufficienter probari poſſit, proceditur que ſecundum Jus, iſta Exceptio non habet locum nec ad aliquid deſervit, ſi tamen perſona foret gravis, multumque ſerviviſſet Religioni, ſufficeret ſaltem ad diminuendam pœnam à Jure ſtatutam: Ita Gram: *conſ.* 29. *poſt numer.* 40. Julius Clarus ubi *ſuprà num.* 27.

50 Similiter etiamſi pars offenſa condonet, non ideò Reus manet abſolutè excuſatus, quia licet pars condonet offenſam, habet tamen adhuc Judex Jus caſtigandi delictum, imò tenetur illud caſtigare propter damnum, quod aliàs ſequeretur in Republicâ ex eo, quòd delicta ſcandaloſa & pacem turbantia non punirentur. Ita Antonius Gomez *Tom.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 10. & *cap.* 3. *num.* 55. cum aliis. Verum eſt, quòd in tali caſu Judices non puniant delinquentem cum tanto rigore, ſicut tunc cùm pars offenſa non condonavit. Sic Jul. Clar. *quæſt.* 58. *num.* 1.

51 Si Reus non poſſit negare delictum, eo quòd ſufficienter probari poſſit, v. g. quòd vulneraverit vel occiderit Petrum, poteſt allegare, ſe hoc feciſſe in ſui defenſionem, nec aliter facere potuiſſe: & ſi hoc benè probaverit, & fuerit *cum moderamine inculpatæ tutelæ*, debet abſolvi: ſi verò probaverit, ſe hoc feciſſe in ſui defenſionem, conſtet tamen de exceſſu in moderamine, debet puniri non quidem applicando illi totam pœnam à Jure taxatam, ſed aliam minorem & arbitrariam. Et propter eamdem rationem, quando parens caſtigando filium, Magiſter diſcipulum, vel Dominus ſervum, aut Prælatus ſubditum in caſu, quo poterant facere, ſecuta eſt mors, non debet illi tota pœna à lege ſtatuta applicari; ſed aliqua minor. Et hoc ſupponendo tradit Soto *lib.* 5. *de Iuſtitiâ quæſt.* 2. *art.* 2. quòd Magiſtri, & Prælati poſſint punire ſuos diſcipulos, & ſubditos pœnâ viſitatâ verborum, & ſimilium, etiamſi in Ordine Sacro conſtituti ſint, & ſi præter intentionem excedant in modo caſtigandi, uſquè ad effuſionem ſanguinis, non ſit præſumendum, eos incurrere Excommunicationem Canonis illius: *ſi quis ſuadente*, &c. niſi exceſſus fuerit adeò enormis, ut appareat, eos potius illud feciſſe, ex odio, quàm Zelo juſtitiæ, etenim ſi hoc eſſet, non eſt dubium, quòd incurrerent illam Excommunicationem.

Juriſtæ autem adhuc addunt, inquientes, quòd ſit dabilis caſus, in quo ille, qui excedendo in modo puniendi cauſavit mortem, ſit omninò abſolvendus, ut docet Alexand. *conſ.* 73. *lib.* 3. & *conſ.* 115. *numer.* 3. *lib.* 5. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 364. aſſerens hanc eſſe communem ſententiam.

Ratio eſt, quia in delictis magìs attenditur ad animum & voluntatem, quâ committuntur, quam ad effectum ſecutum. Habetur expreſſus textus in *l. Divus Adrianus* ff. ad leg. Cornel. *de Sicariis*, cujus verba ſunt: *Divus Adrianus in hac verba reſcripſit. In maleficiis voluntas expectatur, non exitus.* Ibiquè Gloſſa citat alios textus concordantes. Tiraquel. *de pœnis temp. cauſa.* 51. *num.* 7. & 9. Antonius Gomez *Tom.* 3. *variar. cap.* 3. *tit.* de homicidio *num.* 15. & alii communiter.

Hoc tamen intelligi debet, quando non adfuit animus committendi delictum, nec quoad modum, nec quoad ſubſtantiam. Si tamen conſtet animum, ſeu intentionem ſimilem adfuiſſe, eo quòd opus eſſet ex ſe malum, licet ipſe delinquens non habuerit animum tantum malum faciendi, quantum de facto fecit, non excuſatur à pœna, quæ toti delicto, vel effectui ejus eſt debita, eo quòd proceſſerint ex causâ illicitâ voluntariè quæſitâ, in quâ per conſequens etiam totus effectus eſt virtualiter volitus. Ita Bartol. in *d. l. Divus Adrianus ante numer.* 1. *in* 1. 3 *exemplo.* Tiraquel. *C. de revocandis donat. in verbo revertatur num.* 353. Videatur Farinacius *Tom.* 3. *prax. quæſt.* 87. *num.* 57. Aliud notatu dignum ad hoc intentum animadvertit Julius Clarus §. *final. quæſt.* 56. *num.* 3. quòd ſcilicet ad hoc, ut aliquis excuſetur à pœna impoſitâ pro aliquâ actione prohibita per jus poſitivum humanum, ſufficiat probare talem actionem licitè potuiſſe fieri ob talem,

Digitized by Google

vel talem cauſam: & ſi quis affirmet, præſertim cum juramento, ſe illam ex juſtâ cauſâ feciſſe, & aliunde non conſtet contrarium, debet abſolvi, eo, quòd præſumptio ſtet pro illo. Hoc Julii Clari dictum eſt communis ſententia Juriſtarum, qui in Reo non requirunt juramentum ad hoc ut illi habeatur fides, ſed ſolùm ſimplicem aſſertionem: ideòque adjungunt Curtius *conſil.* 132 *num* 1. Villalobos in *Collect. communium opinionum* littera C. *numer.* 23. Julius Clarus *num.* 22. *Quòd qualibet juſta credulitas excuſat à pœnâ.*

52 Nonnulli, quos refert Julius Clarus *lib.* 5. §. injuria *num.* 16. & §. fin. *quæſt.* 60. *num.* 9 exiſtimant, quòd delicta commiſſa ex repentino furore, & calore iracundiæ abſolutè punienda non ſint, ipſe tamen ſentit hanc ſententiam non eſſe veram.

Alii plures abſolutè docent, quòd in tali caſu delinquens non ſit puniendus totâ pœnâ legis, ſed arbitrariâ; & licet Julius Clarus diſtinguat dicendo, quòd ſi ira habuerit juſtam cauſam, ſicut quando maritus reperit uxorem in adulterio, eamquè interfecit, pœna legis debeat mitigari, ſi tamen juſtam cauſam non habuerit, nullatenus à totâ pœnâ excuſetur: ſtatim tamen cum communi ſententiâ reſolvit, quòd etiamſi juſta cauſa non intervenerit, pœna aliqua arbitraria minor pro delicto, ex repentino iracundiæ calore, & impetu commiſſo, imponi debeat, quia habet minus de voluntario, præſertim quando delinquens recognoſcens delictum de illo pœnituit.

53 Qui commiſit delictum irritatus, & provocatus ab illo, quem poſtea vulneravit vel interemit, non debet puniri totâ pœnâ legis, quia qui committit delictum aliquod provocatus, præſumitur illud facere in ſui defenſionem. Ita Marſilius *conſ.* 137. *num.* 8. Julius Clarus §. *homicidium* à nu. 31. & §. *fin. quæſt.* 60. *nu.* 18. Imò dantur aliquando caſus in quibus aliquis ab omni pœna excuſatur. Videatur Clarus locis citatis.

54 Hìc tamen occurrit ſpecialis difficultas, utrùm, quando non ſunt teſtes, per quos probetur, quis fuerit aggreſſor, & quis prior dederit cauſam, & occaſionem delicti commiſſi, quiſnam illorum qui congreſſi ſunt, pro aggreſſore, & provocatore haberi debeat?

Reſpondetur *primò*, illum præſumi aggreſſorem, qui fuerit inventus munitus armis offenſivis & defenſivis præter morem ſuum ſolitum: Cepol. *conſ.* 28. *ex l.* 3. §. vi poſſidetis *ff. de vi & vi arm.* Blancus in *prax. crim. in part. ult. num.* 16. Et Cicero ſequens hanc regulam in Oratione, quam fecit in defenſionem Milonis, conatur probare, quòd Clodius fuerit aggreſſor contrâ Milonem: *Quoniam Milo inermis, Clodius armatus expectabat.*

Secundò, ille præſumitur aggreſſor, qui à naturâ eſt inquietus, tumultuoſus, & ſolitus cum aliis habere rixas & contentiones. Cardin. in *Clement.* 1. quæſt. 33. *de homicidio* Alciat. *de præſumpt. præſ.* 34. *num.* 4. Blancus ubi *ſuprà num.* 22. & alii, quia hæ conditiones, & qualitates præbent ſufficiens fundamentum tali præſumptioni.

Tertiò ille præſumitur aggreſſor, qui inventus fuit vulneratus, & malè tractatus, quia ſufficiens habetur fundamentum ad præſumendum, quòd illi vulnus inflictum fuerit in vindictam offenſæ, quam prius dedit delinquens per verba, aut facta: Felinus in *cap.* dilect. *num.* 13. *de except.* Blancus ubi *ſuprà n.* 24. Cepol. *conſil.* 24. & alii. Et ita ſi conſtet de cauſis, & exceptionibus, debet pœna legis mitigari, vel totaliter delinquens abſolvendus eſt ab illa, ſi totum, quod fecit, neceſſarium fuerat pro ſua juſta defenſione, quemadmodum diffusè docet Julius Clarus §. *homicidium.*

Circa exceptionem ignorantiæ (quæ quantum ad præſens intentum attinet, ſervit 55 ad excuſandas tranſgreſſiones legum) ſunt diverſa placita, an nimirum excuſet ex toto, vel ex parte, & qualis debeat eſſe ignorantia, in caſu quo excuſat.

Quoad primum punctum Cepolla *Conſil. crim.* 18. *numer.* 5. cum aliis ſentit, quamlibet ignorantiam *juris* vel *facti* excuſare à pœna.

Alii cum Graſſ. *conſil.* 49. *num.* 35. dicunt, quòd ſemper ignorantia legis & ſtatuti, ſi ſine culpa ſit, excuſet à tota pœna, non tamen, ſi ſit cum culpa gravi.

Alii diſtinguunt dicendo, quòd, quando igno-

Ignorantia eſt de re prohibita à jure communi, non excuſet à pœna, ſi tamen ſit de aliquo ſtatuto particulari, quælibet ignorantia, dummodò craſſa & ſupina non ſit, excuſet, Bartol. in *l. Cunctos populos*, num. 21. *C. de Summa Trinit.* Jaſon. *ibidem in* 1. *lect. num.*30. Marſilius in *l. final. num.* 81. *de juriſd. omnium Iud.* & alii.

56 Verùm relinquendo varietatem hanc ſententiarum, eò quod in particulari non explicet ea, quæ magis faciunt ad propoſitum: *dico primò*, quando ignorantia eſt invincibilis, quam alio nomine Doctores appellant *probabilem*, ſive ſit *juris*, ſive *facti*, excuſat abſolutè à pœna, ſicut etiam excuſat à culpa: eſt communis.

Dico ſecundò, ignorantia juris poſitivi humani excuſat à pœna per illud poſita; & idem dicendum eſt de ignorantia *facti*, ſicut etiam de ignorantia ipſius pœnæ taxatæ per jus poſitivum humanum pro tranſgreſſione alicujus legis naturalis, vel divinæ. Quoad Excommunicationem & alias cenſuras tenet iſtam concluſionem Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſput.* 32. cum pluribus, quos citat. Quoad alias etiam quaslibet pœnas illam ſequitur Navarr. in *Summa Hiſpana c.* 23. *&* *n.* 45. *& cap.* 27. *num.* 16. & in Latina *cap.* 23. *& cap.* 27. *num.* 274. in nova editione. Navarrum ſequitur Rodriquez in ſecunda impreſſione *cap.* 195. *num* 3. cum aliis quos citat Sanchez ubi *ſuprà num.* 20. *& num.*21. in fine inquit, ſententiam Navarri eſſe probabilem, & id ipſum affirmat Suarez *Tom.* 5. *in* 3. *part. diſput.* 4. *ſect.* 9. *num.* 22. Ratio Navarri *num* 174. citati eſt; quia licet ad hoc, ut delinquens ſit ſubjectus pœnæ à lege ſtatutæ, non ſit neceſſarius illius conſenſus in pœnam, eſt tamen neceſſarius in cauſam, ob quam imponitur, quemadmodum docet S. Thomas 22. *quæſt.* 64. *art.* 8. cùm autem ille, qui non habet ſcientiam pœnæ, nec etiam habeat ſcientiam cauſæ, in quantum cauſa illius eſt, neceſſum eſt, quòd ignorantia pœnæ redundet in ignorantiam cauſæ, in quantum cauſa eſt: hinc etiam fit, quòd cùm illa gravitas delicto incluſa ſimul cum pœna pro illo à jure poſitivo humano taxata ignoretur, etiam à tali pœna excuſet; licet non ab illa, quæ ipſi ex parte juris naturalis correſpondet; nemo enim ignorat, quòd delicta pœnam proportionatam mereantur. Videatur noſter Gabriel à S. Vincentio, in ſuo jam aliàs citato Opere de cenſuris *diſp.* 1. *quæſt.* 23. *à num.* 256. *uſque ad n.* 270. qui, præter varias compluresque ignorantiæ diviſiones, multa adducit, materiam hanc concernentia, lectione atque obſervatione digniſſima.

Quantum ad ſecundum punctum reſtat videndum, quænam ſit illa ignorantia, quæ 57
excuſat in præfatis caſibus? P. Suarez ubi *ſuprà ſect.* 19. *nu.* 10. inquit, quòd ſi ignorantia ſit ſolùm venialiter culpabilis, in memoratis caſibus excuſet à pœna: ſi tamen contineat culpam mortalem, ſive (quod recidit in idem) ſit *vincibilis mortaliter*, non excuſet, ſentit enim ipſe, omnem ignorantiam *mortaliter* culpabilem eſſe craſſam, & ſupinam. Hoc tamen non probat Sanchez, & ideò *num.* 31. reſolvit, quòd licet ignorantia ſit *mortaliter* culpabilis, excuſet à pœna, dummodò non ſit craſſa & ſupina, cujuſmodi eſt illa, in qua ignorans, aut nullam prorſus, aut valde modicam adhibuit diligentiam, ut illam deponeret, & ſciret illa, ad quæ tenetur, quod idem eſt, ac ſummam interceſſiſſe negligentiam in ſciendo eo, quòd poterat, & debebat ſcire; nam quando adhibuit mediocrem diligentiam, etiamſi non adhibuiſſet illam, quæ eſſet ſufficiens ad excuſandum eum à culpa mortali, ſufficiens eſt ad hoc, ut ignorantia non dicatur craſſa & ſupina, & per conſequens, ut excuſetur à pœna, vel ex toto, vel ex parte, ſi fuerit pœna corporalis, licet ſi pœna conſiſtat in cenſura, excuſet ex toto ſecundùm magis currentem opinionem.

Objicies: Unuſquiſque tenetur ſcire illa, 58
quæ ſpectant ad proprium ſtatum, & Officium, ergò ille, qui advertenter in illis delinquit, ſive per commiſſionem, ſive omiſſionem, manebit ſubjectus pœnæ à ſtatutis, & Conſtitutionibus taxatæ contra tranſgreſſores.

Propter hoc argumentum, quod ſine dubio vim habet, exiſtimo ſequendam eſſe citatam ſententiam P. Suarez cum illa moderatione, quam admittit Julius Clarus loquens de Judicibus *lib.* 5. §. fin. *quæſt.* 60. 59

 num. 14.

num. 14. qua ratione ſcilicet excuſet ignorantia Juris Civilis, vel Canonici: Verba illius ſunt: *Scias etiam, quòd in Iudice, qui tenetur leges ſcire, ignorantia Iuris Civilis, vel Canonici, vel poſiti vi, licet illam excuſet à tanto, numquam tamen excuſat à toto.*

Dico deinde, quòd ignorantia, quando non eſt craſſa & ſupina, licet excuſet à rigore pœnæ per legem ſtatutæ, non tamen excuſat ab alia minori arbitraria, loquendo de pœnis, quæ non ſunt ſpirituales, ſicut ſunt cenſuræ, ab his enim totaliter excuſat: & hoc multò magis habet locum in illis, qui ratione ſui officii (ſicut v. g. Judices & Prælati) ſtrictiorem habent obligationem ſciendi leges, non ſolùm, ut illas obſervent, tamquam ſubjecti illis, ſed etiam ut illas alios faciant obſervare.

60 Hinc ſequitur, quòd (cæteris paribus) ignorantia legum in Prælatis minus excuſet, quàm in ſubditis, ac proinde hi cum minori rigore puniendi ſunt, quàm illi; licet tam hos quàm illos ignorantia, ſi craſſa, & ſupina non ſit, excuſet à rigore pœnæ per legem ſtatutæ. Hæc Concluſio inter Juriſtas communiſſima eſt, quia major pars ſentit, quòd, quando ignorantia craſſa, & ſupina non eſt, licet contineat culpam latam, excuſet tamen à dolo, prout videre licet in Authoribus, quos citat Farinacius in *prax. quæſt.* 90. *per totam*, & prius in *quæſtione* 83. cum diverſis Juriſtis diffusè probaverat, quòd, ſi in delictis criminalibus dolus non intervenerit, ſaltem tota pœna per legem ſtatuta Reis applicari non poſſit, ergò noſtra Concluſio inter Juriſtas communis eſt, quorum non pauci audent dicere, quòd quælibet ignorantia, dummodò affectata non ſit (qualis eſt illa, qua quis ex profeſſo non vult ſcire illa, quæ ſuæ obligationis ſunt, ut tantò liberius operetur & peccet) excuſet à dolo, & ubi non intervenit dolus, non poſſit applicari pœna criminalis. Videatur Julius Clarus *lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 84. *num.* 1. & Farinacius in *duabus citatis quæſtionibus*, in quibus fusè agitur de hoc puncto, atq; Tira. *de pœn. temp. cauſa* 45. *num.* 4. *ad medium.*

61 In hoc puncto modo ſolùm reſtat examinandum, quomodo Reus debeat probare exceptionem ignorantiæ, quando illam affert pro excuſatione, & defenſione ſui delicti Boſſius in *tit. de decret. Mediol. nu.* 19. *ante medium*, Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſ.* 30. cum aliis aſſerunt, illam probandam eſſe per ſigna, & conjecturas veroſimiles, & licet Reus illis uti debeat, quando illas habet in ordine ad probandum intentum ſuum, & Judex ſecundùm eas ſe debeat regulare ad formandum judicium rectum, generaliter tamen loquendo, ſi tales conjecturæ non habeantur, eo ipſo, quòd Reus cum juramento affirmet, ſe habuiſſe unam ex dictis ignorantiis, illam ſufficienter probat, ſi ſit perſona, de qua præſumi poteſt, quòd non ſit falsò juratura, & non adſunt aliæ conjecturæ claræ, & efficaces in contrarium, ſi enim iſtæ adſint, ignorantia per juramentum Rei non probatur. Navarrus *lib.* 1. *conſil. in priori editione, tit. de conſtit. conſil.* 1. *num.* 6. & 7. Caſtro *lib.* 2. *de leg. pœnal. cap.* 14. *§. ſicut dictum eſt.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 186. cum aliis, quos citat, probans illud ex Gloſſa in *cap.* qui divinis & humanis 12. *quæſt.* 2. & in *cap.* propoſuiſti, 28. *diſt.* Tum etiam ratione, quia cùm ignorantia conſiſtat in interioribus delinquentis, & ob interiora homines puniri non poſſint, ſtandum eſt illi, quod ipſe delinquens cum juramento affirmat, quando non ſunt manifeſtæ conjecturæ in oppoſitum; & pro foro conſcientiæ, ſi ſit perſona bonæ fidei, ſufficit illius ſimplex aſſertio, ſicut advertit Sanchez *lib.* 4. *de matrimon. diſp.* 32. *num.* 5. *in fine.*

62 Poſſet tamen aliquis non immeritò dicere, ſi eſt clara & manifeſta conjectura, quòd quis non potuerit laborare ignorantia, eo quòd aliqua lex ſit ſtabilita & nota, ſicut in Religionibus ſunt Regula, & Conſtitutiones uniuſcujuſque, ergò ignorantia talium legum allegata non eſt admittenda. Reſpondet Menochius *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 189. *num.* 8. & *de præſumpt. lib.* 1. *præſumptione* 77. *à num.* 3. talem ignorantiam admittendam non eſſe, aſſerens hanc eſſe ſententiam magis receptam, & illi inhæret Sanchez ubi ſuprà.

63 Verùm non obſtante, quòd hanc ſententiam æſtimem veram, & regulariter practicandã, videtur mihi, quòd quando habentur aliæ

aliæ claræ conjecturæ, & tranſgreſſor legis eſt perſona proba & fide digna, ſi juret, ſe tranſgreſſum eſſe ex mera oblivione, & actuali inadvertentia prohibitionis, illi credendum ſit, & puniri non debeat ſaltem pœna rigoroſa, benè tamen aliqua alia leviori, proportionata illi negligentiæ, & damnis ex illa ſecutis: talis enim oblivio, & inadvertentia includit *ignorantiam facti.*

64 Quando ſubditus ex mandato immediati Prælati ſui facit aliquid, quod *ex natura ſua* malum non eſt, ſed eſt prohibitum per Regulam, aut Conſtitutiones, & ſit de eorum numero, de quibus certò conſtat, illum non poſſe à Superiore obtinere diſpenſationem, vel quia ſcit ipſum illam non obtinuiſſe, vel quia eſt in materia, in qua nemo alius diſpenſare poteſt, quàm Capitulum Generale, non excuſatur à pœna taxata per talem legem contra tranſgreſſores, quia in tali caſu non tenebatur obedire.

Quando tamen mandatum eſt de illis rebus, in quibus Prælatus potuit obtinuiſſe diſpenſationem vel à Definitorio, vel à Generali, aut Provinciali, licet non conſtet ipſi, eum illam obtinuiſſe, excuſatur à pœna ſtatuta per talem legem, quia debet præſumere in favorem Prælati ſibi mandantis, & bona fide procedere. Agit de hoc puncto fusè Julius Clarus 5. *fin. q.* 60. *num.* 15. ex cujus doctrina colliguntur ea, quæ in hoc numero dicta ſunt, ubi etiam dicit, delictum commiſſum ex metu violento excuſare à pœna, vel ex toto, vel ex parte, ſecundùm qualitatem metus.

65 Excuſatur etiam à pœna legis ille, qui ex conſilio hominis alicujus gravis & docti illam tranſgreſſus eſt, præſumens ſe in illo caſu non agere contra talem legem: Ita Farinacius cum pluribus in *prax. quæſt.* 90. *num.* 109. *& ſequentibus.*

Ratio eſt, quia iſte operatur cum cauſa probabili, quandocunque autem quis cum illa operatur, non dicitur tranſgredi legem, & per conſequens non incurrit pœnam impoſitam. Julius Clarus ubi *ſuprà num.* 22. & Farinac. *num* 1. *& ſequentibus,* cum aliis inquiunt, eſſe communem ſententiam: adduntque quamlibet crudelitatem etiam ex levibus fundamentis ortam, quam quis habet, ſe hic & nunc delictum non committere, excuſare à rigore pœnæ legis, & ſecundùm multos Juriſtas, quos citant, excuſari ab omni pœna.

Fundamentum illorum eſt, quia quævis bona fides, aut crudelitas excuſat à dolo, quo deficiente ſecundùm hos Authores non habet locum pœna, ergò ſaltem pro certo teneri debet in noſtra opinione, quòd quando cauſa juſta, & probabilis eſt, à pœna excuſet.

Similiter quando ex tranſgreſſione alicujus legis poſitivæ propter circumſtantias in illo caſu particulari occurrentes bonus effectus ſecutus eſt, ſicut quando aliquis Capitaneus contra ordinem ſui Generalis iniit cum hoſte pugnam, quæ ſucceſſit fœliciter, licet ſecundum regulas prudentiæ ſperari bonus eventus non potuerit, exiſtimat Anchar. *conſil.* 175. *num.* 1. Alber. *de ſtatut. part. ultim. q.* 47. 8. cum aliis, tranſgreſſorem non excuſari à pœna per legem ſtatuta; quia actiones humanæ non debent regulari ſecundùm ſucceſſus caſuales, vel fortuitos, ſed ſecundùm ea, quæ recta ratio dictat & prudentia; hinc ſi merè contingenter, fortuitò, & caſualiter aliquid ſuccedat fæliciter contra id, quod ſecundùm regulas prudentiæ ſperari poterat, & mandatum fuerat, tota pœna per legem ſtatuta applicanda eſt, citantque in favorem ſuum, aliquas leges. 66

Alii Juriſperiti dicunt, quòd ſi bonus effectus ex voluntate, & animo peccaminoſo ſecutus ſit, quia revera res prohibita erat intrinſecè mala, ſicut quando ex eo, quòd quis intraverit aliquem locum animo furandi, fuit detecta traditio, vel proditio machinata contra Civitatem, vel aliquid aliud ſimile ſecutum eſt, tota pœna legis applicanda ſit: ſi tamen bonus effectus ſecutus eſt non ex prava peccandi voluntate, ſed animo, & intentione alicujus boni, ſicut in caſu Capitanei citato in prima ſententia, tunc tranſgreſſori mandati nulla pœna applicanda ſit propter bonum principium, & cauſam, & qua bonus effectus ſecutus eſt: *Quia in delictis non exitus, ſed animus & voluntas attendi debet;* ſicut ſuperiùs dictum eſt *num.* 51. *hujus capitis,* & ita ſentiunt Felinus *cap.* 1. de præſumpt. *num.* 17. Tiraquel. *de pœn. temp. cauſa* 51. *nu.* 2.

Nihilo-

Digitized by Google

Nihilominus Farinac. exiſtimat in *prax. quæſt. 98. num.* 178. quòd, licet tranſgreſſor habuiſſet animum peccandi, v.g. quando fecit aliquid, quod erat intrinſecè malum, ſi tamen ex tali actione peccaminoſa aliquis bonus effectus in bonum commune redundans ſecutus ſit, etiamſi ſolùm per accidens, non pœna à lege ſtatuta, ſed aliqua alia minori arbitraria puniendus ſit.

Fundamentum ejus eſt, quia *in delictis non ſolùm attenditur animus, ſed etiam exitus & effectus*, ſecundùm multorum Jureconſultorum placitum, & mihi videtur hoc magis conſentaneum rationi.

67 Delicta, quæ quis conatus eſt committere, non tamen ſecuto effectu præfixo, ſecundùm jus commune ita punienda ſunt, ac ſi effectus ſecutus eſſet, eſt communis opinio Juriſconſultorum. Verum huic juri majori ex parte per praxin contrariam derogatum eſt, licet non deſint Authores, qui dicant, hanc derogationem non extendi ad delicta atrociſſima, quando conatus erat effectui proximus. Sic Gloſſa in *l.* 1. §. *hæc autem verba,* in verbo *putamus*, *ff. quod quiſque jur.* Felin. in *cap.* 1. de offic. deleg. *poſt num.* 9. verſ. *limita ſecundò*, & alii. Ponunt exemplum *in crimine læſæ Majeſtatis*, impugnationis patriæ, in Simonia, propinatione veneni, & ſimilibus.

Communis tamen & magis practica opinio eſt, quòd quando non fuit ſecutus effectus, quantumvis delicta atrocia ſint, conatus non ſit puniendus pœna rigoroſa legis, ſed aliqua minori ad arbitrium Judicis, attendendo ad delicti qualitatem, & perſonæ conditionem, aliaſve circumſtantias, atque ad conſuetudinem, & leges, quæ circa hoc ſunt in Republica; ſi enim ſit Lex præcipiens puniri conatum, debet obſervari, & ſtatuta pœna applicari. Panormitan. *in cap.* cùm in cunctis, *de electione,* Bertrand. *lib.* 7. *conſ.* 228. *num.* 6. Marſil. *conſ.* 105. *num.* 10. Jul. Clar. §. *fin quæſt.* 92. *per totam.* & §. homicidium, *num.* 14. quos ſequuntur Porrel. *in dub. reg. verb.* pœna, *num.* 3. & alii.

68 Puerilem etiam, aut ſenilem ætatem, exiſtimant Doctores, eſſe cauſam ſufficientem ad minuendam, & mitigandam pœnam legis in delinquentibus, quod relinquitur arbitrio Judicum, & Prælatorum, qui cum prudentia, & pietate Chriſtiana ad has, & ſimiles debent reſpicere qualitates, & circumſtantias.

§. V.

De Purgatione Canonica.

Inter Exceptiones Rei ponunt Doctores purgationem, vel purificationem delicti, quam definit Hoſtienſ. *tit. de purg. Canonic.* his verbis: *Eſt probatæ æſtimationis, ob impoſitum crimen maculatæ, legitima probatio, à jure introducta, ad ſatisfaciendum aliis.* Brevius illam definivit Sylveſter verb. *purgatio,* dicendo; *Eſt objecti criminis innocentiæ oſtenſio debito modo.* 69

Non facio hìc mentionem de purgatione, quam vocant *vulgarem* à vulgo adinventam, quæ ſit penes hoc, quòd quis tangat manu ferrum ardens, & ſimilibus, hanc enim Jus reprobat *Tit. de purgatione vulgari*, cùm aliquæ ſint contra omnem rationem, aliæ verò ſuperſtitioſæ. Canonica inſtituta fuit per Sacros Canones in *tit. de purg. Canonic.* & aliis, ad hoc ut Reus ſe purgaret ab infamia, & Indiciis, quæ contra illum ex informatione reſultârunt. Tractat de hac materia fusè P. Antonius Delgadus Torreneira in ſua *tabula Prælatorum, cap.* 4. *tit.* 2.

De modo faciendi purgationem Canonicam, agitur in *cap. quoties,* §. porrò, & fin. *de purgat. Canon.* & fit in hac ſequenti forma. Reus debet jurare per Deum, Sanctaque quatuor Evangelia in præſentia Prælati, quòd tale delictum non commiſerit, debent huic juramento etiam intereſſe aliqui teſtes vitæ probatæ, & fide digni, qui jam pridem habuerint notitiam Rei, qui eodem modo & forma, qua juravit Reus, jurare debent, non quòd non commiſerit delictum, ſed quòd credant, eum juraſſe verum, & iſti vocantur Compurgatores, & ſi haberi poſſint, debent eſſe ejuſdem Ordinis, & ſtatus, cujus eſt Reus, *cap.* inter ſollicitudines, *de purg. Canonic.* Numerus horum teſtium relinquitur arbitrio Judicis, ſecundùm quod infamia, indicia, & crimina ſunt magis, vel 70

minus

minus gravia. Capite citato Innocentius III. uni Decano aſſignavit quatuordecim compurgatores, & unus Epiſcopus compurgari debuit per duos Abbates in *Cap.* cùm in juventute, *eodem titul.* Iſta compurgatio fieri debet publicè coram Communitate, in qua delinquens infamatus eſt ad ſatisfaciendum ſcandalo, quod paſſa eſt Communitas.

71 His temporibus, niſi in Sancto Inquiſitionis Tribunali, hæc exceptio non eſt in uſu, nec videtur neceſſaria, quia ſi delictum plenariè probatum eſt, dicta purgatio nullum habet effectum, nam Teſtes, qui condemnant Reum, de tali delicto deponunt ex certa ſcientia in particulari, compurgatores autem ſolùm faciunt fidem in communi, & fundantur in præſumptione valde fallibili, ac deceptionibus expoſita.

Si autem delictum non plenè, ſed ſemiplenè dumtaxat probatum ſit per unum teſtem oculatum, vel per indicia æquivalentia, unum ex duobus fieri poteſt.

Primum eſt, torquere Reum, ſicut *cap.* 12. *num.* 2. dictum eſt juxta Juriſtarum ſententiam, & ſi hoc non ſit conveniens, poterit condemnari ad pœnam arbitrariam. Verùm quia ad procedendum contra Religioſos plus requiritur, quàm ad procedendum contra ſæculares, ſicut *eodem capite num.* 7. *&* 31. dictum eſt, ſi non habeatur major probatio quàm ſemiplena contra Religioſum bonæ exiſtimationis, negando delictum ſub juramento accepto à Judice in Confeſſione, & ſub præcepto ipſi impoſito, cùm illi exhibentur articuli, remanet ſufficienter purgatus, & liber dimittendus eſt.

Si tamen adſint indicia excedentia ſemiplenam probationem, ita tamen, ut non pertingant ad plenam, debet ad pœnam arbitrariam condemnari, & id ipſum aſſero, quando indicia non excedunt ſemiplenam probationem, Reus tamen ſit perſona ſuſpecta, & vitæ non probatæ, ſicuti loco citato dictum eſt.

Exiſtimo tamen, quemlibet Religioſum, ſi non habeatur alia probatio, quàm infamia, fundata ſolùm in dicto unius teſtis oculati, qui contra juſtitiam, & charitatem delictum occultum, & perſonale publicavit, & ex Inquiſitione Judex alia indicia elicere non potuit, negando delictum cum juramento, ſufficienter purgatum remanere. Dictum autem talis infamatoris poteſt haberi pro ſuſpecto, ac proinde minus fide digno. Et omninò videtur, quòd Prælati Regulares, tamquam Advocati Reorum debeant ad injuſtitiam reſpicere, quam in tali caſu paſſi ſunt, eoſque abſolvere, quando negarunt, & dubio procul hoc poſſunt facere, ſicut *capite* 18. *num.* 4. dictum eſt, ſuppoſito, quòd cum inquiſitione facta ſatisfecerint ſcandalo ex infamia nato, & ſuo muneri ac officio.

Exceptiones in toto hoc capite enumeratæ ſunt illæ, quæ communiter ſervire poſ- 72
ſunt pro defenſione Rei, vel in ordine ad illum abſolvendum, vel ad diminuendam ipſi pœnam per legem taxatam; & licet aliquæ ex his Exceptionibus fieri debeant ante Confeſſionem, aliæ verò poſt illam, aliquæ ante exhibitionem articulorum, aliquæ autem poſt illam, viſum mihi fuit conſultum colligere, & ponere hic magis communes, cùm ſpectent ad idem aſſumptum, reſervando ſolam exceptionem Appellationis pro *ultimo capite hujus primæ partis.* Qui voluerit videre tam has, quàm alias magis fusè diſcuſſas, legat Tractatum, quem fecit Tiraquel. *de pœnis temper.* Jul. Clar. *§. fin. q.* 60. Farinacium in *prax. tit.* 10. *de pœnis temperandis, à q.* 87. *uſque ad* 98. *incluſivè*, & alios plures, quos hi Authores citant.

Deſerviunt etiam dictæ Exceptiones ad 73
hoc, ut per illas videant Judices, quando licitum ſit, vel obligatorium mitigare pœnas à legibus ſtatutas, certum enim eſt, quòd poſſint, & debeant ſemper mitigare, juſta intercedente cauſa, & hoc etiam intelligendum eſt de Judicibus inferioribus reſpectu legùm ſancitarum à Superioribus, prout dicetur in *cap.* 25. *num.* 3. & cum communi ſententia docent Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt. Regul. q.* 21. *art.* 2. Miranda *de Ordin. judic. q.* 28. *art.* 6. Nam ratio naturalis dictat, quòd illæ cauſæ, quæ minuunt culpam, minuant etiam pœnam, & è contra illæ, quæ augent, & aggravant delictum, augeant etjam pœnam, juxta illud Deuteronom. 25. *Pro menſura peccati erit plagarum modus* Et

licet Judex (regulariter loquendo) teneatur applicare pœnam à lege taxatam, ſicut determinitur in *cap. de cauſ. de Offic. deleg.* & tenet Decius *ibi nu.* 21. ſi tamen habeat juſtas cauſas, quales ſunt enumeratæ, poteſt pœnam moderare, cùm hoc ipſum ipſis legibus contineri videatur, & ſecundùm rationem intelligendæ ſint. Colligitur hoc ex *cap. ultim.* de tranſactionibus, & ſequuntur Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 9. *num.* 8. Jul. Clar. §. *fin. q.* 87. Bernardus Diaz. *cap.* 146. Tiraq de *pœnis temp. in præfation. n.* 16. Menoch. de *arbitr. quæſt.* 96. *num.* 14. Navarrus in *rub. de indiciis, num.* 9. Farinac. *in praxi, Tom.* 1. *q.* 17. *nu.* 7.

Concludo hoc caput notando, quòd ad judicandum dextrè & ſecurè de cauſis diminuentibus, vel aggravantibus delictum, multum interſit attendere ad perſonam delinquentem, ad locum, tempus, & occaſionem, quam habuit ad delinquendum, ſicut notant Jura & Authores citati. Quis enim non videat, delictum ex certa patrâtum malitia gravius eſſe eo, quod ex repentino effervescentis coleræ & iracundiæ motu commiſſum fuit, & per conſequens illud graviori pœna, quàm hoc dignum eſſe? ut habetur in *l.* 1. *C. ad leg. Cornel.* de Sicariis, & *in l. qui injuria cauſa, ff. de furtis*, & in aliis pluribus. 74

CAPUT XXII.

De Articulis, vel Capitulis Reo proponendis, & modo reſpondendi ad illos.

1 EXcepta Rei confeſſione, communicatiſque ei dictis Teſtium, in quantum communicanda ei ſunt, atque auditis ejus exceptionibus cum reliquis, quæ explicata ſunt *cap.* 18. 19. 20. & 21. debent illi præſentari articuli, qui nihil ſunt aliud, quàm quædam capitula, quæ reſultant ex dictis teſtium, & ejus propria Confeſſione, quod in cauſis gravibus Reo denegari non poteſt, eo quòd ſpectet ad jûs naturale ſe defendendi, ſicut patet ex *cap.* qualiter, & quando, 2. *de accuſationibus*, ubi Pontifex dicit: *& exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit requirendum, ut facultatem habeat defendendi ſe.*

Id ipſum commendatur in *Clementina* ſæpè *de verborum ſignificat.* Et advertendum eſt, quòd articuli Reo exhibendi ſint, etiamſi fuerit faſſus delictum; adeò ut in delictis gravibus, neque ipſa Rei confeſſio excuſet Judicem ab exhibitione articulorum, aut copia capitulorum: nec hoc excuſat ab eo, quòd non petatur confeſſio à Reo, ſicut *cap.* 19 *num.* 16. dictum eſt.

Ratio hujus eſt, quia confeſſio ordinatur ad conteſtationem cauſæ, quæ fit penes hoc, quòd Reus fateatur vel neget ea, de quibus interrogatur, & ideò non eſt neceſſum concedere illi tempus ad reſpondendum, ſicuti *cap.* 18. *num.* 20. dictum eſt. Verùm communicatio articulorum ordinatur ad hoc, ut Reus reſpondeat, ſi habeat aliquid pro ſua tutela & defenſione; & idcircò pro reſponſione ad articulos conceditur tempus ſufficiens ad conſiderandum ac perpendendum, quid poſſit adducere, vel ad culpam diluendam, vel ſaltem diminuendam, juxta doctrinam capitis præcedentis.

2 Reviſo igitur proceſſu cum attentione, & his, quæ reſultant ex teſtium depoſitione, propriaque Rei confeſſione, poterunt ipſi præſentari in articulis omnia illa, quæ in confeſſione ab illo peti potuiſſent, illa nimirum, quæ plenè, vel ſemiplenè probata ſunt, vel per teſtes oculatos, vel per indicia æquivalentia, nec non per viam accumulationis in ordine ad probandam ipſius incorrigibilitatem, vel aggravandam circumſtantiam reincidentiæ: poterunt illi etiam proponi articuli de delictis jam punitis, & de pœnis pro illis applicatis, de quibus non eſt emendatus, etiam de defectu, ſi quem commiſit in implenda pœnitentia pro talibus deli-

Digitized by Google

delictis ipſi impoſita, de his enim omnibus ab illo confeſſio ſumenda eſt, ac per conſequens de iiſdem ſunt ipſi etiam exhibendi articuli. Si tamen Reus aliquid falſus ſit, de quo non erat infamatus, non poteſt illi in articulis proponi, ſi non ſit aliquid, inferens damnum bono communi, vel alicui tertio innocenti, ſi enim hoc eſſet, & non affulgeret ſpes certa emendationis per ſecretam correctionem, quid in tali caſu fieri poſſit, aut debeat, jam dictum eſt *cap* 15. *&* 19.

3 Licet ſumpta confeſſione à Reo cum præcepto & juramento, non videatur neceſſarium imponere ipſi novum præceptum ad hoc, ut reſpondeat, ſi quid habet in ſui defenſionem, nihilominus communis praxis eſt, id illi imponere, ut illius dictum faciat majorem fidem, & conſtet, nihil eorum fuiſſe prætermiſſum, quæ pro illius poterant facere defenſione, eò quòd per præceptum ad illud faciendum compulſus fuerit.

4 Hoc præceptum debet ſcribi à Secretario, & à ſolo Prælato ſubſcribi, & ſtatim in calce præcepti ſcripti ponendi ſunt articuli facti contra Reum, dicendò: Primò imponitur illi, &c. Poſtea Secretarius notificat Reo tale præceptum, eique illud conſignat cum articulis, in quorum calce deſignat diem, & horam, quibus prædicta notificatio & conſignatio facta eſt.

5 In præfato præcepto mandandum eſt Reo, ut planè & ſimpliciter confiteatur veritatem ad propoſitos articulos, & omnia illa alleget, quæ faciunt in illius defenſionem, ſignificando illi, quòd in omnibus ſecundum quod juſtitia exigit, audiendus ſit, dandumque eſt ipſi tempus, quod fuerit neceſſarium ad hoc, ut maturè & prudenter reſpondere poſſit.

Circa quod notandum eſt, quòd in determinando tempore, quo Reus ad articulos reſpondeat, nequeat certa regula aſſignari, nec eſt aliquod jus, quod illud determinet; dicitur tamen in *cap.* hortamur, 3. *quæſt.* 9. ad Judices: *Et competentem legibus & veritati terminum detis.* Terminus autem competens eſt idem quod neceſſarius, ac proinde quando iſte non datur, Reus habet juſtam cauſam appellandi, ſicut conſtat ex *cap.* 1. *de dilationibus*, & Gloſſa *ibidem*, & in *cap.* legitima, *de appellationibus in 6.* unde colligitur, quòd aſſignare duodecim, viginti, aut viginti quatuor horas, ut Reus reſpondeat ad articulos, ſit penes arbitrium Judicis, qui ſecundùm circumſtantias, & gravitatem caſus debet aſſignare non quidem totum illud tempus, quod petet Reus (hoc enim poſſet eſſe ſuperfluum, otioſum, & nugatorium, quod concedi non debet) ſed illud, quod exigunt media, quæ hic & nunc ſe offerunt pro juſta ejus defenſione; ſicut ſi v. g. deberet præſentare teſtes ad probandam negativam coarctatam, & eſſent diſtantes, vel eſſet neceſſarium oſtendere tales, vel tales ſcripturas, &c. In his, & ſimilibus caſibus ſatis apparet concedendum eſſe plus temporis, quàm in aliis, in quibus Reo aliud non incumbit, quàm ſatisfacere oretenus, vel in ſcriptis, ad quod ſufficiens tempus ordinariè eſt ſpatium viginti quatuor horarum, quod communiter in cauſis Religioſorum aſſignari ſolet: ut tradit noſter pientiſſimus ſapientiſſimuſque P. Ferdinandus à S. MARIA in *Inſtitution. Fratrum Diſcalceatorum Beatiſſ. V. MARIÆ de Monte Carmelo, Congreg. S.* ELIÆ, Romæ an. 1630. excuſis, & Auguſtæ Vindelicorum an. 1631. recuſis.

Si Reus illi tempori, quod illi à Judice conceſſum eſt, & in ſimilibus caſibus concedi ſolet, ſua ſponte renunciet, quia illi non videtur neceſſarium, eo quòd excuſationes, & reſponſum habeat in promptu, Secretarius debet facere fidem, qua ratione Reus illi tempori competenti tot horarum vel dierum à Judice conceſſo liberè renunciaverit, ut conſtet Judicem ſuæ obligationi ſatisfeciſſe. 6

Advertendum eſt, articulos non debere dari Reo in generali & communi, vel dicendo, imponitur illi, quòd ſit murmurator, latro, &c. quia ſimilibus articulis nequit Reus ſatisfacere, nec ab illis ſe defendere niſi negando, quòd ſæpè non prodeſt, & impeditur potius illius juſta defenſio. Igitur articuli debent poni explicitè, & in particulari, determinando tempus, & occaſionem, in qua contigit, prout decernitur 7

in l. libellorum, ff. de accuſat. & *in l. Prætor*, ff. de injur. Nec quamcunque diligentiam in hoc Judex æſtimet nimiam, hoc enim totum ad juſtam Rei defenſionem ſpectat, & per conſequens ad Jus naturale, à quo nullus Judex exemptus eſt. Videatur *caput* quoniam contra, *de probat.* ex illo quippe tota præſens colligitur doctrina.

8 Poſtquam Reus ad articulos reſpondit, Secretarius in calce Reſponſionis ponet: *hoc eſt, quod ad objecta reſpondit, & interrogatus, an aliquid aliud haberet ad dicendum, & allegandum in ſuum favorem aut defenſionem, reſpondit ſe nihil habere amplius:* & ita cauſa cenſetur concluſa & terminata uſque ad ſententiam excluſivè, debentque Judex, Reus & Secretarius ſe ſubſcribere, determinando diem, menſem, & annum, juxta ſtylum, qui ponetur in praxi ſecundæ partis.

CAPUT XXIII.

De Carcere.

1 PRincipalis finis, ob quem carceres introducti ſunt, fuit cuſtodia ſecura delinquentium, donec eorum cauſæ decidantur. Solet enim carcer applicari per ſententiam in pœnam alicujus criminis gravis, & nonnunquam ſupplet vices torturæ ad affligendum Reum, quando contra ipſum habetur probatio ſemiplena, vel indicia æquivalentia, & negat delictum, & videtur conveniens dare Reis iſtam torturam, additis quibuſdam aliis pœnalitatibus, ut docent Paulinus Berti in *praxi tit. 22. cap. 6.* noſter Thomas à Jesu *Tract. 3. cap. 13. num. 5.* Ad quod requiritur ſententia, & ſine ipſa, ſicut ſtatim dicemus, nemo torqueri poteſt.

2 Inter Religioſos etiam debent eſſe carceres competentes, ſicut diſponitur in *cap.* Abbates, 18. *q.* 2. & ibi Gloſ. & Doctores, & in *cap.* ſi Clericos, *de ſententia excommun. in 6.* & communiſſimè id ordinat ac mandat Sacra Congregatio Cardinalium in quodam Decreto approbato, & publicato per Urbanum VIII. Romæ 21 Septembris 1624. cujus verba ſunt: *Unaquæque Religio privatos habeat carceres, in qualibet ſaltem Provincia.*

3 Carcer, qui deſervit ſolùm pro cuſtodia Religioſorum, debet eſſe benè munitus, & ſecurus, neque debet habere annexas alias pœnalitates. Ita habetur in *l.* 1. *C. de cuſtodia Reorum.* Ac proinde non eſt licitum dare illis alias pœnitentias, nec injicere manicas, pedicas, compedes, catenas, vel alia hujuſmodi vincula aut detrudere in loca pœnoſa, tetra, horrida & tenebroſa, niſi aliquid horum fortaſſis expediret, & neceſſarium eſſet ob periculum, perſonæ incarceratæ, aut ob defectum carceris parùm ſecuri.

Conformiter ad hoc decretum non minus doctè quàm piè voluit Imperator Conſtantinus *dict. l.* 1, *C. de Cuſtodia Reorum,* ut carceres ita diſpoſiti, factique eſſent, ne aliam prorſus, vel majorem incluſis inferrent pœnam, & moleſtiam, quàm nudam cuſtodiam, & ita ſentiunt Juriſtæ, ac Theologi admonendo eos, quòd quoad hoc reſpicienda ſit gravitas delicti, authoritas, ætas, & ſalus perſonæ incarceratæ, diverſam enim cuſtodiam requirit juvenis fortis, & robuſtus, quàm ſenex extenuatus & debilis, aliam ſanus, quàm infirmus, ille qui fuit carceri mancipatus ob aliquod atrociſſimum delictum, quàm qui ob aliquod minus grave. Videatur Menochius *de arbitr. lib. 2. caſu* 305. ac Farinacius in *praxi, quæſt.* 27. qui præſentem materiam fusè tractant.

Hinc advertant Prælati, ſe graviter delinquere incarcerando Religioſum aliquem 4
ſine juſta cauſa, ob grave nocumentum, quod illi inferunt, non ſolùm infamando, ſed etiam injurioſè & violenter detinendo, ac

Digitized by Google

ac proinde incidunt in Excommunicationem Canonis. Ita tenent Joannes Andreas, Corneus, Julius Clarus, Sylveſter, & alii quos refert & ſequitur Alderete *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 20. & idem eſt, quando incarcerant aliquem juſta de cauſa, excedunt tamen in qualitate & conditione carceris, imponentes magis pænoſum & injurioſum, quàm ſecura delinquentis exigat cuſtodia.

Nam ſicut inquit Alderete: *Etiamſi non ſit violenta detentio, ſi tamen ſit injurioſa, excommunicationis ſententiâ ligatur cap. nuper, de ſententiâ excommun.* Quòd ſi Prælatus injuſto carceris rigore eſſet cauſa infirmitatis, & mortis Reo, remaneret irregularis, ſicut docent Navarrus in *cap.* ſtatuimus 15. *quæſt.* 13. Covarr. in Clement. *ſi furioſus* 2. *part.* §. 5. *n.* 5. ſequentes Gulielmum à monte Lauduno in Clement. 1. *de pænit. & remiſſionibus.*

Dictis tamen non repugnat, quòd, quando carcer datur per modum torturæ ad extorquendam veritatem, quam Reus negavit, vel in pœnam delicti, poſſit eſſe magis, vel minus pænoſus ſecundum qualitatem delicti, & perſonæ, aliarumvè circumſtantiarum, in quo regula certa aſſignari non poteſt, ſed relinquitur arbitrio chriſtiani & prudentis Judicis, qui ſemper curare debet, ne nimio rigore ſuo cauſa ſit, vel occaſio mortis Rei, quæ induceret irregularitatem. Sic Menochius & Farinac. ubi *ſupra*, noſter Thomas à Jeſu *Tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 3. & 4. Alderete *loco citato ſupra num.* 22. cum aliis.

6 Advertendum eſt etiam, quòd quando delicta ſunt valde atrocia, ſine alio fundamento Prælatus poſſit Religioſum incarcerare per modum cuſtodiæ, quia ipſa gravitas delicti præbet ſufficiens fundamentum ad hoc, ut timeatur fuga delinquentis. Alderete ubi *ſuprà num.* 5. ubi inter hujuſmodi delicta enumerat omnia illa, ob quæ Clericus meretur degradationem vel depoſitionem, & dicit, tale delictum etiam eſſe id, quod committitur contra votum caſtitatis. Colligit hanc doctrinam ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. de reformatione, ubi Concilium juſtum timorem fugæ præſumit in Clerico incontinente, *& in atrocioribus delictis depoſitionem, aut degradationem requirentibus.*

In aliis verò delictis, quæ tàm gravia non ſunt, ſicut modò dicta, Religioſi incarcerari non poſſunt, niſi aliunde Prælatus timeat cum ſufficienti fundamento Reum ex Moneſterio fugiturum, ſi enim haberet ſufficiens fundamentum, etiamſi ſciat illum non commiſiſſe majus aliquod delictum, quàm illud, quod committeret capeſſendo fugam, & egrediendo clauſuram, poteſt illum carceri mancipare, ut habetur in *cap.* Abbates 18. *quæſt.* 2. & in *cap.* quamvis *de pœnis in* 6. & docet Alderete *num.* 7. & 8. 7

His dictis tamen non obſtantibus in Religionibus attendendum eſt ad leges, & ſtatuta particularia uniuſcujuſque, & in caſibus, in quibus decernunt incarcerationem Religioſorum, executioni mandari debet, ſi conſtet de delicto, pro quo pœna carceris taxata eſt, cum reliquis circumſtantiis à legibus aſſignatis. 8

Duæ quoque hic difficultates ſe ſe offerunt. Prima eſt, an Prælatus poſſit incarcerare Religioſum, antequam per ſummariam informationem conſtet, illum tale delictum commiſiſſe, de quo infamatus eſt, & quod illi imponitur? 9

Reſpondetur, quòd abſolutè non poſſit, ut conſtat ex *leg.* 2. *C. de exhibendis Reis*, & *l.* 2. *C. de cuſtodiâ Reorum*, & ex Sacro Concilio Tridentino *loco cit.* ubi dicit: *Summariam informationem ab Epiſcopo præmittendam.* Et ita tenet Farinacius cum multis in *praxi quæſt.* 27. *num.* 76. Julius Clarus §. *fin. quæſt.* 28. verſu quinto *quæro numquid*, Emmanuel Rodriquez *Tom.* 1 *qq. q.* 17. *art.* 4. & *q.* 3. *art.* 3. Portel. in *dub. reg.* verb. *Carcer. num.* 1 Dicuntque iſti Authores, caſum debere eſſe probatum in proceſſu per duos teſtes, & ſi loquantur de teſtibus conteſtibus, qui probent indicia, facientia plus quàm ſemiplenam probationem, verus eſt illorum dicendi modus, quia ad incarcerandum Religioſum aliquem plus requiritur, quàm ſemiplena probatio propter infamiam, quæ ſequitur ex incarceratione. Ita tenet expreſsè Alderete ubi *ſuprà numer.* 12. his verbis: *Quapropter legitima indicia probata requiruntur, quæ ſi non Reum convincunt, ſaltem pluſquàm ſemiplenè crimen comprobatum oſtendant.* Et hoc inquit, intelligitur in

Digitized by Google

ordine ad incarcerandos Clericos, ac proinde multò magis in ordine ad Religioſos, quia hi ſemel incarcerati, etiamſi poſtea liberentur, propter humanam malitiam fidem famamquè per litam non recuperant.

10 Nihilominus hi Authores admittunt aliquos caſus, in quibus abſque ſummarià informatione præmiſsà poſſit Prælatus Religioſum delinquentem incarcerare, dummodò habeat aliquam certitudinem moralem, quòd Religioſus tale delictum commiſerit, ob quod incarcerari meretur.

Primus eſt, quando Prælato conſtat, Religioſum fugam meditari, antecedenter ad Summariam informationem illum incarcerare poteſt, & poſtea illam ſumere, quia ut inquit Ulpianus: *Non pœna feſtinatione ſed prævenienda periculi cauſà puniri permittitur.*

Secundus eſt, quando Prælatus Religioſum delinquentem deprehendit in flagranti, ſicuti faciunt omnes miniſtri juſtitiæ, & docent Juriſtæ.

Tertius eſt, quando delictum eſt notorium, & eſt taxata pœna carceris pro illud committente; quia ipſa notorietas dat licentiam, ſi timeatur fuga, & etiam ad ferendam ſententiam, abſque eo quòd obſervetur ordo Judicialis, quemadmodum dicemus *cap.* 24.

11 Secunda difficultas eſt, an quemadmodum in quibuſdam caſibus, ſæcularibus eſt licitum fugere ex carcere, ſic etiam aliquando Religioſis? Pro Reſolutione hujus difficultatis, quæ ſatis gravis eſt (tamquam certum in omnium opinione præſupponendum eſt) numquam eſſe licitum Religioſo fugere ex carcere, vel clauſura, etiamſi injuſtè in illà detineatur, & vereatur aliquod majus malum, animo vagandi ſine ſubjectione ad obedientiam. Ita docent Cajet. 22. *quæſt.* 64. *art.* 4. *dub.* 2. *in fine*, Navarrus *comment.* 4. *de Regularibus num.* 64. *corol.* 5. Salzedo *in additionibus ad pract. Bernard. Diaz. in c.* 137. §. *imò circa carcerem* Bannez 22. *quæſt.* 64. *art.* 4. *poſt* 5. *concluſ.* Arag. *ibidem circa* 2. *argum.* Salon 22. *quæſt.* 69. *art.* 4. *controverſ.* 2. *poſt* 2. *concluſ.* Sairus *in Clavi Reg. lib.* 12. *cap.* 18. *num.* 9. Thomas Sanchez *lib.* 6. *Summæ cap.* 8. *num.* 12. & alii.

Ratio eſt, quia Religioſi per votum obedientiæ ſemetipſos ſuà libertate privarunt, ac proinde in nullo caſu illà uti poſſunt, excutiendo jugum obedientiæ eo fine, ut vagari queant. Unde tota difficultas reducitur ad hoc, an quando injuſtè in carcere detinentur, metuuntquè grave damnum ſibi ipſis, & famæ ſuæ (ſi injuſtitia Prælati inferioris clara & manifeſta ſit) an tunc effringendo carcerem aufugere poſſint, ut recurrant ad alios ſuperiores ad poſtulandam juſtitiam, cùm non habeant aliud medium illam obtinendi, ſi enim haberent, dicta fuga non foret licita, ſicut advertunt benè Azor. *Tom.* 1. *Inſtitut. moral. lib.* 12. *cap.* 11. *quæſt.* 7. & 8. Sanchez ubi *ſuprà, num.* 13. & 17. cum aliis.

Hoc ſuppoſito: *prima* ſententia aſſerit, quòd licet juſtè aliquis Religioſus ſit incarceratus, ſi tamen metuat graviſſimum aliquod damnum perſonale ſive ante, ſive poſt ſententiam, ſicut v. grat. eſſet pœna mortis, mutilationis, & non haberet aliud medium evadendi, poſſit effringere carcerem, & fugere ex Monaſterio, non quidem animo vagandi, ſed præſentandi ſe alteri Prælato ſuperiori, & petendi miſericordiam, & ut mitiget illam pœnam, vel malum, quod metuit. Sequitur hanc ſententiam Salon. ubi *ſupra concluſ.* 2. *in fine* quantum ad pœnas memoratas, non tamen quando timentur aliæ minores. Idipſum cum eadem limitatione ſentit Sanchez ubi *ſupra numer.* 12. & licet Salonius pro illa citet Cajetanum in *dub.* 2. *art.* 4. contrarium tamen tenet loquendo de Religioſis, verba illius ſunt: *Religioſi tamen, quia libertate ſui motus proceſſivi extra clauſtra ſe privarunt, ſupponentes ſe per tria vota Prælatis ſuis, quàcunquè ex cauſà à ſuis Prælatis juſtè detineantur, non poſſunt licitè extra præfixos ſibi terminos fugiendo exire; cùm nec exire poſſint non detenti clauſtrum ſine licentià Prælati*: Dictam ſententiam ſequitur etiam Bannez ubi ſupra citatus, & impugnatus à Sanchez *num.* 13. & 16. non ſolùm loquendo de illis caſibus, in quibus timentur præfata damna mortis, vel mutilationis alicujus partis corporis, verùm etiam alia graviſſima, qualia ſunt carcer perpetuus, triremes, &c. 12

Fun-

13 Fundamentum Salonii & Sanchez eſt, *quia naturale deſiderium conſervanda vita, & cujuslibet partis corporis jus fugiendi prabet, quod nullo voto abdicatum eſt.* Patris verò Bannez, quantum ad id, quod addidit ad illam ſententiam, eſt, quia duriſſimum videtur negare, quòd aliquis Religioſus in tàm gravibus pœnis & anguſtiis, cujuſmodi ſunt perpetuus carcer, & triremes, non poſſit uti illis mediis, quæ ipſa natura concedit ad liberandum ſe ab illis, vel ex toto, vel ex parte, cujuſmodi eſt, cum humilitate recurrere ad Prælatum ſuperiorem, & ab ipſo petere miſericordiam.

14 *Secunda* ſententia aſſerit, quòd ſemper cùm Religioſus patitur, aut timet pati grave aliquod damnum in ſuâ perſonâ vel famâ, & conſtet, Prælatum inferiorem injuſtè procedere, vel quoad ſubſtantiam, vel quoad modum exorbitantem, quo illum tenet incarceratum, vel tractat, & punit, ſi aliud medium non ſuppetat, poſſit fugere ex carcere, & clauſurâ, & ire ad alium Prælatum, v. gr. ad Provincialem, Generalem, Protectorem, vel Summum Pontificem, ut illum defendat ab impoſito gravamine, & pœnâ, quam injuſtè patitur. Hanc ſententiam tenent Navar. *comment. 2. de Regularib. numer.* 61. & *comm.* 4. *num.* 64. *corol.* 5. Salzedo *ad pract. Bernard. Diaz in c.* 137. *§. eſt in ſuperiore.* Rodriquez 1. *Tom. ſumma cap.* 40. *nu.* 1. & *Tom.* 2. *quaſtionum q.* 22. *art.* 6. Sanchez *lib.* 6. *Decalog. cap.* 8. *num.* 14. & 15. cum aliis.

15 *Tertia* ſententia abſque limitatione pænæ majoris, vel minoris, & hujus, quod eſt juſtè, vel injuſtè pati, aſſerit, Religioſos non poſſe fugere ex carcere & clauſura; quia talis fuga non fit abſque notabili ſcandalo, & dedecore Religionis, & ad hoc evitandum quilibet particularis debet cedere ſuo juri; tum etiam, quia Religioſi in ſua profeſſione voluntariè ſe hac libertate privarunt: tum denique quia Concilium Tridentinum ſine ulla limitatione *ſeſſ.* 26. *cap.* 4. *de Regularibus* ſub gravibus pœnis prohibet, quòd nullus Religioſus *etiam pratextu accedendi ad ſuos ſuperiores* deſerat clauſuram ſine licentia ſuorum Prælatorum. Hanc ſententiam tenent Noſter Thomas à Jesu *Tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 8. Martinus a S. Joseph in ſua *Epitome cap.* 4. *num.* 6. & Suarez inquit *Tom.* 4. *de Religione lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. viros graves hujus eſſe ſententiæ.

16 Noſtra ſententia ſequentibus explicatur concluſionibus. *Dico primò*: quando Religioſus eſt incarceratus ob delictum aliquod, quod juſtè pœnam gravem, etiam mortis, meretur, nec ante nec poſt ſententiam fugere poteſt ex carcere. Ratio eſt, quia Religioſus tenetur obedire ſuo Prælato, qui cum juſtè incarceravit, eique præcepit, ne fugeret, & cùm ex alia parte ratione ſui ſtatus teneatur ad clauſuram Conventus (prout ſtatim probabimus) non habet quidquam, quod ipſi patrocinetur ad licitè fugiendum.

17 Confirmatur hoc ex doctrina Cajetani 22. *quaſt.* 46. *art.* 4. *dub.* 2. Valentiæ 22. *diſp.* 5. *quaſt.* 13. *punct.* 4. *col.* 4. *in ſolutione ad* 5. Sayri in *Clavi Regia lib.* 12. *cap.* 18. *num.* 14. qui exiſtimant, Reum etiam ſæcularem non poſſe fugere ex carcere, in quo juſtè ad mortem condemnatus eſt, ſi Judex ſpeciali mandato ipſi fugam prohibeat, ergò multò minus fugere poteſt Religioſus, cui plerumque præceptum talem fugam vetans imponitur. Præterquam quòd ſicut communiter Doctores ſentiunt, cauſæ quæ ſufficiunt in aliquo ſæculari ad honeſtandam fugam ex carcere, non ſufficiunt in aliquo Religioſo, propter majorem obligationem, quam habet ad obediendum, & obſervandam clauſuram ratione ſui ſtatus, & profeſſionis. Hanc concluſionem contra citatos Authores tenet Emmanuel Rodriquez *Tom.* 2. *quaſtionum Regularium q.* 22. *art.* 6. & *in primo tomo ſumma cap.* 40. *num.* 1. cum omnibus relatis pro tertia ſententia.

18 *Dico ſecundò*, quòd communiter, & regulariter loquendo in nullo caſu poſſit Religioſus fugere ex carcere, & clauſura, & ſi injuſtè ſit aggravatus, & quantumvis grave malum timeat, propter fundamenta tertiæ ſententiæ. Item, quia ſicut advertit Noſter P. Thomas à Jesu *loco citato*, per contrarium aperiretur janua Religioſis, quòd quilibet facilè prò ſuo placito ſibi perſuaderet, ſe eſſe aggravatum (quod tamen de Prælatis Religioſis præſumendum non eſt) per quod multi conarentur ſe eximere à jugo obedientiæ; tum etiam, quia per tales fugas, & clauſuræ

ſuræ violationes regulariter graviſſima damna,& inconvenientia pateretur bonum commune, & majora quidem, quàm illa, quæ perferret aliquis particularis.

Quibus addo, rarum fore caſum, in quo Religioſi, licet incarcerati, per ſe, vel per tertiam perſonam ſcribere non poſſint ſuis Prælatis ſuperioribus, eoſquè reddere certiores de gravamine, quod ab inferioribus patiuntur, cum quo ſufficientem habent recurſum pro ſuâ defenſione; & ſaltem in noſtrâ Religione hoc eſt certum, in quâ nullus Prælatus inferior ſuos ſubditos impedire poteſt, quin ſcribant Prælatis ſuis ſuperioribus, nec poſſunt legere litteras, quas ſcribunt, nec illas, quas à talibus Prælatis recipiunt. Hanc Concluſionem expreſsè tenet P. Suarez ubi *ſuprà nu.5. & 6.* aſſerens, illam eſſe virorum gravium, & doctorum.

19 *Tertiò dico*, quòd ſi nonnumquam eveniret, quòd aliquis Religioſus contra æquitatem à ſuo Prælato inferiori oppreſſus eſſet, pateretur que malum aliquod adeò grave, ut præponderaret ſcandalo, & damno, quod pateretur bonum commune, & clarè conſtaret de gravi injuſtitiâ ſibi illata, nec pateret alius aditus ad reddendum de eâ certiorem Prælatum ſuperiorem, qui illum defendat, poterit fugere ex carcere & Conventu, eo fine, ut ſe coram Prælato ſuperiore ſiſtat. Hanc concluſionem tenet expreſsè Suarez ubi *ſuprà numer.* 6. Fundamentum eſt, quia cùm talis fuga non ſit intrinſecè mala, aliquis caſus dari poterit, ſicut eſt præſens, in quo ſit licita, abſque eo quòd contraveniatur ſtatui Religioſo, decretis Summorum Pontificum, aut Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *de Regularibus cap.* 4. *citato pro tertiâ ſententiâ.* Certum enim eſt, Pontifices, & Concilium per ſua decreta non voluiſſe derogare Juri naturali, quod quiſquè habet, cùm hoc non poſſint facere, niſi quando urget aliquod aliud jus ſuperius. Nec pro præfato exitu & acceſſu ad Prælatum Superiorem eſt neceſſum obtinere licentiam à Prælato inferiori, nec illam petere, quando cum fundamento ſufficienti præſumitur, quòd non ſolùm illam denegaturus ſit, ſed potius in arctiorem cuſtodiam detruſurus. Eſt doctrina Suarez *loco citato num.* 7. Sanchez *num.* 17. & 18. Rodriquez *Tom.* 1. *quæſtionum Regularium qu.* 30. *art.* 4. *in fine*, Sayri *cap.* 17. *num.* 40. & aliorum. Si tamen Religioſus non haberet fundamentum ſufficiens ad ſibi perſuadendum, Prælatum inferiorem negaturum dictam licentiam, ſub obligatione gravi teneretur illam petere, quemadmodum docet, & probat Suarez *num.* 8.

CAPUT XXIV.

De Torturâ, & aliis quæ ad illam debent concurrere.

TAmetſi uſus torturæ apud tribunalia ſæcularia ſit receptiſſimus, ſicut videre licet quotidie, ſitque conveniens, ne multa delicta impunita remaneant ob defectum non ſatis liquidatæ veritatis: inter perſonas tamen Eccleſiaſticas eſt minus frequens; & Panormitanus cum quibuſdam aliis, quos citat, & ſequitur Emmanuel Rodriquez *Tom.* 2. *quæſtionum Regalium quæſt.* 14. *art.* 7. dicit, quòd torquendi non ſint niſi infames, & in caſu, quo Eccleſiaſtici torquendi ſunt, non debent torqueri per equuleum, funes, aut chordas, vel his ſimilia, ſed diſciplinis,& rigoroſis jejuniis, &c. ita ut non remaneant cum læſione gravi corporis ſui: non obſtante quòd Authores communiter teneant oppoſitum, Pater Villalobos tamen *Tom.* 2 *Tract.* 14. *diff.* 13. *numer.* 1. exiſtimat, Sacerdotes ob dignitatem Sacerdotalem (quæ quemadmodum docet Ambroſius citatus à Gelaſio Papâ *cap.* duo ſunt 96. *diſt.* excedit quamlibet nobilitatem ſæcularem, etiamſi Regalis ſit) non debere ſubjici torturæ, niſi in caſibus atrociſſimis, in quibus etiam nobiliſſimi torqueri poſſunt, ac proinde tales

loco

Digitized by Google

loco torturæ condemnari poſſunt ad pœnam aliquam arbitrariam, proportionatam qualitati delicti, & probationibus ejus.

2 Unde infertur, quòd inter Religioſos uſus torturæ minus frequens eſſe debeat, quàm inter Clericos, ratione ſtatus Religioſi, debeatquè ſolùm conſiſtere in diſciplinis & jejuniis, extenſione brachiorum per modum crucis ad tempus determinatum, & ſimilibus, quemadmodum communiter docent Authores, reſpiciendo ſemper ad qualitatem delicti, perſonæ, virium, ætatis, & fundamentorum, quæ præbent indicia reſultantia ex proceſſu; ſemper etiam curari debet, quòd torturæ ſubjectus remaneat ſine notabili corporis læſione, ut conſtat ex *l. quæſtionis modum, ff. de quæſt.* Debet igitur Prælatus eſſe benignus, & non crudelis, ſi enim excederet in torquendo, præterquàm quòd peccaret graviter, incurreret Canonis excommunicationem.

3 Ad hoc ut aliquis Religioſus poſſit ſubjici torturæ, debet conſtare de delicto per illa, quæ habentur ex proceſſu, nec torquendus eſt, niſi poſtquam Reo fuit exhibita copia eorum, quæ depoſita ſunt à teſtibus, in illis caſibus, in quibus exhibenda eſt, & juxta formam ſuperius declaratam cum tempore ſufficienti pro ſuâ defenſione, & poſt auditam defenſionem.

Item Religioſus torqueri non poteſt, niſi delicta ſint tàm atrocia, ut ſi à ſæculari patrata fuiſſent, mererentur pœnam mortis, mutilationis, aut perpetuas triremes: nec umquam tortura tàm atrox eſſe debet, ut æquivaleat pœnæ, quæ imponeretur pro delicto in caſu, quo quis de illo convictus eſſet, ſed ſemper debet eſſe minor. Etenim contra omnem rationem eſt & juſtitiam, pro liquidando aliquo delicto illâ pœnâ Reum afficere, quam mereretur per definitivam ſententiam, ſi delictum eſſet liquidatum.

4 Quando delictum eſt plenè probatum, aut delinquens illud confeſſus eſt, non debet dari tortura, niſi aliquando eſſet neceſſaria ad revelandos aliquos complices ſufficienter infamatos, quia tortura fuit adinventa *in ſubſidium veritatis*, ac proinde quando veritas conſtat, vel per plenam probationem, vel per Rei confeſſionem, non erit neceſſum illam extorquere per tormenta.

Nec etiam debet adhiberi tortura, cùm alia media ſuppetunt ad manifeſtandam veritatem. Omnia ſupradicta adeò communia ſunt & certa apud Authores, ut non ſit opus aliâ probatione. Qui tamen voluerit, legat Julium Clarum §. *final. quæſt.* 64. Antonium Gomez *Tom.* 3. *variarum caput.* 13. Navarrum in *cap.* inter verba *corol.* 64. Farinac. *Tom.* 2. *de teſtibus quæſt.* 40. & *Tom.* 1. *tract. de tortura quæſt.* 38. & 39. Rodriquez *Tom.* 2. *quæſt. Regul. quæſt.* 19. *per totam*, Alderete *lib.* 1. *cap.* 17. cum aliis, qui fusè hanc materiam tractant.

5 Quod autem hìc in quæſtionem cadit, eſt, quænam cauſæ requirantur ad hoc ut delinquens torturæ ſubjiciatur? Reſpondent communiter Juriſtæ, quòd ſi delinquens ſit infamatus, & adſit ſemiplena probatio unius teſtis oculati, omni exceptione majoris, vel habeantur indicia probata, æquivalentia ſemiplenæ probationi, poſſit torturæ ſubjici. Hanc ſententiam ſequuntur Rodriquez ubi *ſuprà art.* 3. & ex noſtris Thomas à Jesu, ubi ſupra *num.* 8. Franciſcus Bonæ Spei *Tom.* 5. *ſuæ Theolog. Tract.* 1. *de Iure & Iuſt. diſp.* 4. *dub.* 2. Philippus à SS. Trinitate *Tom.* 3. *in* 2. 2. *Tract.* 2. *diſp.* 8. *qu.* 70. Urbanus ab Aſcenſione *lib. & Tract. citat. cap.* 9. Stephanus à S. Paulo in *Theologia morali Tract.* 4. *diſput.* 10. *dub.* 1. *numer.* 10. cum aliis Theologis.

6 Ego tamen probabiliorem ſententiam judico, & ſecuriorem eorum, qui aſſerunt, quòd ad torquendum Religioſum requiratur major probatio, quàm ſemiplena propter rationem, quam tetigimus *cap.* 12. *num.* 2. & 31. & hujus opinionis ſunt multi, quos ſequitur & citat Alderete *lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 10. Martinus à S. Joseph in ſua *Epitome cap.* 16. *num.* 6. & huic doctrinæ ſe conformando S. Ludovicus Rex Galliæ chriſtianè & piè ſtatuit, ſecundum quod refert Boërius *deciſ.* 103. ne in ſuo Regno aliquis honeſtis, & bonis motibus aliàs præditus, quantumvis pauper & inops torturæ ſubjiceretur ob ſolam unius teſtis depoſitionem, non obſtante

Digitized by Google

quòd faciat ſemiplenam probationem. Videatur *citatum cap.*12. in quo tanguntur cauſæ, quæ præbent fundamentum ad dandam torturam.

7 Religioſi non debent torqueri per manus ſæcularium, ſed ipſius Prælati (prout determinat Clemens III. in *cap.* univerſitatis *de ſententiâ Excommunicationis*) vel alicujus alterius ab ipſo deputati, pro quo habetur privilegium conceſſum per Alexandrum VI. ſuperioribus, & illud refert Rodriguez ubi *ſuprà art.* 8. cum alio Leonis X. id ipſum concedentis, admonendo ſemper, ne diſciplinæ, vel alia tormenta ſint atrocia, ſed ſecundum qualitatem delicti & aliarum circumſtantiarum.

Et quia torturæ exceſſus etiam naſci poteſt ex nimiâ temporis duratione, in quo datur, notanda eſt *Conſtitutio* 58. Pauli III. quæ incipit: *Ad omnes*: ubi mandat: *nec Reus ultra unius horæ ſpatium in tortura detineatur*. Et licet hanc Conſtitutionem fecerit pro Curiâ Romana, exiſtimat tamen Alderete, illam ubiquè obſervandam eſſe, eo quòd rationi adeò conſentanea ſit.

Notant Farinacius *quæſt.* 38. *à numer.* 32. Alderete ubi *ſuprà num.* 23. cum aliis, quòd ille, qui torturæ ſubjicitur, debeat ſaltem à decem horis eſſe jejunus, ut ſit minus valens, & vigoroſus ad reſiſtendum torturæ.

8 Si Reus in torturâ fateatur delictum, idem eſt, quando confitetur illud immediatè antecedenter ad torturam, quando nimirum jam eſt denudatus, & præparatus ad illam recipiendam, deſiſtendum eſt à torturâ, dandumquè ei ſpatium viginti quatuor horarum, ut in confeſſione illud ratificet coram Prælato, Secretario, & teſtibus, & extra locum torturæ; & ubi non ſunt inſtrumenta ad illam, ut conſtat ex *l.* 1. *§. Divus Severus, ff. de quæſt.* & aliis, quas refert Antonius Gomez *Tom.* 3. *variarum cap.* 13. *num.* 24. cum aliis. Quod ſi non fiat, confeſſio non habet vim contra Reum, quia cenſetur Confeſſio habita per vim & metum, ac proinde nullius valoris. Eſt doctrina communis.

Verùm dubitant nonnulli, an in caſu quo in torturâ neget, vel retractet confeſſionem in ipſâ factam, poſſit repeti tortura alio tempore.

Affirmant Boërius *deciſ.* 163. *nu.* 19. Maſcardus de *probationibus concluſ.* 355. *num.* 3. Farinac. *quæſt.* 38. *num.* 19. & eſt communis, practicaturque in Tribunalibus ſæcularibus cum conditione, ne repetitio tranſeat ultra tres vices, ſicut ad longum probat Farinacius ubi *ſuprà à num.* 27. *uſquè ad* 104. cum cæteris pluribus.

De Religioſis tamen loquendo contrarium tenent Rodriguez *quæſt.* 19. *art.* 9. Alderete *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 25. Martinus à S. Joseph *cap.* 19. *nu.* 17. dummodò illa prima vice fuerit data tortura ſufficiens, & omnis illa, quæ dari debuerat. Si enim fuerit faſſus in principio, vel medio torturæ, & poſtea extra illam retractet confeſſionem, inquiens, ſe confeſſum fuiſſe ex metu, non eſt dubium, quòd poſſit iterari: idem eſt, quando (etiamſi illâ vice fuiſſet adhibita tortura ſufficiens) adſunt nova & urgentia indicia.

Addunt etiam Simancas *tit.* 67. *num.* 43. Antonius Gomez. *nu.* 27. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 17. *nu.* 168. quòd quando Reus primâ vice in torturâ faſſus eſt delictum, etiamſi hoc fuiſſet in fine illius, ſi poſtea retractat confeſſionem, præbeat novum indicium ſufficiens ad iterandam torturam, quod tamen non præbuiſſet, ſi negaſſet.

Ratio quam pro ſuâ concluſione affert Rodriguez, eſt, quia pœnæ Religioſorum potius ſunt medicinales quàm vindicativæ, ac proinde Religioſus unâ vice ſubjectus torturæ, præſumitur de ſuo errore pænitere, & eſſe diſpoſitus ad agendam pœnitentiam, *quia vexatio dat intellectum*.

Mihi tamen videtur in hoc puncto benè dixiſſe Julium Clarum *qu.* 64. Menochium *de arbitr. caſu* 272. cum aliis, quòd ſcilicet hoc remaneat pœnes arbitrium prudentis Prælati, nec ab hoc recedit Alderete nu. 26. ſed potius approbat.

Dubitant aliqui, an Confeſſio quam facit Reus inductus minis Judicis minitantis illi torturam, vel quia de facto illum jubet ſiſti in loco torturæ, abſque eo quòd procedatur ulterius, abſolutè poſſit dici ſpontanea & libera, ita ut ſufficiat ad hoc, ut in virtute illius condemnetur? 9

Negat Marſilius in *l.* 1. *num.* 15. *ff de quæſt.*

inquiens

Digitized by Google

inquiens hanc eſſe mentem Baldi *in l. interpoſitas, circa finem, C. de tranſact.*

Contrarium tenet Julius Clarus *dicta qu.* 64. *numer.* 30. cum aliis aſſerens eſſe quaſi omnium, & quouſque Judex non pertingit uſquè ad denudationem Rei, & immediatam illius diſpoſitionem ad torturam, non reputari confeſſionem factam ex metu gravi, ſed levi, hic autem non tollit, quin confeſſio ſit abſolutè voluntariâ; ac proinde in hâc opinione ad hoc ut Judex ferat ſententiam, non erit opus Reum dictam confeſſionem ratificare.

Ego autem hâc in parte exiſtimo, hoc dependere ex qualitate perſonarum, quibus Judex minatus eſt torturam, & ex ſeveritate ipſius Judicis, quia quædam minæ, quæ in uno cauſabunt metum levem, in altero generabunt metum gravem; ac proinde etiam hoc ſicut illud prius relinquendum eſt penes arbitrio Chriſtiani, & prudentis Judicis.

10 Quando Reo data eſt tortura ſufficiens, & nihilominus perſeveranter negat, ſe purgat ab indiciis & probationibus, quæ contra eum ſunt, & per conſequens in definitivâ abſolvendus eſt: conſtat ex gloſ. 2. *in l. edictum, ff. de quæſt.* & fusè illud probat Antonius Gomez ubi *ſuprà num.* 28. Julius Clarus *§. fin. quæſt.* 6. *n.* 33. Farinacius in *praxi cap.* 40. *num.* 1. Covarruv. *in pract. cap.* 23. *n.* 5. cum aliis, qui tractant hanc materiam.

Notandum tamen eſt cum Julio Claro *quæſt.* 64. *num.* 38. Penna 2 *par. direct. Comment.* 14. quòd illa tortura dicatur ſufficiens, quando in ipsâ fuit obſervata debita proportio, quam debet habere cum indiciorum qualitate: ſi autem tortura fuerit levis, ſicut eſt illa, quæ datur Religioſis, & indicia ſint gravia, Reus negando in torturâ non ſe purgat ab illis, ac proinde talis defectus per aliquam pœnam arbitrariam ſuppleri debet, & idipſum aſſerunt hi Authores, fieri debere ſemper, quando indicia ſunt urgentiſſima, & Reus in torturâ negat. Videatur Farinacius ubi *ſuprà num.* 8. *& ſequentibus*, & doctrina *capitis* 12. ubi dicitur, quid fieri debeat, cùm indicia urgentiſſima ſunt.

11 Poſtquam Judex in proceſſu pronuntiavit ſententiam torturæ, quæ dicitur interlocutoria, & *ſequenti capite* explicabitur, Judex & Secretarius debent illam ſubſcribere, ad hoc, ut de illa conſtet, debetque Reo notificari, & ſecundum ea, quæ reſpondebit, videri poterit, an ſtatim ſit executioni mandanda, an non. Si ab illa appellaverit, quid fieri debeat, *capite ultimo de appellatione* dicetur: totumque quod actum fuerit, Secretarius notare debet, dareque de eo fidem in proceſſu.

Tempore torturæ præſentes eſſe debent 12
Prælatus, Secretarius, & duo teſtes: ante cujus initium Prælatus Reum benignè exhortari debet, ut fateatur veritatem, debet etiam ab ipſo novum poſtulare juramentum de his, quæ dicet, & Secretarius omnia, quæ agentur, notet, & quæcunque Reus reſponderit, juxta formam, quæ de hoc ponetur in ſecunda parte: advertat autem Judex, quòd non debeat interrogare Reum ſub disjunctione, an nimirum ipſe commiſerit delictum, vel alius, v. grat. Petrus, nominando illum proprio nomine, ſed ad ſummum, quis commiſerit delictum, & melius eſſet, determinatè illum interrogare, an ipſe commiſerit delictum, & nihil amplius, ne videlicet revelet aliquem, quem nec poteſt, nec debet, ut ſe liberet à tortura, ſicut advertit *lex,* 1. *§. qui quæſtionem, ff. de qu.* & circa finem depoſitionis debent ſubſcribere Prælatus, Secretarius & Reus, ſi poſſit, ſin minus, aliquis ex teſtibus pro illo ſubſcribat.

Tota præcedens doctrina potius fuit po- 13
ſita pro complemento hujus Tractatus, quàm eo fine, ut torturæ in Religionibus introducantur, ac practicentur, imò exiſtimo illius loco Reum ſemper condemnandum eſſe ad pœnam arbitrariam, proportionatam qualitati delicti, & indiciorum, quemadmodum ſentit Villalobos *ubi ſuprà* tractans de Sacerdotibus.

Primò, quia cùm ad torturam tot requirantur circumſtantiæ, ſitque res adeò incerta, magnum ſubeſt periculum excommunicationem canonis incurrendi, ſi excedatur, igitur ſecurior erit via per ſententiam arbitrariam, dummodò pœna, ad quam Reus per illam condemnatur, ſit minor ordinaria.

Digitized by Google

Secundò, quia cùm tortura Religioſorum non conſiſtat in chordis, funibus, equuleo, ſed in diſciplinis, jejuniis, & ſimilibus, eſt medium inefficax ad hoc, ut aliquis etiam mediocriter animoſus, & audax, fateatur delictum, quod probari non poteſt, & ob quod timet pœnam valde gravem. Et hæc ratio adeò efficax eſt, ut viſum fuerit Ulpiano in *l.* 1. §. *quæſtioni fidem ff. de quæſt.* etiam ex parte torturam ſæcularium plenam eſſe inconvenientibus: *Eſt* (inquit) *res fragilis, periculoſa & incerta, & quæ ſemper veritatem fallit; nam plerique patientiâ ſuâ, ſeu potius duritia ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit.* Si igitur hoc reperiatur in torturâ ſæcularium, quæ adeo rigoroſa eſt, quantò magis habebit locum in torturâ Religioſorum, quæ adeò levis & inefficax eſt in ordine ad extorquendam à Reo confeſſionem? igitur circa omne dubium, inter Religioſos, melius erit Reum ad pœnam arbitrariam condemnare, in caſu quo indicia, & probationes ſufficientes ſunt ad dandam torturam, juxta doctrinam declaratam à nobis.

CAPUT XXV.

De Sententiâ.

1 Duo genera ſententiarum communiter aſſignant Doctores, unum eſt earum, quæ dicuntur *interlocutoriæ*, & ſunt illæ, in quibus Judices determinant aliquid pertinens ad cauſam antecedenter ad illius reſolutionem, & definitionem, ſicut quando concedunt terminum, vel recipiunt ad probationem, vel condemnant ad torturam. De his fit mentio in *cap.* ſignificante, *de appellat.* & in *cap.* ſignificavit *de teſtibus*, & has ſententias inquiunt Doctores, ab ipſo Judice poſſe revocari, qui illas tulit, quandocunque ſic judicaverit expedire, quod colligunt ex illâ lege, *quòd juſſit* ff. de re judic.

2 Aliæ ſententiæ ſunt, quæ dicuntur *definitivæ*, & ſunt illæ, quæ totaliter concludunt cauſam, vel abſolvendo delinquentem, vel condemnando. In ordine ad iſtas dirigitur principaliter totus ordo Judicialis. Pro his ſententiis ferendis Judices Regulares reſpicere debent leges, & ſtatuta ſuæ Religionis, applicando pœnas in iiſdem pro delictis taxatas; nam illa ſunt in quâvis Religione loco Juris communis, quemadmodum benè notat Emmanuel Rodriguez *Tom.* 2. *quæſtionum*, *quæſt.* 29. *art.* 2. In illis verò, de quibus nihil determinatum eſt, recurrere debent ad Jus Canonicum, procurando ſemper eligere illas, quæ benigniores ſunt, pietati & miſericordiæ conformiores, rigorem juſtitiæ mitigando, ſicut dicitur in *cap.* alligant 26. *quæſt.* 7. & in *cap.* diſciplina *diſt.* 45. & in lege, *quòd ſi Epheſi*, ff. quòd certo loco. Quæ omnia Sacrum Concilium Tridentinum declaravit *ſeſſ.* 13 *de reformat. cap.* 1. dicendo: *ſi ob delicti gravitatem quandoque virga opus fuerit, cum manſuetudine rigor, cum miſericordia judicium, cum levitate ſeveritas adhibenda eſt.*

Hoc tamen intelligendum eſt ſecundum delictorum, & delinquentium qualitates, attendendum quippe ſedulò eſt, & cavendum, ne nimia benignitas det Reis occaſionem nova adjiciendi delicta: nam quemadmodum notatur in cap. *qui vitiis* 23. qu. 5. *Non eſt miſericors ſed crudelis, qui vitiis nutriendis parcit*; & in cap. *Epheſiis* diſt. 43. dicitur: *Prælatus, qui peccantes incorreptos dimittit, ipſos occidit, imò verò illos dupliciter occidit, temporaliter in hoc ſæculo, & æternaliter in futuro.* Et ſecundum hoc Gregorius explicando illa verba Davidis dixit: *Lætabitur juſtus cùm viderit vindictam: Peſtis*, inquit, *Reipublicæ eſt, qui Reos, quando convenit, non corrigit.*

Multi Doctores Juris ſentiunt Judices inferiores non poſſe moderare pœnas impoſitas per legem ſuperiorum, & probant ex *c.* in- 3

ferior

ſerior ſedes 21. *diſt.* & ex *l.* 1. *C. de legibus.*

Oppoſitum tamen magis commune eſt & certum, ſi adſit juſta & rationabilis cauſa. Colligunt hoc ex multis textibus Panormitanus in cap. 3. *de pœnis*, & in cap. *niſi*, de offic. deleg. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 9. *num.* 8. Julius Clarus § *fin. quæſt.* 85. *num.* 10. Farinacius *Tom.* 1. *quæſt.* 5. de Inquiſit. *num.* 8. *& quæſt.* 17. *art.* 10.

Dicunt tamen hi Authores, hoc non habere locum in criminibus atrocioribus, neque quando delinquentes ſunt valde facinoroſi, & aſſueti delinquere, hoc enim vergeret in grave damnum boni communis, pateretque aditus ad hoc, ut majori cum facilitate delinqueretur non ſine communi omnium ſcandalo, & offendiculo. Videatur doctrina *cap.* 21. præſertim *num* 73. *&* 74. Videatur etiam Navarr. in *rubr.* de judiciis *à num.* 99. & Farinacius *Tract. de pœnis temperandis*, ubi fusè tractant præſentem materiam.

4 Judex non poteſt ferre ſententiam definitivam condemnatoriam, ſine probatione legitima teſtium idoneorum, vel ſine confeſſione Rei in judicio facta, & licet multi exiſtiment, quòd in delictis notoriis, præſertim ſi delinquens fuerit deprehenſus à Judice in flagranti, non ſit neceſſaria ſolemnitas proceſſus, ſed ſtatim poſſit ſententiari Reus, & ipſi applicari pœna promerita, quemadmodum in multis locis practicatur, in notorietate ſiquidem virtualiter continetur totum, quod neceſſarium eſt ad hoc, ut ad juſtam ſententiam procedatur: inter Religioſos tamen ſemper proceſſus formandus eſt ſubſtantiando caſum cum teſtibus neceſſariis, dando Reo articulos, & ſpatium ut reſpondeat, ſi quid ipſi occurrat pro ſui defenſione, ita ut ſententia cadat ſuper allegata & probata, ad quæ ordinem dicitorum etiam, ut in futurum ſemper conſtet, proceſſum fuiſſe ſecundùm leges juſtitiæ: & ſecundùm hoc, quando aliquis Religioſus vagatur fugitivus & Apoſtata, etiamſi clarè in Communitate conſtet omnibus illius delictum, nihilominus ad ferendam in contumaciam ſententiam formandus eſt proceſſus, nec Prælati poſſunt ipſi abſenti, & inaudito mittere dimiſſorias. Unde infertur, quòd licet ſententia in contumaciam ſit expulſio, ac de illa Reo conſtet, non tamen bona conſcientia poteſt extra Religionem degere, donec ſe præſentet, & ad ſibi objecta reſpondeat; & hæc eſt praxis Religionum.

In cauſis dubiis non poteſt dari ſententia certa, cùm poſſeſſio ſtet in favorem Rei, ac proinde Judex omni diligentia curare debet, ut cauſa ex ſtatu dubio deducatur in certum, & liquidetur. Ita advertit Salgaldus in ſua *tabula*, *fol.* 259. nec etiam cum ſemiplena ſolùm probatione poteſt ad totam pœnam legis condemnare. Dico ad totam pœnam, quia ad pœnam arbitrariam benè poteſt in ſententia illorum, qui aſſerunt, poſſe dari torturam cum ſola ſemiplena probatione in delictis atrocibus: in ſententia verò, quam nos ſequuti ſumus *capite præcedenti*, ſicut ſola ſemiplena probatio non ſufficit ad dandam torturam Religioſis, ita nec ad condemnandos eos ad pœnam arbitrariam. Conformiter ad hoc optimè dicit Miranda *q.* 28. *art.* 1. *concluſ.* 6. quòd licet ad non promovendum aliquem ad aliquod officium, vel dignitatem ſufficiat ſemiplena probatio alicujus delicti, aut inhabilitatis, non tamen ſufficit ad deponendum eum ab officio, quod jam poſſidet. 5

Noſtræ Conſtitutiones 3. *part. cap.* 7 *num.* 4. ſtatuunt, quòd in cauſis gravioribus non ſtatim, ac in definitorio producuntur, detur ſententia, ſed differatur uſque ad ſequentem diem, quod eſt valde conſentaneum juri, cujus rationem reddit Papa Calixtus I. in *cap.* ponderet, 50. *diſt.* his verbis: *Nos tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus.* Igitur ſententia nimis præcipitanter pronunciata, habetur pro nulla, veluti actus procedens ex animo perturbato, & non ex zelo adminiſtrandi juſtitiam, ut conſtat ex *cap.* 1. *de re judicata.* Unde benè admonet Regularem Judicem noſter Franciſcus Bonæ Spei *loco cit. dub* 2. *num.* 47. his verbis: *Caveat Prælatus ſententiam nimis præcipitanter & feſtinatò, ſine cauſa diſcuſſione, & cognitione ferre: alioqui, à quocunque ſic feratur eſt nulla, juxta Menochium* lib. 1. q. 42. *&c.* Et in id ipſum recidere videtur, ferre ſententiam nimis celeriter, 6

ac ferre illam causâ non visâ, vel intellectâ.

7 Non deſunt Authores exiſtimantes Judicem teneri apponere cauſam, ob quam fert ſententiam, & ita ſe habet praxis communis. Sic Albinus *in l. properandum*, §. illud, *C. de judiciis*, Auguſtinus *ad Angelum de maleficiis. n.* 4. Contrarium tamen tenent non pauci cum Panormitano, in *cap.* ſicut, *num.* 11. *de ſentent. & re judicata*. Julius Clarus §. *fin. q.* 85. verſ. *alterius*, Farinac. in *prax. tom.* 1. *q.* 18. *à nu.* 62. & hoc judico probabilius, quia practicatur in omnibus quaſi tribunalibus; cùm enim ex proceſſu conſtet cauſa ſententiæ, non eſt opus in ea illam repetere, ſed ſufficit dicere ob ſuas culpas, & in ſententia v. g. Expulſionis ob incorrigibilitatem ſuam.

8 Advertendum quoque eſt, quòd quando Judex inferior in ſua ſententia moderatur pœnam à Judice, vel lege ſuperioris impoſitam, debet in illa exprimere cauſas talis moderationis, quia iſta non ſemper conſtat ex proceſſu: & judices hoc non facientes puniendi ſunt, ut docet Jacob. de Beluis in *pract. crim. fol.* 46. *in rubr.* de fuga Reorum *num.* 62. quamvis Julius Clarus *q.* 85. *num.* 10. credat ſufficere, quòd Judex in ſententia dicat, ſe moderare pœnam legis, ob juſtas cauſas, abſque determinatione, vel expreſſione alicujus in particulari, aitque cum aliis, hanc eſſe communem ſententiam.

9 Circa modum pronunciandi ſententiam, advertendum eſt, quòd quomodocunque pronuncietur, valida eſt in Religionibus, & obligatoria; quia modus non variat ſubſtantiam, ſive pronuncietur de die, ſive de nocte, ſive ſedeat Judex, ſive ſtet: nam licet tunc ſtet, verificatur tamen, quòd *ſedeat pro Tribunali*. Nec etiam refert, quòd detur in ſcriptis, vel voce: ita tamen, ut Secretarius in ſcriptis coram teſtibus fidem faciat, Judexque dicat, ſe ita judicaſſe, & pronunciaſſe. Nec pertinet ad ſubſtantiam, quòd detur die feriali, vel feſtivo. Quæ omnia conſtant ex *Clement.* ſæpè, *de verb. ſignificat.* & docet Menochius *lib.* 1. *de arbitrar. q.* 60. cum aliis.

10 Gravis hîc ſe inſinuat difficultas, ſcilicet, quid faciendum ſit Judici, quando Reus legitimè & ſufficienter per teſtes convictus eſt de commiſſo delicto, v. g. homicidio, ex alia tamen parte conſtat Judici, illum non fuiſſe occiſorem?

Pro reſolutione hujus difficultatis ſupponendum eſt in omnium opinione, dictam 11
ſcientiam particularem Judicis de innocentia Rei debere eſſe claram, & certam, ſi enim talis non ſit, procul dubio ferre debet ſententiam ſecundùm allegata & probata.

Supponendum etiam eſt, in dicto caſu teneri Judicem ex officio, & charitate uti omnibus mediis poſſibilibus, & non ſcandaloſis ad liberandum innocentem, ac proinde, ſi ita fieri poſſit, debet impedire accuſatorem, ſi ſit, atque divertere teſtes: ſi verò hoc fieri non poſſit, debet ſeparatim illos examinare cum magna circumſpectione, & cautela, attendendo ſemper ad circumſtantias eorum, quæ ab illis deponuntur, quemadmodum fecit Daniel cum illis iniquiſſimis & falſis ſenibus. Debet etiam differre ſententiam, ſi hoc modo ſperet, melius fore manifeſtandam veritatem.

Quòd ſi cogeretur ad ferendam ſententiam, dicunt Soto *lib.* 5. *de juſt. q.* 4. *art.* 2. Corduba *lib.* 1. *q.* 67. Cajetanus 22 *q.* 67. *art.* 7. Aragon. *ibidem*, & alii, quod tum debeat cum juramento coram omnibus exponere veritatem, de qua ipſi conſtat, in hoc enim non gravat teſtes; ſi enim fraudulenter, & malitioſè teſtentur, ſibi imputent, & tribuant maculam, & notam, quam recipiunt, & eſto bona fide procederent, majus jus habet innocens, quàm ipſi. Et licet Soto dicat, in hoc caſu non teneri eum remittere cauſam ad Judicem ſuperiorem, nec illam alicui alteri inferiori delegare, & facere officium teſtis in defenſionem innocentis, oppoſitum tamen tenent Cajetanus, Aragonius & Corduba *locis citatis*. Ratio eſt, quia tenetur uti omnibus mediis poſſibilibus ad liberandum Reum; ſed hoc eſt unum ex illis, & quidem non parum efficax, ergò illo uti debet.

Hoc ſuppoſito procedit difficultas in caſu, quo non ſuppetit ullum medium ad ipſum liberandum, & Judex omninò certus eſt de illius innocentia, & ſimul ex alia parte plena habe-

habetur probatio contra eum per idoneos teſtes.

12 Duas ſententias reperio in hac difficultate. *Prima* aſſerit Judicem bona conſcientia non poſſe contra talem innocentem pronunciare ſententiam condemnatoriam,& ne illam pronunciet, debere potius deſerere officium, etſi per hoc Reus non eſſet abſolvendus.

Fundamentum principale hujus ſententiæ, ad quod cætera reducuntur, eſt; quia talis actio eſt intrinſecè mala, data hypotheſi, quòd ordinetur ad inferendam mortem, vel damnum grave innocenti, ac proinde in nullo caſu honeſtari poterit. Hujus opinionis eſt Lyra in *caput* 23. *Exodi*, Calderinus & Panormitanus in *cap.* Paſtoralis, §. *quæ verò*, de offic. deleg. Petrus de Navarra *cap.* 3. *num.* 161. Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia, c.* 29. *dub.* 10. & præter alios complures noſter Urbanus ab Aſcenſione in ſua Theologia practica ac Canonica *Tractat.* 3. *cap.* 10. ubi multa & valida adducit argumenta, ad aſſerendam probabilitatem hujus ſententiæ, rationeſque adverſæ opinionis doctè reſolvit. Et licet aliqui ex his Authoribus dicant, hoc intelligendum eſſe in cauſis criminalibus, non verò in civilibus, quia in his Reſpublica propter bonum commune dat jus ad ferendam ſententiam *juxta allegata, & probata*, alii tamen intelligunt abſolutè in omnibus. Hæc ſententia eſt valde probabilis.

13 *Secunda* ſententia magis communis, & quam ego reputo probabiliorem, aſſerit, Judicem debere condemnare talem Reum, ſive ſit in cauſis criminalibus, ſive civilibus ſecundùm allegata, & probata in proceſſu.

Ratio eſt, quia Judex tenetur judicare ex ſcientia publica proceſſus, & non ſecundùm particularem, & ſecretam, quam habet, hoc enim exigit juſtitia legalis, quæ reſpicit bonum commune, ergò quotieſcunque ſecundùm iſtam ſcientiam, quæ eſt illa nimirum, quam habet ex allegatis & probatis, Reus eſt convictus, debet illum condemnare, & juxta hoc in *cap.* 17. Deuteronomii dicitur: *In ore duorum, vel trium teſtium peribit, qui interficietur.* Et in *illicitas*, §. veritas, *ff. de Offic. Præſidis* decernitur, quòd Judex ſequatur probationes, & ſecundum illas ferat ſententiam.

Confirmatur, poſito caſu contrario, quando nimirum ex proceſſu nil probatur contra Reum, etiamſi Judex ex certa ſcientia ſecreta ſciat, eum commiſiſſe delictum, non poteſt illum condemnare, ſicut docet Sylveſter *verbo* Judex, 2. *n.* 5. *in princ.* Angelus *verb.* judicare, *n.* 7. Turrecremata in c. *judicet, nu.* 1. & 3. *q* 7. Valentia 22. *q.* 67. *art.* 7. Salon *ibidem*, & eſt communis, ergò quando per proceſſum probatum eſt delictum, licet ex ſecreta ſcientia ſciat eum eſſe innocentem, debet & poteſt condemnare, ſi ex illa ſcientia ſecreta utendo omnibus mediis poſſibilibus, non poſſit illum liberare: quod in praxi, dummodò Judex ſit prudens & cautus, exiſtimo difficile. Hæc ſententia eſt expreſsè S. Thomæ 22. *q.* 67. *art.* 2. ubi ſatisfacit argumentis contrarium probantibus. Sequuntur illam communiter ejus diſcipuli *ibidem*: Et è noſtris antiquioribus ſapientiſſimus Joannes de Bachone, aliàs Doctor Reſolutus, *in* 2. *diſt* 40. *quæſt. unica*, *art.* 2. citans noſtrum etiam Gerardum de Bononia, ubi variis efficacibuſque argumentis hanc ſententiam tuetur & confirmat: & ex recentioribus Philippus à SS. Trinitate *Tom.* 3. *curſus ſui Theolog. Tract.* 2. *diſp.* 8. *quæſt.* 67. Franciſcus Bonæ Spei *Tom.* 5. *de jure & juſt. Tract.* 1. *diſp.* 4. *dub* 1. Stephanus à S. Paulo *Tract.* 4. *Theolog. mor. diſp.* 10. *dub.* 1. Quid verò Judex, in tali caſu ad liberandum innocentem, poſſit, aut facere debeat, tradunt fuſiùs enucleatiùſque præfati Philippus *loc. cit. dub.* 2. *ad art.* 2. Joan. de Bachone *loc. cit. art.* 1. qui tandem ſubdit, vix fieri poſſe, ſi ſit diligens Judex, quin aliqua via ſibi occurrat, qua ſine juris offenſa ipſum valeat liberare, &c. Et licet hanc ſententiam in omnibus Tribunalibus ſequendam eſſe ſentiam, maximè tamen in Regularium judico eſſe practicandam atque amplectendam, eò quòd in ipſis nemo condemnetur ad pœnam ſanguinis. 14

In prima hujus Operis editione, facta idiomate Hiſpano, nolui tractare de delictis in particulari & pœnis illis correſpondentibus, eo quòd mihi perſuaderem, eas in Conſtitutionibus cujuslibet Religionis fore ſatis ſignanter expreſſas, quibus ſe debent conformare, tam ſubditi, quàm Prælati; quemadmodum

admodum conſtat ex privilegiis, quæ refert Covarruvias in *Compend.* ver. *Corr. Fratrum,* ſpecialiter ex illo Bonifacii VIII. conceſſo Minoribus, de quo participant cæteræ Religiones, & videtur clarè patere ex *Clementina 1.* de Privileg. *cap.* 1. ubi dicitur loquendo de Religioſis, *ſi quis verò præmiſſa, vel aliquid de præmiſſis attentare præſumpſerit, per duos menſes ſubjaceat pœnis illis, quæ ſecundùm eorum Regulam, vel ſtatuta pro gravibus criminibus, ſeu culpis eis conſueverunt imponi.*

Verùm quia dictæ pœnæ non ita in omnium ſingularumque Religionum Statutis expreſſæ reperiuntur, ut votis petitionique nonnullorum ſatisfacerem, ſtatui eas hic ſubjungere, quæ neceſſariæ ac ſufficientes viſæ fuerint, reſumendo breviter totum id, quod reperi in illis Authoribus, qui magis fusè & prolixè de illis tractàrunt, quemadmodum Bernardus Diaz. *in praxi.* Rodriguez *Tom* 2. *qq. reg.* Alderete *lib.* 2. *cap.* 15. *uſque ad finem libri:* Aretina in ſua *practica criminali cap.* 5. Julius Clarus, Farinacius, & alii: & licet noviſſimè P. Santorius integrum Tomum ediderit, ſub titulo *diſtrictionum pœnalium*, ubi ſatis fusè hanc pertractat materiam, attamen quia ſolùm procedit juxta Statuta ſuæ Religionis, difficile eſt illius doctrinam extendere ad omnes Religiones, quod tamen ego præſtare intendo, in illis nimirum caſibus, in quibus per Conſtitutiones alicujus, pœnæ determinatæ expreſſæ non ſunt, pro aliquibus delictis. Ut autem clariùs procedam, priùs hìc aliqua advertenda, notandaque adducam.

Primò, quando per Conſtitutiones alicujus Religionis pro aliquo delicto, pœna expreſſa non eſt, recurrendum eſt ad illas, quas Jus Canonicum imponit Clericis, quòd ſi nec in hoc expreſſa ſit, nec per ullum ſtatutum aut Jus Civile, ad Pontificium recurrendum eſt, & pœna ibi taxata proportionaliter Religioſis delinquentibus applicanda eſt, ſervatis ſervandis. Ita Peyrinus in *Formulario litt. S cap.* 3. *num.* 5. Rodriquez, Noſter Thomas à JESU & alii communiter.

Secundò, delicta Religioſorum ſeveriùs punienda ſunt, quàm ſæcularium, quia eorum culpæ cæteris paribus graviores ſunt: Peyrinus *ſupra litt. P. cap.* 16. *nu.* 5. non ſolùm ratione Votorum Cap. *qui bona*, 17. q. 1. ſed etiam, quia Religioſi majus à Deo lumen acceperunt, & cui plus datum eſt, plus exigitur ab eo. Tum etiam, quia in Jure Canonico aliqua delicta puniuntur in eccleſiaſticis, quæ tolerantur in ſæcularibus, ut frequentare domus fœminarum, ut conſtat ex *Cap.* Clericus, *diſt.* 81. Ludus alearum in *cap.* Epiſcopus, *diſt.* 35. Negociatio, *in cap.* negotiatorem, *diſt.* 88. & ſimilia. Quod ſignum manifeſtum eſt, delicta Eccleſiaſticorum graviora eſſe, ac proinde etiam majori cum rigore in illis punienda, quàm in ſæcularibus; quod adhuc multò magis verum eſt in Religioſis, eò quod eorum delicta Communitatibus pernitioſiora ſint, & graviora ſcandala pariant, nec non majora damna per ſuum malum exemplum generent, ut conſtat, ex *cap.* quali, 8. *q.* 1. Verum eſt, quod in Religionibus punitiones magis ad emendationem, quàm ad pœnam directæ ſunt, quemadmodum prudentiſſimè advertunt noſtræ Conſtitutiones, *part.* 4. *cap.* 7. *num.* 2. ideoque ſemper rigor cum miſericordia miſcendus eſt, ut monet Gregorius Magnus *lib.* 20. *Moral. cap.* 6. Ubi ſic ait: *Sit amor, ſed non emolliens: ſit rigor, ſed non exaſperans: ſit zelus, ſed non immoderatè ſæviens: ſit pietas, ſed non plus, quàm expediat, parcens*; & in *lib.* 8. *Regiſt. Epiſt.* 16. *ind.* 3. ait, *plerumque plus virium habet diſcreta in Correctione remiſſio, quàm in exequenda ultione diſtrictio, quia illa ſubjectum, hæc verò obſtinatum & æmulum facit.* Quibus addit S. Auguſtinus *ſerm.* 26. ad Fratres in Eremo: *Melius eſt, ut redarguamur de miſericordia, quàm de crudelitate in die noviſſimo: ſuperexaltat enim miſericordia judicium.* Et propterea Sacrum Tridentinum Concilium tractando de hoc puncto *ſeſſ.* 13. *de reform. cap.* 1. dixit: *Si autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia Iudicium, cum lenitate ſeveritas adhibenda eſt*: per hoc tamen non tollitur delictorũ caſtigatio ſecundùm qualitates ſuas, quia *charitas non eſt, ſed languor, malos humores non corrigere*, cap. *non put.* 23. *q.* 5. Lenitate tamen potius utendum eſt cum

Digitized by Google

cum delinquente humili & ſuam culpam recognoſcente, rigore autem cum rebelli & obſtinato.

Tertiò, quando delinquens non eſt capax ad ſuſtinendam pœnam taxatam in lege, vel Jure, debet illi applicari alia æquivalens: & quando pœna in Jure eſt ſtatuta pro clericis, quod ſemper contingit in delictis moderatis, in Religioſo debet eſſe arbitria, attentis circumſtantiis.

Quartò, quando in Jure aſſignatur pœna depoſitionis, vel ſimilis abſolutè, ſine limitatione temporis, intelligendum eſt de pœna perpetuà, licet non exprimatur. Sic Bernardus Diaz. *cap.* 138. quia depoſitum ſimpliciter intelligitur de depoſito perpetuo juxta Gloſſam in *cap. diſt.* 50. in gloſſa fin. *Similiter quando delictum habet pro pœnà ſuſpenſionem ab officio, generaliter, & abſque ullà reſtrictione, intelligitur de privatione ab omni uſu Ordinis, & juriſdictionis; hæc enim omnia importat nomen officii in tali caſu.* Ita Noſter Lezana cum multis *Tom.* 4. verb. *ſuſpenſio.*

§. I.

De Inobedientiæ delicto.

CUm in Religioſo prima & principalis obligatio ſit obedientiæ, non dubito, in omnibus Religionibus ſtatutas eſſe pœnas pro tranſgreſſoribus, ſecundum qualitatem delictorum. Prima & communis eſt pœna carceris, cum aliquibus aliis pœnitentiis, adjungendo illis etiam cenſuras, & privationes officiorum; ſi adſit pertinacia, applicatur pœna ſtatuta pro incorrigibilibus, quæ eſt expulſio, de quà agetur in capite vigeſimo ſexto.

Contra obedientiam debitam ratione Voti peccari poteſt, vel non exequendo id, quod ſuperior mandavit: vel contradicendo illius mandatis, & opponendo ſe illis: vel exhortando alios adhoc, ut ſe opponant: aut opponendo ſe legibus; & ſtatutis Religionis. Ad hoc autem, ut imponatur pœna carceris, debet culpa eſſe gravis, ſicut benè notat Santorius de *pœnis cap.* 6. ubi advertit, quòd Religioſus non ob quamlibet inobedientiam mortalem ſtatim incarcerandus ſit, ſed ſolùm tunc, cùm veſtita eſt gravi aliqua circumſtantia v. g. contumaciæ, quæ tunc contingit, quando admonitus ſe ſubjicere renuit agnoſcendo ſuam culpam: quia etiam prudens aliquis ac cæteroquin probus ex impetu coleræ, vel alicujus paſſionis poteſt in obedientia deficere, & deinde ſe recolligendo ſuam culpam agnoſcere, quæ per mitiorem pœnitentiam expiari poteſt, ut minus dedecus cauſet, quàm carcer, licèt hoc dependeat à praxi cujuslibet Religionis, quia in una carcer poterit eſſe nota magnæ infamiæ, & non in altera.

Verum eſt, quòd in tranſgreſſione præcepti alicujus, quod poſitum eſt per leges Religionis, vel à ſuperiore in ſcriptis, vel in Viſitatione, hæc doctrina locum nõ habeat, quia in his caſibus ſemper ſupponitur contumacia, ac proinde præfata pœna carceris applicanda eſt, quemadmodum communiter per Conſtitutiones cujuslibet Religionis ſtatutum eſt, & in noſtra practicatur: licet hujus executio cum multa maturitate facienda ſit, attendendo ad circumſtantias delicti, & qualitatem delinquentis: quia juxta illas minuitur, vel augetur culpa inobedientiæ, & idem eſt in cæteris, non obſtante, quòd pro delicto ſit expreſſa pœna carceris, ſicut benè notat Sanchez *lib.* 6. *Conſiliorum cap.* 1. *diſ.* 21. *nu.* 11. qui adducit octo cauſas, ob quas delicti gravitas minuitur, & per conſequens etiam pœnæ; nam cùm pœna incurratur propter delictum, ſi hoc decreſcit, ratio poſtulat, ut ipſa pœna etiam minuatur.

§. II.

De Vitio Proprietatis, & de aliis annexis.

REligioſus profeſſus cùm moritur, & conſtat eum fuiſſe proprietàrium in re gravi, nec dedit ſignum contritionis, privandus eſt Eccleſiaſtica ſepultura, & ſepeliendus in ſterquilinio cum parte pecuniæ, conſtat ex *cap.* Monachi *de ſtatu Monach.* & ex *cap.* cùm ad magiſter. in *eodem titulo*, dixi *cùm conſtat*, quia ad applicandam hanc pœnam neceſſarium eſt, quòd clarè, & manifeſtè conſtet de culpa, quod valde difficile eſt, quia poſſet eſſe, quòd pecuniæ inventæ apud talem eſſent depoſi-

tum alicujus ſæcularis, vel illas conſervarit ad dandam eleemoſinam nomine ſæcularis, qui illi dedit pecunias, vel fuerint datæ in ordine ad faciendam reſtitutionem, ad quam illum ſollicitarunt obſervato tempore opportuno, vel quòd habuerit licentiam àb aliquo Prælato Superiore datam oretenus, vel Prælatus fuerit oblitus, ſe talem licẽtiam dediſſe: tandem ſi non conſtet, eum fuiſſe proprietarium, nec poteſt, nec debet infligi dicta pœna, & ſi Prælatus ſecretò noverit hanc culpam, hanc tamen pœnam publicam applicare non poteſt. Ita Portel. in *dub. reg.* verb. *ſepultura num.* 11. Rodriguez *Tom.* 3. *qq. Reg. q.* 56. *art.* 1. & præcipuè Navarrus *lib.* 3. *conſiliorum de ſepult. Caſ.* 16. quem alii ſequuntur. Ubi ſatis doctè & piè de hac materia loquitur. Et advertendum eſt, quòd in *cap.* ſuper quodam *de ſtatu Monachorum*, ubi dicta pœna proprietariis imponitur, ſit ſermo de eo, qui ſemel admonitus à Prælato noluit reſignare proprium, quod contra Regulam poſſidebat. Ita præfati Authores.

Illis, qui in vita ſunt proprietarii, correſpondet pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ per duos annos ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de Regul.* hanc tamen pœnã non incurrunt ante ſententiam Judicis, & licet ſecundum *C. ad monaſt. de ſtatu Monach.* deberet illis applicari pœna expulſionis ex Religione, tamen hodie hoc Jus eſt correctum nõ ſolùm per *cap. fin. de regul.* ubi expulſio in pœnam carceris mutata eſt, ut benè notat Sanchez *lib.* 7. *ſummæ cap.* 19. & alii, ſed etiam per nova decreta de Apoſtatis & ejectis, de quibus tractatur in *cap.* 26. Benè tamen notant noſter Doctiſſimus Lezana *Tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 59. & noſter Thomas à Jeſu, quòd ſupradictæ pœnæ comprehendant ſolùm religioſos, qui poſſident rem notabilem contra voluntatem ſuperiorum : non tamen illos, qui ſine licentia alienant, vel conſumunt pecunias vel res æquivalentes, etiamſi ſint in quantitate, quia loca Juris loquuntur de his pœnis ſolùm in ordine ad illos, non verò in ordine ad iſtos, qui quamvis peccent contra votum paupertatis, in rigore tamen non dicuntur proprietarii; nec proprietarii incurrunt aliquam excommunicationem Juris, hæc enim in eo non datur, ſicut notat Sanchez *cap.* 20. *num.* 11. 12. & 13. quidquid alii dicant.

Pœnæ ſtatutæ contra eos, qui alienant bona Conventus, conſtant ex Bulla Clementis VIII. *de largitione munerum* confirmata ab Urbano VIII. quæ paſſim reperitur in Authoribus, & caſu quo in aliquo regno, vel provincia non eſſet recepta, ex contentis tamen in illa colligi facile poteſt, quid faciendum ſit. Poteſt etiam videri Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt.* 35 *art.* 1. circa illos, qui diſſipant bona Conventus, licet illa non dent extraneis; videri etjam poſſunt Bullarium magnum, & Authores moderni, Decreta nova, confirmata ab Urbano VIII. circa alienationem per cenſus perpetuos, ſeu Vitalicios, Hypothecam, & alia, in quibus Regulares alienant dominium rerum mobilium, vel pecunias ad cambium, vel mutuò accipiunt cum ſolutione lucri ceſſantis, aut damni emergentis ſine expreſſa licentia Congregationis Concilii Trident. de quo videndus eſt noſter Lezana *Tom.* 1. *cap.* 10. *nu.* 2. & 3.

Religioſus convictus de furto, vel latrocinio deponendus eſt ex *cap.* Presbyter *diſt.* 81. & *cap* Tuæ de *pœnis*, ubi Innocentius III. cenſuit clericos in latrociniis deprehenſos degradari debere à ſuis ordinibus, & in arctum monaſterium detrudi, ubi advertit Bernardus Diaz. in ſua *practica cap.* 90. quòd hæc degradatio intelligenda eſt de Verbali, non de actuali, & quamvis certum ſit, textus citatos in ſpecie loqui ſolùm de Clericis, debent tamen applicari Religioſis attendendo ſemper ad qualitatem delicti, & perſonarum, quando per leges, & ſtatuta Religionis non ſunt pœnæ aſſignatæ, et ſi Religioſus eſſet latro famoſus, vel diu cõtinuaret furta, licet Rodriguez *par.* 39. *art.* 1. dicat, talem expellendum eſſe ex Religione veluti incorrigibilem, in hoc tamen caſu, & ſimilibus attendendum eſt ad ea, quæ dicuntur in *cap.* 26. loquendo de pœna Expulſionis.

Si aliquis Religioſus furaretur calices, Patenas, vel ſimilia, effringendo portas, parietes, vel feneſtras Eccleſiæ, aut armaria, vel ciſtas in quibus prædicta cuſtodiuntur, ipſo facto eſt excommunicatus *cap.* conquæſtus *de ſent. Excommun.* & tamquam talis illicò denunciandus eſt, & publicandus. Sylveſter *verb.* furtum *num.* 7. non incurreret tamen dictam

cenſuram

cenſuram ille, qui accipiendo clavem furtivè, vel aperiendo, cum aliâ extraheret, furaretur prædictas res, quia talis non dicitur effringere portas Eccleſiæ, licet mereatur alias pœnas condignas ſuæ culpæ, juxta arbitrium Judicis; additque Rodriguez ubi *ſupra art.* 2. quòd ad incurrendam hanc excommunicationem requiritur, quòd aliquis furetur prædicta, ſimulque perſtringat portas, vel feneſtras aut parietes, & non ſufficiat committere unum tantùm ex his delictis.

Advertatur etiam quod majorem pœnam mereatur Religioſus, qui furatur bona ſui Conventus, quàm ille, qui diripit bona aliena;tum, quia quemadmodum benè notat Anton. Faber. *§. alia deinde, inſtit. de publ. Iudic.* ubi ait, familiarem, vel ſervum, aut juvantem illum debere ſuſpendi pro primo furto: quis enim ſecurus erit à prædonibus domeſticis, ſi major pœna illos non coerceat? tum etiam propter magnam perturbationem, & inquietudinem, quæ ex furtis monaſteriorum ſequitur: tum denique propter majorem facilitatem illa committendi, & continuandi.

Religioſus exercens illicitam negotiationem eſt ex communicandus ex *C. ſecundum ne cleric. vel Monach.* ubi dicta negotiatio clericis Ordinis Sacri interdicitur, nec non Ordinum minorum, ſi habeant beneficiũ aliquod, ſub pœna Excommunicationis majoris, quæ tamen teſte Nald. *verb.* clericus *num.* 36. cùm non ſit latæ ſententiæ, ſed ferendæ, nõ incurritur ipſo facto. Verum eſt, quod hæc pœna imponenda non ſit Religioſo negotianti pro aliis exhibendo nummos, & occultò intrando ſocietatem, quia ſecundum Nabaccum, Azorium & alios hoc prohibitum non eſt.

Religioſus Uſurarius ab officio ſuſpendendus eſt ex cap. *præterea de uſur.* & ſi per hoc non corrigatur, debet degradari, ut docet Bernardus Diaz. *cap.* 88. citans Hoſtienſem in *ſumma de uſur. §. fin.* ver. *alia à Iudice*, colligendo illud ex *Canone* 20. *Concilii Elibertini* relati in *cap.* ſi quis 47. *diſt.* Incurrit etiam talis Uſurarius notam infamiæ, ac proinde incapax eſt Officiorum, nec poteſt eſſe Teſtis, quod docet Diaz. ex Panormitano, probabile tamen eſt, Epiſcopum poſſe eum ab infamia purgare, ſi veram egerit pœnitentiam; quæ omnia quamvis de Clericis dicta ſint, accommodanda ſunt Religioſis Uſurariis.

Contra Religioſos falſificantes monetas extat Bulla Urbani VIII. quæ incipit *in ſuprema paſtorali*, ſolùm tamen ſe extendit ad Provincias intra Italiam, ſicut notat Diana *part.* 2. *tract.* 17. *reſolut.* 30. & noſter Doctiſſimus Lezana verbo *Monetarii*, videantur. Ex illa inferri poteſt, quid poſſint facere Prælati contra Religioſos in hac materia delinquentes.

§. III.

De peccatis contra Caſtitatem.

CLerici committentes ſimplicem fornicationem debent ſuſpẽdi Gloſſa in *cap. Maximianum V. removeantur diſt.* 81. quam ſequitur Abbas in *cap.* ex parte *num.* 1. *de teſtibus*, quæ depoſitio debet intelligi iàm ab Officio (id eſt ab Ordine, & Juriſdictione) quàm à beneficio, cùm verba ſint abſoluta, ſic Bonacina *diſp.* 3. *de Cenſ. in communi q.* 6. *punct.* 2. *num.* 1. cum aliis communiter, & idem dicendum eſt de Religioſo fornicante.

Contra Clericos concubinarios Panormitanus in *c. at ſi clerici de Iud.* & Bernardus Diaz. *cap.* 79. *nu.* 3. ſentiunt, quòd ob varios modos, quibus in jure agitur de iſto delicto, non ſit aſſignabilis pœna aliqua fixa & determinata, quia aliquando loquitur cum majori rigore, aliquando cum minori, idcircò hoc relinquitur arbitrio prudentis Judicis, qui benè perpendens circumſtantias delicti, debet eſſe magis, vel minus ſeverus: id ipſum dico de Prælatis Regularibus in ordine ad ſuos ſubditos. Attamen ut benè notat Bernardus Diaz *ſupra num.* 7. ad hoc ut Clericus ſit concubinarius, non eſt neceſſum quòd in ſua domo teneat concubinam, ſed ſufficit, quod eam habeat in domo aliena, & de hoc conſtet ex fama Viciniæ: quod etiam in Religioſo in Conventu degente locum habere poteſt, & attendendo ad ea, quæ diſponit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 24. *de reformatione* contra Clericos concubinarios, Prælatus facilè ſe poterit dirigere.

Contra Clericos moniales carnaliter cognoſcentes in *Canone Virginibus* 7 *quæſt.* 1. decernitur pœna depoſitionis ab officio, & be-

Digitized by Google

neficio, id eſt, ab omni Ordine Sacro, & ab omnibus beneficiis, & inſuper debet detrudi in arctum monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam, ita Bernardus Diaz. Unde ſi detur caſus (quod Deus avertat) in aliquo Religioſo, colligi poteſt, quid agendum proportione ſervata. Monialis verò intra arctum carcerem debet perpetuò manere, ut conſtat in *cap. impudicas* 27. *q.* 1.

Clericum convictum de hoc crimine cum filia Confeſſionis deponi debere, & per longũ tempus carceri mancipari, docet Bernardus Diaz. *ſupra cap.* 28. colligit ex *cap. fin.* 30. *q.* 1. & *ex cap.* ſi quis *eadem cauſa & quæſtione*, & hinc colligi poteſt, qua pœna debeat puniri Religioſus, qui hoc ſcelus commiſit, & cùm Jura relata dicant abſolutè, *qui cum mulieribus, quæ ei fuerint ſua peccata confeſſa*, ſufficit ad dictam pœnam incurrendam, quòd unica Confeſſio præceſſerit.

Quamvis in Jure non inveniatur pœna pro Clericis Virgines deflorantibus, tamen Bernardus Diaz. *cap.* 28. *num.* 2. ex Abbate & aliis ſentit, debere deponi & corporaliter puniri, quod ſi per vim faciant, aggravanda eſt pœna juxta qualitatem delicti, & ſi hoc evenerit in puella nondum apta matrimonio, pœna debet augeri, ſi quidem ut videre eſt in Julio Claro *lib.* 5. §. *ſtuprum*, pœnæ mortis ſubjacet talis ſtuprator.

In Capite Clerici de exceſſibus Prælatorum diſponitur contra Sodomitas Clericos, ut perpetuò deponantur, ſed poſtea Pius V. in ſua Conſtitutione 28. quæ incipit *Horrendum*, omnes, & quoſcunque Clericos Sæculares, & Regulares, cujuſcunque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico privavit, & per Judicem degradari debere, poteſtatique ſæculari ſtatim tradi; quod intellige, ſi ſcelus eſt conſummatum, & quamvis Salcedo in *addit. ad pract. Diaz. cap.* 86. conetur defendere dictas pœnas incurri, ſi ſemel committatur delictum, at melius Navarrus in *manuali cap.* 27. *num.* 244. Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt.* 29. *art.* 2. & alii ſentiunt, ſub dictis pœnis Pii V. ſolùm comprehendi, qui plures nefas commiſerunt, & ſic reſpondit Gregorius XIII. ipſi Navarro, ut ipſe teſtatur.

At quia Pius V. loquitur de Clericis Sæcularibus & Regularibus, & Religioſus laicus nec eſt Presbyter, neque Clericus, non ſubjacet dictis pœnis, & idem dic de Choriſta nondum clericali ordine conſtituto, & hoc maximè tenet in materia pœnali, quæ non eſt amplianda, ſed reſtringenda, ſed applicanda eſt pœna proportionata.

Nota tamen, quòd juxta commune placitum Doctorum teſte Salcedo *ad Diaz. cap.* 86. *litt. B.* Sodomitam etiam occultum, & etiam poſt adimpletam pœnitentiam eſſe ſuſpenſum ab executione Ordinum, & ſi interim celebraverit, fieri irregularem, ſed cùm hoc ſit pro foro conſcientiæ, & peccatum ſit occultum, tam in ſuſpenſione quàm in Irregularitate poterit Epiſcopus diſpenſare vigore Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* Nihilominus oppoſitum tenet Bonacina ubi *ſuprà* cum Navarro & aliis affirmans, neque ſuſpenſionem neque Irregularitatem incurri in dicto caſu occulto, quia hæc non inveniuntur expreſſa in Jure, ac per conſequens non teneri Clericum in foro conſcientiæ abſtinere ab Officio, beneficio, nec aliquid reſtituere ante Iudicis ſententiam.

Contra Clericum in Sacris Raptorem, ſi hoc faciat cauſa matrimonii contrahendi, aut in hoc præſtet conſilium, auxilium, aut favorem, extat pœna depoſitionis abſolutæ ab exercitio Ordinum, quos habet juxta Decretum Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat. matrim.* & idem dicendum eſt de Religioſo. Si verò non rapuerit cauſa matrimonii contrahendi, puniri debet alia pœna pro modo culpæ, ut docet Salcedo *ad Diaz. cap.* 138. quòd ſi Raptor fuerit Religioſus laicus, vel non Clericus, puniendus erit pœna proportionata arbitraria. Quando autem Religioſus profeſſus, & ſi non fuerit raptor, de facto matrimonium contraxit ſive clam ſive palam, præterquam quòd manet excommunicatus ex Clementina 1. *de conſang.* nulli tamen reſervata eſt, ut docent Navarrus *cap.* 27. *num.* 141. Sairus *lib* 3. *cap.* 33. & alii ſubdunt, quòd ſit ab inquiſitoribus puniendus tamquam vehementer ſuſpectus de hæreſi, quia per hoc factum videtur approbare ſenſum hæreticorum noſtræ ætatis Vota Religioſorum damnantium, & aſſerentium licere illis matrimonium.

Digitized by Google

monium. Ita Rodriguez *Tom.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 1. Peirinus ad *conſtitut.* 9. *Pauli V. num.* 20. Diana multos referens *p.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 5. Catena *p.* 2. *tit.* 17. *num.* 10. Farin. *q.* 187. *num.* 71. & alii communiter. Unde in hoc crimine puniendo non ſe poſſunt intromittere Prælati Regulares: idem dicendum eſt de contrahentibus ſponſalia de futuro, quia ſuſpecti ſunt ſaltem leviter de hæreſi, ut docet Bordonus in ſuo *Tribunali c.* 22. *n.* 56.

§. IV.

De Delictis Religioſorum circa Sacramenta.

QUia Religioſos non Sacerdotes, qui vel miſſæ ſacrificium faciunt, vel Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrant, punire, pertinet ad Tribunal ſacræ inquiſitionis, nihil poſſunt efficere Prælati Regulares contra illos, ſed debent denuntiare, & tradere miniſtris inquiſitionis.

Sed hic ſe offert dubium, an nimirum, ſi aliquis non Sacerdos, ſimulans tamen ſe talē, inciperet dicere miſſam, illam tamen non finiret, vel exciperet confeſſionem, non tamen abſolveret, an hoc crimen ſpectet ad inquiſitionem. Partem negativam tenent Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt.* 28. *art.* 2. Carena *p.* 2. *tit.* 11. §. 5. Diana *p.* 4. *tract.* 7 *reſolut.* 11. alios referens, quia in Bullis Gregorii XIII. requiritur, *Confeſſionem audire & abſolutionem impartiri*, quod in hoc caſu non invenitur; tum etiam, quia ad abuſum Sacramenti opus eſt, quòd concurrant omnia illa, quæ verus Confeſſarius faceret, ac proinde non ſufficit confeſſio ſine abſolutione, & idem eſt in caſu miſſæ. Sed oppoſitum docent Bonacina *p.* 2. *de ſigillo num.* 2. Bordonus ubi *ſuprà num.* 15. quia audiens confeſſionem ſine abſolutione, & celebrans partem miſſæ ante conſecrationem abutitur his duobus Sacramentis, & illis magnam injuriam facit, licet enim non ſint partes eſſentiales, ſunt partes integrales: Unde ſaltem leviter redditur talis ſuſpectus de hæreſi, & hoc mihi probabilius videtur; quam ſententiam optimè fundat P. Lezana *conſultatione* 21. *à num.* 52. *cum ſequentibus.*

Ad primum fundamentum oppoſitæ ſententiæ dico cum Bordono, quòd illa clauſula non eſt in parte diſpoſitiva Bullarum, ſed in narrativa, quæ licet influat ad diſponendum ex parte Legislatoris decernentis omnia, quæ ad occurrendum malis impoſterum futuris convenientia judicat. Et hoc ita ſe habere in noſtro caſu, videtur conſtare ex clauſula diſpoſitiva Bullæ Gregorii XIII. *ibi confeſſiones audiunt*, per quam non excluditur abſolutio, neque per incluſionem utriuſque in clauſula narrativæ excluditur alterum tantùm, cum poſſit contingere unum ſine altero.

Unde ſicut ille, qui à peccatis abſolveret, quæ non audiviſſet, comprehenderetur, ita & ille, qui ab auditis non abſolveret, comprehenditur, in utroque enim caſu ſe fingit Confeſſarium, & decipit fideles cum irriſione Sacramenti, & id ipſum conſtat ex Bulla Clementis VIII. cujus verba in diſpoſitiva ſunt hæc. *Statuimus, ut quicunque non promotus ad Sacrum Presbyteratus Ordinem repertus fuerit miſſarum celebrationem uſurpare, vel Sacramentalem confeſſionem audire, à Iudicibus Sacræ Inquiſitionis puniatur.*

Id ipſum ſtabilivit Urbanus VIII. in Bulla, quæ incipit. *Apoſtolatus officium*, edita anno 1628. Nec valet dicere, ille, qui non abſolvit, non facit Sacramentum, quia nec ille, qui abſolvit, facit Sacramentum, cùm omnia, quæ facit, nulla ſint, quod enim intendunt puniri, eſt illa fictio, & ſimulatio faciendi, & abuſus Sacramenti, quæ omnia ſatis manifeſtantur exponendo ſe ad faciendam, & de facto facere aliquam partem, cum quo manet etiam ſatisfactum ſecundo argumento primæ ſententiæ. Et videtur mihi, quòd ſatis benè dicat, Souſa *lib.* 1. *cap.* 23. *nu.* 5. ſequendo noſtrā ſententiam, nimirum non Sacerdotem jam veſtitum in ordine ad dicendam miſſam, dūmodò non inceperit, non ſubdi inquiſitoribus, licet Bordonus addat, quòd etiam in iſto caſu poteſt corrigi ab Inquiſitoribus, quia, qui habet poteſtatem ſuper delictum conſummatum, habet ſuper inceptum, & ſuper attentatum.

Sacerdotes nō habentes poteſtatē Juriſdictionis ab Epiſcopo, & à ſuis Prælatis, vel ſūt depoſiti, ſuſpenſi, aut degradati, licet non ſubdantur Inquiſitoribus audiendo confeſ-

ſiones, aut miſſæ Sacrificium celebrando, ut docent Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt.* 28. *art.* 2. *in fine*, & alii communiter citati a Carena *part.* 2. *tit.* 11. *num.* 15. & à Diana *parte* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 11. quia Bullæ relatæ loquuntur de iis, qui non ſunt Sacerdotes: nihilominus ex *cap* placuit de pænitentia *diſt.* 6 conſtat, debere ſuſpendi à gradu poteſtatis ac Juriſdictionis habitualis receptæ in Sacerdotio, ita ut nunquam ea poteſtas ac Juriſdictio habitualis in actum redigatur recipiendo actualem Juriſdictionem, niſi Sacerdos talem egerit pœnitentiam, ut ad ipſum gradum ſeu exercitium reſtitui mereatur: Ita Rodriguez ubi *ſupra ar.* 1. addens, Regularem in iſto caſu, juxta Jus ſupra relatum, videri poſſe ſuſpendi etiam à celebranda miſſa per aliquod tempus, ait enim textus, *gradus ſui periculo ſubjacebit*, & cùm loquatur abſolutè, non ſolùm de gradu Juriſdictionis habitualis receptæ, ſed etiam de gradu Sacerdotii accepto in ordine ad conſecrandum corpus Chriſti videtur intelligi.

Contra Sacerdotes dicentes plures miſſas quàm unam extra diem Natalem Domini, vel aliquem caſum permiſſum, non invenitur in Jure aliqua pœna determinata, ac proinde relinquitur ad arbitrium prudentis Judicis attendendo ad circumſtantias caſus. Ita Menochius *de arbitrar. caſu* 407. *num.* 5. ſequens Bernardum Diaz *cap.* 35. & alii communiter. Et licet Genuenſis in *praxi cap.* 64. dicat, Neapoli pluries celebranti eadem die fuiſſe impoſitam pœnam triremium per 3. annos & ſuſpenſionis à miſſæ celebratione, addit tamen, præfatam pœnam triremium impoſitam fuiſſe ob celebrationem duarum miſſarum eodem die avaritiæ cauſa, ideſt, pro lucro Eleemoſinæ. Unde ait, ſi hoc evenerit ob alias cauſas, licet non adeò urgentes, non eſſe puniendum pœna adeò rigoroſa, & licet Majolus *lib.* 3. *cap.* 15. ſentiat, talem celebrando manere irregularem, hoc tamen certum non eſt, dum à Judice non habuit ſententiam, & non fuerit infamatus de delicto publico.

Videatur Sanchez *lib.* 6. *conſil. cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 14. Silveſter *verb.* crimen. *q.* 3. Toletus *lib.* 4. *cap.* 74. Nec hoc delictum ſpectat ad Inquiſitores, ut benè notat Bordonus, quia talis quamvis peccet graviter contra diſpoſitum in *cap.* ſufficiat 25. *de conſecrat. diſt.* 7. & *cap.* conſul. 3. & *cap.* 12. referente, *de celebrat. miſſ.* ſed non redditur ſuſpectus de fide.

Secus autem dicendum eſt, ſi verus Sacerdos in aliqua miſſarum, quas dicit, vel non conſecrat, vel conſecrat ſolùm in unà ſpecie, vel conſecrat materiam jam conſecratam in alia miſſa, ſiquidem in hoc talis comparatur cum non Sacerdote celebrante, quia uterque fingit celebrare, nec obſtat quòd unus habeat poteſtatem, alius non, quia comparatio fit reſpectu actus ſimulati, & non poteſtatis. Tum quia ſic celebrans eſt Idololatra quoad actum externum, & alios in re graviſſima circa res fidei ſeducit: Similiter qui hoſtiam jam conſecratam de novo conſecrat, abutitur forma, ſiquidem applicat materiæ ineptæ, qualis eſt materia jam conſecrata, ubi non eſt ſubſtantia panis, nec vini, quæ ſecundum fidem requiritur ad conſecrandum. Unde qui hoc facit, malè videtur ſentire de rebus fidei, ita Bordonus ubi *ſuprà nu.* 11. cum aliis.

Non me latet Patrem Ignatium à Lupo Reformatorem Seraphici Franciſci in *comment. Edictorum Sanctæ Inquiſitionis p.* 2. *lib.* 14. *diſt.* 1. *ar.* 3. poſtquam ſuſpitionem de hæreſi dividit in levem, quæ ex levibus fundamentis, in gravem, quæ ex gravibus, & in vehementem ſeu violentam, quæ ex vehementibus ſeu violentis fundamentis naſcitur, dicere, non eſſe denuntiandum in Tribunali Sacræ Inquiſitionis, & in ſui favorem citat praxin Neapolitanam, Simancam & alios, & ſi ei objicias, Romanos Inquiſitores poſſe procedere contra ſuſpectos de Hæreſi non ſolùm vehementer, & graviter, ſed etiam leviter, ut conſtat ex C. *Contumacia*, & cap. *Accuſatus in principio de hæreticis in* 6. Reſpondet, levem ſuſpitionem in dictis locis dici talem per comparationem ad gravem, & vehementem, quæ in ſe gravis eſſe debet Judicis arbitrio ex Gloſſæ in *cap.* Excommunicamus 1. §. *qui autem de hæreticis*, & addit, ita explicari debere Doctores docentes in hoc crimine procedi poſſe contra quoſcunque pro quavis etiam levi ſuſpitione, quia non loquuntur de illa, quæ in ſe levis eſt, ſed gravis, licet dicatur levis comparatione facta cum graviſſima, vehementi, ſeu violenta, quæ doctrina valde notanda eſt tàm pro dictis, quàm pro dicendis,

Digitized by Google

dis, & aliis multis caſibus, ut neque per exceſſum, neque per defectum peccetur, ſed magna prudentia opus eſt ad praxin.

Circa Sacerdotem, qui celebrando miſſam non recipit Sanctiſſimum Sacramentum, eſt dubium, an tale delictum ſpectet ad tribunal Sacræ Inquiſitionis. Ceſpedes *diſp.* 103. *exempl. nu.* 1. ſentit, quòd ad illud non ſpectet, poſſit tamen Epiſcopus contra talem delinquentem procedere, etiamſi Regularis ſit, ex Trident. *ſeſſ.* 22. *c.* 8. *de ſacrificio miſſæ.* Alij ſentiunt, pertinere ad Inquiſitionem, & non ſine gravi fundamento, quare utrumque probabile judico, dum Domini Inquiſitores nõ declarant ad ipſos pertinere. Pœna autem aſſignata pro hoc delicto in *C. relatum de conſecrat. diſt.* 2. docet Bonacina de *Cenſuris d.* 3. *q.* 3. *nu.* 5. eſſe, ut talis excludatur per annum à participatione Corporis & ſanguinis Domini.

Ille qui inchoatam miſſam non abſolvit ſine juſtâ & legitimâ causâ ex *cap. nihil* 16. *q.* 1. ſubjacet pœnæ excommunicationis majoris, & ex *C. nullus Epiſcopus de conſecrat. diſt.* 1. pœnæ ſuſpenſionis, quæ tamen pœnæ non ſunt latæ, ſed ferendæ ut docent Bordonus *Tom* 2. *reſolut.* 56. *q.* 26. *nu.* 134. quia licet in cap. *nullus Epiſcopus.* ubi *ſuprà* dicatur, ſit ſuſpenſus, nam ex natura ſua Verbum *ſit* non ſignificat pænam latam, ſed ferendam, ut doctè notavit Navarrus, in *man. c.* 27. *n.* 12. loquendo de clauſula frequenter appoſita *anathema ſit*, quæ quando loquitur de Hæreticis, ſupponit Excommunicationem latam contra hæreticos in *cap. ad abolendam*, & in *cap. excommunicamus de hæreticis*, ſed in canonibus de fide non definientibus pœnæ non ſunt latæ, ſed ferendæ, ut conſtat ex Gloſſa *Cap. Generali* 25 *q.* 1. *c.* ſi quis *diſt.* 23. *de vita & honeſtate Clericorum*, & colligitur ex *diſt.* 31. ferè per totum.

Confeſſarius frangens ſigillum Confeſſionis deponendus eſt non ſolùm ab officio Confeſſarii, ſed etiam à quocunque munere Sacerdotali, ac perpetuò detrudi in monaſterium. Sic Diana *p.* 5. *tract.* 11. *reſolut.* 51. cum aliis, & conſtat ex *cap* ſi Sacerdos *de pœnit. diſt.* 6. advertit tamen Diana cum Ochogavia, & aliis, eos non mereri hanc pœnam, qui non ſunt Confeſſarij, licet aliunde teneantur ſervare ſigillum, & peccent graviter frangendo illud, nec etiam Confeſſarius, qui revelat aliquem defectum ignominioſum, quem novit ex confeſſione, nec ille qui loquitur de peccatis in confeſſione auditis cum ipſo pertinente ſine eiusdem licentia; ſed tales puniendi ſunt aliis pœnis minus rigoroſis, ſed prædictam pœnam meretur, & incurrit ſolus Confeſſarius, qui alicui alteri revelat peccata in Confeſſione audita, Jus enim ſolum de iſto loquitur. Nec iſte incurrit irregularitatem, ut docent Doctores communiter, quia non invenitur in Jure.

Nec hoc delictum pertinet ad Inquiſitionem, niſi in aliquo caſu eſſet delicto admixta aliqua circumſtantia hæreſis, ut ſi malè ſentiret de Sacramento confeſſionis, ſic Caſtro Palao *Tract.* 23. *d. unica p.* 19. §. 1. *nu.* 14 Theſaurus *verb.* Confeſſio *cap.* 4. Bordonus ubi *ſuprà q.* 25. *nu.* 47. Catena *p.* 2. *tract.* 17. §. 23. *nu.* 91. Diana *p.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 95. cũ aliis, nec invenio authorem contrarium affirmantem. Unde Confeſſarij ſæculares à proprio Epiſcopo, Regulares verò à proprio Prælato debent puniri.

Confeſſarius, qui in ſcriptis abſolvit, vel excipit confeſſionem pœnitẽtis abſentis peccat mortaliter, & ipſo facto incurrit excommunicationem majorem reſervatam Papæ ex decreto Clementis VIII. *edito die* 30. *Iunii anno* 1602. & addit Bordonus, hanc prohibitionem æqualiter ſe extendere ad confeſſionem, & abſolutionem ſigillatim, cùm quælibet ſit pars eſſentialis Sacramenti.

Advertit tamen, quòd Prælati Regulares per ſua privilegia poſſint abſolvere ab hac cenſura. Videatur Bonacina de *pœnitent q.* 4. *p.* 5. neque hic caſus pertinet ad Inquiſitionem, ſicut nec eorũ, qui non obſervant præceptum Eccleſiaſticum annuæ Confeſſionis, & Communionis, niſi ſufficienter admoniti ab Epiſcopis, & Parochis, quemadmodum annuè fieri ſolet, non obediant, quia in hoc caſu jam ad inquiſitores pertinebit delictum, ſicut & eorum, qui tranſacto uno anno admoniti non procurant abſolvi ab excommunicatione, quam incurrerunt, nam tales ſunt ſuſpecti de Hæreſi. Sic Bordonus, *quæſt.* 25. *nu.* 50.

Regulares extra ſuos conventus concio-

nantes

nantes ſine licentia Epiſcopi puniendi ſunt juxta qualitatem, & circumſtantias delicti, regulariter eorum pœna eſt ſuſpenſio ab Officio Prædicatoris, eadem pœna digni ſunt, qui licet habeant licentiam concionandi, prædicant tamen miracula falſa, vel incerta, vel prophetias non fundatas in ſacta ſcriptura evulgant, ſimiliter ſi in concionibus detrahant Epiſcopis, aut aliis Prælatis, ut conſtat ex Concilio Lateranenſi *ſeſſ.* 11.

An dictas culpas caſtigare ſpectet ad Epiſcopos, ſicut conſtat ex Bulla Gregorii XV. quæ incipit *Inſcrutabilia*, vel pertineat ad prælatos Regulares præcipuè in Regnis Hiſpaniarum propter ſpecialem Bullam Urbani VIII. circa hoc videri poteſt Diana *p.* 7. *tract.* 12. *reſol.* 25. & Novarius in *Lucerna citatus à Diana.*

Delicta, quæ committunt Regulares ſollicitantes in confeſsione, & tractantes de Conceptione Beatiſsimæ Virginis contra Decreta, quæ de his exiſtunt, pertinent ad Inquiſitores, & idcircò non ago de illis.

§. V.

De Delictis pertinentibus ad varias ſpecies.

Quoad pœnas, quæ correſpondent homocidio, vel illius ſceleri, qui cum effectu præbuit venenum, qui enormiter percuſſit, qui procuravit abortum fœtus animati, vel non animati, videantur Rodriguez *Tom.* 2. *q.* 34. *& deinceps*, Navarrus de *privileg. conſ.* 7. Bernardus Diaz ubi *ſuprà*, Bonacina de *cenſ. d.* 2. *q.* 3. *p.* 16. Diana 3. *p. ar.* 1. *reſolut.* 27. & alii, qui paſsim de his rebus diſputant, à quibus ego brevitati conſulens, abſtineo.

Pœnæ correſpondentes blaſphemis (dummodò blaſphemia hæretica non ſit, tunc enim pertinet ad Inquiſitores ex Bulla Pauli V. edita anno 1606. incipiente *Romanus Pontifex*) ſunt arbitrariæ, ſi pœna aſsignata in *C. ſi quis per Capillum* 22. *q.* 1. per non uſum ceſſavit, ut docent Hoſtienſis, Panormitanus, Ioann. Andr. quos refert & ſequitur Bernardus Diaz. *C* 100. ſed valde notanda eſt Conſtitutio Pii V. innovativa diſpoſitionũ Concilii Lateranenſis ſub Leone X. ſeſſ. 9. ubi ait præfatus Pius V. *quicunque Clericus in hoc blaſphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus unius anni omnium, & quorumcunque beneficiorum ſuorum: pro ſecunda beneficiis ipſis privetur; pro tertiâ omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur: quòd ſi Clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur.* Hucuſque loquitur de blaſphemiis contra Deum, & Beatiſsimam Virginem, & ſtatim proſequitur, *qui reliquos ſanctos blaſphemaverit, pro qualitate blaſphemiæ atque perſonæ arbitrio Iudicis puniatur*, unde Prælati Regulares inferre poterunt, quid poſsint, & debeant facere contra blaſphemos.

Perjurus poteſt ordine & beneficio privari, in *cap.* Presbyter 81. *diſt.* ut notat Panormitanus in *cap.* querelam *de Iurejur. in* 2. *not.* probat illud etiam ex *cap.* cùm non ab homine *de Iudic.* & *cap.* ſi quis Epiſcopus *diſt.* 50. Verum eſt, quòd licet Rebuffus *Tract. de pacificis poſſeſſor. p* 37. cum aliis ſentiat, eſſe communem opinionem, quòd perjurus non ſit privatus de facto ipſo Jure, ſentit tamen opinionem contrariam poſſe in puncto Juris ſuſtineri, ſed cum communi ſentiendum eſt, ac per conſequens Regularis perjurus poteſt deponi ab Ordine & à beneficio, ſi habeat, vel loco illius ab Officio.

Religioſus convictus de peccato Simoniæ puniendus eſt pœnis, quas aſsignat Pius V. in Bulla incipiente, *Cùm primum* in ordine V. quia generaliter loquitur, & ſic tàm Clericos ſæculares, quàm Regulares comprehendit. Videatur in Bullario, & in modernis Authoribus.

Convictus de falſo teſtimonio teſte Gratiano in *cap.* ſi Epiſcopus *diſt.* 50. debet ab officio deponi & in monaſterium detrudi, loquitur de Presbyteris & Diaconis, ſed advertit Salcedus apud Bernardum Diaz, Reum teſtimonii falſi ab hac pœna excuſari in multis caſibus. *Primò*, ſi falſitas non ſit nociva, ſed tunc debet puniri pœna extraordinaria. *Secundò*, ſi falſitas commiſſa ſit circa accidentalia cauſæ. *Tertiò*, ſi falſitas ſine dolo commiſſa ſit, nempe per errorem, falſitas enim non committitur ſine dolo, *l. nec exemplum ſi quis decurio C. de falſ.* Quartò, ſi falſum teſtimonium

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

De Incorrigibilitate, & pœna Expulſionis illi correſpondente.

1. QUàm neceſſaria ſit in omnibus Religionibus pœna expulſionis pro illis, qui verè incorrigibiles ſunt, pro earum pace & tranquillitate, fusè probat S. Baſilius in *lib. Regul. fuſius diſp. c.* 28. & in *Regul. brevior interrogat.* 57. *&* 102. *& alibi ſæpe.* Divus Auguſtinus *Reg.* 3. *cap.* 23. Caſſianus *lib.* 4. *inſtitut. cap.* 16. *in fine.* S. Proſper. Aquitanicus *lib.* 2. *de vita contemplat. cap.* 7. & habetur in *cap.* Ecce 24. *quæſt.* 4. S. Benedictus in *Reg. cap.* 28. S. Bernardus *epiſt.* 102. D. Thomas *quodlib.* 12. *art.* 36. D. Bonavent. in *Reg. S. Franciſci quæſt.* 14. & ex aliis Regulis id probat Ribadineira in *lib. de inſtituto Societatis cap.* 13. conſtat etiam id ipſum ex multis capitibus Juris Canonici, cap. *relatum ne Clerici vel Monachi*, cap. *cùm ad monaſterium* cap. *ea quæ, de ſtatu Monachorum* c. reſecandæ cap. *illud* 24. *quæſt.* 3. Tradunt etiam Panormitanus in *cap. fin. de Regularibus*, Archidiaconus in cap. *Abbas nu.* 6. Sylveſter *verb.* Religio 6. *num.* 17. Navarrus in *Comment.* 2. *de Regularibus*, Azor. *lib.* 12. *inſtit. Moral. cap.* 16. *verſ.* 2. *quæritur*, & alii communiter; præterea Alexander VI. conceſſit Prælatis Ordinis S. Franciſci ſpeciale privilegium pro expulſione Religioſorum incorrigibilium, de quo participant etiam cæteræ Religiones.

2. Suppoſita neceſſitate hujus medii ad quietam conſervationem ſtatus Religioſi; quemadmodum in Rebuſpublicis ſæcularibus eſt neceſſaria expulſio hominum facinoroſorum, qui illas perturbant, remanet difficultas, quiſnam dicatur incorrigibilis, & quænam debeant circumſtantiæ concurrere ad hoc, ut Religioſo profeſſo pœna expulſionis applicari poſſit, tàm ſecundùm Jus commune, quàm particulare, & incipiendo à primo, omnes Doctores in hoc conveniunt, quòd ille dicatur incorrigibilis, qui poſt commiſſum aliquod delictum, vel commiſſa aliqua delicta gravia correctus, & punitus, non præbet ſpem emendationis; & colligunt Doctores incorrigibilitatem ex tribus principiis.

Primum eſt, quando delinquens correctus, & punitus tribus vicibus reincidit in culpas graves, eſto ſint ſpecie diſtinctæ à primis. Ita Panormitanus in *cap.* cùm ab homine, *num.* 30. *de Iudiciis*, Alderete *lib.* 2. *cap.* 26. *à num.* 34.

Secundùm eſt, quando delinquens non vult acceptare pœnitentiam pro ſuis delictis ſibi impoſitam, ex hoc enim ſatis colligitur, eum nolle ſe emendare; quia ægrotus recuſans medicinam nullam dat ſpem ſuæ ſalutis.

Tertium eſt, quando delinquens juſtè incarceratus fugit ex carcere, ob eamdem rationem modò dictam. Tota hæc doctrina eſt S. Auguſtini in *Reg. cap.* 23. Panormitani ubi *ſuprà in fin.* Felini *ibidem num.* 15. Deciani *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 130. Sayri *lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 36. *&* 37. Alderete *ubi ſuprà*, Thomæ Sanchez *lib.* 6. *Decalog. cap.* 9. *num.* 4. & aliorum, qui hanc materiam pertractant.

Ex hac doctrina communi benè inferunt 3.
Menoch. *conſilio* 82 Farinacius *Tom.* 1. *praxis quæſt.* 24. *num.* 9. & alii, non poſſe dici aliquem incorrigibilem, eo quòd commiſerit multa delicta, ob quæ correctus & punitus non fuit; quia nimirum Iudici nota non fuerunt; ille enim, qui admonitus & correctus non eſt, incorrigibilis dici non poteſt.

Suppoſito deinde, quòd ſecundum jus commune ſoli incorrigibiles expelli poſſint à Religione, ſicut docent S. Thomas *quodlibeto* 12. *art. ultimo*, Divus Bonaventura in *Regula S. Franciſci cap.* 14. Sylveſter *verbo* Religio 6. *quæſt. ultim.* Azor. *Tom.* 1. *inſtit. Moral. lib.* 12. *cap.* 16. *quæſt.* 3. ſolùm illis, in quibus aliquid ex prædictis numero præcedenti repetitur, à Religione poterunt expelli ſecundum Jus commune: dico autem ſecundum Jus commune, quia attendendo ad Jus particulare Religionum ob alias plures cauſas expelli poſ-

Digitized by Google

li poſſunt illi, qui committunt delicta valde atrocia, quemadmodum patet ex variis earum Conſtitutionibus per Summos Pontifices approbatis.

4 Verum eſt hodie tales Conſtitutiones, quantum ad hoc punctum, robur non habere, cùm fuerint abrogatæ per novum decretum Sacræ Congregationis Cardinalium approbatum, & publicatum per Sanctiſsimum Patrem Noſtrum Urbanum VIII. datumque Romæ 21. Septembris Anno 1624. in quo præcipit, quòd deinceps nullus Religioſus profeſſus è Religione expelli poſſit, niſi fuerit verè incorrigibilis, & nullus tamquam talis judicetur, niſi concurrant illa, quæ in illo jus commune requirit, & ultrà hoc fuerit incarceratus per unum annum, afflictuſque jejuniis & pœnitentiis, & tranſacto anno, ſi non ſe emendaverit veluti membrum putridum abſcindi, reſecari, & à Religione expelli poſsit.

Addit etiam, Generalem teneri notificare ſententiam datam Ordinario Diœceſano, nec expulſis dentur dimiſſoriæ, ſed ſufficiat ſimplex expulſionis teſtimonium. Inſuper condemnat eos ad perpetuam ſuſpenſionem ab exercitio Ordinum, quos ſuſceperant, interdicendo Epiſcopis facultatem concedendi illis licentiam eos exercendi.

Et tandem inculcata Prælatis diligentia, in procurando priùs tales per media poſsibilia reducere, & determinato votorum numero, quæ ad expulſionem debent concurrere, inquit; quòd ſi aliquis ſuperior alicui eorum convenire præſumpſerit *ipſo facto* ſit privatus omnibus officiis, quibus tunc fungitur, voce etiam *activa & paſsiva*, ſitquè inhabilis in perpetuum ad obtinenda alia in futurum, & hanc pœnam reſervat Sedi Apoſtolicæ, decernitque, ea, quæ contra dicta facta fuerint, eſſe invalida & nulla, revocatque omnia privilegia in contrarium.

Et quia hoc decretum fortè non ita omnibus eſt ad manum & in promptu, viſum mihi fuit, illud hic apponere: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum communicato conſilio cum S. D. N. Vrbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis Suæ facultate, mandato, & approbatione, inter alia ſtatuit, ut impoſterum è Religionibus nullus legitimè profeſſus eiici, poſsit, niſi ſit verè incorrigibilis. Verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex Iuris communis diſpoſitione requiruntur (ſublatis hac in parte ſtatutis & conſtitutionibus cuiuſque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis) verùm etiam unius anni ſpatio, in jejunio & pœnitentia probetur in carceribus: proindeque unaquæque Religio privatos habeat carceres in qualibet ſaltem provincia. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeveráverit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eiici tandem poſsit, ſed ab ipſomet Generali tantùm, de conſilio & aſſenſu ſex Patrum ex gravioribus Religionis, eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus, tumque nonniſi inſtructo ſecundum eorum ſtylum & Conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad Sacrum Canonum præſcriptum.*

Interea tamen uſque ad primum Generale Capitulum ſeu Congregationem proximè celebrandam, ſi quempiam ex iuſtis & neceſſariis cauſis expellere oportebit, eiectio fieri poſsit à Generali cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, ut ſuprà, quos idemmet Generalis eligere debeat infrà quatuor menſes à præſentis decreti publicatione: ſervata tamen in reliquis forma ſuperius præſcripta. Sic verò eiecti quàm diu non redierint ad Religionem in habitu clericali incedant, atque Ordinarii loci Iuriſdictioni, & Obedientiæ ſubſint, proindeque Generalis illicò Expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur.

Cæterùm Sacra Congregatio Religionum Superiores ſeriò admonet, ac per IESU *Chriſti viſcera obteſtatur, ut memores paternæ charitatis, & manſuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas fratrum ſuorum ferè in profundum malorum delapſas, antequam graviſsimum atque extremum Expulſionis remedium experiantur. Idque eo magis, quòd ſubditorum ſanguinem, qui ex mala negligentium, & ſui officii immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noſter* IESUS *Chriſtus in Supremo Dei Iudicio de eorundem Prælatorum manibus ſit requiſiturus.*

Præterea

Digitized by Google

5 *Præterea ſtatuit, ut iidem ſuperiores nemini ex Religioſis expulſis litteras teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam remittentes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.*

6 *Item, ut ejecti extra Religionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab Exercitio Ordinum, ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi aut moderandi.*

7 *Si quis verò adverſus ea, quæ ſuperius præſcripta ſunt, vel eorum aliquid quoquo modo facere, vel moliri præſumpſerit, ipſo facto pœnam incurrat privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ & paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa impoſterum obtinenda, pœnaque hujuſmodi Sanctitati ſuæ ac Sedi Apoſtolicæ reſervata, eiſdem ſuperioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi ſeu relaxandi poteſtate penitus interdicta, & nihilominus ſit irritum, & inane, quidquid ſecus à quopiam actum extiterit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcunque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium quam non Mendicantium, Congregationum Monaſteriorum, Conventuum, domorum ac locorum Regularium quorumcunque nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis, vel conſuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis & privilegiis, etiam in corpore juris clauſis, aut ex cauſa vel titulo oneroſo; vel in limine fundationis conceſſis, etiam mari magno, ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodo libet, etiam per viam excommunicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus & formis, ſpecialis & individua, ac de verbo ad verbum, nec non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quæ ſupradictis quomodolibet adverſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſſe, Sanctitatis ſuæ authoritate derogat, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Dat. Romæ die 21. Septembris 1624.*

His finem impoſueram præſenti capiti, in prima editione huius operis, in hac vero nova & altera editione conſultum mihi viſum eſt, annectere nonnullas difficultates, ac dubia, quæ circa praxin atque executionem præſentis decreti occurrunt, & occurrere queunt.

Pro meliori autem ac faciliori dicendorum intelligentia primo referam declarationes, quas Sacra Congregatio Concilii fecit circa aliquas clauſulas præfati Decreti. Primam fecit 13. Novembris 1632. ad inſtantiam Reverendiſsimi Patris Generalis Minimorum, qui quæſiverat, an incarceratus ad Expulſionem, & intra annum fugam arripiens poſſit ejici ut incorrigibilis, etiamſi annum non expleviſſet: & reſpondit: *Legitimè profeſſos non poſſe è Religione ejici, niſi poſtquam per annum integrum in carceribus, in jejunio & pœnitentia detenti, & probati fuerint, & eo elapſo non reſipuerint, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeveraverint, fugientes verò ut ſuprà è carceribus, etiam pro hujuſmodi fuga delicto eſſe puniendos, & poſſe ferrea cuſtodia in carceribus detineri.*

Robertus Cardinalis Vbaldinus Franciſcus Paulutii S. Cong. Conc. Secretarius.

Secundò declaravit Sacra Congregatio, quòd illi ſex Patres, quos requirit decretum ad hoc ut concurrant una cum Generali ad Expulſiones, nō ſint neceſſariò iidem, ſed pro qualibet Provincia, ſeu Regno poſſent eſſe diverſi. Hujus declarationis mentionem facit Peyrinus *Tom. 2. de priv. ad Conſt. 10. Vrbani VIII. Pontificis,* nō tamen refert illius verba, ſed ait ſe audiviſſe aliquos Religioſos ſupplicaſſe pro illa, & obtinuiſſe. Et ſolùm ob hoc fundamentum ſententiam hanc amplexi ſunt Novarius in *Lucern. Reg.* Ver. *Ejecti à Religione,* & Doctiſsimus noſter Lezana *Tom 1. cap. 23. n. 1.* cum aliis, ſed poſtea re maturiùs examinata, cùm præfatā declarationē minimè adinvenerit, idem Lezana *Tom. 2. cap. 12. nu. 8.*

Digitized by Google

tum alicujus ſæcularis, vel illas conſervarit ad dandam eleemoſinam nomine ſæcularis, qui illi dedit pecunias, vel fuerint datæ in ordine ad faciendam reſtitutionem, ad quam illum ſollicitarunt obſervato tempore opportuno, vel quòd habuerit licentiam àb aliquo Prælato Superiore datam oretenus, vel Prælatus fuerit oblitus, ſe talem licẽtiam dediſſe: tandem ſi non conſtet, eum fuiſſe proprietarium, nec poteſt, nec debet infligi dicta pœna, & ſi Prælatus ſecretò noverit hanc culpam, hanc tamen pœnam publicam applicare non poteſt. Ita Portel. in *dub. reg.* verb. *ſepultura num.* 11. Rodriguez *Tom.* 3. *qq. Reg. q.* 56. *art.* 1. & præcipuè Navarrus *lib.* 3. *conſiliorum de ſepult. Caſ.* 16. quem alii ſequuntur. Ubi ſatis doctè & piè de hac materia loquitur. Et advertendum eſt, quòd in *cap.* ſuper quodam *de ſtatu Monachorum*, ubi dicta pœna proprietariis imponitur, ſit ſermo de eo, qui ſemel admonitus à Prælato noluit reſignare proprium, quod contra Regulam poſſidebat. Ita præfati Authores.

Illis, qui in vita ſunt proprietarii, correſpondet pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ per duos annos ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de Regul.* hanc tamen pœnã non incurrunt ante ſententiam Judicis, & licet ſecundum *C. ad monaſt. de ſtatu Monach.* deberet illis applicari pœna expulſionis ex Religione, tamen hodie hoc Jus eſt correctum nõ ſolùm per *cap. fin. de regul.* ubi expulſio in pœnam carceris mutata eſt, ut benè notat Sanchez *lib.* 7. *ſummæ cap.* 19. & alii, ſed etiam per nova decreta de Apoſtatis & ejectis, de quibus tractatur in *cap.* 26. Benè tamen notant noſter Doctiſſimus Lezana *Tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 59. & noſter Thomas à Jesu, quòd ſupradictæ pœnæ comprehendant ſolùm religioſos, qui poſſident rem notabilem contra voluntatem ſuperiorum: non tamen illos, qui ſine licentia alienant, vel conſumunt pecunias vel res æquivalentes, etiamſi ſint in quantitate, quia loca Juris loquuntur de his pœnis ſolùm in ordine ad illos, non verò in ordine ad iſtos, qui quamvis peccent contra votum paupertatis, in rigore tamen non dicuntur proprietarii; nec proprietarii incurrunt aliquam excommunicationem Juris, hæc enim in eo non datur, ſicut notat Sanchez *cap.* 20. *num.* 11. 12. & 13. quidquid alii dicant.

Pœnæ ſtatutæ contra eos, qui alienant bona Conventus, conſtant ex Bulla Clementis VIII. *de largitione munerum* confirmata ab Urbano VIII. quæ paſſim reperitur in Authoribus, & caſu quo in aliquo regno, vel provincia non eſſet recepta, ex contentis tamen in illa colligi facile poteſt, quid faciendum ſit. Poteſt etiam videri Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt.* 35 *art.* 1. circa illos, qui diſſipant bona Conventus, licet illa non dent extraneis; videri etjam poſſunt Bullarium magnum, & Authores moderni, Decreta nova, confirmata ab Urbano VIII. circa alienationem per cenſus perpetuos, ſeu Vitalitios, Hypothecam, & alia, in quibus Regulares alienant dominium rerum mobilium, vel pecunias ad cambium, vel mutuò accipiunt cum ſolutione lucri ceſſantis, aut damni emergentis ſine expreſſa licentia Congregationis Concilii Trident. de quo videndus eſt noſter Lezana *Tom.* 1. *cap.* 10. *nu.* 2. & 3.

Religioſus convictus de furto, vel latrocinio deponendus eſt ex *cap.* Presbyter *diſt.* 81. & *cap* Tuæ *de pœnis*, ubi Innocentius III. cenſuit clericos in latrociniis deprehenſos degradari debere à ſuis ordinibus, & in arctum monaſterium detrudi, ubi advertit Bernardus Diaz in ſua *practica cap.* 90. quòd hæc degradatio intelligenda eſt de Verbali, non de actuali, & quamvis certum ſit, textus citatos in ſpecie loqui ſolùm de Clericis, debent tamen applicari Religioſis attendendo ſemper ad qualitatem delicti, & perſonarum, quando per leges, & ſtatuta Religionis non ſunt pœnæ aſſignatæ, et ſi Religioſus eſſet latro famoſus, vel diu cõtinuaret furta, licet Rodriguez *par.* 39. *art.* 1. dicat, talem expellendum eſſe ex Religione veluti incorrigibilem, in hoc tamen caſu, & ſimilibus attendendum eſt ad ea, quæ dicuntur in *cap.* 26. loquendo de pœna Expulſionis.

Si alliquis Religioſus furaretur calices, Patenas, vel ſimilia, effringendo portas, parietes, vel feneſtras Eccleſiæ, aut armaria, vel ciſtas in quibus prædicta cuſtodiuntur, ipſo facto eſt excommunicatus *cap.* conquæſtus *de ſent. Excommun.* & tamquam talis illicò denunciandus eſt, & publicandus. Sylveſter *verb.* furtum *num.* 7. non incurreret tamen dictam

cenſuram

Digitized by Google

cenſuram ille, qui accipiendo clavem furtivè, vel aperiendo, cum alià extraheret, furaretur prædictas res, quia talis non dicitur eſtringere portas Eccleſiæ, licet mereatur alias pœnas condignas ſuæ culpæ, juxta arbitrium Judicis; additque Rodriguez ubi *ſupra art.* 2. quòd ad incurrendam hanc excommunicationem requiritur, quòd aliquis furetur prædicta, ſimulque perfringat portas, vel feneſtras aut parietes. & non ſufficiat committere unum tantùm ex his delictis.

Advertatur etiam quod majorem pœnam mereatur Religioſus, qui furatur bona ſui Conventus, quàm ille, qui diripit bona alienorum, quia quemadmodum benè notat Anton. Faber. *§. alia deinde, inſtit. de publ. Iudic.* ubi ait, familiarem, vel ſervum, aut juvantem illum debere ſuſpendi pro primo furto: quis enim ſecurus erit à prædonibus domeſticis, ſi major pœna illos non coerceat? tum etiam propter magnam perturbationem, & inquietudinem. quæ ex furtis monaſteriorum ſequitur: tum denique propter majorem facilitatem illa committendi, & continuandi.

Religioſus exercens illicitam negotiationem eſt ex communicandus ex *C. ſecundum ne cleric. vel Monach.* ubi dicta negotiatio clericis Ordinis Sacri interdicitur, nec non Ordinum minorum, ſi habeant beneficiũ aliquod, ſub pœna Excommunicationis majoris, quæ tamen teſte Nald. *verb.* clericus *num.* 36. cùm non ſit latæ ſententiæ, ſed ferendæ, nõ incurritur ipſo facto. Verum eſt, quod hæc pœna imponenda non ſit Religioſo negotianti pro aliis exhibendo nummos, & occultò intrando ſocietatem, quia ſecundum Nabaccum, Azorium & alios hoc prohibitum non eſt.

Religioſus Uſurarius ab officio ſuſpendendus eſt ex cap. *præterea de uſur.* & ſi per hoc non corrigatur, debet degradari, ut docet Bernardus Diaz. *cap.* 88. citans Hoſtienſem in *ſumma de uſur. §. fin.* ver. *alia à Iudice*, colligendo illud ex *Canone* 10. *Concilii Elibertini* relati in *cap.* ſi quis 47. *diſt.* Incurrit etiam talis Uſurarius notam infamiæ, ac proinde incapax eſt Officiorum, nec poteſt eſſe Teſtis, quod docet Diaz. ex Panormitano, probabile tamen eſt, Epiſcopum poſſe eum ab infamia purgare, ſi veram egerit pœnitentiam; quæ omnia quamvis de Clericis dicta ſint, accommodanda ſunt Religioſis Uſurariis.

Contra Religioſos falſificantes monetas extat Bulla Urbani VIII. quæ incipit *in ſuprema paſtorali*, ſolùm tamen ſe extendit ad Provincias intra Italiam, ſicut notat Diana *part.* 2. *tract.* 17. *reſolut.* 30. & noſter Doctiſſimus Lezana verbo *Monetarii*, videantur. Ex illa inferri poteſt, quid poſſint facere Prælati contra Religioſos in hac materia delinquentes.

§. III.

De peccatis contra Caſtitatem.

CLerici committentes ſimplicem fornicationem debent ſuſpẽdi Gloſſa in *cap. Maximianum V. removeantur diſt.* 81. quam ſequitur Abbas in *cap.* ex parte *num.* 1. *de teſtibus*, quæ depoſitio debet intelligi tàm ab Officio (id eſt ab Ordine, & Juriſdictione) quàm à beneficio, cùm verba ſint abſoluta, ſic Bonacina *diſp. 3. de Cenſ. in communi q. 6. punct.* 2. *num.* 1. cum aliis communiter, & idem dicendum eſt de Religioſo fornicante.

Contra Clericos concubinarios Panormitanus in *c. at ſi clerici de Iud.* & Bernardus Diaz. *cap.* 79. *nu.* 3. ſentiunt, quòd ob varios modos, quibus in jure agitur de iſto delicto, non ſit aſſignabilis pœna aliqua fixa & determinata, quia aliquando loquitur cum majori rigore, aliquando cum minori, idcircò hoc relinquitur arbitrio prudentis Judicis, qui benè perpendens circumſtantias delicti, debet eſſe magis, vel minus ſeverus: id ipſum dico de Prælatis Regularibus in ordine ad ſuos ſubditos. Attamen ut benè notat Bernardus Diaz *ſupra num.* 7. ad hoc ut Clericus ſit concubinarius, non eſt neceſſum quòd in ſua domo teneat concubinam, ſed ſufficit, quod eam habeat in domo aliena, & de hoc conſtet ex fama Viciniæ: quod etiam in Religioſo in Conventu degente locum habere poteſt, & attendendo ad ea, quæ diſponit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 24. *de reformatione* contra Clericos concubinarios, Prælatus facilè ſe poterit dirigere.

Contra Clericos moniales carnaliter cognoſcentes in *Canone Virginibus* 7. *quæſt.* 1. decernitur pœna depoſitionis ab officio, & beneficio,

neficio, id eſt, ab omni Ordine Sacro, & ab omnibus beneficiis, & inſuper debet detrudi in arctum monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam, ita Bernardus Diaz. Unde ſi detur caſus (quod Deus avertat) in aliquo Religioſo, colligi poteſt, quid agendum proportione ſervata. Monialis verò intra arctum carcerem debet perpetuò manere, ut conſtat in *cap. impudicas* 27. *q.* 1.

Clericum convictum de hoc crimine cum filia Confeſſionis deponi debere, & per longũ tempus carceri mancipari, docet Bernardus Diaz. *ſupra cap.* 28. colligit ex *cap. fin.* 30. *q.* 1. & *ex cap.* ſi quis *eadem cauſa & quæſtione*, & hinc colligi poteſt, qua pœna debeat puniri Religioſus, qui hoc ſcelus commiſit, & cùm Jura relata dicant abſolutè, *qui cum mulieribus, quæ ei fuerint ſua peccata confeſſa*, ſufficit ad dictam pœnam incurrendam, quòd unica Confeſſio præceſſerit.

Quamvis in Jure non inveniatur pœna pro Clericis Virgines deflorantibus, tamen Bernardus Diaz. *cap.* 28. *num.* 2. ex Abbate & aliis ſentit, debere deponi & corporaliter puniri, quod ſi per vim faciant, aggravanda eſt pœna juxta qualitatem delicti, & ſi hoc evenerit in puella nondum apta matrimonio, pœna debet augeri, ſi quidem ut videre eſt in Julio Claro *lib.* 5. §. *ſtuprum*, pœnæ mortis ſubjacet talis ſtuprator.

In Capite Clerici de exceſſibus Prælatorum diſponitur contra Sodomitas Clericos, ut perpetuò deponantur, ſed poſtea Pius V. in ſua Conſtitutione 28. quæ incipit *Horrendum*, omnes, & quoſcunque Clericos Sæculares, & Regulares, cujuſcunque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico privavit, & per Judicem degradari debere, poteſtatique ſæculari ſtatim tradi; quod intellige, ſi ſcelus eſt conſummatum, & quamvis Salcedo in *addit. ad tract. Diaz. cap.* 86. conetur defendere dictas pœnas incurri, ſi ſemel committatur delictum, at melius Navarrus in *manuali cap.* 27. *num.* 244. Rodriguez *Tom.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 2. & alii ſentiunt, ſub dictis pœnis Pii V. ſolùm comprehendi, qui pluries nefas commiſerunt, & ſic reſpondit Gregorius XIII. ipſi Navarro, ut ipſe teſtatur.

At quia Pius V. loquitur de Clericis ſæcularibus & Regularibus, & Religioſus laicus nec eſt Presbyter, neque Clericus, non ſubjacet dictis pœnis, & idem dic de Choriſta nondum clericali ordine conſtituto, & hoc maximè tenet in materia pœnali, quæ non eſt amplianda, ſed reſtringenda, ſed applicanda eſt pœna proportionata.

Nota tamen, quòd juxta commune placitum Doctorum teſte Salcedo *ad Diaz. cap.* 86. *litt. B.* Sodomitam etiam occultum, & etiam poſt adimpletam pœnitentiam eſſe ſuſpenſum ab executione Ordinum, & ſi interim celebraverit, fieri irregularem, ſed cùm hoc ſit pro foro conſcientiæ, & peccatum ſit occultum, tam in ſuſpenſione quàm in Irregularitate poterit Epiſcopus diſpenſare vigore Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* Nihilominus oppoſitum tenet Bonacina ubi *ſuprà* cum Navarro & aliis affirmans, neque ſuſpenſionem neque Irregularitatem incurri in dicto caſu occulto, quia hæc non inveniuntur expreſſa in Jure, ac per conſequens non teneri Clericum in foro conſcientiæ abſtinere ab Officio, beneficio, neç aliquid reſtituere ante Iudicis ſententiam.

Contra Clericum in Sacris Raptorem, ſi hoc faciat cauſa matrimonii contrahendi, aut in hoc præſtet conſilium, auxilium, aut favorem, extat pœna depoſitionis abſolutæ ab exercitio Ordinum, quos habet juxta Decretum Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat. matrim.* & idem dicendum eſt de Religioſo. Si verò non rapuerit cauſa matrimonii contrahendi, puniri debet alia pœna pro modo culpæ, ut docet Salcedo *ad Diaz. cap.* 138. quòd ſi Raptor fuerit Religioſus laicus, vel non Clericus, puniendus erit pœna proportionata arbitraria. Quando autem Religioſus profeſſus, & ſi non fuerit raptor, de facto matrimonium contraxit ſive clam ſive palam, præterquam quòd manet excommunicatus ex Clementina 1. *de conſang.* nulli tamen reſervata eſt, ut docent Navarrus *cap.* 27. *num.* 141. Sairus *lib* 3. *cap.* 33. & alii ſubdunt, quòd ſit ab inquiſitoribus puniendus tamquam vehementer ſuſpectus de hæreſi, quia per hoc factum videtur approbare ſenſum hæreticorum noſtræ ætatis Vota Religioſorum damnantium, & aſſerentium licere illis matrimonium.

Digitized by Google

monium. Ita Rodriguez *Tom.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 1. Peirinus ad *conſtitut.* 9. *Pauli V. num.* 20. Diana multos referens *p.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 5. Carena *p.* 2. *tit.* 17. *num.* 10. Farin. *q.* 187. *num.* 71. & alii communiter. Unde in hoc crimine puniendo non ſe poſſunt intromittere Prælati Regulares: idem dicendum eſt de contrahentibus ſponſalia de futuro, quia ſuſpecti ſunt ſaltem leviter de hæreſi, ut docet Bordonus in ſuo *Tribunali c.* 22. *n.* 56.

§. IV.

De Delictis Religioſorum circa Sacramenta.

QUia Religioſos non Sacerdotes, qui vel miſſæ ſacrificium faciunt, vel Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrant, punire, pertinet ad Tribunal ſacræ inquiſitionis, nihil poſſunt efficere Prælati Regulares contra illos, ſed debent denuntiare, & tradere miniſtris inquiſitionis.

Sed hic ſe offert dubium, an nimirum, ſi aliquis non Sacerdos, ſimulans tamen ſe talē, inciperet dicere miſſam, illam tamen non finiret, vel exciperet confeſſionem, non tamen abſolveret, an hoc crimen ſpectet ad inquiſitionem. Partem negativam tenent Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt.* 28. *art.* 2. Carena *p.* 2. *tit.* 11. §. 3. Diana *p.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 11. alios referens, quia in Bullis Gregorii XIII. requiritur, *Confeſſionem audire & abſolutionem impartiri*, quod in hoc caſu non invenitur; tum etiam, quia ad abuſum Sacramenti opus eſt, quòd concurrant omnia illa, quæ verus Confeſſarius faceret, ac proinde non ſufficit confeſſio ſine abſolutione, & idem eſt in caſu miſſæ. Sed oppoſitum docent Bonacina *p.* 2. *de ſigillo num.* 2. Bordonus ubi *ſuprà num.* 15. quia audiens confeſſionem ſine abſolutione, & celebrans partem miſſæ ante conſecrationem abutitur his duobus Sacramentis, & illis magnam injuriam facit, licet enim non ſint partes eſſentiales, ſunt partes integrales: Unde ſaltem leviter redditur talis ſuſpectus de hæreſi, & hoc mihi probabilius videtur; quam ſententiam optimè fundat P. Lezana *conſultatione* 21. *à num.* 52. *cum ſequentibus.*

Ad primum fundamentum oppoſitæ ſententiæ dico cum Bordono, quòd illa clauſula non eſt in parte diſpoſitiva Bullarum, ſed in narrativa, quæ licet influat ad diſponendum ex parte Legislatoris decernentis omnia, quæ ad occurrendum malis impoſterum futuris convenientia judicat. Et hoc ita ſe habere in noſtro caſu, videtur conſtare ex clauſula diſpoſitiva Bullæ Gregorii XIII. *ibi confeſſiones audiunt*, per quam non excluditur abſolutio, neque per incluſionem utriuſque in clauſula narrativæ excluditur alterum tantùm, cum poſſit contingere unum ſine altero.

Unde ſicut ille, qui à peccatis abſolveret, quæ non audiviſſet, comprehenderetur, ita & ille, qui ab auditis non abſolveret, comprehenditur, in utroque enim caſu ſe fingit Confeſſarium, & decipit fideles cum irriſione Sacramenti, & id ipſum conſtat ex Bulla Clementis VIII. cujus verba in diſpoſitiva ſunt hæc. *Statuimus, ut quicunque non promotus ad Sacrum Presbyteratus Ordinem repertus fuerit miſſarum celebrationem uſurpare, vel Sacramentalem confeſſionem audire, à Iudicibus Sacræ Inquiſitionis puniatur.*

Id ipſum ſtabilivit Urbanus VIII. in Bulla, quæ incipit. *Apoſtolatus officium*, edita anno 1628. Nec valet dicere, ille, qui non abſolvit, non facit Sacramentum, quia nec ille, qui abſolvit, facit Sacramentum, cùm omnia, quæ facit, nulla ſint, quod enim intendunt puniri, eſt illa fictio, & ſimulatio faciendi, & abuſus Sacramenti, quæ omnia ſatis manifeſtantur exponendo ſe ad faciendam, & de facto facere aliquam partem, cum quo manet etiam ſatisfactum ſecundo argumento primæ ſententiæ. Et videtur mihi, quòd ſatis benè dicat, Souſa *lib.* 1. *cap.* 23. *nu.* 5. ſequendo noſtrā ſententiam, nimirum non Sacerdotem jam veſtitum in ordine ad dicendam miſſam, dūmodò non inceperit, non ſubdi inquiſitoribus, licet Bordonus addat, quòd etiam in iſto caſu poteſt corrigi ab Inquiſitoribus, quia, qui habet poteſtatem ſuper delictum conſummatum, habet ſuper inceptum, & ſuper attentatum.

Sacerdotes nō habentes poteſtatē Juriſdictionis ab Epiſcopo, & à ſuis Prælatis, vel ſūt depoſiti, ſuſpenſi, aut degradati, licet non ſubdantur Inquiſitoribus audiendo confeſ-

ſiones, aut miſſæ Sacrificium celebrando, ut docent Rodriguez *Tom.* 2. *quæſt.* 28. *art.* 2. *in fine*, & alii communiter citati à Carena *part.* 2. *tit.* 11. *num.* 15. & à Diana *parte* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 11. quia Bullæ relatæ loquuntur de iis, qui non ſunt Sacerdotes: nihilominus ex *cap* placuit de pœnitentia *diſt.* 6 conſtat, debere ſuſpendi à gradu poteſtatis ac Juriſdictionis habitualis receptæ in Sacerdotio, ita ut nunquam ea poteſtas ac Juriſdictio habitualis in actum redigatur recipiendo actualem Juriſdictionem, niſi Sacerdos talem egerit pœnitentiam, ut ad ipſum gradum ſeu exercitium reſtitui mereatur: Ita Rodriguez ubi *ſupra ar.* 1. addens, Regularem in iſto caſu, juxta Jus ſupra relatum, videri poſſe ſuſpendi etiam à celebranda miſſa per aliquod tempus, ait enim textus, *gradus ſui periculo ſubjacebit*, & cùm loquatur abſolutè, non ſolùm de gradu Juriſdictionis habitualis receptæ, ſed etiam de gradu Sacerdotii accepto in ordine ad conſecrandum corpus Chriſti videtur intelligi.

Contra Sacerdotes dicentes plures miſſas quàm unam extra diem Natalem Domini, vel aliquem caſum permiſſum, non invenitur in Jure aliqua pœna determinata, ac proinde relinquitur ad arbitrium prudentis Judicis attendendo ad circumſtantias caſus. Ita Menochius *de arbitrar. caſu* 407. *num.* 5. ſequens Bernardum Diaz *cap.* 35. & alii communiter. Et licet Genuenſis in *praxi cap.* 64. dicat, Neapoli pluries celebranti eadem die fuiſſe impoſitam pœnam triremium per 3. annos & ſuſpenſionis à miſſæ celebratione, addit tamen, præfatam pœnam triremium impoſitam fuiſſe ob celebrationem duarum miſſarum eodem die avaritiæ cauſa, idest, pro lucro Eleemoſinæ. Unde ait, ſi hoc evenerit ob alias cauſas, licet non adeò urgentes, non eſſe puniendum pœna adeò rigoroſa, & licet Majolus *lib.* 3. *cap.* 15. ſentiat, talem celebrando manere irregularem, hoc tamen certum non eſt, dum à Judice non habuit ſententiam, & non fuerit infamatus de delicto publico.

Videatur Sanchez *lib.* 6. *conſil. cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 14. Silveſter *verb.* crimen. *q.* 3. Toletus *lib.* 4. *cap.* 74. Nec hoc delictum ſpectat ad Inquiſitores, ut benè notat Bordonus, quia talis quamvis peccet graviter contra diſpoſitum in *cap.* ſufficiat 25. *de conſecrat. diſt.* 7. & *cap.* conſul. 3. & *cap.* 12. referente, *de celebrat. miſſ.* ſed non redditur ſuſpectus de fide.

Secus autem dicendum eſt, ſi verus Sacerdos in aliqua miſſarum, quas dicit, vel non conſecrat, vel conſecrat ſolùm in unà ſpecie, vel conſecrat materiam jam conſecratam in alia miſſa, ſiquidem in hoc talis comparatur cum non Sacerdote celebrante, quia uterque fingit celebrare, nec obſtat quòd unus habeat poteſtatem, alius non, quia comparatio fit reſpectu actus ſimulati, & non poteſtatis. Tum quia ſic celebrans eſt Idololatra quoad actum externum, & alios in re graviſſima circa res fidei ſeducit: Similiter qui hoſtiam jam conſecratam de novo conſecrat, abutitur forma, ſiquidem applicat materiæ ineptæ, qualis eſt materia jam conſecrata, ubi non eſt ſubſtantia panis, nec vini, quæ ſecundum fidem requiritur ad conſecrandum. Unde qui hoc facit, malè videtur ſentire de rebus fidei, ita Bordonus ubi *ſuprà nu.* 11. cum aliis.

Non me latet Patrem Ignatium à Lupo Reformatorem Seraphici Franciſci in *comment. Edictorum Sanctæ Inquiſitionis p.* 2. *lib.* 14. *diſt.* 1. *ar.* 3. poſtquam ſuſpitionem de hæreſi dividit in levem, quæ ex levibus fundamentis, in gravem, quæ ex gravibus, & in vehementem ſeu violentam, quæ ex vehementibus ſeu violentis fundamentis naſcitur, dicere, non eſſe denuntiandum in Tribunali Sacræ Inquiſitionis, & in ſui favorem citat praxin Neapolitanam, Simancam & alios, & ſi ei objicias, Romanos Inquiſitores poſſe procedere contra ſuſpectos de Hæreſi non ſolùm vehementer, & graviter, ſed etiam leviter, ut conſtat ex *C. Contumacia*, & cap. *Accuſatus in principio de hæreticis in* 6. Reſpondet, levem ſuſpitionem in dictis locis dici talem per comparationem ad gravem, & vehementem, quæ in ſe gravis eſſe debet Judicis arbitrio ex Gloſſæ in *cap.* Excommunicamus 1. §. *qui autem de hæreticis*, & addit, ita explicari debere Doctores docentes in hoc crimine procedi poſſe contra quoſcunque pro quavis etiam levi ſuſpitione, quia non loquuntur de illa, quæ in ſe levis eſt, ſed gravis, licet dicatur levis comparatione facta cum graviſſima, vehementi, ſeu violenta, quæ doctrina valde notanda eſt tàm pro dictis, quàm pro dicendis,

Digitized by Google

dis, & aliis multis caſibus, ut neque per exceſſum, neque per defectum peccetur, ſed magna prudentia opus eſt ad praxin.

Circa Sacerdotem, qui celebrando miſſam non recipit Sanctiſſimum Sacramentum, eſt dubium, an tale delictum ſpectet ad tribunal Sacræ Inquiſitionis. Ceſpedes *diſp.* 100. *exempl. nu.* 1. ſentit, quòd ad illud non ſpectet, poſſit tamen Epiſcopus contra talem delinquentem procedere, etiamſi Regularis ſit, ex Trident. *ſeſſ.* 22. *c.* 8. *de ſacrificio miſſæ.* Alij ſentiunt, pertinere ad Inquiſitionem, & non ſine gravi fundamento, quare utrumque probabile judico, dum Domini Inquiſitores nõ declarant ad ipſos pertinere. Pœna autem aſſignata pro hoc delicto in *C. relatum de conſecrat. diſt.* 2. docet Bonacina de *Cenſuris d.* 3. *q.* 3. *nu.* 5. eſſe, ut talis excludatur per annum à participatione Corporis & ſanguinis Domini.

Ille qui inchoatam miſſam non abſolvit ſine juſtâ & legitimâ cauſâ ex *cap. nihil* 16. *q.* 1. ſubjacet pœnæ excommunicationis majoris, & ex *C. nullus Epiſcopus de conſecrat. diſt.* 1. pœnæ ſuſpenſionis, quæ tamen pœnæ non ſunt latæ, ſed ferendæ ut docent Bordonus *Tom* 2. *reſolut.* 56. *q.* 26. *nu.* 134. quia licet in cap. *nullus Epiſcopus.* ubi *ſuprà* dicatur, ſit ſuſpenſus, nam ex natura ſua Verbum *ſit* non ſignificat pœnam latam, ſed ferendam, ut doctè notavit Navarrus, in *man. c.* 27. *n.* 12. loquendo de clauſula frequenter appoſita *anathema ſit*, quæ quando loquitur de Hæreticis, ſupponit Excommunicationem latam contra hæreticos in *cap. ad abolendam*, & in *cap. excommunicamus de hæreticis*, ſed in canonibus de fide non definientibus pœnæ non ſunt latæ, ſed ferendæ, ut conſtat ex Gloſſa *Cap. Generali* 25 *q.* 1. *c.* ſi quis *diſt.* 23. *de vita & honeſtate Clericorum*, & colligitur ex *diſt.* 31. ferè per totum.

Confeſſarius frangens ſigillum Confeſſionis deponendus eſt non ſolùm ab officio Confeſſarii, ſed etiam à quocunque munere Sacerdotali, ac perpetuò detrudi in monaſterium. Sic Diana *p.* 5. *tract.* 11. *reſolut.* 51. cum aliis, & conſtat ex *cap.* ſi Sacerdos *de pœnit. diſt.* 6. advertit tamen Diana cum Ochogavia, & aliis, eos non mereri hanc pœnam, qui non ſunt Confeſſarij, licet aliunde teneantur ſervare ſigillum, & peccent graviter frangendo illud, nec etiam Confeſſarius, qui revelat aliquem defectum ignominioſum, quem novit ex confeſſione, nec ille qui loquitur de peccatis in confeſſione auditis cum ipſo pertinente ſine eiuſdem licentia; ſed tales puniendi ſunt aliis pœnis minus rigoroſis, ſed prædictam pœnam meretur, & incurrit ſolus Confeſſarius, qui alicui alteri revelat peccata in Confeſſione audita, Jus enim ſolum de iſto loquitur. Nec iſte incurrit irregularitatem, ut docent Doctores communiter, quia non invenitur in Jure.

Nec hoc delictum pertinet ad Inquiſitionem, niſi in aliquo caſu eſſet delicto admixta aliqua circumſtantia hæreſis, ut ſi malè ſentiret de Sacramento confeſſionis, ſic Caſtro Palao *Tract.* 23. *d. unica p.* 19. §. 1. *nu.* 14 Theſaurus *verb.* Confeſſio *cap.* 4. Bordonus ubi *ſuprà q.* 25. *nu.* 47. Carena *p.* 2. *tract.* 17. §. 23. *nu.* 91. Diana *p.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 95. cũ aliis, nec invenio authorem contrarium affirmantem. Unde Confeſſarij ſæculares à proprio Epiſcopo, Regulares verò à proprio Prælato debent puniri.

Confeſſarius, qui in ſcriptis abſolvit, vel excipit confeſſionem pœnitẽtis abſentis peccat mortaliter, & ipſo facto incurrit excommunicationem majorem reſervatam Papæ ex decreto Clementis VIII. *edito die* 30. *Iunii anno* 1602. & addit Bordonus, hanc prohibitionem æqualiter ſe extendere ad confeſſionem, & abſolutionem ſigillatim, cùm quælibet ſit pars eſſentialis Sacramenti.

Advertit tamen, quòd Prælati Regulares per ſua privilegia poſſint abſolvere ab hac cenſura. Videatur Bonacina de *pœnitent q.* 4. *p.* 5. neque hic caſus pertinet ad Inquiſitionem, ſicut nec eorũ, qui non obſervant præceptum Eccleſiaſticum annuæ Confeſſionis, & Communionis, niſi ſufficienter admoniti ab Epiſcopis, & Parochis, quemadmodum annuè fieri ſolet, non obediant, quia in hoc caſu jam ad inquiſitores pertinebit delictum, ſicut & eorum, qui tranſacto uno anno admoniti non procurant abſolvi ab excommunicatione, quam incurrerunt, nam tales ſunt ſuſpecti de Hæreſi. Sic Bordonus, *quæſt.* 25. *nu.* 50.

Regulares extra ſuos conventus concionantes

CAPUT XXVI.

De Incorrigibilitate, & pœna Expulſionis illi correſpondente.

1. QUàm neceſſaria ſit in omnibus Religionibus pœna expulſionis pro illis, qui verè incorrigibiles ſunt, pro earum pace & tranquillitate, fusè probat S. Baſilius in *lib. Regul. fuſius diſp. c.* 28. & in *Regul. brevior interrogat.* 57. & 102. & *alibi ſæpè.* Divus Auguſtinus *Reg.* 3. *cap.* 23. Caſſianus *lib.* 4. *inſtitut. cap.* 16. *in fine.* S. Proſper. Aquitanicus *lib.* 2. *de vita contemplat. cap.* 7. & habetur in *cap.* Ecce 24. *quæſt.* 4. S. Benedictus in *Reg. cap.* 28. S. Bernardus *epiſt.* 102. D. Thomas *quodlib.* 12. *art.* 36. D. Bonavent. in *Reg. S. Franciſci quæſt.* 14. & ex aliis Regulis id probat Ribadineira in *lib. de inſtituto Societatis cap.* 13. conſtat etiam id ipſum ex multis capitibus Juris Canonici, cap. *relatum ne Clerici vel Monachi*, cap. *cùm ad monaſterium* cap. *ea quæ, de ſtatu Monachorum* c. reſecandæ cap. *illud* 24. *quæſt.* 3. Tradunt etiam Panormitanus in *cap. fin. de Regularibus*, Archidiaconus in cap. *Abbas nu.* 6. Sylveſter *verb.* Religio 6. *num.* 17. Navarrus in *Comment.* 2. *de Regularibus*, Azor. *lib.* 12. *inſtit. Moral. cap.* 16. *verſ.* 2. *quæritur*, & alii communiter; præterea Alexander VI. conceſſit Prælatis Ordinis S. Franciſci ſpeciale privilegium pro expulſione Religioſorum incorrigibilium, de quo participant etiam cæteræ Religiones.

2. Suppoſita neceſſitate hujus medii ad quietam conſervationem ſtatus Religioſi; quemadmodum in Rebuſpublicis ſæcularibus eſt neceſſaria expulſio hominum facinoroſorum, qui illas perturbant, remanet difficultas, quiſnam dicatur incorrigibilis, & quænam debeant circumſtantiæ concurrere ad hoc, ut Religioſo profeſſo pœna expulſionis applicari poſſit; tàm ſecundùm Jus commune, quàm particulare; & incipiendo à primo, omnes Doctores in hoc conveniunt, quòd ille dicatur incorrigibilis, qui poſt commiſſum aliquod delictum, vel commiſſa aliqua delicta gravia correctus, & punitus, non præbet ſpem emendationis; & colligunt Doctores incorrigibilitatem ex tribus principiis.

Primum eſt, quando delinquens correctus, & punitus tribus vicibus reincidit in culpas graves, eſto ſint ſpecie diſtinctæ à primis. Ita Panormitanus in *cap.* cùm ab homine, *num.* 30. *de Iudiciis*, Alderete *lib.* 2. *cap.* 26. *à num.* 34.

Secundùm eſt, quando delinquens non vult acceptare pœnitentiam pro ſuis delictis ſibi impoſitam, ex hoc enim ſatis colligitur, eum nolle ſe emendare; quia ægrotus recuſans medicinam nullam dat ſpem ſuæ ſalutis.

Tertium eſt, quando delinquens juſtè incarceratus fugit ex carcere, ob eamdem rationem modò dictam. Tota hæc doctrina eſt S. Auguſtini in *Reg. cap.* 23. Panormitani ubi *ſuprà in fin.* Felini *ibidem num.* 15. Deciani *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 130. Sayri *lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 36. & 37. Alderete *ubi ſuprà,* Thomæ Sanchez *lib.* 6. *Decalog. cap.* 9. *num.* 4. & aliorum, qui hanc materiam pertractant.

Ex hac doctrina communi benè inferunt 3
Menoch. *conſilio* 82 Farinacius *Tom.* 1. *praxis quæſt.* 24. *num.* 9. & alii, non poſſe dici aliquem incorrigibilem, eo quòd commiſerit multa delicta, ob quæ correctus & punitus non fuit, quia nimirum Iudici nota non fuerunt; ille enim, qui admonitus & correctus non eſt, incorrigibilis dici non poteſt.

Suppoſito deinde, quòd ſecundum jus commune ſoli incorrigibiles expelli poſſint à Religione, ſicut docent S. Thomas *quodlibeto* 12. *art. ultimo*, Divus Bonaventura in *Regula S. Franciſci cap.* 14. Sylveſter *verbo* Religio 6. *quæſt. ultim.* Azor. *Tom.* 1. *inſtit. Moral. lib.* 12. *cap.* 16. *quæſt.* 3. ſolùm illis, in quibus aliquid ex prædictis numero præcedenti reperitur, à Religione poterunt expelli ſecundum Jus commune: dico autem ſecundum Jus commune, quia attendendo ad Jus particulare Religionum ob alias plures cauſas expelli poſ-

Digitized by Google

li poſſunt illi, qui committunt delicta valde atrocia, quemadmodum patet ex variis earum Conſtitutionibus per Summos Pontifices approbatis.

4 Verum eſt hodie tales Conſtitutiones, quantum ad hoc punctum, robur non habere, cùm fuerint abrogatæ per novum decretum Sacræ Congregationis Cardinalium approbatum, & publicatum per Sanctiſsimum Patrem Noſtrum Urbanum VIII. datumque Romæ 21. Septembris Anno 1624. in quo præcipit, quòd deinceps nullus Religioſus profeſſus è Religione expelli poſſit, niſi fuerit verè incorrigibilis, & nullus tamquam talis judicetur, niſi concurrant illa, quæ in illo jus commune requirit, & ultrà hoc fuerit incarceratus per unum annum, afflictuſque jejuniis & pœnitentiis, & tranſacto anno, ſi non ſe emendaverit veluti membrum putridum abſcindi, reſecari, & à Religione expelli poſsit.

Addit etiam, Generalem teneri notificare ſententiam datam Ordinario Diœceſano, nec expulſis dentur dimiſſoriæ, ſed ſufficiat ſimplex expulſionis teſtimonium. Inſuper condemnat eos ad perpetuam ſuſpenſionem ab exercitio Ordinum, quos ſuſceperant, interdicendo Epiſcopis facultatem concedendi illis licentiam eos exercendi.

Et tandem inculcata Prælatis diligentia, in procurando priùs tales per media poſsibilia reducere, & determinato votorum numero, quæ ad expulſionem debent concurrere, inquit; quòd ſi aliquis ſuperior alicui eorum convenire præſumpſerit *ipſo facto* ſit privatus omnibus officiis, quibus tunc fungitur, voce etiam *activa & paſsiva*, ſitquè inhabilis in perpetuum ad obtinenda alia in futurum, & hanc pœnam reſervat Sedi Apoſtolicæ, decernitque, ea, quæ contra dicta facta fuerint, eſſe invalida & nulla, revocatque omnia privilegia in contrarium.

Et quia hoc decretum fortè non ita omnibus eſt ad manum & in promptu, viſum mihi fuit, illud hic apponere: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum communicato conſilio cum S. D. N. Vrbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis Suæ facultate, mandato, & approbatione, inter alia ſtatuit, ut impoſterum è Religionibus nullus legitimè profeſſus eiici, poſsit, niſi ſit verè incorrigibilis. Verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex Iuris communis diſpoſitione requiruntur (ſublatis hac in parte ſtatutis & conſtitutionibus cuiuſque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis) verùm etiam unius anni ſpatio, in jejunio & pœnitentia probetur in carceribus: proindeque unaquaque Religio privatos habeat carceres in qualibet ſaltem provincia. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeveráuerit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eiici tandem poſsit, ſed ab ipſomet Generali tantùm, de conſilio & aſſenſu ſex Patrum ex gravioribus Religionis, eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus, tumque nonniſi inſtructo ſecundum eorum ſtylum & Conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad Sacrum Canonum præſcriptum.*

Interea tamen uſque ad primum Generale Capitulum ſeu Congregationem proximè celebrandam, ſi quempiam ex iuſtis & neceſſariis cauſis expellere oportebit, eiectio fieri poſsit à Generali cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, ut ſuprà, quos idemmet Generalis eligere debeat infrà quatuor menſes à præſentis decreti publicatione: ſervata tamen in reliquis forma ſuperius præſcripta. Sic verò eiecti quàm diu non redierint ad Religionem in habitu clericali incedant, atque Ordinarii loci Iuriſdictioni, & Obedientiæ ſubſint, proindeque Generalis illicò Expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur.

Cæterùm Sacra Congregatio Religionum Superiores ſeriò admonet, ac per IESU *Chriſti viſcera obteſtatur, ut memores paternæ charitatis, & manſuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas fratrum ſuorum ferè in profundum malorum delapſas, antequam graviſsimum atque extremum Expulſionis remedium experiantur. Idque eo magis, quòd ſubditorum ſanguinem, qui ex mala negligentium, & ſui officii immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noſter* IESUS *Chriſtus in Supremo Dei Iudicio de eorundem Prælatorum manibus ſit requiſiturus.*

Præterea

Digitized by Google

5 *Præterea ſtatuit, ut iidem ſuperiores nemini ex Religioſis expulſis litteras teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam reiicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.*

6 *Item, ut ejecti extra Religionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab Exercitio Ordinum, ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi aut moderandi.*

7 *Si quis verò adverſus ea, quæ ſuperius præſcripta ſunt, vel eorum aliquid quoquo modo facere, vel moliri præſumpſerit, ipſo facto pœnam incurrat privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vociſque activæ & paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa impoſterum obtinenda, pœnaque hujuſmodi Sanctitati ſuæ ac Sedi Apoſtolicæ reſervata, eiſdem ſuperioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi ſeu relaxandi poteſtate penitus interdicta, & nihilominus ſit irritum, & inane, quidquid ſecus à quopiam actum extiterit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcunque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium quam non Mendicantium, Congregationum Monaſteriorum, Conventuum, domorum ac locorum Regularium quorumcunque nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis, vel conſuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis & privilegiis, etiam in corpore juris clauſis, aut ex cauſa vel titulo oneroſo; vel in limine fundationis conceſſis, etiam mari magno, ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodo libet, etiam per viam excommunicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus & formis, ſpecialis & individua, ac de verbo ad verbum, nec non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quæ ſupradictis quomodolibet adverſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſſe, Sanctitatis ſuæ authoritate derogat, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Dat. Romæ die 21. Septembris 1624.*

His finem impoſueram præſenti capiti, in prima editione huius operis, in hac vero nova & altera editione conſultum mihi viſum eſt, annectere nonnullas difficultates, ac dubia, quæ circa praxin atque executionem præſentis decreti occurrunt, & occurrere queunt.

Pro meliori autem ac faciliori dicendorum intelligentia primo referam declarationes, quas Sacra Congregatio Concilii fecit circa aliquas clauſulas præfati Decreti. Primam fecit 13. Novembris 1632. ad inſtantiam Reverendiſsimi Patris Generalis Minimorum, qui quæſiverat, an incarceratus ad Expulſionem, & intra annum fugam arripiens poſſit ejici ut incorrigibilis, etiamſi annum non expleviſſet: & reſpondit: *Legitimè profeſſos non poſſe è Religione eiici, niſi poſtquam per annum integrum in carceribus, in jejunio & pœnitentia detenti, & probati fuerint, & eo elapſo non reſipuerint, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeveraverint, fugientes verò ut ſuprà è carceribus, etiam pro hujuſmodi fuga delicto eſſe puniendos, & poſſe ferrea cuſtodia in carceribus detineri.*

Robertus Cardinalis Vbaldinus Franciſcus Paulutii S. Cong. Conc. Secretarius.

Secundò declaravit Sacra Congregatio, quòd illi ſex Patres, quos requirit decretum ad hoc ut concurrant una cum Generali ad Expulſiones, nō ſint neceſſariò iidem, ſed pro qualibet Provincia, ſeu Regno poſſent eſſe diverſi. Hujus declarationis mentionem facit Peyrinus *Tom. 2. de priv. ad Conſt. 10. Vrbani VIII. Pontificis*, nō tamen refert illius verba, ſed ait ſe audiviſſe aliquos Religioſos ſupplicaſſe pro illa, & obtinuiſſe. Et ſolùm ob hoc fundamentum ſententiam hanc amplexi ſunt Novatius in *Lucern. Reg.* Ver. *Eiecti à Religione*, & Doctiſsimus noſter Lezana *Tom 1. cap. 23. n. 1.* cum aliis, ſed poſtea re maturiùs examinata, cùm præfatā declarationē minimè adinvenerit, idem Lezana *Tom. 2. cap. 12. nu. 8.*

Digitized by Google

num. 8. eam reiicit tanquam nixam inſufficienti fundamento, & idem ſentit Pater Sanctorius de *pœnis Incorrigibilium cap.* 19. *q.* 4. Hodie tamen conſtat illam eſſe omninò certam, & verè exiſtere dictam declarationem: quæ ſequentis eſt tenoris.

Die 9. *Auguſti* 1625.

Sacra Congregatio Concilii Sanctiſſimo Domino noſtro approbante, declaravit ſex Patres in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus eligendos, de quorum conſilio & aſſenſu Generalis poteſt Regulares incorrigibiles à Religione eiicere in unaquaque Provincia eligi poſſe, eoſdemque ſic electos, ſi Generalis tàm longè ab fuerit, ut una convenire non poſſit, debere ad eundem tranſmittere Summarium proceſſus una cum eorum voto, ut juxta illud Generalis poſſit ad ſententiam expulſionis procedere, interea tamen uſque ad primum Generale Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam Sanctitas ſua annuit, ut ejectio ſervata in reliquis forma Decreti, hac die editi, fieri poſſit à Generali ibidem cum conſilio & aſſenſu ſex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Provincia infra quatuor menſes elegerit.

Alia quoque facta eſt & nova declaratio, faciens mentionem hujus jam relatæ, quemadmodum videre licet in declarationibus factis ad inſtantiam Admodum Reverendi P. M. F. Michaelis de Alcantara Vicarii Generalis in Italia, & Procuratoris Generalis Ordinis Dominæ noſtræ de Mercede, quas ego habeo penes me authenticatas, cum ſubſcriptione Eminentiſſimi Domini Cardinalis Carraffa, Præfecti Sacræ Congregationis Concilii, & cum ſigillo illius, nec non cum ſubſcriptione Illuſtriſſimi Secretarii Franciſci Paulutii, quas copiavi de verbo ad verbum, ſicut hic referam.

In una Regularium Ordinis B. MARIÆ *de Mercede Redemptionis Captivorum.*

Procurator Generalis Ordinis B. MARIÆ de mercede Redemptionis Captivorum mediante interceſſione Eminentiſſimi Cardinalis de Lugo Protectoris ſupplicat pro ſua, ut inquit, & aliorum Superiorum Regularium inſtructione per hanc Sacram Congregationem reſponderi ad infra ſcripta quæſita ſuper Decreto de Apoſtatis & ejectis juſſu Summi Pontificis ex ſententia ejuſdem Sacræ Congregationis edito anno 1624. & impreſſo in Bullario novo *Tom.* 4. *pag.* 267. *verſ. ad hac.*

Primò, an Regularis conſtitutus in carceribus ſpatio unius anni in jejunio & pœnitentia ad finem, ut tamquam incorrigibilis à Religione ejiciatur, ſi è carceribus fugiat, dicto carcerationis anno nondum expleto, & deinde ſit captus, poſſit tunc ut incorrigibilis ejici, an verò aliquid aliud ſit faciendum. 1

An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis diverſis temporibus commiſſis in carceribus detentus, poſſit uno carcerationis anno ut ſuprà interpolatè expleto, tamquam incorrigibilis è Religione ejici, ſi poſt dictum annum carcerationis interpolatum animo indurato & in ſua pertinacia perſeverans iterum delinquat. 2

An Generalis Ordinis poſſit delegare facultatem eiiciendi à Religione Provincialibus pro eorum provinciis, ſeu Commiſſariis, vel Vicariis Generalibus, & an delegatio ſit à Generali facienda in quolibet caſu, an verò indefinitè in omnibus caſibus. 3

An ſex Patres, de quorum conſilio & aſſenſu ejectio fieri debet, ſint eligendi de tota Religione, an potius ſufficiat ex qualibet Provincia ſeu Regno. 4

Quod ſi à Religione hujuſmodi ſex Patres non fuerint electi in Capitulo, ſeu in Congregatione Generali, quid faciendum ſit uſque ad primum Capitulum Generale? 5

An ſufficiat, ut Prælatus Conventualis, ſeu Provincialis conficiat proceſſum ſtylo Religionis ſervato, & illius Summarium tranſmittat Generali Ordinis, ſeu illius delegato, qui adhibitis ſex Patribus electis, quilibet eorum videat eumdem proceſſum, & tranſmittat votum ſuum per litteras eidem Generali, ſeu delegato. 6

An Generalis ſeu delegatus poſſit ferre ſententiam ejectionis à Religione, quando à tribus ex ſex Patribus electis, ſeu ab illorum 7

majori

Digitized by Google

nium dicatur non interpoſito Iuramento; ſed advertit benè Rodriquez *Tom.* 2. *q.* 31. *ar.* 2. quòd cum in atrociſſimis delictis puniatur conatus, etiam non ſecuto affectu, ſollicitans ad falſum teſtimonium, eadem pœna debet puniri: ex quibus habent Prælati, quam pœnam debeant imponere Religioſis in hoc deficientibus, quamvis ut notat Diaz. *cap.* 93. in hoc maximè debeat attendi qualitas cauſæ juxta qualitatem damni ſecuti, & gravius in criminalibus, quàm in civilibus debet puniri.

Illi qui in communitatibus ſeminant diſcordias, arbitrio Judicis puniendi ſunt pro qualitate perſonæ, ac excitatæ ſeditionis. Ita Rodriguez *q.* 31. *ar.* 4. ex cap. *ſi quis Monachus* 90. *diſt.* monens ob eventum pœnam debere augeri, aut minui, gravioremque eſſe ſeditionem, quæ adverſus majores excitatur.

Clerici maledicentes debent cogi ad petẽdam veniam à perſona offenſa ex *C. Clericus maledicus d.* 46. non tamen poſſunt obligari, ut coram Judice, & aliis bonis viris dicant ſe mentitos fuiſſe. Ita Rodriquez *art.* 30. qui addit, quòd ſi Religioſus convincatur, quòd ſit notabiliter maledicus, & his ſit aſſuetus, poteſt Judex eum obligare ex officio, ut dicat, ſe mentitum fuiſſe, quòd à fortiori procedit de eo, qui malè loquitur contra ſuperiorem. Unde in hoc Judices debent procedere ſpectata qualitate perſonarum, rerum, quæ dictæ ſunt, loci, & temporis.

Nec obſtat dicere, quòd Sacerdos maledicus juxta Ius Canonicum pœna palinodiæ non punitur, quia hoc procedit (ait Rodriquez) regulariter: at Jus non vetat, ne tali pœna puniatur Religioſus aſſuetus maledicere, cùm Religionibus grave damnum ſequatur ex maledicentibus: ſed addit ipſe Author, maledicum Sacerdotem non eſſe obligandum ad recitandam palinodiam, quamvis contra alium hoc crimen perpetret.

Accuſator, vel Calumniator non probans delictum, de quo accuſavit, puniendus eſt pœna talionis, quæ ſcilicet eſt illa, ad quã accuſatus condemnandus erat, ſi delictum probatum eſſet. ex *c. Calumniator* 2 *q.* 3. ut probat Diarz *cap.* 65. *nu.* 3. ſi tamen talis pœna eſſet pro Accuſatore improportionata, debet dari alia æquivalens, v. g. pœna verberationis; additque duo, *primum*, quòd Clericus in probatione deficiat, debeat ſuſpendi ab officio & beneficio, donec Innocentiam ſuam purget, ut habetur in *cap. fin.* 5. *q.* 6. idque quamvis accuſans intenderet ſolum patientiam, & non pœnam.

Secundum, quòd ſi Clericus, qui objicit crimen in perſonam Electi, aut poſtulati, deficiat in probatione, maneat ſuſpenſus per tres annos à beneficiis Eccleſiaſticis, & ſi eo tempore ſe temerè ingeſſerit ad ea, ipſo Jure maneat privatus in perpetuum, niſi manifeſtiſſimè conſtiterit, eum fuiſſe motum cauſa probabili, & ſufficiente, quæ excuſat à vitio Calumniæ; probat ex C. *de elect. in* 6, hæc tamen pœna non extenditur ad delicta aliarum materiarum. Nec incurruntur iſtæ pœnæ, quando de delictis eſt fama publica, & accuſans credens tali famæ, fecit accuſationem: Sic Baldus *in l. fin.* C. *ſi ſervus aut liber. lib.* 10. quem refert, & ſequitur ipſe Diaz, qui videndus eſt cum ſuo Scholiaſte.

Revelantes ſecreta Religionis puniendi ſunt pœna arbitraria juxta qualitatem delicti & perſonæ: hoc delictum multò majus eſt, quando ſecreta revelantur ſæcularibus; & officialibus qui tenentur ſervare ſecretum ſub Juramento, debetur pœna taxata pro perjuris. Rodriquez *q.* 36. *art.* 3.

Aperientes, & legentes litteras ſigillatas aliorum peccant graviter, & debent graviter puniri iuxta qualitatem delicti, arbitrio Iudicis, qui attendere debet ad damnum quod cauſatur, ad qualitatem perſonarum, ad quas litteræ directæ ſunt; qui autem illas aperiunt & comburunt, etiamſi non legant, merentur pœnam falſarij ſecundum Panormitanum in *cap.* cùm olim, *de officio delegat.* & Baldus in *l. Paulus ff. de falſ.* niſi excuſentur ratione parvitatis materiæ, vel alterius cauſæ licitæ ſuo loco videndæ.

Scribentes litteras, & non ſe ſubſcribentes puniendi ſunt pœna arbitraria, & in noſtra Religione gravius eſt delictum, ratione præcepti impoſiti à Generalibus.

Regularis, qui reũ extrahit á manibus Iuſtitiæ, punitur pœna arbitraria, ſed min⁹ rigoroſa, quia ferè ſẽper hoc fit, nõ ex cõtẽptu poteſtatis ſæcularis, ſed ex charitate minus ordinata.

Aſſiſtentes luſibus illicitis, vel ludentes ludis prohibitis pœna arbitraria debent puniri juxta qualitatem delicti. Advertit tamen Rodriq. *Tom.* 2. *q.* 38. *ar.* 1. quòd Religioſi poſſint ludere creationis gratia ceſſante ſcandalo.

Clericus, de quo conſtiterit ſe inebriare, per ſpatium 30. dierum debet privari communione, vel pœna corporali puniri. ex *c. fin.* 35. *diſt.* Idem dic de Religioſo. ſi verò aſſuetus fuerit vitio ebrietatis, etiam debet mancipari verberibus & carceri, ſub pane & aqua: Ita Rodriquez *Tom.* 2. *q.* 37. *ar.* 1. inſpecta frequentatione Vitij, perſonarum qualitate, & adſtantium ſcandalo.

Si aut ob ebrietatem, aut voracitatem evomat quis Euchariſtiam, damnari debet ad agendam pœnitentiam diebus 70. arbitrio Judicis, ut conſtat ex *cap.* ſi quis per ebrietatem *de conſecr. diſt.* 2. ita Bernardus Diaz. *c.* 41. *n.* 2. videatur Silveſter *verb.* Euch. 2. §. 9.

§. 6.

De Apoſtatis & Fugitivis.

SIne fundamento prætendunt aliqui confūdere Apoſtatas cum fugitivis, reputando eos pro eodē, quia in rei veritate inter ſe multum differunt Apoſtata & Fugitivus. Apoſtata propriè eſt ille, qui fugit ex Religione cum animo non redeundi, ſive relinquat habitum, ſive non, & ſi non habeat quis talem animum, non erit Apoſtata. Fugitivus eſt ille, qui fugit, ut vagetur cum animo redeundi ad Religionem, ſive deponat habitum, ſive non. Ita communiter Doctores cum D. Tho. 22. *q.* 12 *ar.* 1. unde infertur, quòd licet omnis Apoſtata ſit fugitivus, non tamen omnis fugitivus ſit Apoſtata, in quo non amplius eſt nobis immorandum.

Circa pœnas, quas tales incurrunt, reperio magnam varietatem inter Authores. Referam breviter ea, quæ ſunt magis certa. Non eſt dubium, quòd Apoſtatæ dimittentes habitum incurrunt ipſo facto Excommunicationē majorem ex *c. ut periculoſa clerici vel Monach. in* 6 ſic omnes Doctores: Difficultas eſt, an incurrant hanc Excommunicationem illi Apoſtatæ, qui non dimittunt habitum, ſed cum illo incedunt, & habentur pro Religioſis; Peyrinus *Tom.* 1. *de ſubdito* cum multis Authoribus, quos citat *q.* 1. *c.* 26. tenet, quòd ipſo jure, & ipſo facto ſint excommunicati; & probat ex capite citato, *ut periculoſa.* primò, quia in eo capite excommunicantur dimittentes temerè habitum ſuæ Religionis, ut illis ſubtrahatur periculoſa vagandi materia, ergò ſive habitu retento, ſive dimiſſo, temerè recedendo ad evagandum excommunicatus erit; nam ſemper vitioſa eſt vagatio cum habitu ac ſine illo; imò magis periculoſa cum habitu, quia cum illo ſibi, & Religioni nocet, ſine habitu verò ſibi ſoli.

Secundò probat ex duobus privilegiis, quorum unum eſt ab Innocentio VIII. & aliud à Sixto IV. quæ refert Caſſaruvios verb. *Apoſtata ab Ordine*, in quibus excommunicantur ipſo facto Apoſtatæ, citatque pro hac parte Mirandam *Tom.* 1. *q.* 51. *ar.* 1. Sanchez. *lib.* 6. *cap.* 8. *nn.* 11. Coriolanum & Naloum.

Tertiò probat, quia licet non dimittat habitum materialiter, dimittit tamen formaliter, quia Religionem deſerit.

Contrariam ſententiam aſſerentem, quòd ille, qui retinet habitum, non incurrat aliquā cenſuram Juris, defendit nervosè Pater Bordonus *Tom.* 1. *Reſolut. moral. reſolut.* 41. *nu.* 19. citando multos Authores, & in *Tom.* 2. *reſolut.* 56. *n.* 190. *uſque ad* 194. reſpondet fundamentis Peyrini & aliorum, & quidem ſatis doctè; ſed mihi diſplicet, quod addit *n.* 19. *in fine*, videlicet, illa duo privilegia citata Innocentii VIII. & Sixti IV. in quibus de facto excommunicantur Apoſtatæ, eſſe particularia illarum Religionum, pro quibus ſunt conceſſa, nempe pro Dominicanis & Auguſtinianis, & non eſſe communia, ſed quid inde quòd non ſint communia, in ipſa conceſſione, cùm fiant communia ex participatione, quamvis primâ facie pœnalia videantur, ac per conſequens incommunicabilia, nam licet verum ſit, quòd ſint pœnalia reſpectu Apoſtatarum, ſunt favorabilia reſpectu Religionis, & ſic participantur ab omnibus, qui privilegia illarum Religionum participant, & tàm diu intelliguntur acceptata à Religione, quàm diu illa non repudiavit ipſa Religio, & licet privilegium perſonale præcipuè pœnale non ſit participabile, benè tamen privilegium conceſſum alicui Religio-

Digitized by Google

Religioni, quod etſi ſit pœnale reſpectu aliquorum particularium, eſt favorabile reſpectu corporis Religionis; ſpectat enim maximè ad bonum commune, ut docent communiter Doctores; & quando affirmant, Apoſtatas eſſe ipſo facto excommunicatos non ex Jure communi, etſi habitum dimittant, benè tamen admittunt, eſſe excommunicatos ex privilegiis Summorum Pontificum hanc pœnam latam exprimentibus. Imò, ut conſtabit ex infrà dicendis, reſpectu ipſorum Apoſtatarum poſſunt dici iſta privilegia favorabilia, quia per ea melius intenditur eorum reductio, & bonum ſuarum animarum, & vita quieta & pacifica; quapropter prima ſententia hoc modo intellecta tenenda eſt, & ſi attentè inſpiciatur Bordonus *Tom.* 2. *ubi ſuprà reſolut.* 52. *q.* 34. *nu.* 94. idem debebat concedere, ſiquidem ibi inquirit, an in communicatione privilegiorum veniant etiam pœnæ, & adducit exemplum in prædicatoribus, quibus per privilegium ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ prohibetur appellare à ſuis Superioribus ad Judices extra Ordinem? reſpondet, *privilegia continentia aliquid, quod videtur oneroſum, & odioſum huic & illi Religioſo, non ſunt odioſa neque pœnalia ſed favorabilia, & conſervativa Religionis, & ſubditorum in ſuo officio, quod Deo promiſerunt; & probatur, quia per illa conſervatur diſciplina regularis, & augetur obedientia erga ſuperiores, & Religioſi ſui inſtituti profeſſionem perfectius proſequuntur: per quæ omnia dicta privilegia apparet eſſe ſimpliciter favorabilia etiam ipſis Religioſis, quorum ſaluti animæ, & corporis quieti conſulitur.* Hæc Bordonus, quæ meo videri pari curſu currunt in privilegiis relatis circa cenſuras Apoſtatarum. Et fortè ipſe Author non plenè ſatisfactus præfata ſolutione aliam excogitavit, ait enim, *illa privilegia* abiiſſe videntur in deſuetudinem, ſiquidem Julius II. excommunicavit Apoſtatas Ordinis Prædicatorum, ut videre eſt apud Caſarubium *verb.* Apoſtata *num.* 23. & tamen in eorum Conſtitutionibus *diſt.* 1. *c.* 1. *tex.* 1. ſupponitur non eſſe excommunicatos Jure Pontificio, quia ibi ſtatuto regulari excommunicantur, ut refert Remigius Scroſa in *ſuis ſolut. q.* 39. *in* 4. *notabili.*

Sed hæc ſolutio non minus inefficax videtur, quàm præcedens, ſiquidem prudentiſſimè ponitur excommunicatio in Conſtitutionibus ad magis exprimendam poſitam à Pontifice, vel ponitur quaſi de novo ad præcludendum quodlibet effugium, quod etiam fit in Conſtitutionibus noſtræ Carmelitanæ familiæ Diſcalceatæ Congregationis Hiſpaniæ, ut infra patebit.

Apoſtatæ, qui in ſua Apoſtaſia recipiunt Ordinem Sacrum, remanent ſuſpenſi ab executione ejuſdem Ordinis recepti, etiamſi revertantur ad Religionem, & in iſta ſuſpenſione non poteſt diſpenſare niſi Pontifex ex *Cap. fin. de Apoſtat.* Ita noſter Gabriel à S. Vincentio in ſuo de Cenſuris opere *diſp.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 197. Et Caſtro Palao *tom* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 16. *num.* 12. ubi advertit, quòd iſta ſuſpenſio non ponatur ob Apoſtaſiam, ſed ob crimen, quòd committitur recipiendo Ordinem ſacrum in eo pravo & infami ſtatu, & non incurritur hæc ſuſpenſio recipiendo Ordines minores. Ita Suarez *Tom.* 5. *de cenſuris diſp.* 31. *ſect.* 6. *nu.* 2. & *Tom.* 4 *de Religione tract.* 8. *lib.* 3. *c.* 1. *num.* 30. Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 8. *num.* 26. & alii. Illud autem, quod ſolet adduci ex Concilio Arelatenſi 11. non eſt curandum, quia eſt Provinciale, & non ligat niſi ſubditos, & quamvis in Bulla Pauli IV relata à Palao & Suarez ſuſpendantur Apoſtatæ in perpetuum ab omni Eccleſiaſtici Ordinis executione, & ab omni gradu, quod admittit Suarez *Tom.* 4. *de Religione tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 12. *& ſequentibus*: ſed non caret probabilitate, hanc Bullam Pauli IV. non eſſe in uſu teſte Sanchez *lib* 6. *cap. nu.* 30. Inſuper circa dicta conſulantur ſtatuta cuiuſvis Religionis circa pœnas in eis aſſignatas.

Qui cooperantur Apoſtatis, vel perſuadēdo, vel approbando eorum malum, & reprobum ſenſum, aut dictamen, vel adjuvando, aut recipiendo eos, vel occultando, aut defendendo, peccant graviſſimè, quia participant in tanto crimine eorum, & inſuper manent excōmunicati ipſo facto, licet non à Jure communi, benè tamen ab Innoc. IV. & Leone X. ac Julio II. ut habetur ex Monum. Ordinū *conceſſ.* 554. & 651. ut ex Comp. privileg mēdicantium verb. *Apoſtata* § 8. & in Comp,

ſocietatis ver. *Apoſtota* §. 3. ſed quia aliud eſt recipere, ſeu favere, & aliud recipere ut Apoſtatam, ut in ſimili dicunt Doctores de recipientibus Hæreticos, in receptione ut ſic, dãtur caſus liciti, nullus tamen in receptione ut Apoſtatæ. Videatur P. Suarez ubi *ſupra cap.* 3. *nu.* 2. *&* 3. Palao *Tom.* 3. *de voto obedientiæ diſp.* 4. *p.* 18. *à num.* 1. *uſque ad finem*, ubi doctè & piè omnia explicantur.

Fugitivi, qui temerè habitum dimittunt ad liberius vagandum, ipſo facto manent excommunicati excommunicatione majori ex *cap.* ut periculoſa *ne Clerici vel Monach. in* 6. Ita omnes Doctores. Circa illos, qui non dimittunt habitum, nec ita illum abſcondunt, ut nequeant haberi pro Religioſis, certum eſt, ex Jure communi non eſſe latam aliquã cenſuram contra eos, licet Rebuffus & Peyrinus ubi *ſuprà cap.* 26. §. 1. ſentiant, eſſe comprehenſos in *cap. ut ambitioſa*; per duo tamen privilegia, quorum unum eſt ab Eugenio IV. & aliud à Calliſto V. quæ refert Rodriquez *Tom.* 1. *q.* 30. *art.* 8. fugitivi ipſo facto manent excommunicati, nam in his privilegiis participant omnes Religiones ſecundum ea, quæ dicta ſunt.

Verùm in noſtra Congregatione Carmelitarum Diſcalceatorum Hiſpaniæ 4. *p. c.* 4. §. 6. *de Apoſtatis & fugitivis* ad eximendum ſe ab omni opinionum varietate ſequens determinatio habetur. *Ad coercendam Apoſtatarum inſolentiam, declaramus in noſtro Ordine, quoad pœnas infligendas eos cenſendos Apoſtatas, qui contra Superiorum obedientiam, vel ſine eorum licentia, cum habitu, vel ſine habitu cum intentione redeundi ad monaſterium ſive non, quocunque prætextu, extra ſuos Conventus vagantur: volumuſque, ut ipſo facto (niſi intra Octavum diem redierint) maneant excommunicati. Eadem etiam cenſura ſtatim feriantur extra Monaſterium noctè egredientes, & ut Apoſtatæ puniantur.*

Quæ verba includunt Excommunicationem ipſo facto incurrendam licet cum moderatione octo dierum, qui dantur pro termino, quemadmodum etiam eſt uſus in Societate Ieſu teſte Palao ubi *ſuprà punct.* 18 *num.* 7. & refertur in eius compendio verb. *Apoſtata* §. 35. Unde in noſtra Congregatione Carmelitarum Diſcalceatorum Hiſpaniæ Apoſtatæ & fugitivi, ſive deſerant habitum, ſive non, ſive habeant intentionem redeundi, ſive non, tranſacto termino octo dierum ipſo facto manent excommunicati excommunicatione majori, & tamquam tales declarantur elapſo dicto termino.

De alio quodam graviſſimoque plane delicto, incorrigibilitate ſcilicet Regularium, pœnaque ei conveniente, ob novum Sacræ Cõgregationis decretũ, particulari & ſequenti capite agemus; ac præſens hoc cõcludemus advertendo, & inſinuando quam grave damnum Religioni, & ſibiipſis inferant Prælati immediati, & carcerum cuſtodes, quibus ſententiarum exequutio dimandata eſt, quando non complent ſub quodam prætextu pietatis ea, quæ in illis ordinata ſunt, potius enim crudelitas eſt, tunc ſublevare Reos, illiſquè majori victu ſuccurrere, quàm in ſententia definitum ſit. Videatur P. Emmanuel Rodriguez in *ſumma c.* 14 Ordinis Iudicialis *nu.* 4. ubi multùm ponderat hoc punctum: & P. Villalobos 2. *p. ſumma Tract.* 16. *diff.* 12. *nu.* 2. ſupponit hanc doctrinam ſine controverſia, peccare ſcilicet mortaliter præfectos carcerum, & alios miniſtros juſtitiæ, cujuſmodi ſunt Prælati immediati executores ſententiarum, ſi dent Reis incarceratis victum majorem, quàm in illis definitum ſit: id ipſum eſt de aliis ſublevamentis, quæ dant: primò, quia deficiunt in obedientia; quæ illis imponitur, vel ſaltem imponi debet (eſſetque expediens, ſi imponeretur ſub præcepto) in materia gravi, ſicut eſt non punire delinquentes ſecundum quod eorum culpæ promerentur.

Secundò, quia non ſunt fideles in ſuo officio in re tam gravis momenti contra bonum commune, ex eo enim quòd Prælati Conventuales & carcerum præpoſiti fideles non ſint, nimis ſublevantur illi, qui de jure & juſtitia puniendi erant; & prout bene notat P. Martinus à S. IOSEPH in ſua *Epitome cap.* 7. in hoc culpabiles ſunt Prælati, qui pro præfectis & cuſtodibus carcerum præficiunt Religioſos novos & ſine experientia, & neſciunt ponderare has materias ſecundum quod exigunt ponderari.

CAPUT.

Digitized by Google

majori parte dicta ſententia approbatur. An potius ſit neceſſarium, ut omnes ſex dent Votum ita ut ex defectu Voti etiam unius non poſſit ſententia validè ferri.

Die 21. Junii 1653. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum omnibus maturè perpenſis.

Ad primum reſpondit, Regulares delinquentes uti incorrigibiles ejici non poſſe è Religione anno Carcerationis nondum expleto.

Ad ſecundum reſpondit, non ſufficere annum carcerationis interpolatę expletum, ſed requiri ſpatium unius anni continuum & integrum.

Ad tertium reſpondit: Generalem Ordinis non poſſe delegare facultatem ejiciendi à Religione Provincialibus pro eorum Provinciis, ſeu Commiſſariis, ſeu Vicariis Generalibus.

Ad quartum inhærendo declarationi aliàs factæ die 9. Auguſti 1625. à Sanc. mem. Urbano VIII. approbatæ, reſpondit, ſex Patres eligi poſſe in unâ quaque Provinciâ ſeu Regno.

Ad quintum reſpondit, recurrendum ad Sacram Congregationem in ſingulis caſibus.

Ad Sextum Proceſſus eſſe conficiendos juxta ſtylum, & conſtitutiones Religionis, & illorum tranſumptum authenticum eſſe tranſmittendum ad ſingulos ſex Patres Electos, qui per litteras poſſint Votum dare.

Ad ſeptimum reſpondit, ſententiam Ejectionis à Religione fieri debere ſaltem de Voto majoris partis ſex Patrum Electorum.

Petrus Aloyſius Card. Caraffa Præfectus.
Franciſcus Paulutius S.C. Conc. Secretarius.

Suppoſitis his declarationibus tamquam certis, remanet dubium commune, an ſint obligatoriæ ſicut leges, vel ſolùm ſicut reſponſa virorum prudentiſſimorum & doctorum. Quòd non ſint obligatoriæ, eo quòd non ſint authenticæ, ſed dumtaxat doctrinales, utpotè factæ non conſulto Summo Pontifice (exceptâ ſecundâ relatâ in principio, quæ eſt approbata à ſuâ Sanctitate) nec ſint promulgatæ authoritativè, tenent Suarez *de legibus*, quem refert & ſequitur Salas de *legibus tract.* 14. *diſp.* 2. *ſect.* 9. *n.* 53. Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio diſp.* 4. *num.* 10. Portel. *ver.* Card. declar. *num.* 1. Peyrinus *tom.* 2. *de ſubd. qu.* 1. *cap.* 25. *§. hoc dubium poſtulat.* Navarrus *l.* 5. *conſ. tit. de ſententiâ Excommunicationis conſ.* 15. Bonacina de *legibus diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 8. *num.* 4. Doctiſſimus P. Diana *tract.* 10. *de legibus reſolut.* 29. & alii multi. Et hoc ſentiunt, tàm pro foro conſcientiæ, quàm pro foro externo, quamvis non deſint alii multi, qui oppoſitũ ſequuntur, videlicet quòd obligent ut leges; ſed quidquid ſit de hoc: adhuc reſtant non leves difficultates examinandæ, tàm circa ipſum decretum de Apoſt. & ejectis, quàm circa ipſas declarationes factas etiam apud Authores aſſerentes, quòd obligent.

Igitur dubitatur primò, An ſtando in vi primæ declarationis, ſeu reſponſionis, annus incarcerationis, quem debet tranſigere incorrigibilis ad hoc ut expellatur è Religione, debeat eſſe continuus, vel ſufficiat, quòd ſit interpolatus, dummodò ſit integer & completus, & non loquor de interpolationibus, quæ interveniunt tempore incarcerationis, quam habuit delinquens propter prima delicta, priuſquam pertigerit ad omnia illa, quæ exiguntur à Jure communi ad hoc ut aliquis cenſeatur eſſe Incorrigibilis, de iſtis enim dicetur in ſecundâ declaratione, vel reſponſione hâc noviſſima, ſed quando præcedente incorrigibilitate Juris delinquens incarceratus in ordine ad complendum annum, quem nova decreta requirunt, fugit è carcere v. gr. poſt ſex menſes, & deinde poſtquam inceſſit aliquo tempore vagabundus & fugitivus, capitur, an ſi per alios ſex menſes incarceretur, cenſeatur annus completus, vel debeat incipere ſuum annum de novo & à capite, ſicut Novitius, qui confecto aliquo tempore probationis, deinde fugit vel exivit deſerendo habitum, ad eundem habitum recipitur.

P. Santorius in *examine diſtinctionum penalium cap.* 19. *reſp.* 2. ſentit, ita annum incarcerationis debere eſſe continuum, ſicut annus Novitiatus, & ſi delinquens fuge-

CAPVT XXVI.

De Incorrigibilitate, & pœna Expulſionis illi correſpondente.

1. QUàm neceſſaria ſit in omnibus Religionibus pœna expulſionis pro illis, qui verè incorrigibiles ſunt, pro earum pace & tranquillitate, fusè probat S. Baſilius in *lib. Regul. fuſius diſp. c.* 28. & in *Regul. brevior interrogat.* 57. & 102. *& alibi ſæpè.* Divus Auguſtinus *Reg.* 3. *cap.* 23. Caſſianus *lib.* 4. *inſtitut. cap.* 16. *in fine.* S. Proſper. Aquitanicus *lib.* 2. *de vita contemplat. cap.* 7. & habetur in *cap.* Ecce 24. *quæſt.* 4. S. Benedictus in *Reg. cap.* 28. S. Bernardus *epiſt.* 102. D. Thomas *quodlib.* 12. *art.* 36. D. Bonavent. in *Reg. S. Franciſci quæſt.* 14. & ex aliis Regulis id probat Ribadineira in *lib. de inſtituto Societatis cap.* 13. conſtat etiam id ipſum ex multis capitibus Juris Canonici, cap. *relatum ne Clerici vel Monachi*, cap. *cùm ad monaſterium* cap. *ea quæ, de ſtatu Monachorum* c. reſecandæ cap. *illud* 24. *quæſt.* 3. Tradunt etiam Panormitanus in *cap. fin. de Regularibus*, Archidiaconus in cap. *Abbas nu.* 6. Sylveſter *verb.* Religio 6. *num.* 17. Navarrus in *Comment.* 2. *de Regularibus*, Azor. *lib.* 12. *inſtit. Moral. cap.* 16. *verſ.* 2. *quæritur*, & alii communiter; præterea Alexander VI. conceſſit Prælatis Ordinis S. Franciſci ſpeciale privilegium pro expulſione Religioſorum incorrigibilium, de quo participant etiam cæteræ Religiones.

2. Suppoſita neceſſitate hujus medii ad quietam conſervationem ſtatus Religioſi; quemadmodum in Rebuſpublicis ſæcularibus eſt neceſſaria expulſio hominum facinoroſorum, qui illas perturbant, remanet difficultas, quiſnam dicatur incorrigibilis, & quænam debeant circumſtantiæ concurrere ad hoc, ut Religioſo profeſſo pœna expulſionis applicari poſſit, tàm ſecundùm Jus commune, quàm particulare, & incipiendo à primo, omnes Doctores in hoc conveniunt, quòd ille dicatur incorrigibilis, qui poſt commiſſum aliquod delictum, vel commiſſa aliqua delicta gravia correctus, & punitus, non præbet ſpem emendationis; & colligunt Doctores incorrigibilitatem ex tribus principiis.

Primum eſt, quando delinquens correctus, & punitus tribus vicibus reincidit in culpas graves, eſto ſint ſpecie diſtinctæ à primis. Ita Panormitanus in *cap.* cùm ab homine, *num.* 30. *de Iudiciis*, Alderete *lib.* 2. *cap.* 26. *à num.* 34.

Secundùm eſt, quando delinquens non vult acceptare pœnitentiam pro ſuis delictis ſibi impoſitam, ex hoc enim ſatis colligitur, cum nolle ſe emendare; quia ægrotus recuſans medicinam nullam dat ſpem ſuæ ſalutis.

Tertium eſt, quando delinquens juſtè incarceratus fugit ex carcere, ob eamdem rationem modò dictam. Tota hæc doctrina eſt S. Auguſtini in *Reg. cap.* 23. Panormitani ubi *ſuprà in fin.* Felini *ibidem num.* 15. Deciani *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 130. Sayri *lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 36. *&* 37. Alderete *ubi ſuprà*, Thomæ Sanchez *lib.* 6. *Decalog. cap.* 9. *num.* 4. & aliorum, qui hanc materiam pertractant.

3. Ex hac doctrina communi benè inferunt Menoch. *conſilio* 82 Farinacius *Tom.* 1. *praxis quæſt.* 24. *num.* 9. & alii, non poſſe dici aliquem incorrigibilem, eo quòd commiſerit multa delicta, ob quæ correctus & punitus non fuit, quia nimirum Iudici nota non fuerunt; ille enim, qui admonitus & correctus non eſt, incorrigibilis dici non poteſt.

Suppoſito deinde, quòd ſecundùm jus commune ſoli incorrigibiles expelli poſſint à Religione, ſicut docent S. Thomas *quodlibeto* 12. *art. ultimo*, Divus Bonaventura in *Regula S. Franciſci cap.* 14. Sylveſter *verbo* Religio 6. *quæſt. ultim.* Azor. *Tom.* 1. *inſtit. Moral. lib.* 12. *cap.* 16. *quæſt.* 3. ſolùm illis, in quibus aliquid ex prædictis numero præcedenti reperitur, à Religione poterunt expelli ſecundùm Jus commune: dico autem ſecundùm Jus commune, quia attendendo ad Jus particulare Religionum ob alias plures cauſas expelli poſ-

li poſſunt illi, qui committunt delicta valde atrocia, quemadmodum patet ex variis earum Conſtitutionibus per Summos Pontifices approbatis.

4 Verum eſt hodie tales Conſtitutiones, quantum ad hoc punctum, robur non habere, cùm fuerint abrogatæ per novum decretum Sacræ Congregationis Cardinalium approbatum, & publicatum per Sanctiſsimum Patrem Noſtrum Urbanum VIII. datumque Romæ 21. Septembris Anno 1624. in quo præcipit, quòd deinceps nullus Religioſus profeſſus è Religione expelli poſſit, niſi fuerit verè incorrigibilis, & nullus tamquam talis judicetur, niſi concurrant illa, quæ in illo jus commune requirit, & ultrà hoc fuerit incarceratus per unum annum, afflictuſque jejuniis & pœnitentiis, & tranſacto anno, ſi non ſe emendaverit veluti membrum putridum abſcindi, reſecari, & à Religione expelli poſsit.

Addit etiam, Generalem teneri notificare ſententiam datam Ordinario Diœceſano, nec expulſis dentur dimiſſoriæ, ſed ſufficiat ſimplex expulſionis teſtimonium. Inſuper condemnat eos ad perpetuam ſuſpenſionem ab exercitio Ordinum, quos ſuſceperant, interdicendo Epiſcopis facultatem concedendi illis licentiam eos exercendi.

Et tandem inculcata Prælatis diligentia, in procurando priùs tales per media poſsibilia reducere, & determinato votorum numero, quæ ad expulſionem debent concurrere, inquit; quòd ſi aliquis ſuperior alicui eorum convenire præſumpſerit *ipſo facto* ſit privatus omnibus officiis, quibus tunc fungitur, voce etiam *activa & paſsiva*, ſitquè inhabilis in perpetuum ad obtinenda alia in futurum, & hanc pœnam reſervat Sedi Apoſtolicæ, decernitque, ea, quæ contra dicta facta fuerint, eſſe invalida & nulla, revocatque omnia privilegia in contrarium.

Et quia hoc decretum fortè non ita omnibus eſt ad manum & in promptu, viſum mihi fuit, illud hic apponere: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum communicato conſilio cum S. D. N. Vrbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis Suæ facultate, mandato, & approbatione, inter alia ſtatuit, ut impoſterum è Religionibus nullus legitimè profeſſus eiici, poſſit, niſi ſit verè incorrigibilis. Verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex Iuris communis diſpoſitione requiruntur (ſublatis hac in parte ſtatutis & conſtitutionibus cuiuſque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis) verùm etiam unius anni ſpatio, in jejunio & pœnitentia probetur in carceribus: proindeque unaquæque Religio privatos habeat carceres in qualibet ſaltem provincia. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeverâuerit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eiici tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantùm, de conſilio & aſſenſu ſex Patrum ex gravioribus Religionis, eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus, tumque nonniſi inſtructo ſecundum eorum ſtylum & Conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad Sacrum Canonum præſcriptum.*

Interea tamen uſque ad primum Generale Capitulum ſeu Congregationem proximè celebrandam, ſi quempiam ex iuſtis & neceſſariis cauſis expellere oportebit, eiectio fieri poſſit à Generali cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, ut ſuprà, quos idemmet Generalis eligere debeat infrà quatuor menſes à præſentis decreti publicatione: ſervata tamen in reliquis forma ſuperiùs præſcripta. Sic verò eiecti quàm diu non redierint ad Religionem in habitu clericali incedant, atque Ordinarii loci Iuriſdictioni, & Obedientiæ ſubſint, proindeque Generalis illicò Expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur.

Cæterùm Sacra Congregatio Religionum Superiores ſeriò admonet, ac per IESU *Chriſti viſcera obteſtatur, ut memores paternæ charitatis, & manſuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas fratrum ſuorum ferè in profundum malorum delapſas, antequam graviſsimum atque extremum Expulſionis remedium experiantur. Idque eo magis, quòd ſubditorum ſanguinem, qui ex malo negligentium, & ſui officii immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noſter* IESUS *Chriſtus in Supremo Dei Iudicio de eorundem Prælatorum manibus ſit requiſiturus.*

Præterea

Digitized by Google

5 *Præterea ſtatuit, ut iidem ſuperiores nemini ex Religioſis expulſis litteras teſtimonia es concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam reiicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.*

6 *Item, ut ejecti extra Religionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab Exercitio Ordinum, ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi aut moderandi.*

7 *Si quis verò adverſus ea, quæ ſuperius præſcripta ſunt, vel eorum aliquid quoquo modo facere, vel moliri præſumpſerit, ipſo facto pœnam incurrat privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vociſque activæ & paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa impoſterum obtinenda, pœnaque hujuſmodi Sanctitati ſuæ ac Sedi Apoſtolicæ reſervata, eiſdem ſuperioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi ſeu relaxandi poteſtate penitus interdicta, & nihilominus ſit irritum, & inane, quidquid ſecus à quopiam actum extiterit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcunque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium quam non Mendicantium, Congregationum Monaſteriorum, Conventuum, domorum ac locorum Regularium quorumcunque nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis, vel conſuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis & privilegiis, etiam in corpore juris clauſis, aut ex cauſa vel titulo oneroſo; vel in limine fundationis conceſsis, etiam mari magno, ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodo libet, etiam per viam excommunicationis, ſeu extenſionis conceſsis, & iteratis vicibus approbatis & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus & formis, ſpecialis & individua, ac de verbo ad verbum, nec non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quæ ſupradictis quomodolibet adverſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſſe, Sanctitatis ſuæ authoritate derogat, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Dat. Romæ die 21. Septembris 1624.*

His finem impoſueram præſenti capiti, in prima editione huius operis, in hac vero nova & altera editione conſultum mihi viſum eſt, annectere nonnullas difficultates, ac dubia, quæ circa praxin atque executionem præſentis decreti occurrunt, & occurrere queunt.

Pro meliori autem ac faciliori dicendorum intelligentia primo referam declarationes, quas Sacra Congregatio Concilii fecit circa aliquas clauſulas præfati Decreti. Primam fecit 13. Novembris 1632. ad inſtantiam Reverendiſsimi Patris Generalis Minimorum, qui quæſiverat, an incarceratus ad Expulſionem, & intra annum fugam arripiens poſſit ejici ut incorrigibilis, etiamſi annum non expleviſſet: & reſpondit: *Legitimè profeſſos non poſſe è Religione eiici, niſi poſtquam per annum integrum in carceribus, in jejunio & pœnitentia detenti, & probati fuerint, & eo elapſo non reſipuerint, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeveraverint, fugientes verò ut ſuprà è carceribus, etiam pro hujuſmodi fuga delicto eſſe puniendos, & poſſe ferrea cuſtodia in carceribus detineri.*

Robertus Cardinalis Vbaldinus Franciſcus Paulutii S. Cong. Conc. Secretarius.

Secundò declaravit Sacra Congregatio, quòd illi ſex Patres, quos requirit decretum ad hoc ut concurrant una cum Generali ad Expulſiones, nõ ſint neceſſariò iidem, ſed pro qualibet Provincia, ſeu Regno poſſent eſſe diverſi. Hujus declarationis mentionem facit Peyrinus *Tom. 2. de priv. ad Conſt.* 10. *Vrbani VIII. Pontificis*, nõ tamen refert illius verba, ſed ait ſe audiviſſe aliquos Religioſos ſupplicaſſe pro illa, & obtinuiſſe. Et ſolùm ob hoc fundamentum ſententiam hanc amplexi ſunt Novarius in *Lucern. Reg.* Ver. *Eiecti à Religione*, & Doctiſsimus noſter Lezana *Tom* 1. *cap.* 23. *n.* 1. cum aliis, ſed poſtea re maturiùs examinata, cùm præfatã declarationẽ minimè adinvenerit, idem Lezana *Tom.* 2. *cap.* 12. *nu.* 8.

num. 8, eam reiicit tanquam nixam inſufficienti fundamento, & idem ſentit Pater Santorius de *pœnis Incorrigibilium cap.* 19. *q.* 4. Hodie tamen conſtat illam eſſe omninò certam, & verè exiſtere dictam declarationem: quæ ſequentis eſt tenoris.

Die 9. Auguſti 1625.

Sacra Congregatio Concilii Sanctiſsimo Domino noſtro approbante, declaravit ſex Patres in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus eligendos, de quorum conſilio & aſſenſu Generalis poteſt Regulares incorrigibiles à Religione eiicere in unaquaque Provincia eligi poſſe, eoſdemque ſic electos, ſi Generalis tàm longè abſuerit, ut una convenire non poſsit, debere ad eundem tranſmittere Summarium proceſſus una cum eorum voto, ut juxta illud Generalis poſsit ad ſententiam expulſionis procedere, interea tamen uſque ad primum Generale Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam Sanctitas ſua annuit, ut ejectio ſervata in reliquis forma Decreti, hac die editi, fieri poſsit à Generali ibidem cum conſilio & aſſenſu ſex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Provincia infra quatuor menſes elegerit.

Alia quoque facta eſt & nova declaratio, faciens mentionem hujus jam relatæ, quemadmodum videre licet in declarationibus factis ad inſtantiam Admodum Reverendi P. M. F. Michaelis de Alcantara Vicarii Generalis in Italia, & Procuratoris Generalis Ordinis Dominæ noſtræ de Mercede, quas ego habeo penes me authenticatas, cum ſubſcriptione Eminentiſſimi Domini Cardinalis Carraffa, Præfecti Sacræ Congregationis Concilii, & cum ſigillo illius, nec non cum ſubſcriptione Illuſtriſſimi Secretarii Franciſci Paulutii, quas copiavi de verbo ad verbum, ſicut hic referam.

In una Regularium Ordinis B. Mariæ *de Mercede Redemptionis Captivorum.*

Procurator Generalis Ordinis B. Mariæ de mercede Redemptionis Captivorum mediante interceſſione Eminentiſſimi Cardinalis de Lugo Protectoris ſupplicat pro ſua, ut inquit, & aliorum Superiorum Regularium inſtructione per hanc Sacram Congregationem reſponderi ad infra ſcripta quæſita ſuper Decreto de Apoſtatis & ejectis juſſu Summi Pontificis ex ſententia ejuſdem Sacræ Congregationis edito anno 1624. & impreſſo in Bullario novo *Tom.* 4. *pag.* 267. *verſ. ad hac.*

Primò, an Regularis conſtitutus in carceribus ſpatio unius anni in jejunio & pœnitentia ad finem, ut tamquam incorrigibilis à Religione ejiciatur, ſi è carceribus fugiat, dicto carcerationis anno nondum expleto, & deinde ſit captus, poſsit tunc ut incorrigilis ejici, an verò aliquid aliud ſit faciendum. 1

An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis diverſis temporibus commiſsis in carceribus detentus, poſſit uno carcerationis anno ut ſuprà interpolatè expleto, tamquam incorrigibilis è Religione ejici, ſi poſt dictum annum carcerationis interpolatum animo indurato & in ſua pertinacia perſeverans iterum delinquat. 2

An Generalis Ordinis poſſit delegare facultatem eiiciendi à Religione Provincialibus pro eorum provinciis, ſeu Commiſſariis, vel Vicariis Generalibus, & an delegatio ſit à Generali facienda in quolibet caſu, an verò indefinitè in omnibus caſibus. 3

An ſex Patres, de quorum conſilio & aſſenſu ejectio fieri debet, ſint eligendi de tota Religione, an potius ſufficiat ex qualibet Provincia ſeu Regno. 4

Quòd ſi à Religione hujuſmodi ſex Patres non fuerint electi in Capitulo, ſeu in Congregatione Generali, quid faciendum ſit uſque ad primum Capitulum Generale? 5

An ſufficiat, ut Prælatus Conventualis, ſeu Provincialis conficiat proceſſum ſtylo Religionis ſervato, & illius Summarium tranſmittat Generali Ordinis, ſeu illius delegato, qui adhibitis ſex Patribus electis, quilibet eorum videat eumdem proceſſum, & tranſmittat votum ſuum per litteras eidem Generali, ſeu delegato. 6

An Generalis ſeu delegatus poſſit ferre ſententiam ejectionis à Religione, quando à tribus ex ſex Patribus electis, ſeu ab illorum 7

majori

nium dicatur non interpoſito Iuramento; ſed advertit benè Rodriquez *Tom.* 2. *q.* 31. *ar.* 2. quòd cum in atrociſſimis delictis puniatur conatus, etiam non ſecuto affectu, ſollicitans ad falſum teſtimonium, eadem pœna debet puniri: ex quibus habent Prælati, quam pœnam debeant imponere Religioſis in hoc deficientibus, quamvis ut notat Diaz. *cap.* 93. in hoc maximè debeat attendi qualitas cauſæ juxta qualitatem damni ſecuti, & gravius in criminalibus, quàm in civilibus debet puniri.

Illi qui in communitatibus ſeminant diſcordias, arbitrio Judicis puniendi ſunt pro qualitate perſonæ, ac excitatæ ſeditionis. Ita Rodriguez *q.* 31. *ar.* 4. ex cap. *ſi quis Monachus* 90. *diſt.* monens ob eventum pœnam debere augeri, aut minui, graviorem que eſſe ſeditionem, quæ adverſus majores excitatur.

Clerici maledicentes debent cogi ad petēdam veniam à perſona offenſa ex *C. Clericus maledicus d.* 46. non tamen poſſunt obligari, ut coram Judice, & aliis bonis viris dicant ſe mentitos fuiſſe. Ita Rodriquez *art.* 30. qui addit, quòd ſi Religioſus convincatur, quòd ſit notabiliter maledicus, & his ſit aſſuetus, poteſt Judex eum obligare ex officio, ut dicat, ſe mentitum fuiſſe, quòd à fortiori procedit de eo, qui malè loquitur contra ſuperiorem. Unde in hoc Judices debent procedere ſpectata qualitate perſonarum, rerum, quæ dictæ ſunt, loci, & temporis.

Nec obſtat dicere, quòd Sacerdos maledicus juxta Ius Canonicum pœna palinodiæ non punitur, quia hoc procedit (ait Rodriquez) regulariter: at Jus non vetat, ne tali pœna puniatur Religioſus aſſuetus maledicere, cùm Religionibus grave damnum ſequatur ex maledicentibus: ſed addit ipſe Author, maledicum Sacerdotem non eſſe obligandum ad recitandam palinodiam, quamvis contra alium hoc crimen perpetret.

Accuſator, vel Calumniator non probans delictum, de quo accuſavit, puniendus eſt pœna talionis, quæ ſcilicet eſt illa, ad quā accuſatus condemnandus erat, ſi delictum probatum eſſet. ex *c. Calumniator* 2 *q.* 3. ut probat Diatz *cap.* 65. *nu.* 3. ſi tamen talis pœna eſſet pro Accuſatore improportionata, debet dari alia æquivalens, v. g. pœna verberationis; additque duo, *primum*, quòd Clericus in probatione deficiat, debeat ſuſpendi ab officio & beneficio, donec Innocentiam ſuam purget, ut habetur in *cap. fin.* 5. *q.* 6. idque quamvis accuſans intenderet ſolùm patientiam, & non pœnam.

Secundum, quòd ſi Clericus, qui objicit crimen in perſonam Electi, aut poſtulati, deficiat in probatione, maneat ſuſpenſus per tres annos à beneficiis Eccleſiaſticis, & ſi eo tempore ſe temerè ingeſſerit ad ea, ipſo Jure maneat privatus in perpetuum, niſi manifeſtiſſimè conſtiterit, eum fuiſſe motum cauſa probabili, & ſufficiente, quæ excuſat à vitio Calumniæ; probat ex C. *de elect. in* 6, hæc tamen pœna non extenditur ad delicta aliarum materiarum. Nec incurruntur iſtæ pœnæ, quando de delictis eſt fama publica, & accuſans credens tali famæ, fecit accuſationem: Sic Baldus *in l. fin.* C. *ſi ſervus aut liber. lib.* 10. quem refert, & ſequitur ipſe Diaz, qui videndus eſt cum ſuo Scholiaſte.

Revelantes ſecreta Religionis puniendi ſunt pœna arbitraria juxta qualitatem delicti & perſonæ: hoc delictum multò majus eſt, quando ſecreta revelantur ſæcularibus; & officialibus qui tenentur ſervare ſecretum ſub Juramento, debetur pœna taxata pro perjuris. Rodriquez *q.* 36. *art.* 3.

Aperientes, & legentes litteras ſigillatas aliorum peccant graviter, & debent graviter puniri juxta qualitatem delicti, arbitrio Iudicis, qui attendere debet ad damnum quod cauſatur, ad qualitatem perſonarum, ad quas litteræ directæ ſunt; qui autem illas aperiunt & comburunt; etiamſi non legant, merentur pœnam falſarij ſecundum Panormitanum in *cap.* cùm olim, *de officio delegat.* & Baldus in *l. Paulus ff. de falſ.* niſi excuſentur ratione parvitatis materiæ, vel alterius cauſæ licitæ ſuo loco videndæ.

Scribentes litteras, & non ſe ſubſcribentes puniendi ſunt pœna arbitraria, & in noſtra Religione gravius eſt delictum, ratione præcepti impoſiti à Generalibus.

Regularis, qui reū extrahit à manibus Iuſtitiæ, punitur pœna arbitraria, ſed min⁹ rigoroſa, quia ferè ſēper hoc fit, nō ex cōtēptu poteſtatis ſæcularis, ſed ex charitate minus ordinata.

Aſſiſtentes luſibus illicitis, vel ludentes ludis prohibitis pœna arbitraria debent puniri juxta qualitatem delicti. Advertit tamen Rodriq. *Tom.* 2. *q.* 38. *ar.* 1. quòd Religioſi poſſint ludere creationis gratia ceſſante ſcandalo.

Clericus, de quo conſtiterit ſe inebriare, per ſpatium 30. dierum debet privari communione, vel pœna corporali puniri. ex *c. fin.* 35. *diſt.* Idem dic de Religioſo. ſi verò aſſuetus fuerit vitio ebrietatis, etiam debet mancipari verberibus & carceri, ſub pane & aqua: Ita Rodriquez *Tom.* 2. *q.* 37. *ar.* 1. inſpecta frequentatione Vitij, perſonarum qualitate, & adſtantium ſcandalo.

Si aut ob ebrietatem, aut voracitatem evomat quis Euchariſtiam, damnari debet ad agendam pœnitentiam diebus 70. arbitrio Iudicis, ut conſtat ex *cap.* ſi quis per ebrietatem *de conſecr. diſt.* 2. ita Bernardus Diaz. *c.* 41. *n.* 2. videatur Silveſter *verb.* Euch. 2. §. 9.

§. 6.

De Apoſtatis & Fugitivis.

SIne fundamento prætendunt aliqui confúdere Apoſtatas cum fugitivis, reputando eos pro eodē, quia in rei veritate inter ſe multum differunt Apoſtata & Fugitivus. Apoſtata propriè eſt ille, qui fugit ex Religione cum animo non redeundi, ſive relinquat habitum, ſive non, & ſi non habeat quis talem animum, non erit Apoſtata. Fugitivus eſt ille, qui fugit, ut vagetur cum animo redeundi ad Religionem, ſive deponat habitum, ſive non. Ita communiter Doctores cum D. Tho. 22. *q.* 12 *ar.* 1. unde infertur, quòd licet omnis Apoſtata ſit fugitivus, non tamen omnis fugitivus ſit Apoſtata, in quo non amplius eſt nobis immorandum.

Circa pœnas, quas tales incurrunt, reperio magnam varietatem inter Authores. Referam breviter ea, quæ ſunt magis certa. Non eſt dubium, quòd Apoſtatæ dimittentes habitum incurrunt ipſo facto Excommunicationē majorem ex *c. ut periculoſa clerici vel Monach. in* 6 ſic omnes Doctores: Difficultas eſt, an incurrant hanc Excommunicationem illi Apoſtatæ, qui non dimittunt habitum, ſed cum illo incedunt, & habeantur pro Religioſis?

Peyrinus *Tom.* 1. *de ſubdito* cum multis Authoribus, quos citat *q.* 1. *c.* 26. tenet, quòd ipſo jure, & ipſo facto ſint excommunicati; & probat ex capite citato, *ut periculoſa.* primò, quia in eo capite excommunicantur dimittentes temerè habitum ſuæ Religionis, ut illis ſubtrahatur periculoſa vagandi materia, ergò ſive habitu retento, ſive dimiſſo, temerè recedendo ad evagandum excommunicatus erit; nam ſemper vitioſa eſt vagatio cum habitu ac ſine illo; imò magis periculoſa cum habitu, quia cum illo ſibi, & Religioni nocet, ſine habitu verò ſibi ſoli.

Secundò probat ex duobus privilegiis, quorum unum eſt ab Innocentio VIII. & aliud à Sixto IV. quæ refert Caſſatuvios verb. *Apoſtata ab Ordine*, in quibus excommunicantur ipſo facto Apoſtatæ, citatque pro hac parte Mirandam *Tom.* 1. *q.* 51. *ar.* 1. Sanchez. *lib.* 6. *cap.* 8. *nu.* 11. Coriolanum & Naloum.

Tertiò probat, quia licet non dimittat habitum materialiter, dimittit tamen formaliter, quia Religionem deſerit.

Contrariam ſententiam aſſerentem, quòd ille, qui retinet habitum, non incurrat aliquā cenſuram Juris, defendit nervoſè Pater Bordonus *Tom.* 1. *Reſolut. moral. reſolut.* 41. *nu.* 19. citando multos Authores, & in *Tom.* 2. *reſolut.* 56. *n.* 190. *uſque ad* 194. reſpondet fundamentis Peyrini & aliorum, & quidem ſatis doctè; ſed mihi diſplicet, quod addit *n.* 19. *in fine*, videlicet, illa duo privilegia citata Innocentii VIII. & Sixti IV. in quibus de facto excommunicantur Apoſtatæ, eſſe particularia illarum Religionum, pro quibus ſunt conceſſa, nempe pro Dominicanis & Auguſtinianis, & non eſſe communia, ſed quid inde quòd non ſint communia, in ipſa conceſſione, cùm fiant communia ex participatione, quamvis primâ facie pœnalia videantur, ac per conſequens incommunicabilia, nam licet verum ſit, quòd ſint pœnalia reſpectu Apoſtatarum, ſunt favorabilia reſpectu Religionis, & ſic participantur ab omnibus, qui privilegia illarum Religionum participant, & tàm diu intelliguntur acceptata à Religione, quàm diu illa non repudiavit ipſa Religio, & licet privilegium perſonale præcipuè pœnale non ſit participabile, benè tamen privilegium conceſſum alicui Religio-

Religio-

Digitized by Google

Religioni, quod etſi ſit pœnale reſpectu aliquorum particularium, eſt favorabile reſpectu corporis Religionis; ſpectat enim maximè ad bonum commune, ut docent communiter Doctores; & quando affirmant, Apoſtatas eſſe ipſo facto excommunicatos non ex Jure communi, etſi habitum dimittant, benè tamen admittunt, eſſe excommunicatos ex privilegiis Summorum Pontificum hanc pœnam latam exprimentibus. Imò, ut conſtabit ex infrà dicendis, reſpectu ipſorum Apoſtatarum poſſunt dici iſta privilegia favorabilia, quia per ea melius intenditur eorum reductio, & bonum ſuarum animarum, & vita quieta & pacifica; quapropter prima ſententia hoc modo intellecta tenenda eſt, & ſi attentè inſpiciatur Bordonus *Tom. 2. ubi ſuprà reſolut. 52. q. 34. nu. 94.* idem debebat concedere, ſiquidem ibi inquirit, an in communicatione privilegiorum veniant etiam pœnæ, & adducit exemplum in prædicatoribus, quibus per privilegium ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ prohibetur appellare à ſuis Superioribus ad Judices extra Ordinem? reſpondet, *privilegia continentia aliquid, quod videtur oneroſum, & odioſum huic & illi Religioſo, non ſunt odioſa neque pœnalia ſed favorabilia, & conſervativa Religionis, & ſubditorum in ſuo officio, quod Deo promiſerunt; & probatur, quia per illa conſervatur diſciplina regularis, & augetur obedientia erga ſuperiores, & Religioſi ſui inſtituti profeſſionem perfectius proſequuntur: per quæ omnia dicta privilegia apparet eſſe ſimpliciter favorabilia etiam ipſis Religioſis, quorum ſaluti animæ, & corporis quieti conſulitur.* Hæc Bordonus, quæ meo videri pari curſu currunt in privilegiis relatis circa cenſuras Apoſtatarum. Et fortè ipſe Author non plenè ſatisfactus præfata ſolutione aliam excogitavit, ait enim, *illa privilegia* abiiſſe videntur in deſuetudinem, ſiquidem Julius II. excommunicavit Apoſtatas Ordinis Prædicatorum, ut videre eſt apud Caſarubium *verb.* Apoſtata *num. 23.* & tamen in eorum Conſtitutionibus *diſt. 1. c. 1. tex. 1.* ſupponitur non eſſe excommunicatos Jure Pontificio, quia ibi ſtatuto regulari excommunicantur, ut refert Remigius Serofa in *ſuis ſolut. q. 39. in 4. notabili.*

Sed hæc ſolutio non minus inefficax videtur, quàm præcedens, ſiquidem prudentiſſimè ponitur excommunicatio in Conſtitutionibus ad magis exprimendam poſitam à Pontifice, vel ponitur quaſi de novo ad præcludendum quodlibet effugium, quod etiam fit in Conſtitutionibus noſtræ Carmelitanæ familiæ Diſcalceatæ Congregationis Hiſpaniæ, ut infra patebit.

Apoſtatæ, qui in ſua Apoſtaſia recipiunt Ordinem Sacrum, remanent ſuſpenſi ab executione ejuſdem Ordinis recepti, etiamſi revertantur ad Religionem, & in iſta ſuſpenſione non poteſt diſpenſare niſi Pontifex ex *Cap. fin. de Apoſtat.* Ita noſter Gabriel à S. Vincentio in ſuo de Cenſuris opere *diſp. 4. quæſt. 10. num. 197.* Et Caſtro Palao *tom. 3. tract. 16. diſp. 4. punct. 16. num. 12.* ubi advertit, quòd iſta ſuſpenſio non ponatur ob Apoſtaſiam, ſed ob crimen, quòd committitur recipiendo Ordinem ſacrum in eo pravo & infami ſtatu, & non incurritur hæc ſuſpenſio recipiendo Ordines minores. Ita Suarez *Tom. 5. de cenſuris diſp. 31. ſect. 6. nu. 2. & Tom. 4 de Religione tract. 8. lib. 3. c. 1. num. 30.* Sanchez *lib. 6. ſum. cap. 8. num. 26.* & alii. Illud autem, quod ſolet adduci ex Concilio Arelatenſi 11. non eſt curandum, quia eſt Provinciale, & non ligat niſi ſubditos, & quamvis in Bulla Pauli IV relata à Palao & Suarez ſuſpendantur Apoſtatæ in perpetuum ab omni Eccleſiaſtici Ordinis executione, & ab omni gradu, quod admittit Suarez *Tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 3. cap. 2. nu. 12. & ſequentibus*: ſed non caret probabilitate, hanc Bullam Pauli IV. non eſſe in uſu teſte Sanchez *lib. 6. cap. nu. 30.* Inſuper circa dicta conſulantur ſtatuta cuiuſvis Religionis circa pœnas in eis aſſignatas.

Qui cooperantur Apoſtatis, vel perſuadēdo, vel approbando eorum malum, & reprobum ſenſum, aut dictamen, vel adjuvando, aut recipiendo eos, vel occultando, aut defendendo, peccant graviſſimè, quia participant in tanto crimine eorum, & inſuper manent excōmunicati ipſo facto, licet non à Jure communi, benè tamen ab Innoc. IV. & Leone X. ac Julio II. ut habetur ex Monum. Ordinū *conceſſ. 554. & 651.* ut ex Comp. privileg mēdicantium verb. *Apoſtata* § 8. & in Comp,

 ſocie-

majori parte dicta ſententia approbatur. An potius ſit neceſſarium, ut omnes ſex dent Votum ita ut ex defectu Voti etiam unius non poſſit ſententia validè ferri.

Die 21. Junii 1653. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum omnibus maturè perpenſis.

Ad primum reſpondit, Regulares delinquentes uti incorrigibiles ejici non poſſe è Religione anno Carcerationis nondum expleto

Ad ſecundum reſpondit, non ſufficere annum carcerationis interpolatę expletum, ſed requiri ſpatium unius anni continuum & integrum.

Ad tertium reſpondit: Generalem Ordinis non poſſe delegare facultatem ejiciendi à Religione Provincialibus pro eorum Provinciis, ſeu Commiſſariis, ſeu Vicariis Generalibus.

Ad quartum inhærendo declarationi aliàs factæ die 9. Auguſti 1625. à Sanc. mem. Urbano VIII. approbatæ, reſpondit, ſex Patres eligi poſſe in unâ quaque Provinciâ ſeu Regno.

Ad quintum reſpondit, recurrendum ad Sacram Congregationem in ſingulis caſibus.

Ad Sextum Proceſſus eſſe conficiendos juxta ſtylum, & conſtitutiones Religionis, & illorum tranſumptum authenticum eſſe tranſmittendum ad ſingulos ſex Patres Electos, qui per litteras poſſunt Votum dare.

Ad ſeptimum reſpondit, ſententiam Ejectionis à Religione fieri debere ſaltem de Voto majoris partis ſex Patrum Electorum.

Petrus Aloyſius Card. Caraffa Præfectus.
Franciſcus Paulutius S.C.Conc. Secretarius.

Suppoſitis his declarationibus tamquam certis, remanet dubium commune, an ſint obligatoriæ ſicut leges, vel ſolùm ſicut reſponſa virorum prudentiſſimorum & doctorum. Quòd non ſint obligatoriæ, eo quòd non ſint authenticæ, ſed dumtaxat doctrinales, utpote factæ non conſulto Summo Pontifice (exceptâ ſecundâ relatâ in principio, quæ eſt approbata à ſuâ Sanctitate) nec ſint promulgatæ authoritativè, tenent Suarez *de legibus*, quem refert & ſequitur Salas de *legibus tract.* 14. *diſp.* 2. *ſect.* 9. *n.* 53. Sanchez *lib.* 8 *de matrimonio diſp.* 4. *num.* 10. Portel. *ver.* Card. declar. *num.* 1. Peyrinus *tom.* 2. *de ſubd. qu.* 1. *cap.* 25. §. *hoc dubium poſtulat.* Navarrus *l.* 5. *conſ. tit. de ſententiâ Excommunicationis conſ.* 15. Bonacina de *legibus diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 8. *num.* 4. Doctiſſimus P. Diana *tract.* 10. *de legibus reſolut.* 29. & alii multi. Et hoc ſentiunt, tàm pro foro conſcientiæ, quàm pro foro externo, quamvis non deſint alii multi, qui oppoſitũ ſequuntur, videlicet quòd obligent ut leges; ſed quidquid ſit de hoc: adhuc reſtant non leves difficultates examinandæ, tàm circa ipſum decretum de Apoſt. & ejectis, quàm circa ipſas declarationes factas etiam apud Authores aſſerentes, quòd obligent.

Igitur dubitatur primò, An ſtando in vi primæ declarationis, ſeu reſponſionis, annus incarcerationis, quem debet tranſigere incorrigibilis ad hoc ut expellatur è Religione, debeat eſſe continuus, vel ſufficiat, quòd ſit interpolatus, dummodò ſit integer & completus, & non loquor de interpolationibus, quæ interveniunt tempore incarcerationis, quam habuit delinquens propter prima delicta, priuſquam pertigerit ad omnia illa, quæ exiguntur à Jure communi ad hoc ut aliquis cenſeatur eſſe Incorrigibilis, de iſtis enim dicetur in ſecundâ declaratione, vel reſponſione hâc noviſſima, ſed quando præcedente incorrigibilitate Juris delinquens incarceratus in ordine ad complendum annum, quem nova decreta requirunt, fugit è carcere v. gr. poſt ſex menſes, & deinde poſtquam inceſſit aliquo tempore vagabundus & fugitivus, capitur, an ſi per alios ſex menſes incarceretur, cenſeatur annus completus, vel debeat incipere ſuum annum de novo & à capite, ſicut Novitius, qui confecto aliquo tempore probationis, deinde fugit vel exivit deſerendo habitum, ad eundem habitum recipitur.

P. Santorius in *examine diſtinctionum pœnalium cap.* 19. *reſp.* 2. ſentit, ita annum incarcerationis debere eſſe continuum, ſicut annus Novitiatus, & ſi delinquens fuge-

ret è carcere ſolùm per unum menſem, non cenſeretur annus completus, ſicut neque annus probationis in Novitio. Fundat ſe ipſe in verbis Decretorum *Unius anni ſpatio*, quæ verba, ait, continuationem temporis important, nam cùm de annis in ſtatutis eſt ſermo, intelliguntur de continuis, ut docent multi Juriſtæ & Canoniſtæ. Secundò probat ex primâ declaratione Sacræ Congregationis Concilii ſuprà relatâ, factâ ad inſtantiam Reverendiſſimi Patris Generalis Minimorum.

Contrariam ſententiam tenent graves Authores loquendo de ſimilibus caſibus. Ita expreſsè Salicet. *in l. 2. cap.* ſi mancipium *cum Gloſsâ ordinariâ Ibidem*. Jaſon *l. ſi idem cum eodem de Iuris omn. Iud. colum. 2.* & alii multi.

Verùm quia in hoc non videtur poſſe dari regulam generalem propter diverſos caſus, quos admittunt Authores, dico, quòd quando in ſtatuto aſſignatur tempus abſque eo quòd declaretur, illud debere eſſe continuum vel non, attendendum ſit ad materiam, de quâ agitur, & ſi fuerit pœnalis, intelligenda eſt regulariter ita, ut ſi minus onerosa illis miſeris, quibus pœna imponitur; propterea ſtatuta Inquiſitionis imponentia pœnas graves illis, qui Excommunicati per ſpatium unius anni non petunt abſolutionem, intelliguntur de tempore unius anni continui, ſi enim eſſet ille annus interpolatus, non incurrerent dictas pęnas quemadmodum docet Joannes Guttierez *in qq. can. l. 1. q. 12. nu. 23.* cum communi opinione Doctorum. Similiter, ſi aliquod ſtatutum vel lex diſponeret, quòd ille, qui in ſuâ domo detineret aliquem malefactorem abſconditum per ſpatium octo dierum, incurreret talem vel talem pœnam, ille, qui talem non per ſpatium continuum, ſed interpolatum octo dierum detinuiſſet, non incurreret illam pœnam, & eſt caſus expreſſus, quem refert Jaſon. *ubi ſuprà* citans multos Authores & textus. Quia pietas exigit, ut intelligatur tempus aſſignatum cum minori pœnâ in favorem miſerorum, dum in legibus aliud non exprimitur.

E contrario ſi aliquod ſtatutum vel Lex decernat, quòd ſi unum mancipium Petro ſervierit tribus annis, liberum ſit, etiamſi hi tres anni continui non ſint, ſed interpolati, ſufficiunt tamen ad liberandum illud mancipium, de quo eſt textus ſingularis *in l. Paulus §. fin. ff. de liberali cauſâ*. Et in terminis Jaſon. adducit caſum illius, qui fugit è carcere, ubi ſuprà dicens, cum compleret cum tempore aſſignato, etiamſi ratione fugæ intercedat aliquod intervallum. Et generaliter Salicetus ſuprà citatus ſentit, quòd quando Lex, vel ſtatutum non exigit continuitatem temporis, interpretandum ſit in partem benigniorem. Et ita inhærendo huic opinioni *dico primò*, ſuppoſito quòd dictum decretum de fugitivis & ejectis, ad hoc ut Incorrigibilis expellatur è Religione, ante expulſionem ſolùm exigant unum annum Incarcerationis non declarando, an iſte annus debeat eſſe continuus, dictum decretum impleri, etiamſi annus ſit interpolatus per hoc quòd Reus per aliquod tempus fugerit è carcere, & hanc præſumo eſſe ac fuiſſe praxin in multis Religionibus.

Nec contra dicta facit declaratio Sacræ Congregationis Concilii ſupra relata (etiamſi authentica eſſet, licèt non ſit) non enim exigit continuationem, ſed annum integrum & completum. Ad inſtantiam de anno Novitiatus ſtatim reſpondebitur.

Secundò dico, quòd etiamſi dicta decreta 5.
requirerent continuationem unius anni incarcerationis, dici poſſit per fugam talem annum non interrumpi. Pro cujus intelligentiâ duo advertenda ſunt, Primum, quòd in multis caſibus Theologi, Canoniſtæ, & Juriſtæ admittunt continuationem moralem, etiamſi phyſica non ſit v. grat. Ille, qui habet propoſitum firmum per multum tempus, non retractando illud, non reſtituendi rem alienam, cùm tamen poſſit, non obſtante quòd hoc propoſitum interrumpat phyſicè dormiendo, comedendo, vel divertendo ſe ad alia negotia, probabiliſſimum eſt talem committere ſolùm unum numero peccatum, quia moraliter loquendo dictum propoſitum pro continuato reputatur, etiamſi phyſicè interruptum ſit, & idem eſt de illo, qui per multos dies habuit propoſitum alterum occidendi; & ſimiliter multa alia ſunt, quæ admittendo intervallum

Digitized by Google

lum temporis, moraliter tamen continuata reputantur, maximè quando per phyſicam diſcontinuationem non variatur ſubſtantia rei, nec contraitur fini principali alicujus legis, vel ſtatuti, & adhuc multò magis, cùm agitur de rebus odioſis, & cauſis miſerorum, quæ in partem benigniorem interpretandæ ſunt, quemadmodum dictum eſt, intelligendo verba *morali modo, vel civili*, qui eſt terminus à Juriſtis uſitatus.

Hujus opinionis eſt Salicetus ſuprà citatus, & probat ex Gloſſa Ordinaria in lege *ſi mancipium*. Ubi lex expreſsè exigit, ut quidam ſervus ſi quindecim annis continuis ſerviat, liber permaneat, ubi Gloſſa ad verbum *continuis* ſic ait *quare ſi aliquo tempore fugerit, tantumdem temporis poſtea debebit ſervire, ut ſit liber.* In quem locum Salicetus ait. Gloſſa iſta eſt ſingulariter notanda, & pro ea facit, quia verbum *Continuè* recipit intervallum, ut in *authent, de Iudic.* ſedebunt, & *de verb. ſigni. cap. fin. l. 6.* & ibi bona gloſſa ſuper verbo continuè, & ita gloſſa, ait Jaſon, potuit moveri ex eo, quia verba civili modo ſunt intelligenda, *ff. de ſerv. ſi cui.* Sed ſi leges ſic interpretantur non adjecto hoc verbo continuus, ergò & illo adjecto, ut civiliter intelligatur, & in beniginiorem partem interpretetur. Idcircò Antonius Gomez *Tom. 3. var. cap. 1. nu. 3.* referens hanc ſecundam ſententiam, affirmat juxta illam, quòd regulariter tempus appoſitum in aliquo actu, vel diſpoſitione non requiritur pro forma quòd ſit continuum (id eſt, non eſt de ſubſtantia actus continuitas) ſed ſufficit interpolatum, & licet ipſe ſequatur primam ſententiam, inquit tamen, hanc opinionem eſſe Saliceti & aliorum gravium Doctorum.

Secundò notandum eſt, quòd in legibus, & ſtatutis attendendum ſit ad finem principalem, quem habuit Legiſlator in ſua inſtitutione ad colligendam obligationis qualitatem, hinc quando ſalvatur iſte finis, etiamſi non compleatur externus verborum ſonus, lex ipſa impletur. Cùm igitur finis principaliſſimus Urbani VIII. in decreto de ejectis fuerit aſſignare unum annum incarcerationis præmiſſis omnibus illis, quæ Jus commune ad incorrigibilitatem requirit, ad hoc ut plus temporis emendationi tribueretur, & cum hoc anno incarcerationis, ac aliis pœnitentiis experientia ſumeretur de pertinacia & duritie Incorrigibilis, quemadmodum colligitur ex verbis decreti, *Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſuâ pertinaciâ perſeveraverit*, &c. ſemper concesso toto hoc tempore pertinacia magis vel æquè dignoſcetur, & per conſequens ſubſtantia decreti implebitur, etiamſi non videatur impleri externus ille verborum ſonus.

Quam doctrinam admittit Pater Santorius in termino magis urgente, quàm ſit ille continuationis phyſicè, qualis eſt integritas anni incarcerationis, ubi *ſuprà in quæſt. 1. reſp. 4.* ubi loquendo de integritate anni incarcerationis ſentit, non debere intelligi in illo rigore, quo ſumitur integritas anni Novitiatus, quia hîc agitur de re nimis odioſa, & ideò inquit, nihil referre, etiamſi deſit illi anno incarcerationis una hebdomada, imò inſinuat, etiamſi deſit unus menſis, quando ad dignoſcendam pertinaciam delinquens tale tempus non conducit. Cujus verba, poſtquam retuliſſet aliquos caſus, in quibus non interrumpitur annus Novitiatus, ſunt hæc ſequentia: *Quod fortius dicendum eſt de anno carceris, qui non imponitur pro formâ expulſionis cum tanto rigore, unde non eſſet rimandum, ſi huic anno aliquot dies pro complemento deeſſent, ſicut aſſeritur pro anno Novitiatus, qui neceſſariò eſſe debet completus de puncto ad punctum, agimus enim de re nimis odioſâ.* & poſt pauca addit, *& non de uno die deficiente tantùm de incarceratione, ſed etiam de una hebdomada vel circiter, probabile judico, quia iſta carceratio non datur, ut ſtatim expellatur, ſed ad experiendum, ſi poſt carcerationem in ſua pertinacia perſiſtat, hoc autem prudenter, & moraliter cognoſcitur non tantùm in toto anno, ſed etiam per menſem, vel die ante finem anni, quia licet poſſit in uno die, & in una hora divina ei opitulante gratiâ mutari, Æthiops tamen & pardus non ita facile colorem mutare ſolent.*

Et quia hoc videbatur contra declarationem S. Congregationis Concilii, quam ſuperius retulerat in ſuum favorem, ubi expreſsè

preſsè dicitur, nullum expelli poſſe, niſi præceſſerit annus integer incarcerationis, adjungit: *alicui ſcrupulum injiciat, quam citavimus declaratio PP. Concilii, quia de his declarationibus, quæ non authenticè producuntur, non eſſe habendã rationẽ in nullo foro ſatis probat Peyrin.* Tom. 1. q. 1. cap. 25. §. hoc dubium, *& Belletus* part. 2. diſquiſit. Cleric. §. 25. num. 13. *affirmat poſſe declarari incorrigibilem, etiam intra annum probationis, ſi fugiat è carcere poſt trinam punitionem.*

Hic non poſſum non ponderare ſcrupulum, quem priùs habuit iſte author in admittendo continuationem moralem, cum intervallo phyſico aliquorum dierum anni incarcerationis ratione fugæ, admittendo tamen integritatem moralem in tempore anni, etiamſi deſit integritas phyſica aliquorum dierum ejuſdem anni, cùm tamen Decretum Urbani non deſideret expreſsè continuationem, ſicut deſiderat integritatem, & complementum anni, quemadmodum conſtat ex illis verbis, *Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit*, & annus elapſus annus completus ſit; & ſi ad probandum, quòd annus debeat phyſicè eſſe continuus, uſus eſt primâ declaratione Eminentiſſimorum Cardinalium S. Congregationis Concilii aſſerendo, quòd *evacuabat omnem difficultatem* abſque eo quòd faceret ullam mentionem continuationis, quomodo non admittit eamdem declarationem requirentem integritatem temporis dicendo, non facere ad propoſitum, eo quòd authentica non ſit, ut defendat, quòd etiamſi deſint aliqui dies anno Incarcerationis, cenſeatur tamen completus, ſed quidquid ſit de hoc, ego exiſtimo, quòd etiamſi in ipſo decreto Pontificio expreſsè exigeretur continuatio, nihilominus cenſeretur impleri per continuationem moralem, vel civilem, non obſtante, quòd deeſſet phyſica ob fugam alicujus temporis, quantum enim attinet ad noſtrum caſum, per fugam hanc non interrumpitur illa continuatio, imò cum majori tempore, quod conceditur, major etiam videtur eſſe illa continuatio, quoad hoc quòd melius cognoſcatur durities, & pertinacia Rei, quòd eſt finis decreti: non enim evidentius ſignum datur, quòd infirmus aliquis ſanitatem non cupiat, quàm quando detrectat acceptare medicamenta à medicis exhibita in ordine ad adipiſcendam ſanitatem. Cùm igitur ille per unum annum fuerit carceri mancipatus, & aliæ fuerint pœnitentiæ applicatæ, veluti duritiæ & pertinaciæ medicinales, fuga illius è carcere manifeſtè perſuadet, eum in ſuâ pertinaciâ magis obduratum eſſe, cervicemque duriorem induiſſe, ac proinde talis fuga non ad diſcontinuandum, ſed potius ad continuandum ſervire videtur, & hæc fuit ratio, quæ movit Belletum ad hoc ut diceret, illum Reum ut incorrigibilem declarari, & ut talem caſtigari poſſe, etiam non completo incarcerationis anno, qui poſt trinam admonitionem & punitionem fugit è carcere, de quo non judico, ego enim admitto annum integrum incarcerationis, & moraliter continuum, licet phyſicè interruptus ſit. Quibus addo in confirmationem meæ ſententiæ, quòd etiamſi per annum incarcerationis decretum ultra finem præfatum intenderet, ut Rei ad talem pœnam carceris obligati reducantur, non fruſtrentur hoc fine, non obſtante quòd ille annus non ſit phyſicè continuus, quia cùm tales mereantur novas pœnas ob delictum fugæ, ultra cumplementum anni, Superiores poſſunt adjungere, vel carcerem diuturniorem, vel alias pœnas graves illorum culpæ condignas, & *illi*, qui per has non reducuntur, nec etiam reducentur per unum annum carceris phyſicè continuatum.

Reſtat nunc reſpondendum ad inſtantiam factam de anno Novitiatus, de quo non ita abſolutè certum eſt, quòd requiratur unus annus continuatus phyſicè, ut non ſint Authores aliqui graves, qui oppoſitum probabile exiſtiment & ſecurum: quemadmodum videre licet in Thom. Sanchez *lib. ſumma cap. 4. numer.* 30. qui fundantur in eo, quòd nullum decretum, nec Sacrum Concilium Tridentinum requirant continuationem, ſed ſolùm, quòd annus ſit integer, & huic opinioni ſe conformando Portel. in *dub. Reg. V. Novitii annus*, licet in *n.* 50. dixiſſet, eſſe neceſſariam continuationem anni Novitiatus, niſi Novitius exeat curationis gratiâ, vel causâ negotiorũ cum habitu, & li-

Digitized by Google

& licentia Prælati, quia in tali caſu non diſcontinuatur annus, poſtea tamen in *additionibus num.* 19. faciendo mentionem alicujus privilegii conceſſi à Julio II. quod refert Rodriguez in *Bull fol.* 375. *col.* 1. in quo conceditur poſſe Prælatos dare profeſſionem Novitio, qui reliquit habitum, & deinde reaſſumpſit, & combinando unum tempus cum altero integrare Novitiatus annum, addit ſtatim, ſibi videri, tale privilegium non eſſe revocatum per Concilium Tridentinum; & ratio, quam aff rt, eſt iſta: *Concilium enim loquens de anno Novitiatus ſolùm requirit, quòd ſit completus & integer, poteſt verò eſſe integer, etiamſi ſit interpolatus modo ſupradicto,* ergò Portel. ſentit eſſe probabile, quòd annus Novitiatus, quem Concilium requirit, in rigore non ſit neceſſariò continuus, ſed integer & completus, ex eo quòd continuationem non exprimit.

Sed his miſſis ego exiſtimo cum communi ſententia, annum Novitiatus neceſſariò debere eſſe continuum phyſicè, quo non obſtante ſentio hanc continuationem non requiri in noſtro caſu: diſparitas quippe magna eſt, & conſiſtit in hoc; quòd Concilium aſſignaverit annum Novitiatus ad hoc, ut Novitius voluntariè experiatur integrè, & perfectè aſperitates, & labores Religionis, quæ illo tempore ſolent eſſe majores, ut eo magis ſit exercitatus; tum etiam, ut Religio capiat experimentum, an Novitius ad illam ſit habilis. Et cùm ſtatus, quem eligit Novitius, & ad quem admittendus eſt, ſit & debeat eſſe continuus, & perſeverans in ſuis exercitiis per totam vitam, quid mirum, ſi requiratur perſeverantia continua ſine interruptione in anno probationis; ut per hæc exercitia continuata unius anni experimentum capiat, an ſit ſufficiens tali oneri per totum vitæ tractum ſuſtinendo; & ſimiliter Religio cognoſcat illud ipſum: ne ulla ex parte detur fraudi, & deceptioni locus? quæ omnia ſunt in favorem Novitii & Religionis, ac proinde decretum Sacri Concilii reſtringendum non eſt, ſed potius extendendum ad perfectiorem conſummatioremque anni integritatem, quę eſt de puncto in punctum, & ad majorem continuationem, quæ phyſica eſt.

Noſter verò caſus eſt valde diverſus, in quo agitur de cauſis miſerorum, & de re odioſa nimis, non ſolùm pro illis, ſed etiam pro Religione, derogatur enim, vel ſaltem limitatur id, quod ex jure communi, & per ſpecialia privilegia competebat Superioribus, in quorum poteſtate erat ejicere à Religione illos, quos ſecundum Jus reperiebant incorrigibiles, debet igitur hoc novum decretum interpretari in benigniorem partem, tam pro Reo, quàm pro Religione. Maximè cùm certum ſit, quòd vix in Religionibus inveniantur carceres tam muniti, & ſecuri, nec cuſtodes carcerum tam rigoroſi, & in aſſiſtendo aſſidui, ob majorem ſinceritatem, & pietatem, qua proceditur, & ob majorem compaſſionem, qua erga incarceratos ducuntur Religioſi, ut captivi & incarcerati aſſervari queant, ſicut inter ſæculares. Inſuper, ſi annus incarcerationis in toto rigore ſecundùm phyſicam continuationem intelligendus ſit, Religionibus maximum onus incumberet, & ut plurimum majora ſcandala ſequerentur, per reiteratas fugas delinquentium, quàm ſequerentur bona ex rigoroſa continuatione, abſque efficaci illis obviandi modo ob rationes dictas; & nihil horum præſumitur Suam Sanctitatem in ſuis decretis intendere; maximè, cùm per fugam Rei pœna non tollatur, aut minuatur, nec contraveniatur fini principaliſſimo pro ea intento.

Sed contra totam hanc doctrinam videtur militare illa Reſponſio, quam dedit Sacra Congregatio Concilii ad ſecundum quæſitum ex allatis; ibi enim ad ſecundum reſpondit, *non ſufficere annum Carcerationis interpolatè expletum, ſed requiri ſpatium unius anni continuum & integrum.* Ergò Sacra Congregatio requirit continuationem, quæ non admittat intervalla phyſica, ſed habeat perfectam integritatem, ac proinde ruit totus diſcurſus factus.

Pro illis, qui ſequuntur opinionem aſſerentem, quòd iſtæ declarationes, eo quòd authenticæ non ſint, non habeant vim legis, hæc difficultas nulla eſt, poterunt enim reſpondere id ipſum, quod Peyrinus & Santorius reſponderunt primo quæſito, *videlicet quòd in nullo foro de iis erit curandum quantum*

 ad

ad obligationem, licet in veneratione habendæ ſint, tamquam declarationes hominum ſapientum & prudentum.

Ego tamen cùm admittam & aſſeram ſufficere continuationem moralem cum phyſica interruptione, reſpondeo, hanc declarationem non averſari meæ ſententiæ; quia tempus incarcerationis, de quo loquitur illud quæſitum, eſt interpolatum, cùm delinquens eſſet incarceratus ob priora delicta, in quibus, ſecundum Jus commune, nondum erat incorrigibilis, ſed illud carcerationis tempus datum fuerat, vel pro cuſtodia ſuæ perſonæ, vel in pœnam delictorum, nulla adhuc præſuppoſita Incorrigibilitate, quod nec phyſicè, nec moraliter uniri poteſt cum tempore, quod per decretum exigitur, hoc enim (quod unius anni eſſe debet) clarè dicit Sua Sanctitas poni debere præmiſſis omnibus, quæ jus requirit ad Incorrigibilitatem, cùm autem delicta, & omnes incarcerationes præcedentes pertineant ad incorrigibilitatem, pro qua jus exigit ad minus tres reincidentias, & Reus per illas incarcerationes fuerit correctus, & punitus, in ipſa incorrigibilitate includuntur & comprehenduntur tempora carcerationis, quæ antea habuit, quæ non habent connexionem phyſicam, aut moralem cum illo anno, qui de novo poſt prædicta adjunctus eſt. Fuga tamen, de qua loquimur, cùm ſit inter eundem annum, admittit continuationem moralem ob prædictas rationes, cum quo intelligetur, quare Sacra Congregatio in prima reſponſione ad primum quæſitum, quod eſt circa fugam illius anni aſſignati, cùm duabus vicibus fuiſſet propoſitum, ſemper reſponderit, annum debere eſſe integrum, non tamen explicavit, vel expreſſit, quòd deberet eſſe continuus, ſupponendo quaſi, quòd fuga non impediat continuationem neceſſariam, quæ moralis eſt: in ſecunda tamen expreſſit continuationem neceſſariam, quæ ſaltem de morali intelligenda eſt, inſinuando, quòd cum primis carcerationis intervallis nullam poterit habere continuationem, quare cùm ego admittam continuationem moralem, quæ reperitur in noſtro caſu, & hæc non habeatur in ſecundo caſu, quid mirum, ſi in hac ſecunda reſponſione reſponſum fuerit negativè affirmando, quòd annus debeat eſſe continuus, vel moraliter, vel phyſicè, quæ tamen continuatio non inveniebatur in caſu illius quæſiti.

Secunda difficultas circa dicta decretum eſt, quomodo intelligenda illa ſint verba decreti, *elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeveraverit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tamquam pecus morbida, ac membrum putre ejici tandem poſſit*, & difficultas conſiſtit in explicando, quandonam talis delinquens dicendus ſit habere animum induratum, & perſiſtentem in ſua pertinacia, quoniam quoad hoc poteſt eſſe deceptio ex parte delinquentis, & nimia facilitas in perſuadendo ſibi de ipſo delinquente hanc pertinaciam in his, ad quos ſpectat talem expellere.

Dico igitur *primò*, quòd, ſi elapſo anno carceris ob delictum, vel delicta, quæ ſecundùm Jus inducunt Incorrigibilitatem, non dederit talia ſigna reſipiſcentiæ, quæ moralem inducunt emendationis certitudinem, poſſit expelli, tunc autem cenſebitur dare prædicta ſigna, quando ita eſt diſpoſitus, ut verbis, & omni animi ſubjectione ſe exhibeat promptum, ad acceptãdam quamlibet pœnitentiam, ſuis culpis condignam, ut in Religione perſeveret, in hoc enim caſu non poterit dici pertinax & incorrigibilis: quæ omnia conjici poterunt ex illius modo procedendi, & exequendi ea, quæ fuerint mandata, ſi tamen aliud non fecerit, quàm oretenus ſolùm emendationem proponere, nec ſe ullo modo expulſionem è Religione deſiderare, credendum illi non eſt, cùm tunc præſumptio Incorrigibilitatis ſtet ex parte Rei, & præſumi poſſit, eum fallaciter & dolosè procedere; licet ſemper circa hoc in Prælatis magna requiratur prudentia & charitas, ne in hac deficiant per rigorem, nec offendant bonum Religionis per nimis facilem credulitatem, & lenitatem.

Dico ſecundò, quando elapſo anno carcerationis non admittit pœnitentiam ſuis culpis condignam, ſtatim tamquam incorrigibilis expellendus eſt, quia nullum certius ſignum eſt in infirmo, quòd ſanari nolit, quàm

quàm nolle recipere medicinam, in quo ſe fundat Belletus, quando ſupra dixit eum qui fugit è carcere, ſtatim eſſe expellendum etiam anno non completo.

Dico tertiò, ſi elapſo anno carcerationis ſigna ſufficientia reſipiſcentiæ & emendationis dederit, & complendo pœnitentiam impoſitam, vel jam completa denuò reinciderit in aliquam culpam præteritam, vel ſimilem, expellendus eſt, non obſtante, quòd iterum exhiberet ſigna emendationis; quia quamvis in hoc caſu talis non habeat incorrigibilitatem actualem, habet tamen illam, quæ ſufficit ad hoc, ut cenſeatur, & dicatur incorrigibilis in virtute præteritorum. Nam ſicut benè advertit P. Suarez *Tom. 4. de Relig. lib. 3. cap. 4. num. 8. Aliud eſt præſumi aliquem eſſe incorrigibilem, aliud actu eſſe contumacem. Hoc enim ſolùm dicit actualem reſiſtentiam voluntatis, illud verò iteratum lapſum contra adhibitam correctionem. Vnde Iura Canonica ſtatuunt incorrigibilem Clericum in aliquibus criminibus degradandum eſſe, & tradendum brachio ſæculari, quod fieri poteſt, etiamſi tunc convertatur, & maximè doleat, & promittat emendationem, ſi jam ſufficiens monitio, & Caſtigatio ſemel & iterum præceſſit. Quomodo etiam ſe gerit Eccleſia in puniendis Hæreticis relapſis, ita ergo de ejectione cenſemus. Nec omnino hæc pœna eſt comparanda cum cenſura, ſeu Excommunicatione, ſed ſolùm quoad hoc, ut requirat præviam monitionem, caſtigationem, & contumaciam, non tamen quoad hoc, quòd illam etiam actualem, & perſeverantem poſtulet. Ratio differentiæ eſt, quod Excommunicatio eſt pœna medicinalis, quæ per ſe primò reſpicit bonum ejus, qui punitur, hæc autem non eſt hujuſmodi, ſed principaliter reſpicit bonum aliorum, ſcilicet totius Religionis: tum in exemplum, ut alii timeant eſſe rebelles ordinariæ Correctioni, & diſciplinæ Religioſæ. Tum etiam ut auferatur malum de medio Fratrum, ne & ipſi contaminentur, quod alia via non efficaciter cavetur; nam licet talis perſona dicatur offerre emendationem, non eſt tamen fide digna, nec probabilis de illa ſpes concipitur propter præcedentem Incorrigibilitatem, & ideò licet in ordine ad bonum ejus credendum ei eſſet, ac propterea à cenſura abſolvendus foret (quia hæc ſolùm pendent à præſenti bona diſpoſitione) nihilominus in noſtro caſu, cum attendatur bonum commune aliorum, id non ſufficit, quia propoſitum illud, quod de præſenti offert, facilè mutabit, vergetque ejus ſocietas, in aliorum detrimentum.* Hæc Suarez & optimè, aliàs per totam vitam poſſet delinquens manere abſque expulſionis pœna cum magno detrimento, & dedecore Religionis, ut facilè intuenti patebit.

Sed quid faciendum in caſu, quo aliquis Religioſus commiſiſſet gravia delicta, & ſcandaloſè vixiſſet, & licet à Prælatis diverſis vicibus fuerit admonitus, & correctus in Capitulis, & Viſitationibus ordinariis, numquam tamen juridicè, & per proceſſum contra illum proceſſerint, utentes cum ipſo pietate & miſericordia, nec per has Correctiones emendatus perſeverat in ſua mala vita? & illud ipſum dubium locum habet in illo, qui ſemel tantùm commiſit unum delictum, ſed adeò atrox, & ſcandaloſum, ut in rigore mereatur mortem, ſed ut illi fiat miſericordia, agitur de illius expulſione è Religione, & miſſione ad triremes, quando ſcilicet ſcandalo publico ſatisfieri non poteſt per hoc, quod ſolùm intra Religionem puniatur, vel ſaltem ſine graviſſimis inconvenientibus, & damnis ejuſdem Religionis puniri non poteſt propter rationes ſupra tactas, & alias, quas afferunt Authores, & ipſa experientia docet. Poterit ne talis compendiato proceſſu, & convictus ſententiari ſententia expulſionis, & ſimul ob delictum ad triremes condemnari? ratio dubitandi eſt, quia in his caſibus non videtur attendi tantum ad emendationem delinquentis, quàntum ad ſatisfactionem dandam pro ſcandalo, & infligendam pœnam pro delicto, ad terrorem cæterorum, nec non ad bonum Religionis, extirpando & eradicando arborem pravos adeò & nocivos fructus proferentem, vel ſaltem prolaturam. Quando verò erit condemnandus ad triremes, expulſio videtur neceſſaria, quia in ſocietate aliorum remigātium, hominum adeò depravatorum non eſt meliorandus quoad mores, ſed potius deteriorandus, quia qui inter bonos malus

lus

Digitized by Google

lus fuit, multò pejor erit inter malos & perverſos. Deinde perpendendo perpetuam infamiam, qua affectus & notatus permanet, in futurum moraliter loquendo nulla ſpes affulget emendationis, ſed potius timeri poſſunt damna gravia & ipſi & Religioni. Quemadmodum enim inquit S. Thomas, ut retulimus *cap. 19. nu. 15. Religioſi ſi quando ſe infamatos conſpiciunt, irrefrenatè peccant.* Et maximè, quando ſe infames conſpiciunt de facto & de Jure, in Religione ut plurimùm evadunt magis temerarii & inſolentes, quàm fuerint in ſæculo propter minorem timorem Dei cum quo vivunt, abutentes pietate, & compaſſione bonorum, & non eſſet difficile reſolvere hoc dubium pro parte affirmativa ante nova decreta de ejectis, quemadmodum illud reſolvunt multi, qui ante illa ſcripſerunt; ubi tamen illa decreta ſunt in vigore, reſolutio eſt difficilis, non enim admittunt ullam expulſionem alicujus Religioſi profeſſi, non præcedente Incorrigibilitate, quæ à Jure exigitur.

Fateor hanc difficultatem eſſe unam è gravioribus, quæ ſe offerre poſſunt Prælatis Religionum, & propterea cuperem videre declaratam per ipſam Congregationem. Interea tamen, dum determinata non eſt, referam id, quod dicit P. Santorius (qui eſt unus ex Authoribus, quos ad manum habere potui) qui magis ad propoſitum tractat has materias inhærendo decretis, quæ noviſſimè emanarunt. Supponit iſte Author cum Peyrino, Miranda, Rodriguez, Portel. & aliis duo genera Incorrigibilium, quæ aſſignat Sylveſter V. *Abbas*, num. 6. & V. *Incorrigibilis*, deſumpta ex S. Thoma citato ab eodem Authore. Nimirum alius eſt Incorrigibilis de Jure, & alius Incorrigibilis de facto. *Primus dicitur, qui ter juridicè convictus, & punitus in gravibus delictis non reſipiſcit, tunc enim Ius Canonicum illum Incorrigibilem reputat. Secundus eſt, qui licet non fuerit ter juridicè convictus & punitus, tamen de facto ſpectatâ longa Apoſtaſia v. g. ſub qua alia gravia, & ſcandaloſa crimina commiſit, & ejus prava inclinatione, & depravata conſuetudine, quamvis numquam fuerit à Prælatis juridicè convictus, nec punitus, bene tamen multoties paternè & charitativè, tamen abſque fructu, dicitur Incorrigibilis de facto.* Et id ipſum dicendum eſt de illo, qui commiſit unum ſolum delictum, ſed tam atrox & ſcandaloſum, quòd penſatis omnibus illius circumſtantiis mereatur pœnam mortis, vel ad minus triremium, ſicut ſupra dictum eſt: ſub aliis terminis amplectitur eamdem diſtinctionem Caſtro Palao *Tom. 3. de Voto Relig. Obed. punct. 19. num. 17.* ubi poſtquam doctrinam Communem de triplici monitione retulit, & quomodo aliqua delicta ſæpè non poſſunt ſine gravi incommodo in Religione puniri, ait: *Fateor hanc frequentem monitionem regulariter neceſſariam eſſe, neque Religioſum expellendum, niſi ſupradicto modo incorrigibilis exiſtat, nego tamen id ſemper neceſſarium eſſe, poteſt enim committi delictum, ita grave & ſcandaloſum, ut non poſſit commodè alia pœna puniri, neque alia via ſcandalo ſatisfieri neque honori Religionis conſuli, niſi expulſione à Religione. Poterit ergò tunc delinquens expelli, quia bonum commune ſingulari eſt præferendum. Deinde ſunt aliqua delicta, quæ ſi Religioſus ſemel auſus fuerit committere, meritò præſumi poteſt eadem & graviora commiſſurum. Quo caſu, etſi ille Religioſus de facto incorrigibilis non ſit, quia non fuit correptus, eſt tamen incorrigibilis ex Iuris præſumptione, quod videtur ſufficere ad expulſionem.* Et ſtatim *numero* 8. declarando quænam ſint hæc peccata, addit: *Putarem ſanè peccatum, quod a ſæculari commiſſum pœnam mortis meretur, expulſione dignum eſſe, quia rarò hujus criminis Reus, abſque nota Religionis contineri in Religione poteſt.* Hoc tamen requirit maturum examen, & magnam prudentiam, attendendo ad gravitatem & ſubſtantiam delicti, ſicut notant Rodriguez, Miranda, & alii. Unde patet, quòd illum, quem Sylveſter & alii Authores citati vocant Incorrigibilem de facto, & actualiter, & illum, quem illi vocant Incorrigibilem de facto, iſte Author vocat Incorrigibilem ex præſumptione Juris, verùm cùm omnes conveniant in una re quoad ſubſtantiam, non ſunt cætera curanda, in quibus eſt quæſtio de nomine.

Loquendo deinde de incorrigibili de facto, vel ex præſumptione Juris, quod idem eſt ſecundùm diverſos loquendi modos jam citatos, ſentit P. Santorius, hodie expelli poſſe,

Digitized by Google

poſſe, ſicut poterat expelli ante decreta (quantum attinet ad hoc punctum Incorrigibilitatis) obſervando cætera, quæ huic non adverſantur. Verba illius ſunt: *quia pecus morbida eiicienda eſt, antequam alios inficiat, & hic eſt ſcopus Sacrorum Canonum, neque enim ita adhærere debemus litteræ legis, ut contra legis voluntatem nitamur, Trina autem monitio non eſt de forma legis, adeo, ut eâ non ſervatâ actus corruat, ſed datur ad ſolemnitatem experimenti: at cùm tale experimentum cumulatiſſimè habeatur ſine tali ſolemnitate, & notoriũ ſit, hunc eſſe peſtilentẽ, non eſt neceſſe, ut illud aliunde venemur expectando trinam monitionem. Colligitur ſiquidem ex multis delictis, ob quæ ſi ſemel committantur, poteſt Clericus & Religioſus triremibus addici, ut docet Clarus quæſt. 36. §. ſon. nu. 3. ac etiam degradari, & brachio ſæculari tradi, ut eſt homicidium qualificatum, Crimen læſæ Maieſtatis, hæreſis; Sodomia v. g. & capite fin. de ſtatu Monach. concedit Viſitatoribus poſſe eiicere ab Ordine, quos contumaces invenerint, & rebelles. Contumacia autem licet Regulariter trinam monitionem requirat, ſufficit tamen una pro tribus, ut apertè tradi tur cap. contingit de ſent. Excomm. in 6.* & paulò inferius expenſis benè damnis, quæ paterentur Religiones, ſi verba decreti deberent intelligi in rigore, ſicut ſonant, addit: *qui ſæpè fuerit à ſuperioribus monitus, ſalutaribus pænitentiis correptus, cui condonata ſunt crimina, & conſtans ſit contra ipſum profligata vitæ infamia, & tamen non ſit emendatus, nec emendationis ſpes affulgeat, contra talem aio poſſe iuridicè procedi, & in uno proceſſu probari incorrigibilem, & lata ſententia detrudi in carcerem ad expulſionis effectum. Neque impedit decretum de eiectis præcipiens ſervari, quæ ex Iuris communis diſpoſitione mandantur, quia ut vidimus, Ius commune declarat etiam Incorrigibilem non tantùm ter monitũ & punitũ, ſed etiam qui contumax & rebellis fuerit, & per unum delictũ, & hac ratione extra Ius cõmune non ſumus, maximè cũ tot graves piique Doctores in hanc ſententiam veniant.*

Ex univerſa hac doctrina luculenter infertur, hunc Authorem tenere partem affirmativam propoſitæ difficultatis; admittit enim, quod ob unum delictum ſolùm poſſit quis eſſe Incorrigibilis de facto, vel quia inducit præſumptionem ſufficientem ad Incorrigibilitatem, vel quia ſatisfactio pro ſcandalo, & Juſtitia legalis & punitiva ad terrorem cæterorum requirunt, ut tractetur tamquam incorrigibilis, & hanc eſſe mentem expreſſam hujus Authoris ipſe declarat magis *infra quæſt. 3. reſp. cap. circa medium*, ubi poſtquam retuliſſet mentem Alphonſi de Leon, qui affirmat, ſufficere per duas vices delinquentem eſſe punitum, & commiſſo tertio delicto, etiamſi non ſit ſecuta tertia condemnatio, ut detrudatur in carcerem ad effectum expellendi illum, ſi non oſtendat ſigna emendationis, inquit: *Non placent dicta hujus Authoris, niſi id ſentiat de Incorrigibilitate de facto, de qua juxta ſuperiùs dicta ſentio poſſe aliquem ob grave delictum ſemel commiſſum non ſolùm expelli, ſed ad triremes damnari, neque enim exſpectare debemus, ut qui Prælatum occidit v. g. occidat alterum, ſed poterit per Canonicas ſanctiones compeſci.* Hæc præfatus Author ſatis doctè, ſed an ita probabiliter ad praxin, docti judicent.

Tertiò eſt difficultas circa illa verba decreti, *ſed ab ipſomet Generali tantùm, de conſilio & aſſenſu ſex Patrum* &c. An ad hoc, ut ſententia Expulſionis ſit valida, ita ſit neceſſarius conſenſus & Votum Generalis, ut ſine illo, non obſtante quòd major pars, vel omnes ſex Patres deputati conveniant in expulſionem, ſit nulla. Similiter, quando Generalis conſentit, quis numerus votorum ex illis ſex Patribus ſit neceſſarius ad validè operandum: Supponendo tamquam certum, quòd Generalis ſolus, ſine conſilio & conſenſu dictorum ſex deputatorum, non poſſit licitè & validè expellere aliquem Religioſum profeſſum à Religione, quemadmodum clare conſtat ex verbis Decreti.

Pro reſolutione hujus difficultatis *dico primò*, Conſenſus Generalis ita eſt neceſſarius ad ſententiam Expulſionis, ut ſine illo non obſtante unanimi conſenſu ſex Patrum ſit nulla, conſtat ex verbis decreti, *à Generali tantùm de conſilio & aſſenſu ſex Patrum*, ubi Generalis tamquam Caput, & principalis conſtituitur ex una parte, & ſtatim veluti com-

compars exigitur conſilium & conſenſus ſex Aſſiſtentium, & ſi attendatur ad verborum rigorem, *à Generali tantùm*, illi ſoli confertur poteſtas, licet requiratur veluti forma, conſilium & conſenſus ſex Patrum, ſine quo Expulſio non erit valida, ut in ſimili docet Abbas cap. *cùm Eccleſia*, num. 11. *de Electione*, ubi ait: *Quòd quando Electio Canonici pertinet ad Epiſcopum cum Capitulo, conſentiente Epiſcopo in unum, & Capitulo in alterum, neutrius Electionem valere.*

Confirmatur idem ex doctrina recepta ab omnibus circa admiſſionem Novitii ad habitum, & præcipuè ad profeſſionem, licet enim non deſint, qui aſſerunt, ſuperiorem ſolum poſſe aliquem admittere ad illam, eo quòd non conſtet ex jure communi, requiri conſenſum Conventus, ſed ſolùm conſilium, quod ſi non peteretur, exiſtimat Sanchez *lib. 5. Summæ cap. 4. num.* 67. cum multis, eam fore nullam, quòd autem Conventus poſſit aliquem admittere ad profeſſionem, ſine conſenſu Superioris, nullus eorum, quos ego vidi, & ex multis quos vidi, hoc aſſerit, quia ad ſuperiorem tamquam ad caput ſpectat admiſſio, & hæc eſt conſuetudo ordinaria & ſtabilita in Religionibus; quemadmodum videre licet in ſingularum legibus, & etiam in quo ſuperiore reſideat hæc poteſtas, quia non ſemper eſt in ſuperioribus immediatis, cùm communiter ſit reſtricta, & in rebus majoribus reſervata Generalibus, & Provincialibus, teſte Suarez *Tom. 3. cap. 5. num.* 10. ubi docet, *quòd omnes Conventus unius Provinciæ reputantur ut unum reſpectu Provincialis, & omnes totius Ordinis reſpectu Generalis, & ideo ſolet vocari Prior Generalis: Unde juxta qualitatem reſtrictionum in qualibet Religione philoſophandum erit*: ubi notandum eſt, quòd quando Generales, vel Provinciales abſentes concedunt in ſcriptis licentiam ad admittendum ad habitum, ſeu profeſſionem, præbent ſuum conſenſum accedente majori parte Capituli, ubi ad hoc Prælatus immediatus ſolùm habet ſuffragium voti particularis: quare ſine dicta licentia, ſeu conſenſu Superioris, nihil faceret Capitulum, niſi aliud ſancitum eſſet in aliqua Religione, ad quod ſemper attendendum eſt, ut docent dicti Authores cum Sanchez infra citando. Igitur pari, imò & potiori ratione, in noſtro caſu dicendum erit conſenſum ſex Patrum ſine conſenſu Generalis, nihil valere ad validam expulſionem.

Dico ſecundò, ut ſit valida expulſio, neceſſarium eſt Votum Generalis, & majoris partis illorum ſex Patrum, ſic in ſimili docet Abbas ubi ſuprà, & *cap.* poſtulatis *num.* 14. de conceſſ. præbendæ *ibidem*. Immola *num.* 15. & 16. Navarrus *lib. 3. conſ. de reg. conſ.* 62. quos refert & ſequitur Sanchez ubi *ſupra num.* 67. loquendo de admiſſione ad profeſſionem, probantque ex principio generali, ſcilicet, quia expedienda ab Epiſcopo cum Capituli conſenſu indigent conſenſu Epiſcopi, & ultra illum conſenſu majoris partis Capituli, & hoc eſſe veriſſimum de quocunque Collegio docent dicti Authores; quod tamen limitandum eſt, ait Sanchez, niſi conſuetudo Religionis, aut Regula aliud haberet: & tamquam certum exiſtimo, quòd in Religionibus, in quibus Prælati, quando interſunt Congregationibus, & Capitulis ſemper in his, quæ determinantur, habent votum, ſufficiat Votum Superioris, & media pars cæterorum, ad verificandum aliquid majori cum parte determinatum eſſe, conſtat ex Gloſſa cap. *ſi ad Epiſcopum in ſede vacante*, ubi ſic ait: *Scire debes, quòd cùm Epiſcopus habet conferre præbendam cum conſenſu Capituli ſi ſunt viginti Canonici, & decem conſentiunt, non valet Collatio, quia non habet majorem partem Capituli, ſed ſi haberet Votum in Capitulo Epiſcopus ut Canonicus, tunc diceretur facta ab undecim, & ſic ex majori parte.* Idem habetur expreſsè cap. *poſtulatis de conceſſ. præbendæ*, ergò cum Generalis habeat Votum in hoc actu, & Votum principale, faciet majorem partem, ſi tres alii ex illis Patribus deputatis conſentiant, & erit valida Expulſio, utpotè conformis Decreto. Hæc tamen doctrina locum non habet collata cum ultima declaratione ex ſuprà allatis, in qua expreſsè requiritur major pars illorum ſex Patrum, qui cum Generali debent concurrere.

Quartò

Quartò dubitatur, an Generalis poſſit iſtam Juriſdictionem delegare in aliquo caſu, in quo ipſe commodè non poteſt ſex Patribus adeſſe, alicui Religioſo gravi, docto, & potenti dare omnem ſatisfactionem. Stando in Jure communi reſolutio erit affirmativa: primò, quia in hoc illius Juriſdictio eſt ordinaria, ratione ſui officii, ſicut eſt recipere ad profeſſionem, & ita eſt veluti ſupremus Princeps in Religione, & in decreto non confertur illi nova aliqua poteſtas, quam ante non habuit, ſed ſolùm imponitur modus, per quod non tollitur ab eo, quòd ſit Judex Ordinarius, & Supremus, & per conſequens poteſt delegare ſuam Juriſdictionem. Secundò, quia etiamſi dicamus, quòd iſta Juriſdictio competat ipſi ex privilegio Principis, cùm ſit generale, & conceſſum non ratione particularis perſonæ, ſed ratione officii & dignitatis, & in perpetuum, jam reputatur ut poteſtas Ordinaria, & ſic poteſt delegari. Ita communiter Doctores cum Sanchez *l. 2. de matrim. diſput. 4. à num. 13.* Dixi ſtando in Jure communi, non tamen in declaratione novâ ſuprà relatâ, quæ habetur in tertia reſponſione, ubi negatur, Generalem poſſe hanc poteſtatem delegare. Sed cùm conveniat Generalibus de Jure communi, & per privilegia Pontificia, quamdiu authoritate Apoſtolicâ ab illis non auffertur, vel limitatur, non videtur poſſe intelligi hanc declarationem S. Congregationis, niſi veluti doctrinalem, & tamquam Doctorum particularium, licet probabiliſſimam, utpote fundatam in verbis Decreti, *à Generali tantùm*. per hoc tamen non tollitur, quòd etiam probabiliter eadem verba explicari poſſint taliter, quòd nulli alteri competat hæc poteſtas, niſi Generali. Quòd autem illam in aliquo caſu raro delegare non poſſit, cùm ſit ordinaria, non dicit decretum: ac proinde cum hac intelligentia manet ſatis probabilis relata ſententia, ſpecialiter intelligendo illam in ordine ad caſus particulares & urgentes, quemadmodum aliqui intelligunt poteſtatem conceſſam à S. Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de refor. cap. 6.* Epiſcopis ad abſolvendum à caſibus reſervatis ſuæ Sanctitati, quando ſunt occulti, ut tenet Henriquez *lib. 14. de irregularit. in fin. & lib. 6. de pœnit. c. 14. num. 7. cum commento littera* O.

Hic notandum eſt, quòd in aliquibus Religionibus Reformatis, in quibus non ſunt Generales, eo quòd non totaliter ſint independentes à Calceatis, ſed ſolùm Vicarii Generales eorumdem Reformatorum electi authoritate Apoſtolicâ in eorum Capitulis Generalibus, quòd iſti tales Vicarii habeant eamdem poteſtatem quoad expulſionem Incorrigibilium, ac ſi eſſent Generales, quia Sua Sanctitas in ſuis Bullis concedit illis abſolutam poteſtatem gubernandi eorum Reformationem, verbi gratiâ Patres Auguſtiniani Diſcalceati Congregationis Hiſpaniæ per Bullam expreſſam Clementis VIII. quæ incipit *Apoſtolici muneris*, confirmatam à Gregorio XV. quemadmodum videre licet in *Tom. 3. Bullarii magni Cherubini* inter Bullas hujus Pontificis, habent licentiam ſeparandi ſe à Patribus Calceatis cum authoritate erigendi provincias, & eligendi Vicarium Generalem in ſuis Capitulis Generalibus, cujus authoritas declaratur in §. 22. *Bulla*, ibi, *item, quòd Vicarius Generalis toti Congregationi præſit, eamque regat, atque gubernet cum omnimoda poteſtate, ſicut habet Reverendiſſimus Generalis in toto Ordine tam ex Iure, quàm ex privilegio*, & quamvis illicò ſubjungat, *ſine tamen præjudicio ejuſdem Patris Generalis, & facultatem ſibi in dictam Congregationem conceſſarum & competentium*: in §. 6. tamen explicaverat, quæ dependentia eſſet iſta, qua dependebant memorati Patres Diſcalceati, nimirum quod eos Generalis poſſit viſitare per ſeipſum, aſſociatus uno Patre Definitore, & alio Religioſo gravi eorumdem diſcalceatorum &c. per quod non denegatur talibus Vicariis Generalibus poteſtas ejiciendi è Religione incorrigibiles attentâ formâ horum novorum decretorum, imò expreſsè ſupponit, quòd illam habeant in §. 26. ibi: *Item quòd Vicarius Generalis ſine conſilio & conſenſu definitorii Generalis ejuſdem Reformationis nullum Religioſum ad pœnas graviſſimas, vel privatio-*

Digitized by Google

nem habitum, & hujuſmodi condemnare poſſit: ergò ſupponit, Vicarium Generalem cum conſenſu Definitorum poſſe condemnare ad expulſionem. Verum eſt, quòd in virtute horum novorum decretorum pro hoc caſu in Capitulo Generali ſex nominandi ſint, inter quos communiter nominantur Definitores, & ſi horum numerus non fuerit ſenarius, nominandi ſint illi, qui deſunt ad talem numerum, & id ipſum, quod dico de Vicario Generali hujus Reformationis, dico etiam de aliis habentibus eundem modum regiminis.

Quintò dubitatur, an conſilium & aſſenſus ſex Patrum poſſit dari per litteras. Concluſio eſt affirmativa: quia decretum non requirit unionem & conventionem ſex Patrum, & conſenſus atque conſilium dari poteſt per litteras, quemadmodum patet in multis caſibus, & practicatur in Conſiliis Regiis Hiſpaniæ in aliquibus negotiis, ergò etiam in hoc valebit, & ſic declarat S. Congregatio in ſexta Reſponſione; verum licet hæc ita ſe habeant, nihilominus pro meliori juſtificatione cauſæ convenientius erit, quòd in unum locum conveniant. Primò, quia in ordine ad condemnandum aliquem, & maximè in cauſis criminalibus, expedit, ut congregentur examinando, & conferendo culpas, & defenſiones Rei, quod non tam adæquatè fit in ſcriptis, quando omnes ſunt inter ſe abſentes. Secundò, quia cùm agitur de damno alicujus tertii, tunc ſemper convenientiſſimus eſt multorum conſenſus, quando ſunt Judices localiter congregati, & ſic practicatur in noſtra Religione.

Hic advertendum eſt, quòd ſi moreretur unus ex ſeptem Judicibus, & expulſio ſine gravibus inconvenientibus uſque ad proximi Capituli Generalis celebrationem differri non poſſet, per unum ex his duobus modis occurri poteſt: ſcilicet, vel ſemper in ipſo Capitulo nominando duos alios ſubſtitutos, ut in hoc caſu ſuppleant defectum defunctorum, vel per hoc, quòd ipſum Capitulum Generale deleget Generali, & ejus definitorio poteſtatem nominandi alium, vel alios loco eorum, qui causâ mortis deficiunt; & hic eſt ſtylus, qui obſervatur in noſtra Religione: ubi Conſtitutiones factæ in Capitulis Generalibus concedunt noſtro Patri Generali, & ſex Definitoribus Generalibus (ad quos ſolos ſpectant expulſiones, & negotia graviora Religionis) facultatem in caſu mortis alicujus Definitoris eligendi alium in locum ejus. Ut Religio numquam exiſtat ſine completo Definitorio.

Sexta difficultas, quæ hic tractanda occurrit, fuit tacta à Peyrino *Tom.2. de Privilegiis ad Conſt.10. Vrbani VIII.* quando ſcilicet Generalis viſitat Provincias valde remotas, nec poteſt ſecum ducere illos ſex Patres graves deputatos pro caſu expulſionis, invenitque in una provincia aliquem delinquentem incorrigibilem expulſione dignum, quid agendum ſit?

Reſpondet Peyrinus, ſe audiviſſe aliquos Religioſos ſupplicâſſe, & obtinuiſſe, quòd Generalis, & Viſitator Generalis poſſint in qualibet Provincia aſſumere ſibi ſex ex Definitoribus illius, & de ipſorum conſilio, & aſſenſu procedere. Idem ſentit Novarius in *lucern. Regul. V. ejecti à Religione*, & ſecutus eſt etiam Doctiſſimus & graviſſimus P. N. Lezana *Tom.1. cap.23. num.5.* ſed poſtea mutavit ſententiam *Tom. 2. cap.12. num.8.* ubi poſtquam verba Peyrini iterum retuliſſet, ait: *Verumtamen cùm ipſe non afferat hujuſmodi decretum declaratrvum, ſed ſolùm dicat, id audiviſſe à Religioſis fide dignis, qui tamen falli poſſent, non judico ipſi credendum.* Verùm hodie hæc difficultas ceſſat, quia jam conſtat ex declarationibus ſupra allatis, quid fieri poſſit ac debeat.

Hoc unum placuit advertere, quòd cùm non deſint aliquando Religioſi adeò à Deo derelicti, qui quærunt occaſiones ad hoc, ut expellantur è Religione, ut Jugum obedientiæ abjiciant, & liberiorem in ſæculo vitam degant, convenientiſſimum eſſet, cum ſimilibus uti majori rigore, detinendo illos multis annis in carcere (quando ex tali detentione non patitur Religio majus damnum) affligendoque eos jejuniis, & diſciplinis rigoroſis, ne ſibi perſuadeant, quòd eorum malitia, & perverſitas debeat eſſe medium

Digitized by Google

dium ad facilius conſequendum finem adeò depravatum.

Pro Coronide hujus materiæ afferam quæſtionem, quam excitavit P. Santorius *quæſt.* 7. ubi inquirit, An ubi decreta Urbani VIII. de Ejectis recepta non eſſent, poſſint expelli incorrigibiles juxta privilegia, & veterem conſuetudinem Religionum? & reſolvendo quæſtionem dicit duo: primum, *dari aliquas regiones, & nationes, quæ Bullas Apoſtolicas, imò & Concilia non recipiunt, certum eſt; vel quia inibi non publicantur, vel quia publicata non obſervantur, unde oritur præſcriptio, & non obligatio, quia non ſervantes leges Pontificias & Imperiales, quæ publicatæ, aut acceptatæ non ſunt, vel antiquatæ, & præſcriptæ, non peccant, neque actus facti contra talem præſcriptionem ſunt invalidi, nulla in contrarium lege reſiſtente. Neque multum faceſſit negotii ratio in oppoſitum, quòd cùm populus in Regem ſuam authoritatem contulit non habet, unde reluctetur legi, quæ promulgaretur, nam princeps id ſciens volens tacet, hinc in Gallia non fuit acceptatum Concilium Tridentinum, & multa fiunt contra illius præſcriptum. In Belgio, & Germania non eſt acceptata Bulla de alienatione rerum Eccleſiaſticarum, ſaltem quoad pœnas. Theſaurus V. Alienatio c. 1. num. 2. & alia hujuſmodi, igitur potuit non acceptari decretum de Ejectis, quòd multò inferius eſt Bullis Apoſtolicis.* Hæc Santorius *dicto num.* 10.

Hanc doctrinam quamvis ego veram exiſtimem, quantum ad ſubſtantiam, non enim eſt dubium, quòd ubi hæc decreta, & alia ſimilia non publicantur, cum ſufficienti fundamento non obligant, ſi fortè dantur aliqua regna ſeu provinciæ, in quibus hoc inveniatur, de quo non judico: quantum tamen ad illius fundamentum, mihi videtur difficilis; quia eſto ſit probabilis ſententia aſſerens, leges civiles in ſui obligatione dependere ab acceptatione, cùm Principes ſæculares poteſtatem, quam habent, acceperint ab ipſis rebuspublicis, & præſumendum ſit illos (qui ſpontaneè ſe ſubditos reddunt) non dare hanc poteſtatem, niſi cum conditione, ut obligentur legibus à Republica acceptatis, quemadmodum conſtare videtur *ex lege de quibus, ff. de legibus.* Ubi dicitur: *Cùm ipſæ leges nulla alia de cauſa Ius teneant, quàm quòd Iudicio populi receptæ ſunt*, & ob eamdem cauſam ipſi Legislatores ſtatuunt leges cum conditione implicitâ, ſi acceptentur, quæ conditio fundatur in eo, quod per eam populus redditur ſecurus, quòd melius regatur, & leges à Principe ſtabilitæ ſint in utilitatem populi, & profectum; quod enimà pluribus, vel ab omnibus approbatum eſt, ſemper convenientius eſſe judicatur: quod tamen fortè non ita eſſet, ſi à ſola Legislatoris voluntate penderet, qui quandoque ad proprium dumtaxat reſpicere commodum, & non commune poteſt. Quemadmodum communiter docent Doctores Joan. Andr. *c. 1 de Tregua & pace.* Covarr. *in var c. 16. num. 6.* Navarr. *conſ. 23. num. 4. & conſ. de Conſt. qu. 5. & 6.* & alii relati à Suarez *l. 3. de legibus cap.* 19. Azor. Bonacina & Salas; quamvis iſti Authores cum aliis etiam & melius ſentiant oppoſitum, & non deſint, qui utramque ſententiam conciliare nitantur cum Caſtro Palao *Tom. 1. tract. 3. diſputat. 1. part. 13. num. 9* ad quos Lectorem remitto. In legibus tamen Pontificiis & Eccleſiaſticis non valet fundamentum relatum, quia Pontifex non accepit poteſtatem ſupremam, qua gaudet, à populo, ſed immediatè à Chriſto Domino, & hæc fuit abſoluta, non conditionata, ut conſtat ex illis verbis: *Paſce oves meas &c. quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis.* Ergò poterit populum Chriſtianum obligare legibus ſemper, cùm expediens judicaverit pro illius ſpirituali bono, ſine dependentia acceptationis, imò renuente populo: ſic Suarez *lib. 4. de legibus cap. 16. num.* 2. Bonacina de *leg. quæſt. 1. p. 4. num. 28 & 29* Vaſquez, Salas & alii apud ipſos, quos ſequitur Caſtro Palao ubi *ſuprà num.* 1. Sed limitant benè hanc doctrinam in legibus, quæ difficilis ſunt obſervationis, vel quæ adverſantur conſuetudini receptæ: in his enim, ex benigna interpretatione Legislatoris, poſſent excuſari ab obligatione legis, ſupplicantes interim Summo Pontifici, ut informari ſe patiatur de difficultate, vel receptâ conſuetudine: quia prudenter præſumi poteſt, legem ſine certa notitia difficultatis,

Digitized by Google

tatis, ſeu conſuetudinis contrariæ; quæ in illius obſervatione invenitur, vel generaliter, vel in aliqua regione, ſeu Provincia, impoſitam eſſe. Et inde videmus, quòd in multis Provinciis non obligent aliquæ leges Pontificiæ: tum etiam, quia Sua Sanctitas, quando ex parte ſubditorum videt magnam repugnantiam, & contradictionem, veluti pius Pater non intendit obligare per ſuas leges; diſſimulando, ne majora inconvenientia naſcantur, & major inquietudo cauſetur; non quia poteſtas, quam habet in condendis legibus, dependeat ab acceptatione populi, ſed quia tacitè non intendit tunc obligare, quando memorata prævidentur inconvenientia ac incommoda: & hoc, mihi perſuadeo, volunt dicere Navarrus *cap. 23. num. 41.* & Valentia *diſ. 7. quaſt. 3. p. 5. quaſt. 4.* quando dicunt, non poſſe Pontificem obligare ſuis legibus contradicente populo, quia non eſſet Lex juſta, & in commune bonum condita, cum ſit occaſio perturbationis: & fortè idem vult dicere P. Santorius æquiparando leges Eccleſiaſticas cum civilibus, non in omnibus, ſed in aliquibus, & cum debita proportione, ſed debebat enucleatiùs hoc explicare.

Alterum, quod dicit P. Santorius, fundatur in illis verbis, ſi autem ſit Generalis, qui gubernet Religionem diffuſam in aliis etiam partibus, ſi ſibi eſſet intimata iſta nova diſpoſitio, in aliqua parte ſuæ Religionis, non poterit contra illam operari in alia parte, ubi non eſſet, vel ſufficienter intimata, vel acceptata, quia expulſio collata eſt Generali, & arctatio ſequitur perſonam Generalis, non locum, & cùm ſit ſubjectus Sedi Apoſtolicæ, illius leges obſervare tenetur, quando eidem legitimè intimatæ fuerint, & ſic non poſſet illas ſervare in Italia, & non in Gallia, quia ubiquè ligatam juriſdictionem habet. E converſo alius Generalis, qui in ſola Gallia v.g. reſideret, & vellet ibi expellere, ſuppoſito quòd ibi tale decretum acceptatum non ſit (quod tamen ignoro) vel quia non publicatum, vel ob alias cauſas, tunc ejus Juriſdictio impedita non eſſet.

Hæc doctrina ſimiliter mihi videtur difficilis, quia decretum eſt pro omnibus Religionibus, & pro omnibus provinciis, & licet aſſignet modum, & perſonas, quæ debent illud executioni mandare, quæ ſunt Generalis, & ſex Patres, ſed non afficit ipſos immediatè, ſed mediante corpore Religionis, ſeu Provinciæ. Unde quando Generalis, & ſex illi Patres exeunt ad viſitandam aliquam Provinciam, in qua hæc decreta publicata, vel acceptata non ſunt, non credo illos obligari ad eorum obſervantiam, non obſtante quòd in aliis Provinciis illa practicent, in quibus recepta ſunt.

Quod quidem meo videri efficaciter probatur ex verbis decreti §. 6. ubi ſic ait: *ſed hac ut impoſterum à Religionibus nullus legitimè profeſſus ejici poſſit, niſi ſit verè incorrigibilis, verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolùm concurrant ea omnia, qua ad hoc ex Iuris diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte ſtatutis & Conſtitutionibus cujuſque Religionis & Ordinis etiam à Sede Apoſtolica probatis, & confirmatis. Verumetiam unius anni ſpatio in Iejunio, & pœnitentiâ probetur in carceribus. Proindeque unaquaque Religio privatos habeat carceres in qualibet ſaltem Provinciâ. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſuâ pertinaciâ perſeveraverit, ne contagione peſtiferâ plurimos perdat, tamquam pecus morbida ac membrum putre ejici tandem poſſit.* Quæ omnia expreſsè loquuntur de corpore Religionis, & ſtatim præſcribunt modum, quo expellendi ſunt, & eos qui ad Expulſionem convenire debent, ſicut ſunt Generalis, & ſex Patres deputati; quod non eſt decretum immediatè ordinari ad illos, ſed mediante Religione, ad quam ordinatur, & dirigitur prohibitio, ex quo habet quòd ſit locale & non perſonale, ſicut intendit citatus Author.

Confirmo idipſum inſtantiâ unâ deſumptâ ex ſecundo caſu, quem iſte Author admittit; quòd ſcilicet, ſi Generalis ſemper exiſteret in Gallia, v. g. ubi decreta non eſſent ſufficienter publicata, vel acceptata, poſſit ibi expellere aliquem Religioſum Incorrigibilem, abſque eo, quòd ſe conformaret his novis decretis. Itaque peto, ſi Generalis,

Digitized by Google

neralis, ad quem per leges Religionis ſpectat ſententia expulſionis, ſuſciperet aliquam cauſam deductam uſque ad definitivam excluſivè à Provinciali Provinciæ Romanæ, factam contra aliquem Religioſum ſubditum ejuſdem provinciæ, de quo conſtaret eſſe incorrigibilem ſecundum diſpoſitionem Juris communis, & ſtatuta Religionis, an ſine eo, quòd obſervaret novum decretum, poſſit validè & licitè dare ſententiam expulſionis, & mandare illius executionem in Provincia Romana, in qua Reus exiſtit? P. Santorius conſequenter ad ſuam doctrinam debet reſpondere affirmativè, cum ſentiat, decreta eſſe perſonalia, & non obligare Generalem in Gallia exiſtentem, in qua recepta non ſunt, vel publicata.

Ego autem certam exiſtimo negativam partem, & quòd in quovis Tribunali talis ſententia nulla cenſenda ſit, eo quòd non ſit conformis decretis Pontificiis, quæ recepta ſunt, & obligant in illa Provincia, in qua Reus deliquit, & exiſtit, ac proinde obligatio nata ex decretis principaliter localis eſt, & non perſonalis.

Hæc ſentio quoad praxin circa decretum & declarationes relatas, & ita mecum ſentiunt viri doctiſſimi, cum quibus ea communicavi, & contuli, ſubjiciendo ſemper omnia quæ dixi, ordinationi Sanctæ Matris Eccleſiæ, & retractando omnimodè, quæcunque ejus ſenſui adverſantur.

Sed hæc diſputationis gratia dicta ſint: Quia dum Bulla Urbani VIII. de ejectis, revocat, & annullat quaſcumque conſuetudines in contrarium; & præcipiatur, ut ubique ſervetur, tenendum eſt, quòd Regulares, ad quos ſpectat, ubique locorum teneantur ſervare Bullam prædictam.

CAPUT XXVII.

De Appellatione.

1 NOn minus odioſa & pernicioſa eſt in ſtatu Religioſo, in cauſis Appellatio, quam recuſatio, de qua actum fuit *capite* 21. *à numero* 5. Idcircò Cæleſtinus III. in *cap.* cum ſpeciali, *de appellat.* cùm dixiſſet, quandonam appellationes ſint licitæ, & qualis forma in illis apud Tribunalia debeat obſervari, loquens de Religioſis adjunxit: *Cæterùm has duas Conſtitutiones præmiſſas, nolumus ad Regulares extendi, contra ſuas ſpeciales obſervantias.*

Verùm quia poteſt dari caſus, in quo Religioſus licitè appellare poſſit, ponemus hic ſummariè doctrinam neceſſariam ad hoc, ut conſtet, quomodo, & quando fieri poſſit, quando admitti debeat, vel non; quam deſumemus ex diverſis decretis, & privilegiis Summorum Pontificum, & ex his quæ Canoniſtæ, Summiſtæ, & Theologi docent, præſertim ex Sylveſtro verb. *Appellatio,* Navarro *comment.* 3. *de Regularibus, & conſ.* 4. *de appellat.* Soto *lib.* 5. *de juſtitia, quæſt.* 6. Covarruv. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 14. Rodriguez *tom.* 1. *quæſtionum regul. quæſt.* 29. *art.* 3. Joſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali tract.* 5. *cap.* 9. *& ſequentibus.* N. P. Thoma à JESU *Tract.* 3. *cap.* 17. Aldetete *lib.* 2. *cap.* 18. Thoma Sanchez *de ſtatu Religioſo lib.* 6. *cap.* 8. Suarez *Tom.* 4. *de Religione lib.* 2. *cap.* 11. ubi cum ſolita eruditione, & pietate breviter totam hanc reſolvit materiam.

Et majoris claritatis gratiâ dicemus primò, quid poſſit ac debeat fieri ex Jure communi, & poſtea agemus de illis, quæ concedunt ſpecialia Religionum privilegia.

2 Appellatio ſumpta in tota ſua latitudine non eſt aliud, quàm recurſus Rei ad Judicem ſuperiorem ob gravamèn ex inferioris ſententiâ jam latâ, vel ferendâ contra eum proveniens. Conſtat ex cap. *placuit*, cap. *omnis*

Digitized by Google

nis oppreſſus & cap. *ſi quis* 2. *quaſt*. 6. *& ex Gloſſis*. Quamvis Doctores communiter non aſſignent, niſi unam appellationem cum duobus effectibus, quorum unum devolutivum, alterum ſuſpenſivum vocant; adjungentes, quòd licet defenſio, quam includit appellatio, ſit de jure naturali, forma tamen & modus appellandi ſit de jure poſitivo, ac proinde in quibuſdam caſibus omitti poſſit, ego tamen exiſtimo, quòd non inconvenienter majoris claritatis gratiâ in duos appellationis modos diſtingui poſſint, vocando unam de jure naturali, quæ nulli poteſt, & debet negari: alteram de jure poſitivo, quæ ſæpiùs Sæcularibus, & quaſi ſemper Religioſis denegatur, & hanc Doctores vocant appellationem propriam & rigoroſam, priorem verò impropriam, & non rigoroſam, quia illa eſt, de qua in Tribunalibus ſæcularibus agitur, & controvertitur, quando admittenda ſit, vel non, non verò de priori. Favent huic loquendi modo Paz. *Tom*. 2 *part*. 5. *cap*. *unico num*. 1. *&* 2. Rodriguez *Tom*. 2. *queſtionum reg quaſt*. 29. *art*. 2. Joſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali Tract*. 5. *cap*. 9. §. 3. *& cap*. 11. §. 4. Suarez *Tom*. 4. *de Relig*. *lib*. 2. *cap*. 11. *num*. 14.

3 Appellatio in primo ſenſu non eſt aliud, quàm ſimplex querela, & ſupplicatio, quam facit Reus ad ſuum Prælatum Superiorem, petendo, ut examinet ſuam cauſam, & de illa judicet, mitigando ex toto, vel parte rigorem ſententiæ, quam Prælatus inferior contra eum tulit, aut timetur ferenda: effectus hujus appellationis dicitur devolutivus, & eſt ille, qui per modum ſimplicis querelæ & ſupplicationis cauſam devolvit à Judice inferiori ad ſuperiorem, abſq; eo tamen, quòd ſuſpendatur juriſdictio circa illam, aut executio ſententiæ latæ, dum Judex ſuperior illam non inhibet, & ſibi cauſam non adjudicat revidendam. Totum hoc conſtat ex Authoribus citatis, & ex Thoma Sanchez *num*. 110. *in fine*, Suarez *num*. 6.

4 Hujuſmodi appellationem, vel recurſum, quem plerumque Religioſi per litteras faciunt, Prælati inferiores licitè impedire non poſſunt, eſt enim (prout dictum eſt) de jure naturali. Sic Suarez *num*. 7. cum Authoribus citatis, & conformiter ad hoc diſponunt noſtræ leges *part*. 2. *cap*. 5. *num*. 2. *&* 3. quòd ſubditi liberè ſine licentia Prælatorum inferiorum ſuperioribus ſcribere poſſint, eorumque litteras recipere, imponendo pœnas graves illas aperientibus, aut malitioſè detinentibus. Et hujuſmodi recurſus, aut appellatio habet locum, etiamſi ſententia inferioris non excedat juſtitiæ limites, & ſit conformis his, quæ per leges Religionis ſtatuta ſunt, quando Prælatus ſuperior in pœna diſpenſare poteſt, aut illam mitigare, quando eſt ex magis rigidis ipſius legis, dummodò informatio, quam ſubditus dat, ſit vera & ſufficiens, & recurſus fiat ad Prælatum, qui in Religione habet ſuperioritatem, non autem ad illos, qui eam non habent, ſive ſint Prælati Eccleſiaſtici, ſicut Epiſcopi, ſive ſint Principes ſæculares; nam ad hos recurrere (qui ſolùm intercedere poſſunt) redundat in dedecus Religionis, cum hoc modo publicentur illa delicta, quæ ſecreta erant, & eſſe debebant: idcircò, ut hoc malum evitetur, juſta de cauſa Prælati impediunt hunc recurſum, imò majori cum rigore cum talibus Reis procedere ſolent, quam alias proceſſiſſent, ſi ſe ſubmiſiſſent & humiliaſſent. Tota hæc doctrina eſt Patris Suarez ubi ſuprà *num*. 7. *&* 8. Ratio, quam aſſignat, eſt, quia ſubditus ex una parte habet jus quærendi remedium ſuis malis, & pœnis, etſi eas juſtè propter ſuas culpas patiatur. Aliud enim non facit, quàm implorare clementiam, & miſericordiam apud illum, qui eam exhibere poteſt, cum ſpe illam obtinendi, ac proinde hac in parte non infert Judici inferiori aliquod gravamen per hunc recurſum, non enim limitatur, aut ſuſpenditur in aliquo illius Juriſdictio.

Secunda Appellatio, quæ eſt propria & rigoroſa, & dicitur *juridica*, quia jus illam 5
concedit Reis, qui patiuntur, aut pati timent injuſtitiam à Judicibus inferioribus, aliud non eſt, quam *provocatio ab inferiori ad Superiorem Iudicem, ratione illati, vel inferendi gravaminis, qua iniquitas ſententiæ corrigatur*, conſtat ex càpite *omnis oppreſſus*, cap. *ſi quis* cap. *placuit* 2. *quaſt*. 6. Hæc appellatio præter effectum devolutivuum habet alium, qui

qui dicitur ſuſpenſivus, & ſic illâ mediante ſuſpenditur Juriſdictio illius Judicis, à quo appellatur, & etiam ſententia jam lata; ita quidem, ut ſi quoad aliquid in cauſa proceſſerit, totum ſit irritum & nullum, textus *in l. ex illa. & l. minime, C. de appellation.* & cap. *an ſit de appellation.* cap. *bonæ memoriæ, de confirm. utili, vel mut.* hinc in nullo ſpectante ad cauſam Prælatus inferior Reum ſub aliquo præcepto obligare poteſt. Eſt doctrina Sylveſtri verb. *appellatio* 2. Suarez ubi *ſuprà num. 6. in fine.* Noſtri P. Lezanæ *Tom. 1. quæſt. Regul. cap. 9.* & aliorum nullo contradicente. Sed advertendum eſt, quod quando Judex inferior pronuntiavit ſententiam excommunicationis abſolutæ, vel alterius cenſuræ, non ſuſpendatur effectus per ſequentem appellationem, ſed ſolùm Juriſdictio ulteriùs procedendi. Hinc quamdiu Judex ſuperior Reum ab excommunicatione non abſolvit, manet illa ligatus, id ipſum eſt dicendum de ſententia Interdicti, ſuſpenſionis ab Officio, vel introitu ad Eccleſiam, ſicut conſtat ex cap. *Paſtoralis*, §. verum, *de appellat.* & cap. *Is cui*, §. fin. *de ſentent. commun. in 6.* his verbis: *Sanè ſicut excommunicatio, ſic ab officio, vel ab ingreſſu Eccleſiæ lata ſuſpenſio, aut ipſius effectus per appellationem ſequentem minimè ſuſpenduntur.* Itaque quando ſententia, quæ contra aliquem fertur, eſt privationis, vel ſuſpenſionis ab officio, vel dignitate, v. g. Prælati, Concionatoris, vel Confeſſarii, quæ omnia ſunt munera Eccleſiaſtica, effectus talis ſententiæ per appellationem non ſuſpenditur, & per conſequens Reus talia officia exercere non poteſt, etiamſi appellaverit, donec per Prælatum aut Judicem Superiorem ad ſtatum priſtinum reſtitutus ſit. Ita Sylveſter *ubi ſuprà*, & verb. *excommunicatio*, §. 1. Suarez de *cenſuris diſp. 3. ſect. 6. num. 5. & Tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 11. num. 6.* Joſeph à S. Maria in *ſuo Tribunali Religioſorum Tract. 5. cap. 9. §. 6.*

Hæc tamen doctrina intelligenda eſt de ſententiis, & pœnis abſolutis, ſi enim eſſent conditionales, quævis cenſura, privatio, vel ſuſpenſio ab officio per appellationem ſuſpenditur, ſi legitima ſit, & fiat ante adimpletam conditionem, & intra terminum appellationis. Sic Sylveſter verb. *Excommunicatio §. ultimo.* Navarrus ubi *ſuprà*, Suarez *loco citato de cenſuris n. 5. & 6.* & idipſum de quocunque præcepto Superioris circa res exorbitantes dicendum eſt, verbi gratia, ſi Judex Eccleſiaſticus præciperet Petro, quòd ſolveret Ioanni tot ducatos intra tot dies ſub pœna Excommunicationis, vel ſi aliquis Provincialis mandaret Priori, quòd faceret hoc vel illud ſub pœna ſuſpenſionis ab Officio, vel Excommunicationis, ſi habeat juſtam cauſam appellandi, & appellet ad Prælatum ſuperiorem, non peccaret non obediendo, & per conſequens non maneret excommunicatus: Ita Sylveſter & Suarez ubi ſuprà cum aliis.

Apud Tribunalia Eccleſiaſtica & Regularia appellatio fieri debet intra decem dies à notificatione ſententiæ, *text. in c.* quod ad conſultationem, *de re iudicata* & in cap. *ſignificaverunt*, de teſtibus, & in aliis multis. Dixi, apud Tribunalia Eccleſiaſtica, quia apud ſæcularia non conceduntur, niſi quinque dies, de termino *l. 1 tit. 18. lib. 4. Recopilat.* Quòd ſi Reus intra dictum terminum non appellet, appellatio, quam eo termino tranſacto faciet, pro nulla habenda eſt, ſed poteſt Iudex ulterius progredi in executione ſententiæ, etiamſi iniuſta ſit, nam eo ipſo quòd ſinat præterire terminum, præſumitur ſuæ appellationi renuntiare, quemadmodum notatur in cap. *Paſtoralis* de offic delegat. & in *l. quamdiu in fine* ff. de acquirenda hæreditate & tenent Sylveſter verbo *appellatio §. 5.* Ioſeph à S. Maria in ſuo *Tribunali tract. 5. cap 9. §. 7.* Martinus à S. Ioſeph in ſua *Epitome cap. 18. num. 6.* niſi ſubſit iuſta aliqua cauſa, ob quam Reus intra terminum appellationis reponendus ſit, ſicut v. g. eſt defectus ætatis, vel alia ſimilis iuxta titulum *ff. de minor. viginti quinque annis per totum.* Verum eſt, quòd ſi ſententia fuerit iniuſta, non propterea quòd Reus non appellet, Iudex illam exequendo non peccabit graviter: licet in foro exteriori non puniatur, ſicut puniretur, ſi Reus intra terminum à Iure conceſſum appellaret. 7

Sed diſquirendum reſolvendumque hic eſt, an quando ſententia vel mandatũ Iudicis eſt conditionale, ſicut cõtingit in caſibus paulò 8

Idem Author *verbo* Generalis *num.* 11. *&* 12. refert aliud privilegium conceſſum per Sixtum IV. noſtro Ordini & S. Auguſtini: *Ut Generalis eorum poſsit ſuum munus obire rejecta quavis appellatione ab eius præceptis monitionibus, ordinationibus, mandatis ac decretis.*

Item idem Sorbo refert aliud privilegium *verb* appellare, *num.* 3. quod eſt Julii II. in quo prohibet, *ſub pœna Excommunicationis Fratribus ac ſororibus Prædicatorum appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum prædicti Ordinis.*

Et eidem Ordini Prædicatorum conceſſit Leo IX. per Bullam, quæ incipit, *Sacra Religionis*, datam Romæ 27. Aprilis anno 13. ſui Pontificatus, quam refert Confeccius de privil. *pag.* 12. & habetur authenticata *in mari magno Ordinis Prædicatorum*, fol. 92. pag. 1. & fol. 93. pag. 2. in fine: *Ut nullus ex Fratribus, aut Sororibus prædictis aliquam, aut aliquem ex Fratribus, aut Sororibus hujuſmodi, coram quocunque Iudice, qui non ſit de Ordine noſtro, ex quacunque cauſa convenire, ſeu facere conveniri, nec à correctione quacunque, ſeu aliàs ab aliquo Prælato, ſeu Fratre dicti Ordinis quavis occaſione appellare, aut contra eos querelam proponere, niſi prius coram Provinciali ſeu Conventuali Priori, ſeu prædicto Magiſtro, & ſucceſſivè in Generali capitulo dicti Ordinis cauſam & querelam propoſuerit verbo vel ſcripto*, &c. & in eodem folio circa finem inquit idem Pontifex: *Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.*

17 Hoc privilegium, & decretum explicavit, & ampliavit Sacra Congregatio Regularium juſſu Sanctiſsimi his verbis, prout refertur in eiſdem Conſtitutionibus Ordinis S. Dominici fol. 80. pag. 1. *Quoniam nonnulli vagandi ſtudio, ſive dum imminentes commiſſorum criminum pœnas ex ſuis Conſtitutionibus, aut alias debitas ſibi metuunt, falſa & commentitia gravamina cauſati non immediatè ad ſui Ordinis Superiores ſcilicet à gravamine Prioris ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, & à Generali ad Protectorem, prout cujuſque Religionis Conſtitutionibus diſponitur, ſed ad hanc Romanam Curiam abſque licentia fugiunt potius quàm recurrunt, ex quo Ordinum diſciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipſi in dies audaciores evadunt, placuit Sacræ Congregationi ex Ordine Sanctiſsimi ſtatuere, ut ſi quis Regularium impoſterum temerè levique ex cauſa hanc Almam urbem, ſeu Curiam abſque ſui Superioris licentia & ſupradicta forma prætermiſſa adire præſumpſerit, ad ſuos eoſdem Superiores ſeveriori pœna plectendus remittatur.*

Præterea Leo X. faciens mentionem *de verbo ad verbum* dicti privilegii, & Brevis Bonifacii VIII. confirmat denuò totum contentum in Bulla, quæ incipit, *Romani Pontificis, in quo divina diſpoſitione* &c. data Romæ 29. Aprilis anno 1518. & 6. ſui Pontificatus. Mandantque *ſub pœna Excommunicationis latæ ſententia eo ipſo incurrenda*, ut dicti Religioſi ita obſervent, & cæteri Judices Eccleſiaſtici, ad quos contra præfatum ordinem fuerit appellatum. Hoc privilegium & Decretum obtinuit Cardinalis Cajetanus, cùm eſſet Generalis Ordinis S. Dominici, & ita refert Ioannes Baptiſta Confeccius de privilegiis *Bullæ* 10. *huius Pontificis pag.* 120. & Mare magnum Ordinis S. Dominici *fol* 282. *pag.* 1. 18

Paulus III. Conceſſit Societati Ieſu, *ut non liceat à Correctione Regulæ ſecundum Ordinationes eius facta appellare, nec poſſe ullum Iudicem dictam appellationem admittere*, ut habetur in *Compendio Societatis*, §. 2. verb. *appellas*, & ibidem per aliud privilegium Canonicis S. Salvatoris conceſſum dicunt: *Nullos e Societate poſſe appellare ad quemcunque, etiam Pontificem, niſi de ſpeciali eius licentia ab inſtitutis, Ordinationibus, correctionibus, & mandatis Congregationis Generalis, aut Præpoſiti Generalis, aut aliorum Superiorum, & appellationes & inde ſecuta forè irrita.* Item ibi refertur ex quodam privilegio conceſſo Ordini Ciſtercienſi, non eſſe licitam appellationem in Societate *à reformationibus, ſeu correctionibus Præpoſiti Generalis, aut Viſitatorum, quos ipſa deputaverit, niſi ad Generalem Congregationem, & in caſu denegata Iuſtitia, aut pro notoria injuria.* Et hoc quidem ſub pœna Excommunicationis majoris, Summo Pontifici reſervata. 19

Ita etiam refert Sorbus verbo *Appellare* in annotationibus, §. 1. *Congregationem Cardinalium edidiſſe decretum anno* 1587. *Ut appel-* 20

latio

latio hoc ordine interponatur à Guardiano ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem.

21 Habet etiam noſtra Religio Carmelitarum Diſcalceatorum idem privilegium, Conceſſum à Sixto V. & Clemente VIII. Pio V. Gregorio XIII. ut refert noſter Thomas à Ieſu de *Viſit. Reg. Tract.* 3 *cap.* 17. *num* 4. & habetur in *noſtro Compendio* Bulla 3. Sixti V. *fol.* 152. *num.* 6. ubi poſtquam amplam procedendi conceſſiſſet facultatem *ſine ſtrepitu & figura Iudicii*, & applicandi pœnas, quas delicta merentur, adjungit: *Decernentes ab ipſius Prioris, Provincialis pro tempore exiſtentis ſententiis contra ſic confeſſos ſeu convictos ferendis nullatenus appellari, & recurſum ad quoſvis alios haberi poſſe.*

22 Omnia iſta Privilegia, cum pluribus aliis diverſarum Religionum, quæ citat noſter Auguſtinus à Virgine Maria, in ſuo opere inſcripto, *Privilegia Relig. omnium mendicantium & non Mendicantium* &c. Lugduni ann. 1661. edito, verbo, *Appellatio* & verbo *correctio Fratrum*, denuo à SS. D. N. Urbano VIII. confirmata ſunt per Bullam datam Romæ *apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ* 1625. *tertio idus Maii Pontificatus ſui anno ſecundo.*

Hanc Bullam Sua Sanctitas dedit ad inſtantiam R. P. Magiſtri Dominici de Molina Ordinis Prædicatorum, qui in Romana Curia agebat officium Procuratoris Generalis omnium Religionum Mendicantium & non mendicantium.

Et licet nonnullis viſum fuerit, parum eſſe id, aut prorſus nullum, quod per hanc Bullam conceſſum fuit propter verba à Pontifice addita: *Dummodo tamen privilegia hujuſmodi ſint in uſu, nec hactenus revocata*, non tamen habent rationem.

Primò quia in hac Bulla fit expreſſa mentio quaſi omnium privilegiorum, quæ relata ſunt.

Secundò, quia de nullo conſtat fuiſſe per aliquem Pontificem revocatum, nec conſtat illa non eſſe valida *per non uſum, vel per uſum contrarium.* Quia ad hoc, ut privilegium ſit invalidum, vel ceſſet per non uſum, aut per uſum contrarium, requiritur primò, quòd non uſus, vel uſus contrarius *fiat per actum illius, qui poteſt privilegio explicitè renuntiare*, quia talis introductio eſt tacita renuntiatio, & ille, qui non poteſt explicitè renuntiare privilegio, multò minus poterit renuntiare tacitè aut implicitè, ut docent Panormitanus in *cap.* cùm acceſſiſſent. *de conſtitut. nu.* 8. Suar. *lib.* 8. *de legibus cap.* 35. *num.* 8. Salas *de legib. diſp.* 17 *ſect.* 13, *nu.* 66. & alii, quos citat & ſequitur Bonacina *de leg. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *puncto* 8. §. 6. *num.* 6. unde infert F. Ioannes de la Cruz *de priv. lib.* 2. *cap.* 3. *de ceſſat. privilegii dub.* 2. *concluſ.* 5. quòd neque ſubditi, nec Priores, nec Provinciales per actus contrarios, quos faciunt contra privilegium, illi renuntiare poſſint, nec introducere conſuetudinem legitimè contra illud præſcribentem, ſed ſolùm Capitulum Generale.

Secundò requiritur ad hoc ut ceſſet privilegium *per non uſum, vel per uſum contrarium*, tempus ſufficiens, quod debet eſſe ſexaginta annorum ſecundum privilegium conceſſum per Eugenium Quartum Congregationi S. Juſtinæ Ordinis S. Benedicti in Hiſpania; & ſecundum aliud, quod conceſsit idem Summus Pontifex cuidam Conventui S. Pauli *extra Verbem* Romæ, & extenſum fuit per totum Ordinem S. Benedicti in Hiſpania, debet eſſe tempus centum annorum, quamvis Pontifex in priori Bulla determinet, quòd in memorata Congregatione per nullum actum contrarium adverſus illius privilegia præſcribitur. Has Bullas authenticas refert Emmanuel Rodriguez in *Bullario, pag.* 177. *nu.* 3. & *pag* 178. *num.* 18. & *pag.* 202. *num.* 14. Videatur idem Author *tom.* 1. *quæſt. Regul. q.* 55. *art.* 6. & *tom* 3. *quæſt.* 35. *art.* 2. Portel. in *dub. regul. verb.* præſcribere *num.* 2. F. Ioannes à Cruce *ubi ſuprà concluſ.* 2. ex quibus omnibus manifeſtè colligitur, omnia præfata privilegia in ſuo robore remanere, eſſeque confirmata denuò ab Urbano VIII. in Bulla citata.

Ne autem hac in parte ſuperſit veſtigium 23 alicuius dubii, notandum eſt, quòd Sanctiſſimus Dominus noſter Urbanus VIII. aliam Bullam expediverit pro Religione S. Benedicti in Hiſpania ſub dato Romæ menſe Iulio, anno 1624. quæ incipit, *in Beati Petri Sede*, in qua præcipit, ut obſervetur dicta forma appella-

compars exigitur conſilium & conſenſus ſex Aſſiſtentium, & ſi attendatur ad verborum rigorem, *à Generali tantùm*, illi ſoli confertur poteſtas, licet requiratur veluti forma, conſilium & conſenſus ſex Patrum, ſine quo Expulſio non erit valida, ut in ſimili docet Abbas cap. *cùm Eccleſia*, num. 11. *de Electione*, ubi ait: *Quòd quando Electio Canonici pertinet ad Epiſcopum cum Capitulo, conſentiente Epiſcopo in unum, & Capitulo in alterum, neutrius Electionem valere.*

Confirmatur idem ex doctrina recepta ab omnibus circa admiſſionem Novitii ad habitum, & præcipuè ad profeſſionem, licet enim non deſint, qui aſſerunt, ſuperiorem ſolum poſſe aliquem admittere ad illam, eo quòd non conſtet ex jure communi, requiri conſenſum Conventus, ſed ſolùm conſilium, quod ſi non peteretur, exiſtimat Sanchez *lib. 5. Summa cap. 4. num. 67.* cum multis, eam fore nullam, quòd autem Conventus poſſit aliquem admittere ad profeſſionem, ſine conſenſu Superioris, nullus eorum, quos ego vidi, & ex multis quos vidi, hoc aſſerit, quia ad ſuperiorem tamquam ad caput ſpectat admiſſio, & hæc eſt conſuetudo ordinaria & ſtabilita in Religionibus; quemadmodum videre licet in ſingularum legibus, & etiam in quo ſuperiore reſideat hæc poteſtas, quia non ſemper eſt in ſuperioribus immediatis, cùm communiter ſit reſtricta, & in rebus majoribus reſervata Generalibus, & Provincialibus, teſte Suarez *Tom. 3. cap. 5. num.* 10. ubi docet, *quòd omnes Conventus unius Provinciæ reputantur ut unum reſpectu Provincialis, & omnes totius Ordinis reſpectu Generalis, & ideo ſolet vocari Prior Generalis: Unde juxta qualitatem reſtrictionum in qualibet Religione philoſophandum erit*: ubi notandum eſt, quòd quando Generales, vel Provinciales abſentes concedunt in ſcriptis licentiam ad admittendum ad habitum, ſeu profeſſionem, præbent ſuum conſenſum accedente majori parte Capituli, ubi ad hoc Prælatus immediatus ſolùm habet ſuffragium voti particularis: quare ſine dicta licentia, ſeu conſenſu Superioris, nihil faceret Capitulum, niſi aliud ſancitum eſſet in aliqua Religione, ad quod ſemper attendendum eſt, ut docent dicti Authores cum Sanchez infra citando. Igitur pari, imò & potiori ratione, in noſtro caſu dicendum erit conſenſum ſex Patrum ſine conſenſu Generalis, nihil valere ad validam expulſionem.

Dico ſecundò, ut ſit valida expulſio, neceſſarium eſt Votum Generalis, & majoris partis illorum ſex Patrum, ſic in ſimili docet Abbas ubi ſuprà, & *cap.* poſtulatis *num.* 14. de conceſſ. præbendæ *ibidem*. Immola *num.* 15. & 16. Navarrus *lib. 3. conſ. de reg. conſ. 62.* quos refert & ſequitur Sanchez ubi *ſupra num.* 67. loquendo de admiſſione ad profeſſionem, probantque ex principio generali, ſcilicet, quia expedienda ab Epiſcopo cum Capituli conſenſu indigent conſenſu Epiſcopi, & ultra illum conſenſu majoris partis Capituli, & hoc eſſe veriſſimum de quocunque Collegio docent dicti Authores; quod tamen limitandum eſt, ait Sanchez, niſi conſuetudo Religionis, aut Regula aliud haberet: & tamquam certum exiſtimo, quòd in Religionibus, in quibus Prælati, quando interſunt Congregationibus, & Capitulis ſemper in his, quæ determinantur, habent votum, ſufficiat Votum Superioris, & media pars cæterorum, ad verificandum aliquid majori cum parte determinatum eſſe, conſtat ex Gloſſa cap. *ſi ad Epiſcopum in ſede vacante*, ubi ſic ait: *Scire debes, quòd cùm Epiſcopus habet conferre præbendam cum conſenſu Capituli ſi ſunt viginti Canonici, & decem conſentiunt, non valet Collatio, quia non habet majorem partem Capituli, ſed ſi haberet Votum in Capitulo Epiſcopus ut Canonicus, tunc diceretur facta ab undecim, & ſic ex majori parte.* Idem habetur expreſsè cap. *poſtulatis de conceſſ. præbendæ*, ergò cum Generalis habeat Votum in hoc actu, & Votum principale, faciet majorem partem, ſi tres alii ex illis Patribus deputatis conſentiant, & erit valida Expulſio, utpotè conformis Decreto. Hæc tamen doctrina locum non habet collata cum ultima declaratione ex ſuprà allatis, in qua expreſsè requiritur major pars illorum ſex Patrum, qui cum Generali debent concurrere.

Quartò

Digitized by Google

Quartò dubitatur, an Generalis poſſit iſtam Juriſdictionem delegare in aliquo caſu, in quo ipſe commodè non poteſt ſex Patribus adeſſe, alicui Religioſo gravi, docto, & potenti dare omnem ſatisfactionem. Stando in Jure communi reſolutio erit affirmativa: primò, quia in hoc illius Juriſdictio eſt ordinaria, ratione ſui officii, ſicut eſt recipere ad profeſſionem, & ita eſt veluti ſupremus Princeps in Religione, & in decreto non confertur illi nova aliqua poteſtas, quam ante non habuit, ſed ſolùm imponitur modus, per quod non tollitur ab eo, quòd ſit Judex Ordinarius, & Supremus, & per conſequens poteſt delegare ſuam Juriſdictionem. Secundò, quia etiamſi dicamus, quòd iſta Juriſdictio competat ipſi ex privilegio Principis, cùm ſit generale, & conceſſum non ratione particularis perſonæ, ſed ratione officii & dignitatis, & in perpetuum, jam reputatur ut poteſtas Ordinaria, & ſic poteſt delegari. Ita communiter Doctores cum Sanchez *l.2. de matrim. diſput. 4. à num. 13.* Dixi ſtando in Jure communi, non tamen in declaratione novâ ſuprà relatâ, quæ habetur in tertia reſponſione, ubi negatur, Generalem poſſe hanc poteſtatem delegare. Sed cùm conveniat Generalibus de Jure communi, & per privilegia Pontificia, quamdiu authoritate Apoſtolicâ ab illis non auffertur, vel limitatur, non videtur poſſe intelligi hanc declarationem S. Congregationis, niſi veluti doctrinalem, & tamquam Doctorum particularium, licet probabiliſſimam, utpote fundatam in verbis Decreti, *à Generali tantùm*: per hoc tamen non tollitur, quòd etiam probabiliter eadem verba explicari poſſint taliter, quòd nulli alteri competat hæc poteſtas, niſi Generali. Quòd autem illam in aliquo caſu raro delegare non poſſit, cùm ſit ordinaria, non dicit decretum: ac proinde cum hac intelligentia manet ſatis probabilis relata ſententia, ſpecialiter intelligendo illam in ordine ad caſus particulares & urgentes, quemadmodum aliqui intelligunt poteſtatem conceſſam à S. Concilio Tridentino *ſeſſ.24. de refor. cap. 6.* Epiſcopis ad abſolvendum à caſibus reſervatis ſuæ Sanctitati, quando ſunt occulti, ut tenet Henriquez *lib.14. de irregularit. in fin. & lib. 6. de pœnit. c.14. num.7. cum commento littera O.*

Hic notandum eſt, quòd in aliquibus Religionibus Reformatis, in quibus non ſunt Generales, eo quòd non totaliter ſint independentes à Calceatis, ſed ſolùm Vicarii Generales eorumdem Reformatorum electi authoritate Apoſtolicâ in eorum Capitulis Generalibus, quòd iſti tales Vicarii habeant eamdem poteſtatem quoad expulſionem Incorrigibilium, ac ſi eſſent Generales, quia Sua Sanctitas in ſuis Bullis concedit illis abſolutam poteſtatem gubernandi eorum Reformationem, verbi gratiâ Patres Auguſtiniani Diſcalceati Congregationis Hiſpaniæ per Bullam expreſſam Clementis VIII. quæ incipit *Apoſtolici muneris*, confirmatam à Gregorio XV. quemadmodum videre licet in *Tom. 3. Bullarii magni Cherubini* inter Bullas hujus Pontificis, habent licentiam ſeparandi ſe à Patribus Calceatis cum authoritate erigendi provincias, & eligendi Vicarium Generalem in ſuis Capitulis Generalibus, cujus authoritas declaratur in §.22. *Bullæ*, ibi, *item quòd Vicarius Generalis toti Congregationi præſit, eamque regat, atque gubernet cum omnimoda poteſtate, ſicut habet Reverendiſſimus Generalis in toto Ordine tam ex Iure, quàm ex privilegio*, & quamvis illicò ſubjungat, *ſine tamen præjudicio ejuſdem Patris Generalis, & facultatem ſibi in dictam Congregationem conceſſarum & competentium*: in §.6. tamen explicaverat, quæ dependentia eſſet iſta, qua dependebant memorati Patres Diſcalceati, nimirum quod eos Generalis poſſit viſitare per ſeipſum, aſſociatus uno Patre Definitore, & alio Religioſo gravi eorumdem diſcalceatorum &c. per quod non denegatur talibus Vicariis Generalibus poteſtas ejiciendi è Religione incorrigibiles attentâ formâ horum novorum decretorum, imò expreſſè ſupponit, quòd illam habeant in §.26. ibi: *Item quòd Vicarius Generalis ſine conſilio & conſenſu definitorii Generalis ejuſdem Reformationis nullum Religioſum ad pœnas graviſſimas, vel privatio-*

nem habitus, & hujuſmodi condemnare poſſit: ergò ſupponit, Vicarium Generalem cum conſenſu Definitorum poſſe condemnare ad expulſionem. Verum eſt, quòd in virtute horum novorum decretorum pro hoc caſu in Capitulo Generali ſex nominandi ſint, inter quos communiter nominantur Definitores, & ſi horum numerus non fuerit ſenarius, nominandi ſint illi, qui deſunt ad talem numerum, & id ipſum, quod dico de Vicario Generali hujus Reformationis, dico etiam de aliis habentibus eundem modum regiminis.

Quintò dubitatur, an conſilium & aſſenſus ſex Patrum poſſit dari per litteras. Concluſio eſt affirmativa: quia decretum non requirit unionem & conventionem ſex Patrum, & conſenſus atque conſilium dari poteſt per litteras, quemadmodum patet in multis caſibus, & practicatur in Conſiliis Regiis Hiſpaniæ in aliquibus negotiis, ergò etiam in hoc valebit, & ſic declarat S. Congregatio in ſexta Reſponſione; verum licet hæc ita ſe habeant, nihilominus pro meliori juſtificatione cauſæ convenientius erit, quòd in unum locum conveniant. Primò, quia in ordine ad condemnandum aliquem, & maximè in cauſis criminalibus, expedit, ut congregentur examinando, & conferendo culpas, & defenſiones Rei, quod non tam adæquatè fit in ſcriptis, quando omnes ſunt inter ſe abſentes. Secundò, quia cum agitur de damno alicujus tertii, tunc ſemper convenientiſſimus eſt multorum conſenſus, quando ſunt Judices localiter congregati, & ſic practicatur in noſtra Religione.

Hic advertendum eſt, quòd ſi moreretur unus ex ſeptem Judicibus, & expulſio ſine gravibus inconvenientibus uſque ad proximi Capituli Generalis celebrationem differri non poſſet, per unum ex his duobus modis occurri poteſt: ſcilicet, vel ſemper in ipſo Capitulo nominando duos alios ſubſtitutos, ut in hoc caſu ſuppleant defectum defunctorum, vel per hoc, quòd ipſum Capitulum Generale deleget Generali, & ejus definitorio poteſtatem nominandi alium, vel alios loco eorum, qui cauſâ mortis deficiunt; & hic eſt ſtylus, qui obſervatur in noſtra Religione: ubi Conſtitutiones factæ in Capitulis Generalibus concedunt noſtro Patri Generali, & ſex Definitoribus Generalibus (ad quos ſolos ſpectant expulſiones, & negotia graviora Religionis) facultatem in caſu mortis alicujus Definitoris eligendi alium in locum ejus. Ut Religio numquam exiſtat ſine completo Definitorio.

Sexta difficultas, quæ hic tractanda occurrit, fuit tacta à Peyrino *Tom. 2. de Privilegiis ad Conſt. 10. Urbani VIII.* quando ſcilicet Generalis viſitat Provincias valde remotas, nec poteſt ſecum ducere illos ſex Patres graves deputatos pro caſu expulſionis, invenitque in una provincia aliquem delinquentem incorrigibilem expulſione dignum, quid agendum ſit?

Reſpondet Peyrinus, ſe audiviſſe aliquos Religioſos ſupplicâſſe, & obtinuiſſe, quòd Generalis, & Viſitator Generalis poſſint in qualibet Provincia aſſumere ſibi ſex ex Definitoribus illius, & de ipſorum conſilio, & aſſenſu procedere. Idem ſentit Novarius in *lucern. Regul. V. ejecti à Religione*, & ſecutus eſt etiam Doctiſſimus & graviſſimus P. N. Lezana *Tom. 1. cap. 23. num. 5.* ſed poſtea mutavit ſententiam *Tom. 2. cap. 12. num. 8.* ubi poſtquam verba Peyrini iterum retuliſſet, ait: *Verumtamen cùm ipſe non afferat hujuſmodi decretum declaratorium, ſed ſolùm dicat, id audiviſſe à Religioſis fide dignis, qui tamen falli poſſent, non judico ipſi credendum.* Verùm hodie hæc difficultas ceſſat, quia jam conſtat ex declarationibus ſupra allatis, quid fieri poſſit ac debeat.

Hoc unum placuit advertere, quòd cùm non deſint aliquando Religioſi adeò à Deo derelicti, qui quærunt occaſiones ad hoc, ut expellantur è Religione, ut Jugum obedientiæ abjiciant, & liberiorem in ſæculo vitam degant, convenientiſſimum eſſet, cum ſimilibus uti majori rigore, detinendo illos multis annis in carcere (quando ex tali detentione non patitur Religio majus damnum) affligendoque eos jejuniis, & diſciplinis rigoroſis, ne ſibi perſuadeant, quòd eorum malitia, & perverſitas debeat eſſe medium

Digitized by Google

dium ad faciliùs conſequendum finem adeò depravatum.

Pro Coronide hujus materiæ afferam quæſtionem, quam excitavit P. Santorius *quæſt.* 7. ubi inquirit, An ubi decreta Urbani VIII. de Ejectis recepta non eſſent, poſſint expelli incorrigibiles juxta privilegia, & veterem conſuetudinem Religionum’ & reſolvendo quæſtionem dicit duo: primum, *dari aliquas regiones, & nationes, quæ Bullas Apoſtolicas, imò & Concilia non recipiunt, certum eſt; vel quia inibi non publicantur, vel quia publicata non obſervantur, unde oritur præſcriptio, & non obligatio, quia non ſervantes leges Pontificias & Imperiales, quæ publicatæ aut acceptatæ non ſunt, vel antiquatæ, & præſcriptæ, non peccant, neque actus facti contra talem præſcriptionem ſunt invalidi, nulla in contrarium lege reſiſtente. Neque multum faceſſit negotii ratio in oppoſitum, quòd cùm populus in Regem ſuam authoritatem contulit non habet, unde reluctetur legi, quæ promulgaretur, nam princeps id ſciens volens tacet, hinc in Gallia non fuit acceptatum Concilium Tridentinum, & multa ſiunt contra illius præſcriptum. In Belgio, & Germania non eſt acceptata Bulla de alienatione rerum Eccleſiaſticarum, ſaltem quoad pœnas. Theſaurus V. Alienatio c. 1. num. 2. & alia hujuſmodi, igitur potuit non acceptari decretum de Ejectis, quòd multò inferiùs eſt Bullis Apoſtolicis.* Hæc Santorius *dicto num.* 10.

Hanc doctrinam quamvis ego veram exiſtimem, quantum ad ſubſtantiam, non enim eſt dubium, quòd ubi hæc decreta, & alia ſimilia non publicantur, cum ſufficienti fundamento non obligant, ſi fortè dantur aliqua regna ſeu provinciæ, in quibus hoc inveniatur, de quo non judico: quantum tamen ad illius fundamentum, mihi videtur difficilis; quia eſto ſit probabilis ſententia aſſerens, leges civiles in ſui obligatione dependere ab acceptatione, cùm Principes ſæculares poteſtatem, quam habent, acceperint ab ipſis rebuſpublicis, & præſumendum ſit illos (qui ſpontaneè ſe ſubditos reddunt) non dare hanc poteſtatem, niſi cum conditione, ut obligentur legibus à Republica acceptatis, quemadmodum conſtare videtur ex *lege de quibus, ff. de legibus.* Ubi dicitur: *Cùm ipſæ leges nulla alia de cauſa Ius teneant, quàm quòd Iudicio populi receptæ ſunt*, & ob eamdem cauſam ipſi Legiſlatores ſtatuunt leges cum conditione implicitâ, ſi acceptentur, quæ conditio fundatur in eo, quod per eam populus redditur ſecurus, quòd meliùs regatur, & leges à Principe ſtabilitæ ſint in utilitatem populi, & profectum; quod enimà pluribus, vel ab omnibus approbatum eſt, ſemper convenientius eſſe judicatur: quod tamen fortè non ita eſſet, ſi à ſola Legiſlatoris voluntate penderet, qui quandoque ad proprium dumtaxat reſpicere commodum, & non commune poteſt. Quem admodum communiter docent Doctores Joan. Andr. *c. 1 de Tregua & pace.* Covarr. *in var c.* 16. *num.* 6. Navarr. *conſ.* 23. *num.* 4. *& conſ. de Conſt. qu.* 5. *&* 6. & alii relati à Suarez *l.* 3. *de legibus cap.* 19. Azor. Bonacina & Salas; quamvis iſti Authores cum aliis etiam & meliùs ſentiant oppoſitum, & non deſint, qui utramque ſententiam conciliare nitantur cum Caſtro Palao *Tom.* 1. *tract.* 3. *diſputat.* 1. *part.* 13. *num.* 9 ad quos Lectorem remitto. In legibus tamen Pontificiis & Eccleſiaſticis non valet fundamentum relatum, quia Pontifex non accepit poteſtatem ſupremam, qua gaudet, à populo, ſed immediatè à Chriſto Domino, & hæc fuit abſoluta, non conditionata, ut conſtat ex illis verbis: *Paſce oves meas &c. quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis.* Ergò poterit populum Chriſtianum obligare legibus ſemper, cùm expediens judicaverit pro illius ſpirituali bono, ſine dependentia acceptationis, imò renuente populo: ſic Suarez *lib.* 4. *de legibus cap.* 16. *num.* 2. Bonacina de *leg. quæſt.* 1. *p.* 4. *num.* 28 *&* 29 Vaſquez, Salas & alii apud ipſos, quos ſequitur Caſtro Palao ubi *ſuprà num.* 1. Sed limitant benè hanc doctrinam in legibus, quæ difficilis ſunt obſervationis, vel quæ adverſantur conſuetudini receptæ: in his enim, ex benigna interpretatione Legiſlatoris, poſſent excuſari ab obligatione legis, ſupplicantes interim Summo Pontifici, ut informari ſe patiatur de difficultate, vel receptâ conſuetudine: quia prudenter præſumi poteſt, legem ſine certa notitia difficul-

Digitized by Google

tatis, ſeu conſuetudinis contrariæ, quæ in illius obſervatione invenitur, vel generaliter, vel in aliqua regione, ſeu Provincia, impoſitam eſſe. Et inde videmus, quòd in multis Provinciis non obligent aliquæ leges Pontificiæ: tum etiam, quia Sua Sanctitas, quando ex parte ſubditorum videt magnam repugnantiam, & contradictionem, veluti pius Pater non intendit obligare per ſuas leges; diſſimulando, ne majora inconvenientia naſcantur, & major inquietudo cauſetur; non quia poteſtas, quam habet in condendis legibus, dependeat ab acceptatione populi, ſed quia tacitè non intendit tunc obligare, quando memorata prævidentur inconvenientia ac incommoda: & hoc, mihi perſuadeo, volunt docere Navarrus *cap.* 23. *num.* 41. & Valentia *diſ.* 7. *quæſt.* 3. *p.* 5. *quæſt.* 4. quando dicunt, non poſſe Pontificem obligare ſuis legibus contradicente populo, quia non eſſet Lex juſta, & in commune bonum condita, cum ſit occaſio perturbationis: & fortè idem vult dicere P. Santorius æquiparando leges Eccleſiaſticas cum civilibus, non in omnibus, ſed in aliquibus, & cum debita proportione, ſed debebat enucleatiùs hoc explicare.

Alterum, quod dicit P. Santorius, fundatur in illis verbis, ſi autem ſit Generalis, qui gubernet Religionem diffuſam in aliis etiam partibus, ſi ſibi eſſet intimata iſta nova diſpoſitio, in aliqua parte ſuæ Religionis, non poterit contrà illam operari in alia parte, ubi non eſſet, vel ſufficienter intimata, vel acceptata, quia expulſio collata eſt Generali, & arctatio ſequitur perſonam Generalis, non locum, & cùm ſit ſubjectus Sedi Apoſtolicæ, illius leges obſervare tenetur, quando eidem legitimè intimatæ fuerint, & ſic non poſſet illas ſervare in Italia, & non in Gallia, quia ubiquè ligatam juriſdictionem habet. E converſo alius Generalis, qui in ſola Gallia v. g. reſideret, & vellet ibi expellere, ſuppoſito quòd ibi tale decretum acceptatum non ſit (quod tamen ignoro) vel quia non publicatum, vel ob alias cauſas, tunc ejus Juriſdictio impedita non eſſet.

Hæc doctrina ſimiliter mihi videtur difficilis, quia decretum eſt pro omnibus Religionibus, & pro omnibus provinciis, & licet aſſignet modum, & perſonas, quæ debent illud executioni mandare, quæ ſunt Generalis, & ſex Patres, ſed non afficit ipſos immediatè, ſed mediante corpore Religionis, ſeu Provinciæ. Unde quando Generalis, & ſex illi Patres exeunt ad viſitandam aliquam Provinciam, in qua hæc decreta publicata, vel acceptata non ſunt, non credo illos obligari ad eorum obſervantiam, non obſtante quòd in aliis Provinciis illa practicent, in quibus recepta ſunt.

Quod quidem meo videri efficaciter probatum ex verbis decreti §. 6. ubi ſic ait: *ſed hæc ut impoſterum à Religionibus nullus legitimè profeſſus ejici poſſit, niſi ſit verè incorrigibilis, verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex Iuris diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte ſtatutis & Conſtitutionibus cujuſque Religionis & Ordinis etiam à Sede Apoſtolica probatis, & confirmatis. Verumetiam unius anni ſpatio in Iejunio, & pœnitentiâ probetur in carceribus. Proindeque unaquaque Religio privatos habeat carceres in qualibet ſaltem Provinciâ. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſuâ pertinaciâ perſeveraverit, ne contagione peſtiferâ plurimos perdat, tamquam pecus morbida ac membrum putre ejici tandem poſſit.* Quæ omnia expreſsè loquuntur de corpore Religionis, & ſtatim præſcribunt modum, quo expellendi ſunt, & eos qui ad Expulſionem convenire debent, ſicut ſunt Generalis, & ſex Patres deputati; quod non eſt decretum immediatè ordinari ad illos, ſed mediante Religione, ad quam ordinatur, & dirigitur prohibitio, ex quo habet quòd ſit locale & non perſonale, ſicut intendit citatus Author.

Confirmo idipſum inſtantiâ unâ deſumptâ ex ſecundo caſu, quem iſte Author admittit; quòd ſcilicet, ſi Generalis ſemper exiſteret in Gallia, v. g. ubi decreta non eſſent ſufficienter publicata, vel acceptata, poſſit ibi expellere aliquem Religioſum Incorrigibilem, abſque eo, quòd ſe conformaret his novis decretis. Itaque peto, ſi Generalis,

Digitized by Google

neralis, ad quem per leges Religionis ſpectat ſententia expulſionis, ſuſciperet aliquam cauſam deductam uſque ad definitivam excluſivè à Provinciali Provinciæ Romanæ, factam contra aliquem Religioſum ſubditum ejuſdem provinciæ, de quo conſtaret eſſe incorrigibilem ſecundum diſpoſitionem Juris communis, & ſtatuta Religionis, an ſine eo, quòd obſervaret novum decretum, poſſit validè & licitè dare ſententiam expulſionis, & mandare illius executionem in Provincia Romana, in qua Reus exiſtit? P. Santorius conſequenter ad ſuam doctrinam debet reſpondere affirmativè, cum ſentiat, decreta eſſe perſonalia, & non obligare Generalem in Gallia exiſtentem, in qua recepta non ſunt, vel publicata.

Ego autem certam exiſtimo negativam partem, & quòd in quovis Tribunali talis ſententia nulla cenſenda ſit, eo quòd non ſit conformis decretis Pontificiis, quæ recepta ſunt, & obligant in illa Provincia, in qua Reus deliquit, & exiſtit, ac proinde obligatio nata ex decretis principaliter localis eſt, & non perſonalis.

Hæc ſentio quoad praxin circa decretum & declarationes relatas, & ita mecum ſentiunt viri doctiſſimi, cum quibus ea communicavi, & contuli, ſubjiciendo ſemper omnia quæ dixi, ordinationi Sanctæ Matris Eccleſiæ, & retractando omnimodè, quæcunque ejus ſenſui adverſantur.

Sed hæc diſputationis gratia dicta ſint: Quia dum Bulla Urbani VIII. de ejectis, revocat, & annullat quaſcumque conſuetudines in contrarium; & præcipiatur, ut ubique ſervetur, tenendum eſt, quòd Regulares, ad quos ſpectat, ubique locorum teneantur ſervare Bullam prædictam.

CAPUT XXVII.

De Appellatione.

1 NOn minus odioſa & pernicioſa eſt in ſtatu Religioſo, in cauſis Appellatio, quam recuſatio, de qua actum fuit *capite* 21. *à numero* 5. Idcircò Cæleſtinus III. in *cap.* cum ſpeciali, *de appellat.* cùm dixiſſet, quandonam appellationes ſint licitæ, & qualis forma in illis apud Tribunalia debeat obſervari, loquens de Religioſis adjunxit: *Cæterùm has duas Conſtitutiones præmiſſas, nolumus ad Regulares extendi, contra ſuas ſpeciales obſervantias.*

Verùm quia poteſt dari caſus, in quo Religioſus licitè appellare poſſit, ponemus hic ſummariè doctrinam neceſſariam ad hoc, ut conſtet, quomodo, & quando fieri poſſit; quando admitti debeat, vel non; quam deſumemus ex diverſis decretis, & privilegiis Summorum Pontificum, & ex his quæ Canoniſtæ, Summiſtæ, & Theologi docent, præſertim ex Sylveſtro verb. *Appellatio*, Navarro *comment.* 3. *de Regularibus, & conſ.* 4. *de apppellat.* Soto *lib.* 5. *de juſtitia, quæſt.* 6. Covarruv. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 14. Rodriguez *tom.* 1. *quæſtionum regul. quæſt.* 29. *art.* 3. Joſeph a S. MARIA in ſuo *Tribunali tract.* 5. *cap.* 9. *& ſequentibus.* N. P. Thoma à JESU *Tract.* 3. *cap.* 17. Alderete *lib.* 2. *cap.* 18. Thoma Sanchez *de ſtatu Religioſo lib.* 6. *cap.* 8. Suarez *Tom.* 4. *de Religione lib.* 2. *cap.* 11. ubi cum ſolita eruditione, & pietate breviter totam hanc reſolvit materiam.

Et majoris claritatis gratiâ dicemus primò, quid poſſit ac debeat fieri ex Jure communi, & poſtea agemus de illis, quæ concedunt ſpecialia Religionum privilegia.

Appellatio ſumpta in tota ſua latitudine non eſt aliud, quàm recurſus Rei ad Judicem ſuperiorem ob gravamen ex inferioris ſententiâ jam latâ, vel ferendâ contra eum proveniens. Conſtat ex cap. *placuit*, cap. *omnis* 2

Digitized by Google

nis oppreſſus & cap. *ſi quis* 2. *quæſt*. 6. *& ex Gloſſis*. Quamvis Doctores communiter non aſſignent, niſi unam appellationem cum duobus effectibus, quorum unum devolutivum, alterum ſuſpenſivum vocant; adjungentes, quòd licet defenſio, quam includit appellatio, ſit de jure naturali, forma tamen & modus appellandi ſit de jure poſitivo, ac proinde in quibuſdam caſibus omitti poſſit, ego tamen exiſtimo, quòd non inconvenienter majoris claritatis gratiâ in duos appellationis modos diſtingui poſſint, vocando unam de jure naturali, quæ nulli poteſt, & debet negari: alteram de jure poſitivo, quæ ſæpiùs Sæcularibus, & quaſi ſemper Religioſis denegatur, & hanc Doctores vocant appellationem propriam & rigoroſam, priorem verò impropriam, & non rigoroſam, quia illa eſt, de qua in Tribunalibus ſæcularibus agitur, & controvertitur, quando admittenda ſit, vel non, non verò de priori. Favent huic loquendi modo Paz. *Tom.* 2 *part*. 5. *cap. unico num*. 1. *&* 2. Rodriguez *Tom.* 2. *queſtionum reg quæſt*. 29. *art*. 2. Joſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali Tract*. 5. *cap*. 9. §. 3. *& cap* 11. §. 4. Suarez *Tom*. 4. *de Relig. lib*. 2. *cap*. 11. *num*. 14.

3 Appellatio in primo ſenſu non eſt aliud, quàm ſimplex querela, & ſupplicatio, quam facit Reus ad ſuum Prælatum Superiorem, petendo, ut examinet ſuam cauſam, & de illa judicet, mitigando ex toto, vel parte rigorem ſententiæ, quam Prælatus inferior contra eum tulit, aut timetur ferenda: effectus hujus appellationis dicitur devolutivus, & eſt ille, qui per modum ſimplicis querelæ & ſupplicationis cauſam devolvit à Judice inferiori ad ſuperiorem, abſq; eo tamen, quòd ſuſpendatur juriſdictio circa illam, aut executio ſententiæ latæ, dum Judex ſuperior illam non inhibet, & ſibi cauſam non adjudicat revidendam. Totum hoc conſtat ex Authoribus citatis, & ex Thoma Sanchez *num*. 110. *in fine*, Suarez *num*. 6.

4 Hujuſmodi appellationem, vel recurſum, quem plerumque Religioſi per litteras faciunt, Prælati inferiores licitè impedire non poſſunt, eſt enim (prout dictum eſt) de jure naturali. Sic Suarez *num*. 7. cum Authoribus citatis, & conformiter ad hoc diſponunt noſtræ leges *part*. 2. *cap*. 5. *num*. 2. *&* 3. quòd ſubditi liberè ſine licentia Prælatorum inferiorum ſuperioribus ſcribere poſſint, eorumque litteras recipere, imponendo pœnas graves illas aperientibus, aut malitioſè detinentibus. Et hujuſmodi recurſus, aut appellatio habet locum, etiamſi ſententia inferioris non excedat juſtitiæ limites, & ſit conformis his, quæ per leges Religionis ſtatuta ſunt, quando Prælatus ſuperior in pœna diſpenſare poteſt, aut illam mitigare, quando eſt ex magis rigidis ipſius legis, dummodò informatio, quam ſubditus dat, ſit vera & ſufficiens, & recurſus fiat ad Prælatum, qui in Religione habet ſuperioritatem, non autem ad illos, qui eam non habent, ſive ſint Prælati Eccleſiaſtici, ſicut Epiſcopi, ſive ſint Principes ſæculares; nam ad hos recurrere (qui ſolùm intercedere poſſunt) redundat in dedecus Religionis, cùm hoc modo publicentur illa delicta, quæ ſecreta erant, & eſſe debebant: idcircò, ut hoc malum evitetur, juſta de cauſa Prælati impediunt hunc recurſum, imò majori cum rigore cum talibus Reis procedere ſolent, quam alias proceſſiſſent, ſi ſe ſubmiſiſſent & humiliaſſent. Tota hæc doctrina eſt Patris Suarez ubi ſuprà *num*. 7. *&* 8. Ratio, quam aſſignat, eſt, quia ſubditus ex una parte habet jus quærendi remedium ſuis malis, & pœnis, etſi eas juſtè propter ſuas culpas patiatur. Aliud enim non facit, quàm implorare clementiam, & miſericordiam apud illum, qui eam exhibere poteſt, cum ſpe illam obtinendi, ac proinde hac in parte non infert Judici inferiori aliquod gravamen per hunc recurſum; non enim limitatur, aut ſuſpenditur in aliquo illius Juriſdictio.

Secunda Appellatio, quæ eſt propria & rigoroſa, & dicitur *juridica*, quia jus illam concedit Reis, qui patiuntur, aut pati timent injuſtitiam à Judicibus inferioribus, aliud non eſt, quam *provocatio ab inferiori ad Superiorem Iudicem, ratione illati, vel inferendi gravaminis, qua iniquitas ſententia corrigatur*, conſtat ex capite *omnis oppreſſus*, cap. *ſi quis* cap. *placuit* 2. *quæſt*. 6. Hæc appellatio præter effectum devolutivuum habet alium, 5

qui

qui dicitur ſuſpenſivus, & ſic illâ mediante ſuſpenditur Juriſdictio illius Judicis, à quo appellatur, & etiam ſententia jam lata; ita quidem, ut ſi quoad aliquid in cauſâ proceſſerit, totum ſit irritum & nullum, textus *in l. ex illa, & l. minime, C. de appellation.* & cap. *an ſit de appellation.* cap. *bonæ memoriæ, de confirm. utili, vel mut.* hinc in nullo ſpectante ad cauſam Prælatus inferior Reum ſub aliquo præcepto obligare poteſt. Eſt doctrina Sylveſtri verb. *appellatio 2.* Suarez ubi *ſuprà num. 6. in fine.* Noſtri P. Lezanæ *Tom. 1. quæſt. Regul. cap. 9.* & aliorum nullo contradicente. Sed advertendum eſt, quod quando Judex inferior pronuntiavit ſententiam excommunicationis abſolutæ, vel alterius cenſuræ, non ſuſpendatur effectus per ſequentem appellationem, ſed ſolùm Juriſdictio ulterius procedendi. Hinc quamdiu Judex ſuperior Reum ab excommunicatione non abſolvit, manet illa ligatus, id ipſum eſt dicendum de ſententia Interdicti, ſuſpenſionis ab Officio, vel introitu ad Eccleſiam, ſicut conſtat ex cap. *Paſtoralis*, §. verum, *de appellat.* & cap. *Is cui*, §. fin. *de ſentent. commun. in 6.* his verbis: *Sanè ſicut excommunicatio, ſic ab officio, vel ab ingreſſu Eccleſiæ lata ſuſpenſio, aut ipſius effectus per appellationem ſequentem minimè ſuſpenduntur.* Itaque quando ſententia, quæ contra aliquem fertur, eſt privationis, vel ſuſpenſionis ab officio, vel dignitate, v. g. Prælati, Concionatoris, vel Confeſſarii, quæ omnia ſunt munera Eccleſiaſtica, effectus talis ſententiæ per appellationem non ſuſpenditur, & per conſequens Reus talia officia exercere non poteſt, etiamſi appellaverit, donec per Prælatum aut Judicem Superiorem ad ſtatum priſtinum reſtitutus ſit. Ita Sylveſter *ubi ſuprà*, & verb. *excommunicatio*, §. 1. Suarez de *cenſuris diſp. 3. ſect. 6. num. 5. & Tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 11. num. 6.* Joſeph à S. Maria in *ſuo Tribunali Religioſorum Tract. 5. cap. 9. §. 6.*

Hæc tamen doctrina intelligenda eſt de ſententiis, & pœnis abſolutis, ſi enim eſſent conditionales, quævis cenſura, privatio, vel ſuſpenſio ab officio per appellationem ſuſpenditur, ſi legitima ſit, & fiat ante adimpletam conditionem, & intra terminum appellationis. Sic Sylveſter verb. *Excommunicatio §. ultimo.* Navarrus ubi *ſuprà*, Suarez *loco citato de cenſuris n. 5. & 6.* & idipſum de quocunque præcepto Superioris circa res exorbitantes dicendum eſt, verbi gratia, ſi Judex Eccleſiaſticus præciperet Petro, quòd ſolveret Ioanni tot ducatos intra tot dies ſub pœna Excommunicationis, vel ſi aliquis Provincialis mandaret Priori, quòd faceret hoc vel illud ſub pœna ſuſpenſionis ab Officio, vel Excommunicationis, ſi habeat juſtam cauſam appellandi, & appellet ad Prælatum ſuperiorem, non peccaret non obediendo, & per conſequens non maneret excommunicatus: Ita Sylveſter & Suarez ubi ſuprà cum aliis.

Apud Tribunalia Eccleſiaſtica & Regularia appellatio fieri debet intra decem dies à notificatione ſententiæ, *text. in c.* quod ad conſultationem, *de re iudicata* & in cap. *ſignificaverunt*, de teſtibus, & in aliis multis. Dixi, apud Tribunalia Eccleſiaſtica, quia apud ſæcularia non conceduntur, niſi quinque dies, de termino *l. 1 tit. 18. lib. 4. Recopilat.* Quòd ſi Reus intra dictum terminum non appellet, appellatio, quam eo termino tranſacto faciet, pro nulla habenda eſt, ſed poteſt Iudex ulterius progredi in executione ſententiæ, etiamſi iniuſta ſit, nam eo ipſo quòd ſinat præterire terminum, præſumitur ſuæ appellationi renuntiare, quemadmodum notatur in cap. *Paſtoralis* de offic delegat. & in *l. quamdiu in fine* ff. de acquirenda hæreditate & tenent Sylveſter verbo *appellatio §. 5.* Ioſeph à S. Maria in ſuo *Tribunali tract. 5. cap 9. §. 7.* Martinus à S. Ioſeph in ſua *Epitome cap. 18. num. 6.* niſi ſubſit iuſta aliqua cauſa, ob quam Reus intra terminum appellationis reponendus ſit, ſicut v. g. eſt defectus ætatis, vel alia ſimilis iuxta titulum *ff. de minor. viginti quinque annis per totum.* Verum eſt, quòd ſi ſententia fuerit iniuſta, non propterea quòd Reus non appellet, Iudex illam exequendo non peccabit graviter: licet in foro exteriori non puniatur, ſicut puniretur, ſi Reus intra terminum à Iure conceſſum appellaret. 7

Sed diſquirendum reſolvendumque hic eſt, 8 an quando ſententia vel mandatū Iudicis eſt conditionale, ſicut cōtingit in caſibus paulò ante

anterecenſitis, & Reo, ſive ſubdito aſſignetur terminus viginti dierum, ut impleat id, quod ipſi ſub pœna Excommunicationis, vel privationis officii impoſitum eſt, ſubditus verò appellat tranſactis decem diebus, quos ius ad appellandum concedit, priuſquam tamen ſint elapſi viginti illi dies, qui ſunt aſſignati per mandatum Judicis ad incurrendam pœnam, ſit admittenda appellatio, vel rejicienda tanquam facta extra tempus? Panormitanus in *cap.* præterea, *de appellat.* cum aliis ſentit, non eſſe admittendam, quia jus ſine ulla limitatione aſſignat pro termino competenti cuiuſvis appellationis decem dies, ergò ſi iſti elapſi ſint, admittenda non eſt, tanquam extra tempus facta.

Hanc opinionem reputat P. Suarez *loco citato de Cenſuris num:* 3: ſecuriorem, & magis convenientem pro tollendis litibus. *Numero* tamen 4. inquit, in foro conſcientiæ ſatis tutam eſſe contrariam, & Iudices etiam in foro exteriori ſecurè ſe illi conformare poſſe: quia quàmdiu non completur terminus à lege & Judice præfixus, ſemper appellatio eſt legitima, & conſequenter ſuſpendit cenſuram, & aliam quamcunque pœnam conditionalem. Huius mentis ſunt Gloſſa in *d. cap. præterea*; Covar. & Navar. citati à Suarez, & dubio procul illam Tribunalia Eccleſiaſtica ſequi debent, utpote magis piam, & rectæ rationi conſentaneam; quia ſententia, vel mandatum conditionale, quàmdiu non impletur conditio, non eſt ſententia, vel mandatum *ſimpliciter*, ſed *ſecundum quid: quia conditionalis nihil ponit in eſſe*, donec compleatur conditio: ergò toto tempore antecedenti poteſt appellari à ſententia, cum totaliter conditionalis ſit. Nec contra hoc aliquid Jus determinat, quia ſecundum quod advertunt Doctores citati, quando pro appellationibus aſſignat terminum decem dierum, intelligendum eſt reſpectu ſententiarum, quæ *abſolutè & ſimpliciter* ſunt tales, non verò de illis, quæ ſunt ſolùm tales ſecundum quid.

9 Mortaliter peccat Reus, qui appellat à ſententia quando certus eſt, illam eſſe juſtam; quia infert gravamen Judici, qui illam pronuntiavit, calumniando illum in re gravi, & ſine juſtâ cauſa prætendendo illius Juriſdictionem impedire. Et ſecundum hoc dixit S. Bernardus *lib.* 3. *de conſideratione* ad Eugenium: *Qui non gravatus appellat, manifeſtè liquet, quòd aut gravare intendit, aut tempus redimere.* Ita D. Thomas 22. *q.* 69. *art.* 3. & eſt communis. Sicut etiam graviter peccaret Judex non admittendo appellationem à ſententia, ſi videret liquidò, illam eſſe juſtam, manifeſtum enim inferret gravamen Reo, & ſuperiori Iudici, ad quem appellatur. Ita Navar. in *Summa cap.* 25. *num.* 3. Alderete *lib.* 3. *cap.* 28. Portel. *in dub. Reg.* verbo *appellare*, *nu.* 1.

Advertendum tamen eſt, quod ad hoc, ut
Reus licitè appellare poſſit, ſufficiat, eum ha- 10
bere rationes probabiles de injuſtitia ſibi illata Judicis præſenti, vel futura: Sic Suarez ubi ſupra de Cenſuris num. 2. Idem eſt, quando dubitat de juſtitia ſententiæ; quia in his caſibus habet Ius utendi mediis poſſibilibus pro ſui defenſione, & quemadmodum notat Sanchez *lib.* 6. in Decalogum *c.* 8. *num.* 110. *Attento iure communi, non ſolum conceditur appellatio, quando gravamen eſt certum, ſed etiam quando eſt dubium, & ſolum denegatur, quando apertè conſtat nullum eſſe gravamen,* ut conſtat ex *cap. cum ſpeciali §.* porrò *de appellat.* & ibi tradunt Doctores ex Silveſtro *verb.* appellatio *quaſt.* 12. *num.* 13. Hoc tamen non habet locum in Tribunalibus Regularium, ſicut advertit idemmet Sanchez, quia in iſtis non admittitur appellatio, niſi in caſu manifeſtæ iniuſtitiæ: idem ſentit & docet noſter Gabriel à S. Vincentio de Cenſ. Eccleſiaſticis *diſp.* 1. *quaſt.* 20. *num.* 22. his verbis: *Non privilegiati poſſunt appellare etiam quandò gravamen eſt dubium, at Regulares ſolum, quandò eſt certum; &c.* probat hoc diffuſè Suarez *Tom.* 4. *de Religione num.* 9. & 10. cum pluribus ex *cap.* Ad noſtra, *de appellat.* ubi inquit: *quod non obſtante appellatione Religioſi, Prælatus ſecundum Regulam & Conſtitutionem Ordinis eum corrigat, & caſtiget.* & idem ſine limitatione determinatur in *cap.* reprehenſibilis, *eodem tit.* ubi Pontifex ait: *Statuimus ne ſubjecti contra diſciplinam Eccleſiaſticam in vocem appellationis erumpant*, & in fine ſubjungit: *Præcipuè verò hoc in Religioſis volumus obſervari, ne Religioſi, cùm pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem Prælati ſui, & Capituli diſciplinam appellare præſu-*

præſumant, ſed humiliter ac devotè ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua fuerit eis iniunctum : unde infert Suarez, *ergo nulla limitatio, vel exceptio addenda eſt; niſi quam ratio naturalis neceſſariò poſtulat, quòd ſolùm habet locum in manifeſta iniuria.* Idem docet *Tomo de Cenſuris diſp.* 3. *ſect.* 6. *num.* 12. *in fine.*

11 Unde infertur, quòd licet Iudices regulares attento jure communi non teneantur admittere ſuorum Religioſorum appellationes, niſi in caſu manifeſti gravaminis, cæteri tamen Iudices illam debeant admittere, quam eorum ſubditi faciũt cum ratione probabili, vel in caſu dubio.

12 P. Villalobos *Tom.* 2. *Summa tract.* 16. *definit.* 8. ſequens Ledeſmam 2. *part. Summa tract.* 8. *cap.* 24. *poſt octavam concluſionem, definit.* 1. Bannez 22. *quæſt.* 64. *art.* 3. inquit, non poſſe Reum licitè appellare à ſententia, quam dedit Iudex ſequens opinionem æquè, vel magis probabilem, talis enim ſententia eſt iuſta, poſſe tamen appellare; quando dedit ſententiam ſequens opinionem minus probabilem. Verùm ego cum noſtro Philippo à SS. Trinitate, *loco ſæpius cit. diſp.* 8. *quæſt.* 69. exiſtimo tàm in cauſis criminalibus, quàm civilibus licitè appellari poſſe, quando opinio probabilis eſt, quia ſicut quãdo iuſtitia conſiſtit *in puncto iuris*, poſſunt Iudices ferre ſententiam ſecundum opinionem probabilem relinquendo probabiliorem, quemadmodum docent Ludovicus Torres 22. *Tom.* 2. *diſp.* 51 *dub.* 1. *num.* 4. Diana 2. *parte tract.* 5. *Miſcell. reſolut.* 204. cum aliis, ita Rei etiam in appellatione poterunt allegare cauſam probabiliter iuſtam, quia cuiquè licet ſe defendere ſequendo probabilem opinionem, prout Authores docent.

13 Cùm igitur certum ſit ex dictis, à Iure communi Religioſis non concedi appellationem, niſi in caſibus manifeſtæ injuriæ, appellans debet in appellatione ponere cauſam illius, ad hoc, ut Iudex à quo appellat, videat, an iuſta ſit, vel non, conſulendo perſonas graves, & doctas; quòd ſi invenerit, cauſam non eſſe iuſtam, ſed inſufficientem, & frivolam, non debet illam curare, ſed ulterius procedere ad executionem, etiamſi Reus ab appellatione reſiſtat. Ita Alderete *lib.* 2. *c.* 29. *num.* 28. Sanchez *ubi ſuprà* cum pluribus, quos citat, rationem dat Sanchez, quia illis, quibus Ius abſolutè denegat appellationem, ſolumquè concedit in aliquo caſu particulari, ſicut concedit Religioſis, ſi Reus in appellatione non facit aliud, quàm præcisè appellare à ſententia, eo quòd iniuſta ſit, nec aliquam aliam eius aſſerat rationem, non tenetur Iudex inferior credere, ius enim ſtat pro ipſo, ac proinde poteſt præſumere talem appellationem eſſe iniuſtam, & contra Jus, & ita illam non curando ulteriùs procedere. Quòd autem ad Judicem, à quo appellatur, ſpectet judicare de cauſa appellationis, an iuſta ſit, vel non dicunt Gloſſa in *cap.* ut debitus honor *verb.* abſquè rationabili cauſa de *appellat.* Decius in *cap. de priore num.* 3. *de appellat.* Verum eſt, quòd probationes cauſæ, quæ allegãtur, fieri debeant coram Judice, ad quem appellatur, quemadmodum dictum eſt, cùm ageremus de Recuſatione, *cap.* 21. §. 1. *num.* 12. quantum ad hoc enim appellatio, & recuſatio conveniunt.

A ſententia, quam dedit Iudex arbiter (qui eſt ille, quem liberè partes elegerunt) non 14
poteſt appellari ſub pœna inconſtantiæ, quæ arguit calumniam adverſus Iudicem, quem quis ſua ſponte elegit. ita Soto *lib.* 5. *de iuſt. q.* 6. *art.* 3. *ad* 2. & conſtat ex Concilio Milevitano *cap.* a iudicibus 2. *quæſt.* 6. & explicat S. Thomas 22. *quæſt.* 69. *art.* 3. *ad* 2. quem ſequuntur Miranda in *ordine iudic. quæſt.* 30. *art.* 5. Portel in *dub. Reg.* verb. *appellare* num 4. & alii.

Omnia hactenus dicta conſonant illis, 15
quæ circa appellationem tàm Religioſorum, quàm cæterarum perſonarum Eccleſiaſticarum à Iure communi determinata ſunt. Nunc reſtat videndum, quid poſſit, ac debeat fieri inter Religioſos attentis particularibus privilegiis, quibus quaſi omnes Religiones gaudent hac in parte, per quæ Religioſis appellatio interdicitur. Pro cuius intelligentia neceſſum eſt hic referre magis recentia & præcipua & eorum robur ac vim, quam nunc habent, exponere.

Bonifacius VIII. prout refert Sorbo, *verb.* 16
appellat. *num.* 1. per ſpeciale privilegium Ordini S. Franciſci conceſſum, determinat: *Non licere fratribus Franciſcanis à correctionibus Prælatorũ eiuſdẽ Ordinis aliquatenus appellare.*

Digitized by Google

Idem Author *verbo* Generalis *num. 11. & 12.* refert aliud privilegium conceſſum per Sixtum IV. noſtro Ordini & S. Auguſtini: *Vt Generalis eorum poſſit ſuum munus obire rejecta quavis appellatione ab eius præceptis monitionibus, ordinationibus, mandatis ac decretis.*

Item idem Sorbo refert aliud privilegium *verb* appellare, *num.* 3. quod eſt Julii II. in quo prohibet, *ſub pœna Excommunicationis Fratribus ac ſororibus Prædicatorum appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum prædicti Ordinis.*

Et eidem Ordini Prædicatorum conceſſit Leo IX. per Bullam, quæ incipit, *Sacra Religionis*, datam Romæ 27. Aprilis anno 13. ſui Pontificatus, quam refert Confeccius de privil. *pag.* 12. & habetur authenticata *in mari magno Ordinis Prædicatorum*, fol. 92. pag. 1. & fol. 93. pag. 2. in fine: *Vt nullus ex Fratribus, aut Sororibus prædictis aliquam, aut aliquem ex Fratribus, aut Sororibus hujuſmodi, coram quocunque Iudice, qui non ſit de Ordine noſtro, ex quacunque cauſa convenire, ſeu facere conveniri, nec à correctione quacunque, ſeu aliàs ab aliquo Prælato, ſeu Fratre dicti Ordinis quavis occaſione appellare, aut contra eos quarelam proponere, niſi prius coram Provinciali ſeu Conventuali Priori, ſeu prædicto Magiſtro, & ſucceſſivè in Generali capitulo dicti Ordinis cauſam & quarelam propoſuerit verbo vel ſcripto*, &c. & in eodem folio circa finem inquit idem Pontifex: *Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.*

17 Hoc privilegium, & decretum explicavit, & ampliavit Sacra Congregatio Regularium juſſu Sanctiſsimi his verbis, prout refertur in eiſdem Conſtitutionibus Ordinis S. Dominici fol. 80. pag. 1. *Quoniam nonnulli vagandi ſtudio, ſive dum imminentes commiſſorum criminum pœnas ex ſuis Conſtitutionibus, aut alias debitas ſibi metuunt, falſa & commentitia gravamina cauſati non immediatè ad ſui Ordinis Superiores ſcilicet à gravamine Prioris ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, & à Generali ad Protectorem, prout cujuſque Religionis Conſtitutionibus diſponitur, ſed ad hanc Romanam Curiam abſque licentia ſugiunt potius quàm recurrunt, ex quo Ordinum diſciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipſi in dies audaciores evadunt, placuit Sacræ Congregationi ex Ordine Sanctiſsimi ſtatuere, ut ſi quis Regularium impoſterum temerè levique ex cauſa hanc Almam urbem, ſeu Curiam abſque ſui Superioris licentia & ſupradicta forma prætermiſſa adire præſumpſerit, ad ſuos eoſdem Superiores ſeveriori pœna plectendus remittatur.*

Præterea Leo X. faciens mentionem *de verbo ad verbum* dicti privilegii, & Brevis Bonifacii VIII. confirmat denuò totum contentum in Bulla, quæ incipit, *Romani Pontificis, in quo divina diſpoſitione* &c. data Romæ 29. Aprilis anno 1518. & 6. ſui Pontificatus. Mandantque *ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrenda*, ut dicti Religioſi ita obſervent, & cæteri Judices Eccleſiaſtici, ad quos contra præfatum ordinem fuerit appellatum. Hoc privilegium & Decretum obtinuit Cardinalis Cajetanus, cùm eſſet Generalis Ordinis S. Dominici, & ita refert Ioannes Baptiſta Confeccius de privilegiis *Bulla* 10. *huius Pontificis pag.* 120. & Mare magnum Ordinis S. Dominici *fol* 282. *pag.* 1. 18

Paulus III. Conceſſit Societati Ieſu, *ut non liceat à Correctione Regulæ ſecundum Ordinationes eius facta appellare, nec poſſe ullum Iudicem dictam appellationem admittere*, ut habetur in *Compendio Societatis*, §. 2. verb. *appellat* & ibidem per aliud privilegium Canonicis S. Salvatoris conceſſum dicunt: *Nullos e Societate poſſe appellare ad quemcunque, etiam Pontificem, niſi de ſpeciali eius licentia ab inſtitutis, Ordinationibus, correctionibus, & mandatis Congregationis Generalis, aut Præpoſiti Generalis, aut aliorum Superiorum, & appellationes & inde ſecutæ forè irrita.* Item ibi refertur ex quodam privilegio conceſſo Ordini Ciſtercienſi, non eſſe licitam appellationem in Societate *à reformationibus, ſeu correctionibus Præpoſiti Generalis, aut Viſitatorum, quos ipſa deputaverit, niſi ad Generalem Congregationem, & in caſu denegatæ Iuſtitiæ, aut pro notoria injuria.* Et hoc quidem ſub pœna Excommunicationis majoris, Summo Pontifici reſervata. 19

Ita etiam refert Sorbus verbo *Appellare* in annotationibus, §. 1. *Congregationem Cardinalium edidiſſe decretum anno* 1587. *Vt appel-* 20

latio

latio hoc ordine interponatur à Guardiano ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem.

21 Habet etiam noſtra Religio Carmelitarum Diſcalceatorum idem privilegium, Conceſſum à Sixto V. & Clemente VIII. Pio V. Gregorio XIII. ut refert noſter Thomas à Ieſu de *Viſit. Reg. Tract.* 3 *cap.* 17. *num* 4. & habetur in *noſtro Compendio* Bulla 3. Sixti V. *fol.* 152. *num.* 6. ubi poſtquam amplam procedendi conceſſiſſet facultatem *ſine ſtrepitu & figura Iudicii*, & applicandi pœnas, quas delicta merentur, adjungit: *Decernentes ab ipſius Prioris, Provincialis pro tempore exiſtentis ſententiis contra ſic confeſſos ſeu convictos ferendis nullatenus appellari, & recurſum ad quoſvis alios haberi poſſe.*

22 Omnia iſta Privilegia, cum pluribus aliis diverſarum Religionum, quæ citat noſter Auguſtinus à Virgine Maria, in ſuo opere inſcripto, *Privilegia Relig. omnium mendicantium & non Mendicantium* &c. Lugduni ann. 1661. edito, verbo, *Appellatio* & verb. *correctio Fratrum*, denuo à SS. D. N. Urbano VIII. confirmata ſunt per Bullam datam Romæ *apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ* 1625. *tertio idus Maii Pontificatus ſui anno ſecundo.*

Hanc Bullam Sua Sanctitas dedit ad inſtantiam R. P. Magiſtri Dominici de Molina Ordinis Prædicatorum, qui in Romana Curia agebat officium Procuratoris Generalis omnium Religionum Mendicantium & non mendicantium.

Et licet nonnullis viſum fuerit, parum eſſe id, aut prorſus nullum, quod per hanc Bullam conceſſum fuit propter verba à Pontifice addita: *Dummodo tamen privilegia hujuſmodi ſint in uſu, nec hactenus revocata*, non tamen habent rationem.

Primò quia in hac Bulla fit expreſſa mentio quaſi omnium privilegiorum, quæ relata ſunt.

Secundò, quia de nullo conſtat fuiſſe per aliquem Pontificem revocatum, nec conſtat illa non eſſe valida *per non uſum, vel per uſum contrarium.* Quia ad hoc, ut privilegium fit invalidum, vel ceſſet per non uſum, aut per uſum contrarium, requiritur primò, quòd non uſus, vel uſus contrarius *fiat per actum illius, qui poteſt privilegio explicitè renuntiare*, quia talis introductio eſt tacita renuntiatio, & ille, qui non poteſt explicitè renuntiare privilegio, multò minus poterit renuntiare tacitè aut implicitè, ut docent Panormitanus in *cap.* cùm acceſſiſſent. *de conſtitut. nu.* 8. Suar. *lib.* 8. *de legibus cap.* 35. *num.* 8. Salas *de legib. diſp.* 17 *ſect.* 13. *nu.* 66. & alii, quos citat & ſequitur Bonacina *de leg. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *puncto* 8. §. 6. *num.* 6. unde infert F. Ioannes de la Cruz *de priv. lib.* 2. *cap.* 3. *de ceſſat. privilegii dub.* 2. *concluſ.* 5. quòd neque ſubditi, nec Priores, nec Provinciales per actus contrarios, quos faciunt contra privilegium, illi renuntiare poſſint, nec introducere conſuetudinem legitimè contra illud præſcribentem, ſed ſolùm Capitulum Generale.

Secundò requiritur ad hoc ut ceſſet privilegium *per non uſum, vel per uſum contrarium*, tempus ſufficiens, quod debet eſſe ſexaginta annorum ſecundum privilegium conceſſum per Eugenium Quartum Congregationi S. Juſtinæ Ordinis S. Benedicti in Hiſpania; & ſecundum aliud, quod conceſsit idem Summus Pontifex cuidam Conventui S. Pauli *extra Verbem* Romæ, & extenſum fuit per totum Ordinem S. Benedicti in Hiſpania, debet eſſe tempus centum annorum, quamvis Pontifex in priori Bulla determinet, quòd in memorata Congregatione per nullum actum contrarium adverſus illius privilegia præſcribitur. Has Bullas authenticas refert Emmanuel Rodriguez in *Bullario, pag.* 177. *nu.* 3. *& pag* 178. *num.* 18. *& pag.* 202. *num.* 14. Videatur idem Author *tom.* 1. *quæſt. Regul. q.* 55. *art.* 6. *& tom.* 3. *quæſt.* 35. *art.* 2. Portel. in *dub. regul. verb.* præſcribere *num.* 2. F. Ioannes à Cruce *ubi ſuprà concluſ.* 2. ex quibus omnibus manifeſtè colligitur, omnia præfata privilegia in ſuo robore remanere, eſſeque confirmata denuò ab Urbano VIII. in Bulla citata.

Ne autem hac in parte ſuperſit veſtigium 23 alicuius dubii, notandum eſt, quòd Sanctiſſimus Dominus noſter Urbanus VIII. aliam Bullam expediverit pro Religione S. Benedicti in Hiſpania ſub dato Romæ menſe Iulio, anno 1624. quæ incipit, *in Beati Petri Sede*, in qua præcipit, ut obſervetur dicta forma ap-

Digitized by Google

pellationis *gradatim* in illis caſibus, in quibus præfatis Religioſis dicti Ordinis eſt licitum appellare, & ſcribens ad Suum Nuntium exiſtentem in Regnis Hiſpaniæ, ordinat, & mandat, ne admittat ſimiles recurſus appellationis, ſed eos remittat ad Superiores Ordinarios dicti Ordinis, & privando authoritate, præcipit, ne ullus judex, aut commiſſarius, etiam Auditor cauſarum ſacri palatii, nec Cardinalis, etiam Legatus à latere ſimiles appellationes admittat. Et quia hæc Bulla non paſſim reperitur, ſicut cætera privilegia, quæ referunt Authores agentes de hoc puncto, opportunum viſum fuit ex illa hic inſerere illa, quæ ad noſtrum intentum faciunt, omittendo cætera, quæ aliò ſpectant: *Inſuper quòd perpetuis etiam futuris temporibus, nulli omninò perſonæ ipſius Congregationis liceat ab Ordinationibus, correctionibus, reformationibus, privationibus, diſpoſitionibus, aliiſve pœnis, & ſententiis ſuorum Abbatum, Definitorum, Commiſſariorum, aliorumque Superiorum, ſeu etiam Generalis, & Capituli Generalis Congregationis huiuſmodi, non modò ad Iudices ac alias perſonas in eodem motu proprio dicti Clementis Prædeceſſoris, ut præfertur, declaratos, & declaratas, ſed nec ad noſtrum & eiuſdem Sedis Nuntios in eiſdem regnis pro tempore commorantes appellare, aut aliàs quomodocunque, & quandocunque recurſum habere, ſed ab eorum ſuperioribus Ordinariis ad Generalem, & ab illo ad Capitulum intermedium nuncupatum, ac ab eodem Capitulo intermedio ad Capitulum Generale dictæ Congregationis, coram quibus de eorum Iuribus expetere, & à Capitulo prædicto Generali pro notoria, ac manifeſta injuria, ac in eventu denegatæ juſtitiæ ad nos, & Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes immediatè tantùm recurrere teneantur, & reſpectivè valeant, perpetua quoque authoritate & tenore præmiſſis, ſtatuimus & ordinamus, eiuſdemque Congregationis modernis, & pro tempore exiſtentibus Generali ac aliis Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Prioriſſis, Monachis, Monialibus, ac univerſis & ſingulis utriuſque ſexus ipſius Congregationis Regularibus perſonis, motu, voluntate, ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine ſimilibus interdicimus, & etiam prohibemus, ac in virtute Sanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, & jubemus, ne ipſi vel aliquis, aut aliqua eiuſdem Congregationis perſona, quacunque præeminentia, Superioritate & authoritate fungens, de cætero nullo unquam tempore ad quaſcunque perſonas ſæculares, & Eccleſiaſticas, extra dictam Congregationem, etiam Reges, Duces, & alios Principes ſæculares, nec non quoſcunque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, etiam eiuſdem Sedis Nuntios in eiſdem Regnis pro tempore commorantes, vel Archiepiſcopos, Epiſcopos, aut alios quoſcunque quacunque dignitate, & præeminentia fulgentes, vel authoritate fungentes, Prælatos Eccleſiaſticos, ſcribere culpas Religioſorum, & pœnas; quibus plectuntur, tàm per litteras & memorialia, quàm oretenus per ſe, vel per aliam interpoſitam perſonam, directè vel indirectè, tacitè vel expreſſe, quovis quæſito colore, vel ingenio ſignificare & notas facere de eorum Prælatis aut de omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus, eiuſdem Congregationis Regularibus perſonis ſuprà nominatis, penes prædictas perſonas conqueri, aut coram illis aliqua ipſorum Prælatorum, & dictarum perſonarum crimina obiicere, ab eiſque, ſeu aliquo ipſorum, perſonam, ſeu perſonas, ut Capitulo Generali aſſiſtant, petere audeant, ſeu præſumant, ſub pœnis contra delinquentes in eodem motu proprio Clementis Prædeceſſoris huiuſmodi inflictis & comminatis irremiſſibiliter incurrendis, quas in aliquo præmiſſorum contravenientes omnes, & ſingulos authoritate & tenore paribus etiam infligimus & promulgamus, illaſque juxta eiuſdem Clementis prædeceſſoris voluntatem in eos exequi debere volumus, & ordinamus mandantes propterea expreſſe, ac in virtute eiuſdem Sanctæ obedientiæ injungentes dilecto filio moderno noſtro, & etiam pro tempore exiſtenti Nuntio in eiſdem Regnis commoranti, ac univerſis, & ſingulis, nec non quibuſcunque venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis aliis Eccleſiarũ Prælatis, ut præfertur, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, aliis quoque perſonis Eccleſiaſticis, ut pro dictæ Congregationis quiete, illius Religioſos quoſcunque ad eos, aut eorum aliquos forſan recurrentes, contra præmiſſa delinquentes, eorum Superioribus puniendos fideliter remittant, & relinquant, nec ipſis delinquentibus aliquo modo contra præſentium litterarum noſtrarum tenorem faveant, aut delinquendi anſam præbeant.*

Hic verò advertendum eſt, quòd ex Religionibus, quæ participant privilegia omnium cæterarum, tàm mendicantium, quàm

non mendicantium, ſit etiam noſtra Carmelitarum Diſcalceatorum, ac proinde gaudet etiam prædictis, & cæteris aliis, quemadmodum conſtat ex Bulla 2. Clementis VIII. data Romæ 13. Iunii anno 1622. & reperitur authenticata in *Compendio noſtrorum privilegiorum fol.* 183. ubi declarat, qua ratione noſtra Religio participet privilegia, gratias, & favores conceſſos noſtris Patribus de obſervantia, & quia ipſi gaudent per ſpecialem Bullam Clementis VII. quæ incipit. *Ex clementia Sedis Apoſtolicæ* edita 12. Auguſti anno 1530. relata & authorizata per Emmanuelem Rodriguez in *Bullario impreſſo Salmanticæ Anno* 1605. *pag.* 784. & Ioannem Baptiſtam Confeccium *pag.* 144. omnibus privilegiis, gratiis & favoribus *quomodolibet conceſſis, & concedendis, quibuſvis Religionibus, & Congregationibus, ac ſi eis conceſſa fuiſſent: imò ad majorem amplitudinem de novo omnia illis concedit*; ſequitur manifeſtè, nos etiam illis omnibus gaudere.

Et pro majori hujus veritatis confirmatione proſequendo Pontifex in favoribus noſtræ Reformationis adjungit: *Nec non prædicta & omnia* (id eſt privilegia, indulta, immunitates, exemptiones, Indulgentiæ, gratiæ) *atque alia quæcumque dicti* (id eſt Ordinis noſtrorum Patrum de Obſervantia) *& aliorum Ordinum, etiam mendicantium, Fratribus, perſonis, & bonis, confraternitatibus, & aliis piis locis, vel alias quomodolibet prædictis Ordinibus, domibus, & eorum bonis conceſſa & concedenda (dummodò Sacro Sancto Concilio Tridentino, Regulæ primitivæ, & eorum Conſtitutionibus non adverſentur) prædictis Fratribus Diſcalceatis Ordinis Beatæ* MARIÆ *Virginis de Monte* CARMELO, *domibus, & eorum bonis eodem omninò ſimilique modo competere verè, & propriè, ac ſi eiſdem ſpecialiter conceſſa eſſent præſentibus pro expreſſis, ac ſi de verba ad verbum insererentur haberi volentes, decernimus & ſtatuimus, & ſi opus eſt, eadem nunc concedimus & impertimur.*

25 Hoc ſuppoſito eſt difficultas, quomodò, & quando Religioſis appellatio Juridica ſit licita, & quinam ſint illi Judices, ad quos poſſint, & debeant appellare, attento robore & valore privilegiorum, quæ nunc recenſita ſunt.

Circa primum aliqui opinantur, quòd toties quoties ſubditus injuſtè per ſententiam gravatus eſt, vel gravari timet, poſſit licitè ad ſuum Superiorem Judicem appellare, quia juſta defenſio eſt de jure naturali, ac proinde per nullum jus poſitivum impediri poteſt, cum igitur Reus per appellationem aliud non prætendat, quam ſe defendere à gravamine, quod patitur, vel pati timet ſequitur, quòd per nullum Jus poſitivum poſſit impediri. Ita Decius, & Panormitanus in *cap.* ad noſtrum, *de appellat* & in *cap.* licet *de Officio Ordinarii.* Favent huic ſententiæ Sanchez *lib.* 6. *in Decalogum cap.* 8. *num.* 110. cum aliis: licet poſtea illam limitet, & concedat: aliquid amplius.

Hæc ſententia cum illa generalitate & univerſalitate, qua illam tenent hi Authores, 16 admittenda non eſt, quia ſecundum illam, prout advertit. P. Suarez *num.* 4. cum aliis, Pontifices per ſua Decreta & privilegia nihil particulare concederent Religionibus, quando per illa ſubditis prohibent appellationem; nam ſi ſententia eſt juſta, nec ſæcularibus eſt licitum appellare, ſi verò ſit injuſta, ſecundum hanc opinionem eſt licitum omnibus, ergò Summi Pontifices in ſuis Decretis & privilegiis nihil novi concedunt Religionibus, quod tamen abſque ſufficienti fundamento præſumendum non eſt.

Alii aſſerunt, illud quod Pontifices in 17 Præfatis decretis & privilegiis prohibent, eſſe appellare ad Tribunalia extranea. Hic tamen dicendi modus parum ſatisfacit Patri Suarez, quia eo ipſo, quòd Religiones ſint exemptæ, earum Profeſſores ad alium Judicem, quàm Summum Pontificem appellare non poſſunt, vel ad eum, qui ab eo delegatam habet Juriſdictionem, quia *ex natura rei* & jure communi nulla eſt illa appellatio, quæ fit ad Judicem non habentem Juriſdictionem ſupra Reum & Judicem, à quo appellatur.

Hinc etiam ſequitur illud ipſum inconveniens numeri præcedentis, quòd nimirum nihil ſpeciale conceſſiſſent Summi Pontifices Religionibus per recenſita privilegia, quod falſum eſt; videmus enim, quòd per aliqua privilegia denegetur Religioſis appellatio, etiamſi eſſet ad Summum Pontificem,

ergò,

Digitized by Google

ergò multò magis etiam interdicitur ad alios inferiores.

28 Pater Sanchez loco citato, poſtquam dixerat, non eſſe magnum inconveniens admittere, quod præfata privilegia nihil ſpeciale concedant, ſed ſint veluti expreſſio & explicatio Iuris communis, quemadmodum contingit in quibuſdam caſibus, & probat *lib. 2. de Matrim. diſp. 37. n. ultim.* ad ultimum, ſubdit: *Quamvis autem ſolutio hac plenè ſatisfacere videatur, at exiſtimo, aliquid amplius continere privilegia hac; nam attento jure communi non ſolùm conceditur appellatio, quando gravamen eſt certum, ſed etiam quando eſt dubium, & ſolùm denegatur, quando conſtat nullum eſſe gravamen, at privilegia Religionum, dum Religioſis appellare interdicunt, hoc amplius continere credo, nempe, ut ipſis appellare non permittatur, nec ea appellatio ſuſpendat Ius, quando exceſſus Prælatorum manifeſtus non fuerit, hoc enim pax, ſimplicitas, & obedientia Religioſorum poſtulat.* Sanchez ſequitur N. Thomas à Iesu, *tract. 3. de viſit. Reg, cap. 17. num. 6.*

29 Hæc opinio meo videri parum concedit, quia ſi attentè perpendatur, invenietur, quòd ſecundum ipſam nihil particulare concedatur per privilegia à Summis Pontificibus conceſſa Religionibus; quia ſicut probavimus *num. 10. & 11.* de jure communi Religioſis in caſu dubii interdicta eſt appellatio, & ſolùm illis conceditur, quando gravamen, & injuſtitia manifeſta eſt, & rationem, in quâ ſe fundat Ius, aſſignat P. Suarez num. 10. *Quia in dubio obediendum eſt Prælato, & Ius eius præferendum eſt,* & multò magis, quando hoc ordinatur ad majorem tranquillitatem & pacem ſtatus Religioſi, ergò non eſt veriſimile, quod per tot privilegia ſpecialia Summi Pontifices nihil particulare Religionibus conceſſerint, quemadmodum tenet ipſe Suarez, & multi alii, quos citabimus in ſequentibus Concluſionibus.

30 *Prima Concluſio.* In ſententiis, pœnitentiis, & mandatis Prælatorum, quando conformantur legibus, & ſtatutis Religionis, etiamſi rigidius procedant, non eſt Religioſis licitum appellare appellatione propria & juridica, etiam ad Prælatos Superiores intra Religionem. Ita Alderete *lib. 2. cap. 28. num. 8.* aſſerens hanc eſſe communem omnium Doctorum ſententiam.

Ratio eſt, quia ſi in præfatis caſibus admitteretur appellatio, magna ſequeretur inquietudo, & perturbatio, quæ quotidie creſceret, & inſurgeret in ſtatu Religioſo; eſſetque occaſio, quòd ſubditi perderent timorem reverentialem verſus ſuos Prælatos inferiores, fierentque magis temerarii & audaciores, Superioreſque perderent non modicum tempus in ſimilibus, deficiendo in cæteris majoris momenti. Tum etiam, quia daretur locus negotiationibus, & cavillationibus iniquis, quibus brevi tempore monaſtica periret diſciplina.

Dixi *appellatione propria*, quia per modum ſimplicis recurſus, & per litteras ſemper licet confugere ad Prælatum ſuperiorem intra Religionem, in caſu quo ſententia eſſet valde rigoroſa, licet non excederet juſtitiæ & æquitatis limites, prout *num. 3. & 4.* dictum eſt.

Secunda Concluſio. In ſententiis cauſarum, quæ non afferunt ſecum gravem infamiam, nec pœnas valde graves, etiamſi videatur apertè aliquis exceſſus (qui tamen rarò dabitur) appellatio Iuridica inter Religioſos locum non habet, non obſtante quòd fiat ad Prælatos Superiores intra Religionem: benè tamen ſimplex recurſus ad Superiorem per modum querelæ, hanc enim appellationem & defenſionem Ius naturale concedit omnibus, nec ulli prohiberi poteſt, ſicuti dictum fuit. 31

Quòd ſi illa non ſufficiat Religioſo ad tollendum gravamen, vel pœnam, quam patitur, debet illam offerre Domino Deo, & ſuſtinere cum patientia, ne in Religionibus detur aditus, & pateat janua multis inquietudinibus, & perturbationibus præfatis, ad quod tenetur tanquam illius membrum ex profeſſione, quam emiſit. Hæc doctrina eſt Patris Suarez *Tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 11. num. 12.* verba illius ſunt graviſſima, & hic relatu digniſſima: *Quòd ſi interdum interveniente etiam juſta cauſa, ille recurſus non ſufficiat minus malum eſt, quòd in raro caſu privata perſona incommodum aliquod patiatur, quàm ut relaxatio Religionis per uſum appellandi à correctione Regula introducatur. Eo vel maximè, quod ex hujuſmodi correctione non creatur infamia alicujus momenti, & licet aliqua excogitari poſſit, per humilem certè obedientiam non ſolùm recompenſatur,*

ſatur, ſed etiam ſuperatur. Aliunde etiam in huiuſmodi religionis pœnis non eſt tantus labor, aut dolor, quin ſine culpa poſſit facile ſuſtineri ab his, qui perfectionem profitentur: nam & ipſi poſſunt, & debent huiuſmodi pœnas inter alias pœnitentias, & auſteritates, quas voluntariè ſumunt, computare. Ergò eſt valde conſentaneum huiuſmodi ſtatui, ut vox talis appellationis in eo non audiatur. Hæc verba indicant, quanto in pretio vir hic Religioſiſſimus atq; doctiſſimus ſtatum Religioſum habuerit.

32 *Tertia Concluſio.* Valde probabile eſt, quòd in nulla ſententia Correctionis, quantumvis gravis ſit, & Religioſus videatur notabiliter gravatus atque etiam de facto ſit, habeat locum appellatio propria, & Iuridica, etiam intra Religionem, ſed ſolùm impropria, quæ eſt ſimplex quidam recurſus ad Iudicem ſuperiorem per modum querelæ, & ſupplicationis, per quam petitur defenſio contra gravamen, quod quis patitur, hæc enim ſufficiens eſt ad iuſtam Rei defenſionem, quæque de jure naturali eſt.

Hanc Concluſionem in ordine ad Religioſos mendicantes tenet Navarrus *conſ. 5. de appellat.* & in ordine ad illos Religioſos, quibus per ſuas Conſtitutiones denegatur, ſive interdicitur appellatio, ſicut in noſtra *4. parte, c. 6. num. 9.* illam tenet P. Magiſter Bannez *22. q. 69. art. 3.* & abſolutè in ordine ad omnes Alderete *lib. 2. cap. 28. à num. 11. uſque ad 16.* F. Ioſeph à S. MARIA in ſuo *Tribunali tract. 5. cap. 11 §. 4.* F. Martinus à S. JOSEPH in ſua *Epiteme cap 18. num. 9.* Et licet etiam tenere videatur Soto *lib. de iuſtitia quæſt. 6. ar. 3.* & aliqui ipſum pro illa citent, non tamen ita eſt, quia ipſe loquitur ſolùm de appellationibus extra Religionem, quemadmodum conſtat ex gravibus incommodis quæ refert ex eo ſequi, quòd cauſæ Religioſorum ad Tribunalia extranea devolvantur, de quo ſtatim tractabitur.

Hanc Concluſionem, inquit P. Suarez *n. 6. & 10.* eſſe veram, regulariter loquendo, quod ideò dixit, quia poteſt dari caſus, in quo Religioſo reo ſit licita appellatio Juridica, & eſſet tunc, cùm pateretur, aut pati timeret Iniuſtitiam apertam in re valde gravi, nec cum ſimplici recurſu per modum querelæ damno, quod imminet, obviari poſſet, ſicut contingeret, ſi ex eo, quod Juriſdictio Judicis inferioris non ſtatim ſuſpenderetur, & executio ſententiæ impediretur, Reo grave, & irreparabile damnum immineret, quia in illo caſu appellatio Iuridica cum ſuo effectu ſuſpenſivo juvat ad defenſionem, quæ de jure naturali eſt, quam Pontifices in ſuis decretis impedire non intendunt: benè tamen in cæteris caſibus.

Et ſubjungit Suarez num. 11 *Quod hic caſus extraordinarius eſt, vixque poteſt accidere in Religione, quod fiant tàm graves, & manifeſta iniuria titulo iuſtitiæ, & poteſtatis publicæ, & quòd tàm grave periculum immineat recurrendo ad Prælatum altiorem ſimpliciori & magis religioſo modo. Vnde quia res morales iudicandæ ſunt ex his, quæ frequenter accidunt, ideò abſolutè dicitur interdicta vox appellationis, maximè verò cum illa reſtrictione regulariter.*

Et certò ſi perpendatur, quòd in cauſis gravioribus, quæ in Religionibus moveri poſſunt, ſententia & Iudicium ſpectet ad unum integrum Definitorium, ſicut mos eſt in noſtra, ubi plerumque aſſiſtunt perſonæ ſelectæ ex tota Religione, prudentes expertæ, doctæ & conſcientioſæ, caſus quem admittit P. Suarez valde rarus & moraliter loquendo, quaſi impoſſibilis videbitur.

Quarta Concluſio. Si daretur caſus in Concluſione præcedenti relatus, in quo Religioſus habet ius appellandi, ad hoc ut talis appellatio ſit licita, & valida, debet in illa ſervare modum, & ordinem, quem aſſignant privilegia & decreta Summorum Pontificum, ita ut à Prælato immediato appellet ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, ab hoc ad definitorium, à definitorio ad Capitulum Generale, deinde ad Protectorem, tandem ad Romanum Pontificem, quòd ſi in hoc ordo non obſervetur, non ſolùm non eſt valida appellatio, ſed nec curanda, nec intra, nec extra Religionem (quia appellatio, quæ fit prætermiſſo medio, non eſt legitima, text. in *cap.* dilecti *3. de appellat*) verùm etiam illi, qui prædictum ordinem infringunt, excommunicati ſunt, ſicut & ipſi Iudices, qui tales appellationes admittunt, quemadmodum conſtat ex Bulla Bonifacij VIII. Leonis X. & Pauli III. & Sua Sanctitas dat poteſtatem, ſi opus fuerit, invocandi auxilium bra- 33

chii ſæcularis ad debitum illius complementum, & executionem.

34 Quæ omnia mãdant, & ordinant Summi Pontifices ad majorem pacem, & tranquilitatem Religionum, quas veluti proprias filias amant & amplectuntur; nam licet Sedes Apoſtolica, eiuſque Iudices Eccleſiaſtici ſint piiſſimi Patres, nec obſtupeſcunt ob culpas & imperfectiones, quæ nonnumquam inter Religioſos committuntur, quia tamen multi ex miniſtris ſæculares ſunt, & cauſæ in Tribunalibus publicis per Advocatos ſæculares ventilantur, & unuſquiſque ut ſuam defendat partem, conatur offendere, deprimere ac maculare contrariam, prætexendo Prælatos eſſe paſſionatos, malè affectos, tirannos, & ſimilia: vel eos nimis exaggerare & ponderare ſubditorum Reorum culpas, illique, qui ſimilia audiunt, habeant aures nimis bibulas & credulas, ita ut culpa & defectus Religioſi cedat in ſcandalum ſæcularium, & dedecus totius Religionis. Attendentes igitur, & Religionibus compatientes Summi Pontifices (ſicut advertit Noſter Lezana *Tom. 1. quaſtionum Regul. cap. 9. num. 6.*) ſponte ſuo voluerunt cedere Iuri, ut defectus Religioſorum maneant ſecreti, & judicentur intra Religiones, etiamſi aliqui particulares patiantur; nihil enim nôvum eſt, quòd pars aliquid patiatur pro bono, & conſervatione totius, præſertim cùm Religioſus ex ſua profesſione voluntariè ſe obligaverit ad leges ita diſponentes, ſicut benè perpendit Alderete *lib 2. cap. 18. à num. 19. uſque ad 25.* & Suarez *num. 17.* cum Soto *ubi ſupra* his verbis: *Sedes Apoſtolica per ſpecialia privilegia concedit, ut etiam ad ſe ipſam huiuſmodi appellatio non fiat, quia ut optimè & Religioſè attigit Sotus, commune bonum Religionis privato præferendum eſt, & unum quodque membrum pro bono totius poſtponere debet ſuum peculiare incommodum. Plurimum autem intereſt Religioni, ut cauſa eius, & ſi qui ſunt defectus inter ipſos Religioſos, tanquam inter Patres & Fratres componantur, & altiſſimo ſilentio recludantur; nam ſi extra prodeant, decor etiam & honor Religionis minuetur, & paulatim peribit, præter alia incommoda, quæ ex libertate appellandi extra Religionem in diſcolis & inquietis hominibus ſequerentur. Eſt etiam optima moralis ratio, quia ſufficienter proviſum eſt Religioſis per plures Superiores à Conventuali, uſque Generalem, qui & facilius & melius poterit veritatem cauſæ cognoſcere intra propriam Regionem, quàm externi Iudices, etiamſi Pontifices ſint, meritò ergò alia appellatio denegatur. Per hoc autem non prohibetur alia via legitima ad Summum Pontificem, dummodò Propriis Prælatis obedientia ſervetur, donec Summus Pontifex aliud ſtatuat. Imò hoc eſt, quòd præcipuè dicta privilegia concedunt.*

Ex dictis infertur, prohibitam eſſe appellationem ad Tribunal Domini Nuntij, non ſolùm per ſupracitatam Bullam Urbani VIII ubi hoc *excludit nominatim*, verùm etiam per alias: cum enim in aliquibus earum interdicatur appellatio etiam ad Sedem Apoſtolicam, & ipſe, qui eſt Summus Judex Ordinarius voluntariè & piè ſeipſum à Judicio harum cauſarum ob communeReligionum bonum excludat, manebunt etiam utique excluſi quicunque alii Judices Apoſtolici, quãtâvis ſint præditi Superioritate, & prælatura; præterquàm quòd in privilegio Bonifacij IX & Leonis X. excludendo appellationem dicatur: *Coram quocunque Iudice, qui non ſit de dicto Ordine* (nimirum S. Dominici) quæ verba in rigore ſignificant, quemcunque alium Iudicem excluſum eſſe, qui intra Religionem non ſit. Ita tenent Gislerius *in praxi crim. cap. 9. num. 9.* Sanchez *ubi ſuprà num. 108.* Noſter Thomas à Jesu *tract. 3. cap. 17. num. 5.* & novisſimè noſter Lezana *tom. 1. quaſt. reg. cap. 9. num. 6.* & alij. Hoc tamen intelligitur in caſu, quo Nuntius non haberet majorem, ſpecialem, & extraordinariam à Sua Sanctitate Iuriſdictionem ſupra recenſita privilegia, quam ſi haberet, ad illum poterit appellari juxta formam ſuæ Iuriſdictionis, & obſervando debitum ordinem in illis caſibus, in quibus eſt conceſſa appellatio.

Quâ verò ratione hoc ſciri posſit an videlicet illam habeat, nec ne, videri poterit Diana, *3. part. tract. 2. reſol. 68.* Bobadilla *in Politica lib. 2. cap. 18. num. 207.* Covarruv. *q. pract. cap. 35. num. 4.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 14. quaſt. 4.* Thomas Sanchez *tom. 2. Conſil. lib. 6. dub. 8. num. 9.* Henriquez *lib. 10. cap. 27. num. 2.* & etiam cap. *nobilisſimus, diſt. 97* & ibi Gloſſ. *verb. ſignatis* ad noſtrum enim intentum dicta ſufficiunt.

Conclu-

Digitized by Google

36 Concludo hoc caput, & hanc primam partem Tractatus notando, quòd licet P. Ioſeph. à S. MARIA in ſuo *Tribunali tract.* 5. *cap.* 11. §. 5. P. Martinus à S. JOSEPH in ſua *Epitome cap.* 18. *num.* 10. loquendo de ſententia juſta dicant quòd quando non datur per modum correctionis, ſed exemplaris punitionis cæteris ad terrorem, & ad ſatisfaciendum ſcandalo, ſicut quando aliquis ob gravisſima delicta expellitur è Religione, vel ſententia eſt condamnatoria ad triremes, vel carcerem perpetuum, ſi Reus appellet, non ſolùm ſit conveniens, ſed etiam obligatorium, admittere talem appellationem, & ſuſpendere executionem ſententiæ, donec videatur, quidnam determinet Iudex ſuperior, ad quem facta eſt appellatio: ego tamen non reperio fundamentum talis obligationis & convenientiæ, ſed ſuppoſito, quod proceſſus ſint benè fabricati, abſque eo, quòd admittatur appellatio judicialis, ſententia poteſt executioni mandari, maximè cum ius, & Bullæ Pontificum plerumque abſolutè loquantur, & ſi in cauſis mortis, ac ſimilibus, inter ſæculares non admittitur appellatio, quando ſententia iuſta eſt, non apparet ratio ſufficiens, cur inter Religioſos admittenda ſit, non obſtante, quòd pœnæ gravisſimæ ſint.

Nec illud, quod pro ſua ſententia allegat P. Martinus à S. JOSEPH ex *cap.* de Priore, *de appellat.* favet, quia ibi Alexander III. loquitur de quodam Priore, qui facto proceſſu contra quendam Canonicum Regularem, non ſolùm non admiſit factam appellationem, ſed ut àb appellatione deſiſteret, adeò inhumaniter eum tractavit, ut eum omnibus veſtibus ſpoliari iuſſerit uſque ad induſium, excedendo in hoc limites ſuæ poteſtatis; & cùm hic caſus non ſolùm manifeſtum gravamen Reo illatum contineat, ſed etiam iniuriam gravem contra Supremum Iudicem, ad quem Canonicus appellaverat, Pontifex iniuriam ſibi factam disſimulans declaravit, Priorem illum non ob non admiſſam appellationem puniendum eſſe, ſed *propter ſuas enormitates manifeſtas*, quæ nec ad correctionem nec punitionem pertinebant. Ita hoc caput explicat Pater Aldetete *ubi ſuprà num.* 14 *&* 15. aſſerens, hanc eſſe illius genuinam, & germanam interpretationem, abſq; eo, quò aliquid in oppoſitum reperiatur in *cap.* licet *de Offic Ordinar.* quod aliqui citant: additque quòd Doctores aliter ſentientes *mentem Pontificis non ſunt aſſecuti, eo quòd Conſtitutio ipſa in Decretalium libro fuerit truncata, & verborum proprietatem minimè penetrarunt.*

Rationem dat his verbis. *Nihilominus Romanus Pontifex conſiderans, quàm neceſſaria ſit in Religione regularis diſciplina, & morum Correctio, & ſuffragia in eis amputare opportere, minimè arbitratus eſt ad ſuam iniuriam pertinere, ſi tàm malè acceptus fuerit in Religione, qui à correctione appellavit, & ideò præcepit, nullam ob hoc pœnam Priori eſſe infligendam.*

Et ſtatim numero ſequenti ſubiungit: *Vnde conſtat, illam decretalem non agere de appellatione interpoſita propter iniuſtam Correctionem, ſed extra caſum Correctionis.*

Et concludit *Hanc noſtram explicationem ſentiunt apertè Innocentius, Ioannes Andreas, Butrius, & Abbas in eodem cap. de Priore.* Unde infertur, determinationem huius Capitis non ſolùm non favere Authori illam pro ſe afferenti, ſed potius reſtragari.

Nec etiam diverſitas, quam afferunt præfati Patres, habet locum in rigore iuris; quia quando hoc Religioſis in cauſa Correctionis interdicit appellationẽ, includit etiam punitionem, ſine ulla limitatione, ſuppoſito, quod punitio iuſta ſit, ut conſtat ex *cap.* ad noſtram, *de appellat.* ubi dicit idem Pontifex Alexander III. *Mandamus, quatenus ſi quando quilibet ſubditorum tuorum ad remedium appellationis convolaverit, non ideò minus eum iuxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continetur, & inſtitutionem Ordinis corrigas & caſtiges.* 37

Idem docent Abbas in *cap.* licet *de Offic Ordinat.* Thomas Sanchez *ubi ſuprà num.* 102. Aldetete *num.* 14. *circa medium:* præterquam quod incommoda illa, quæ Summi Pontifices in Religionibus evitare prætendunt, admiſſa appellatione etiam in cauſis gravisſimis ſequantur, ut per ſe patet, ergò allata diſtinctio caret fundamento, & multò magis, ſi ſententia iuſta ſit, ſicut ſupponitur in caſu de quo præfati loquuntur Authores. Quod autem tenendum videtur, eſt id

Digitized by Google

quod Alderete addit, inquiens, quòd licet inter Religioſos ſecundum Ius appellatio non habeat locum in cauſis Correctionis & punitionis, quales ſunt cauſæ criminales, bene tamen in civilibus: *veluti ſi Superior (ſcilicet Provincialis) contra Religioſos aut contra Monaſterium procederet, præcipiendo bona aliqua Religionis tradere, aut vendere, aut aliquid aliud præciperet, quod ad morum correctionem non pertineret. In quibus caſibus* (ſi mandatum eſſet exorbitans) *appellationes remedium non denegatur, ut in dicto capite de Priore patet.*

Alias quaſdam non minus utiles, quam curioſas quæſtiones, ad hanc materiam appellationis pertinentes, reperiet Lector apud noſtros Gabrielem à S. Vincentio in *ſæpe cit. opere de cenſuris diſp. 1. quæſt. 20. a num. 226. uſque ad num. 236.* & Franciſcum Bonæ Spei *loc. cit. diſp. 4. dub. 2. num* 49. *&* 50.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

IVDICI-

Digitized by Google

IVDICIS REGVLARIS

PARS ALTERA

Praxin exhibens eorum, quæ in Parte Prima dicta ſunt, ſeu Methodum ipſam formandi proceſſus cum ſuis Formulis &c.

PROLOGVS.

EXplicatis his, quæ ad Ordinem Iudicialem pertinent, pro complemento hujus Tractatus ſupereſt, ut doctrinam traditam reducamus ad brevem quamdam ſummam & ſynopſin ſive praxin, ut magis pateat forma & modus obſervandus in executione, ſecundum opiniones, quas ſecuti ſumus tamquam probabiliores, & legibus charitatis ac Iuſtitiæ magis conſentaneas. Ponemus ſuis locis formas ac methodos ſingulorum, reducemuſque ad unum ſtylum ad evitandam confuſionem, quæ ex diverſitate poterat generari, non quidem eo fine, ut eum omnes ſequantur, nam unuſquiſque (dummodò nihil eorum omittatur, quæ ad ſubſtantiam pertinent) poterit variare modum & accidentia. Et ſuppoſito quòd hæc debeat eſſe praxis rerum inter ſe connexionem habentium, & ad unum eundemque finem ordinatarum; loco Capitum utemur paragraphis ponendo in unoquoque id, quod ad eum ſpectat ſecundum ordinem & ſeriem proſecutionis cauſæ. Modum faciendi viſitationem generalem hic non ponimus, quem ſtudioſus Lector apud noſtros Thomam à Iesu, in ſuo opere de Viſitatione Regul. *Tract.* 1. & Ferdinandum à S. Maria in *ſupra cit. eius inſtruct. ſection.* 1. *& per* 6. *ſubſeq.* ubi omnium optimam claremque ejus tradit methodum, alioſve reperiet.

§. I.

De Principio Processus *& modo dandi initium cauſis Iudicialibus.*

1. Suppoſita doctrina primæ partis, qua declaratur, qua ratione Iudex poſſit procedere ad Inquiſitionem particularem contra aliquem delinquentem uno ex tribus modis; nimirum per denuntiationem judicialem, accuſationem, vel ex officio: explanatis etiam his, quæ requiruntur ad hoc ut ſecundum Ius, & conformiter ad juſtitiam munus ſuũ exercere poſſit, & licet regulariter loquendo in Religionibus omnes modi procedendi ad unum reducendi ſunt, qui eſt ille, in quo Prælatus inquirit ex officio, quemadmodum *capite decimo num.* 10. declaratum fuit. Quia tamen in aliquo caſu forte accuſatione vel denuntiatione Iudiciali opus erit, idcirco primo loco hic collocabitur ſtylus, qui in illis obſervandus eſt, & ita ab illis me expediam, quia in reliquis conveniunt proceſſus mutato nonnumquam uno aut altero ſolum verbo.

Forma Accusationis.

Si Accuſatio fiat in ſcriptis, ſequens forma ſervanda eſt. *Adm. R. P. F. N. N. Prior, vel Viſitator Conventus N. coram Reverentia veſtra, tanquam judice, ad quam ſpectat innocentes defendere, & Reos punire, meliori modo & forma, qua poſſum, ego F. N. N. Sacerdos, aut Profeſſus Religionis N. Conventualis &c. motus puro juſtitiæ zelo, & nulla alia ſiniſtra intentione conqueror, & defero de P. F. N. N. qui die ... Menſis ... anni ... in tali loco, nulla data cauſa vel occaſione talia contra me protulit verba contumelioſa vel talem mihi intulit injuriam (*hic referetur delictum cum ſuis omnibus circumſtantiis*) ob quod peto ſatisfactionem, & ut delictum puniatur, ipſi & cæteris ad terrorem. Et pro probatione hujus præſento pro teſtibus N. & N. qui* 2.

fuerunt præſentes, vel hoc aut illud ſciunt, per quod probabitur delictum. In quorum fidem me in hoc Conventu ſubſcripſi, tali die talis menſis & anni &c.

3 Hæc petitio poni debet in capite proceſſus, quòd ſi ſolùm oretenus facta fuerit, illam debet ſcribere Secretarius, ſicut ſtatim dicetur.

Si Accuſatio fuerit non de aliqua injuria, vel gravamine illato ipſi accuſantis, ſed de aliquo, concernente bonum commune, vel aliquem tertium innocentem, cujus prætenditur punitio, loco illius verbi *conqueror vel defero* ponetur *accuſo*, & deinde *mutatis mutandis* fiet petitio, vel libellus accuſatorius juxta formam dictam.

4 Audita à Iudice accuſatione & facto examine extrajudiciali, an nimirum accuſans obſervet in illa ea, quæ ſecundum Iuſtitiam & charitatem obſervanda ſunt, juxta doctrinam *cap.* 10. traditam, debet illum admonere de obligatione, quam habet ad plenariè probandùm delictum, & de pœna, quam incurrit, ſi illud non probaverit, debetque ab illo ſumere juramentum, quòd ſcilicet non accuſet ex animo ſiniſtro vindictæ, vel inferendi malum, ſed zelo juſtitiæ, ut delicta puniantur, & aggravatis ſatisfiat quo facto, admittet accuſationem coram Secretario, quem nominabit ſumendo prius ab ipſo juramentum, quòd fideliter ſuo munere functurus ſit. Nominatio autem Secretarii ſub hac forma fieri poterit.

F. N. Prior, aut Viſitator N. Conventus. Quandoquidem ad cauſam, quam via accuſationis juridica intentat P. F. N. Sacerdos profeſſus noſtræ Sacræ Religionis Conventualis N. Conventus contra Patrem F. N. Sacerdotem &c. ad hoc, ut ſecundum jura procedatur, neceſſaria ſit aſſiſtentia Secretarii, nomino pro hoc officio in ordine ad ea, quæ dictam cauſam concernunt, Patrem F. Sacerdotem profeſſum &c. *In cujus fidem me ſubſcripſi in Conventu N. die ... Menſis ... anni ...* ſubſcripta hac nominatione Prælati, vel Viſitatoris acceptat officiū Secretarii dicens.

5 *Ego F. N. Sacerdos profeſſus noſtræ Sacræ Religionis viſà Secretarii nominatione facta à Noſtro Patre N. Priore vel Viſitatore accepto dictum Officium, & juro* in verbo Sacerdotis *ponendo manum ſupra pectus, me fideliter meum officium adimpleturum. In cujus fidè me ſubſcripſi in hoc Conventu die talis menſis & anni.* Subſcribit ſe, & ſtatim proſequitur in forma ſequenti.

In Conventu talis loci, tali die, tali menſe & 6
anno &c. coram me F. N. Provinciali, Priore vel Viſitatore, præſente Patre F. N. Secretario ſpecialiter à me ad hanc cauſam deputato, & nominato comparuit Pater F. N. Sacerdos profeſſus noſtræ Sacræ Religionis & Conventualis dicti Conventus, ac præſentavit petitionem accuſatoriam inſertam principio proceſſus contra N. (& ſi non fecerit accuſationem in forma petitionis in ſcriptis, ſed ſolùm verbaliter & oretenus) adjunget: *& dixit ſe meliori forma & modo, qui à Iure ſibi conceſſus erat, talem Patrem F. N. de tali vel tali delicto accuſaſſe, quemadmodum in petitione expoſitum eſt* (quòd ſi fuerint complices, illos declarabit addendo) *& contra N. & N. complices in præfato delicto. Itaque à me Provinciali vel Priore petiit, ut facta prius ſufficienti informatione, an dicta accuſatio ſit legitima, procederem ad inflictionem illarum pœnarum, quas Iura, & noſtra Sacra Religionis leges ſtatuunt, pro ſimilibus delictis; & ad ſatisfactionem pro gravamine, quod ipſe, vel Communitas, vel tales ſæculares paſſi ſunt, juravitque* in verbo Sacerdotis, *poſita manu ſupra pectus* (aut ſupra crucem ſi Sacerdos non ſit) *ſe dictam accuſationem non facere ex malitia, vel animo ſiniſtro & pravo, ſed ex zelo juſtitiæ, ut nimirum ſatisfiat aggravatis, & præſentavit pro teſtibus* N. *&* N. *qui bene norunt ea, quæ in Accuſatione continentur. Quæ omnia à me audita ſunt, & facta ſummaria extrajudiciali certificatione caſus, admiſi dictam accuſationem ad procedendum judicialiter per inquiſitionem ſpecialem contra Reum proteſtando & indicendo accuſanti, quòd ſi delictum non probaverit, ſubjaceat pœnæ talionis, aut alteri gravi. In quorum fidem ſubſcripſi, & ſubſcripſerunt præfati omnes; Accuſator, Secretarius, in Præfatu* Conventu, *dicto die, menſe & anno*, & omnes ſubſcribunt. Et ſtatim continuandus eſt proceſſus in hac forma.

In ſupradicto Conventu, die N. menſis N. & 7
anni N. coram me F. N. Secretario hujus cauſæ, viſa accuſatione, vel denunciatione à Noſtro P. N. Provinciali, vel Priore, &c. *facta per Patrem F. N. contra Patrem F. N. eaque admiſſa, tamquam conformi Iuri ad procedendum ulterius ad examen teſtium deſumpſit ex illa ſequens interragatorium.*

Interro-

8 Interrogatorium illius erit tenoris, qui ponetur infrà, cùm agetur de Inquiſitione ſpeciali ex officio; advertendo, quòd in articulis & interrogationibus exprimatur delictũ cum omnibus ſuis circumſtantiis, quæ in Accuſatione referuntur, ſicut etiam Complicum, ſi qui fuerint, & habetur fundamentum ſufficiens ad inquirendum de illis.

FORMA DENUNTIATIONIS *Iudicialis.*

9 Si procedatur per viam denuntiationis Iudicialis, & denuntians præbuerit denũtiationem in ſcriptis, ponetur in capite proceſſus juxta ea, quæ dicta ſunt de Accuſatione, & concurrentibus illis, quæ requiruntur ad hoc ut legitima & juſta ſit, & capite nono declarata ſunt. Stylus hic erit.

Reverende admod. Pater N. Provincialis, Prior, aut Viſitator, *coram Reverentia veſtra* &c. prout in formula Accuſationis dictũ eſt. *Cum nõ habeam aliud efficax remedium, meliori modo & forma Iuris, qua poſſum, denuntio iudicialiter Patrem F.N. Sacerdotem &c. Conventualem N. Conventus, quòd ſepoſito omni timore Dei, & ſuæ conſcientiæ remorſu commiſerit tale delictum* (debet autem ponere locum tempus, & cæteras circumſtantias, cum quibus patratum eſt) *& cum bono communi plurimum expediat, ut exceſſus & peccata puniantur, compeſcanturque delinquentes, quo ſic ſatisfiat Communitati, & ſcandalo dato, peto à Veſtra Reverentia, ut præfatus Pater Fr. N. pœnis per jura & ſtatuta noſtra conſtitutis plectatur, ut illi ſint in punitionem & emendationem, cæteris autem in exemplum. Pro teſtibus exhibeo Patrem Fr. N. & Patrem Fr. N. qui certam habent caſus notitiam; in quorum fidem me ſubſcripſi in hoc Convento N. tali die talis menſis. & anni.*

10 Debet autem Iudex admonere denuntiantem, ut advertat ad modum, quo facit denuntiationem: ſi enim non probet delictum manebit ſubjectus eidem pœnæ, quæ debetur vero Accuſatori, ſecundum quòd *cap.* 10. *nu.* 8. *&* 9. declaratum fuit.

11 Si denuntiatio in ſcriptis facta ſit, ponetur in capite proceſſus, ſuppoſito, quòd Prælatus prius extrajudicialiter habuerit fundamenta ſufficientia ad illam admittendam; ſi verò facta ſit verbaliter verbi gratia, quando Provincialis viſitationem ordinariam & generalem facit, admittetur iuxta formam relatam in Accuſatione, *mutatis mutandis.*

Si denuntians nihil velit dare in ſcriptis, nec obligare ſe ad aliquam pœnam, caſu quo delictum non probaretur, dicendo, ſe ſolùm denuntiare ad hoc ut Iudex habeat notitiam de eo, ad quod tenetur, & apponat remedium, quod in Domino expedientius judicaverit, talis denuntiatio non erit judicialis, ſed reducetur ad Evangelicã, & ſolùm ſerviet ad dandã notitiã Iudici, ut videat, ſi habeat fundamentum ad procedendum per inquiſitionem particularẽ juridicã tamquã ex officio, & hic eſt modus, qui in Religionibus obſervari debet pro majori pace & quiete, quemadmodũ *cap.* 10. *num.* 5. *& ſequentibus* declaratum fuit.

FORMA ET MODUS *initiandi cauſam per viam Inquiſitionis mixtæ, hoc eſt, quando delictum eſt publicum, & delinquens eſt occultus, vel è contra.*

Sciens Prælatus, quòd in aliquo Conventu grave aliquod delictum commiſſum ſit, de quo conſtat per notorietatem facti, vel ſufficientem publicitatem, informatus extrajudicialiter à perſonis fide dignis de veritate caſus, & ſi ipſe præſens ſit, ac delictũ reliquerit effectus alios, ex quibus cognoſci poteſt, illis à ſe vel ab alia perſona cui ipſe cõmiſerit perſpectis, incipiet proceſſum ſub hac forma. 12

F. N. Provincialis, vel Prior talis loci.

Cùm in hoc Conventu N. tali die, talis menſis & anni quidam Religioſus repertus fuerit tali in parte corporis graviter vulneratus, & cum per ocularem inſpectionem certo cognoverim, præſentibus PP. N. & N. vulneris qualitatẽ cultro, aut ſimili inſtrumento illati: quod, ut vidit Chyrurgus N. præſentibus iiſdem PP. N. & N. aſſirmavit eſſe lethale, aut valde periculoſum, cùm ſit enorme & grave Ad liquidandam veritatem & procedendum in hac cauſa ſecundum jura nomino pro illius Secretario Patrem N. Sacerdotẽ &c. ſubſcribet Prælatus, & teſtes, qui vulnus viderunt. Et confeſtim Secretarius ſcribet acceptationem ſui officii juxta dicta ſuperius in accuſatione. 13

Deinde

14 Deinde Iudex ibit ad cellam vel cubiculum vulnerati cum ſuo Secretario, imponenſque illi præceptum, petet juramentum de dicenda veritate in his, de quibus interrogabitur, juxta ſtylum & modum inferius in confeſsione Rei ponendum: moxque illi faciet ſubjectas interrogationes.

15 *Primò, quomodo acceperit illud vulnus & in quo loco ipſi inflictum fuerit*, ſcribenturque ſingula dicta.

16 Secundò, *quis ipſum vulneraverit*. Quòd ſi reſpondeat, ſe neſcire; eo quòd illi ſit inflictum tali hora noctis in tenebris, & ille, qui inflixit, ſecretò aufugerit, interrogabit.

17 Tertiò, *an habeat fundamẽta ad præſumendũ de aliquo*. Si reſponderit affirmativè. Videndũ eſt, an indicia ſufficiẽtia ſint, & adſit ſufficiẽs infamia ad procedendũ contra illũ: ſi autem hæc nõ adſit & vulneratus non conqueritur, ſed potius condonat, nõ tenetur illum publicare, nec Iudex poteſt cõtra illum procedere.

18 Poſt confeſſionem vulnerati Secretarius concludit dicendò. *Omnia ſupradicta in cella præfati Patris F. N peracta ſunt, coram memorato noſtro Patre &c. & coram me Fratre N. illius Secretario, in quorum fidem ipſe ſubſcripſit, & ego ſubſcripſi in dicto Conventu, tali die talis menſis & anni* &c. & ſtatim ſubſcribunt.

19 Si Iudex invenerit ſufficientia indicia contra delinquentem juxta doctrinam *cap.* 12. & adſit ſufficiens infamia: quæ uno ex tribus modis juxta *nn.* 11. 12. 13. & 14. ejuſdem capitis probanda eſt, inchoabit Inquiſitionẽ ſpecialem contra delinquentẽ juxta formã inferius ponendam paucis additis, vel mutatis.

20 Si Prælatus habeat notitiam ſufficientem extrajudicialem à perſonis fide dignis, in quopiam Conventu aliquem Religioſum, aut aliquos Religioſos relaxatè vivere, non tamen circa aliquas culpas particulares, poterit committere, ut accipiatur informatio particularis quoad perſonas, & generalis quoad delicta: deinde habitis indiciis ſufficientibus cũ ſufficienti infamia de aliquo delicto poterit procedere ad Inquiſitionẽ ſpecialem de illo, ſervando ordinẽ ſeu modũ inferius ponendum.

FORMA *inchoandi proceſſum Inquiſitionis particularis per viam ex Officio, vel Commiſsione.*

Quotieſcunque Iudex contra aliquem ad inquiſitionem ſpecialẽ proceſſurus eſt, prius extrajudicialiter à perſonis prudentibus & fide dignis bene informatus ſit, de corpore delicti, nec non de infamia delinquentis. Si delictum ſit in damnum boni communis, aut alicuius tertii innocentis, quod *imminet in futurum*, vel jam illatum, ſit tamen reparabile, & non ſit aliud remedium evitandi nocumẽtum, etiamſi non adſit infamia, poteſt procedere contra delinquentem per Inquiſitionem particularem juridicam inhærendo doctrinæ *capitis* 3 & 12. 21

Si aliquod delictum grave in aliquo Conventu commiſſum ſit, Prior, Guardianus aut Præſidens procedendo ex officio Reum recludet in carcere, ſi caſus id poſtulaverit, quo facto (juxta praxin & Ordinationes cujuslibet Religionis) nulla præcedente informatione juridica, poteſt admonere Prælatum ſuperiorem, informãdo eum de caſus ſucceſſu, adhoc ut decernat id, quod magis convenire videbitur: poterit etiam accipere informationem ſummariã, juxta ſuæ limites poteſtatis, quæ in noſtra Religione ſeſe extendit uſq; ad ſententiam definitivam excluſivè, & factam remittere ad ſuperiorem Prælatum, ad quem ſpectat de illa judicare per ſententiam definitivam: qui, ſi ipſi videbitur, poterit concludere cauſam cum dicta informatione; ſi tamen pro meliori cauſæ dilucidatione voluerit accipere aliam, erit ipſi integrum & licitum. In caſu dicto inchoabit proceſsũ, probata priùs, per duos teſtes juratos fide dignos, infamia, & inſerendo probationem uni ex interrogationibus utetur ſequenti formula. 22

F. N. Prior talis conventus habita notitia tali die talis menſis & anni de ſcãdalo, quod Pater vel Frater N. noſtræ Sacræ Religionis profeſſus dedit Cõmunitati, vel talibus ſæcularibus cõmittendo tale delictũ (quod cũ omnibus ſuis circumſtãtiis referendũ eſt) *de cuius publicitate & infamia ſummariam accepi informationem cum duobus aut tribus teſtibus conteſtibus omni exceptione majoribus* (quam ſi ante non acceperit, dicet) *de cuius infamia & publicatione conſtabit ex dictis teſtium, qui examinabuntur procedendo ex officio ad faciendum de caſu juridicam informationem ſecundum jura & diſpoſitionem noſtrarum legum & Conſtitutionem, tenore præſentiũ* 23

præcipio

Digitized by Google

§. III.

De Citatione et Confessione *Rei.*

1 Finito teſtium examine, cum quo ſimul finitur ſummaria informatio, ſequitur citatio Rei, quæ ordinatur ad ſumendam ab ipſo confeſſionem, & ad conteſtandam litem, eſtque facienda in præſentia Judicis, licet per ſpecialem commiſſionem ab illo fieri poſſit, quod tamen omninò, quantum fuerit poſſibile, evitandum eſt propter rationes *cap.* 18. & ab hac actione incipit plenaria, per quam fit litis conteſtatio, negatione videlicet vel conceſſione Rei.

2 In confeſſione Reus diſtinctè & minutim interrogandus eſt de omnibus, quæ plenariè in ſummaria informatione probata ſunt: imò etiam de illis, quæ tantùm ſemiplenè probata ſunt: cujuſmodi ſunt illa, de quibus Reus ſufficienter infamatus eſt, & habetur unus teſtis oculatus & certæ ſcientiæ, omni exceptione major, vel adſunt indicia æquivalentia plenè probata: poterit etiam interrogari de omnibus, quæ cum præfatis connexionem habent neceſſariam, ſecus tamen de his, quæ illam non habent: ad quæ omnia Reus tenetur reſpondere dicendo veritatem, dummodò ipſi conſtet, ſe juridicè interrogari juxta doctrinam *capitis* 18. Videatur ibidem tradita doctrina, plurimùm enim conducit ad hoc, ut Judex ſciat, de quibus interrogare poſſit, tam circa delictum Rei, quàm complicum, & quid Reus fateri debeat, & quid occultare poſſit.

3 Ad hoc ut Reus teneatur reſpondere ad interrogata, non eſt opus concedere illi tempus, hoc enim ſolùm in ordine ad purgationem, & exceptiones illi concedendum eſt. Licet Judex ſi illi aliquid voluerit concedere, poſſit. Tenentur autem in rebus admodum gravibus ipſi oſtendere quod juſtè ac juridicè interrogetur juxta doctrinam ejuſdem *capitis* 18.

Forma accipiendi Confeſſionem Rei, & reſpondendi, &c.

Poſtquam Judex prudenter eruerit illa, de quibus Reum ſecundùm juſtitiæ & charitatis leges poterit interrogare, ſcribet præceptum in fine dictorum Teſtibus, hac forma. 4

F. N. Prior talis Conventus, &c. *ex officio* vel *ſpeciali commiſſione Noſtri Patris Generalis*, vel *Provincialis F. N. recognoſcendo cauſam Patris F. N. in hoc Conventu*, vel *carcere recluſi* (ſi incarceratus ſit) *Tenore præſentium præcipio in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ Obedientiæ, & ſub præcepto dicto Patri F. N. ut ſub juramento in forma reſpondeat planè & ſincerè cum omni veritate ad ea, de quibus à me fuerit interrogatus. In quorum fidem meum nomen ſubſcripſi. Actum in hoc Conventu N. die N. menſe N. anno N.* 5

Frater N. Prior vel *Viſitator.*

Quo facto Judex citabit Reum, hoc eſt, vocabit illum ad ſe, & ſi fuerit recluſus, ibit ad carcerem cum ſuo ſemper Secretario, & alloquendo Reum blandis & amicabilibus verbis, exhortabitur ad hoc, ut reſpondeat ad interroganda, exhibendo ipſi ſufficientem ſui delicti, & infamiæ probationem, quod fiet prælegendo illi unum, aut aliquot ex dictis teſtium ſuppreſſis eorum nominibus, & cæteris, per quæ poſſet in eorum devenire cognitionem: advertendum verò eſt, quòd licet, ut quis reſpondere teneatur ad ea, quæ ſpectant ad corpus delicti, ſufficiat ſemiplena probatio cum infamia: infamia tamen debet eſſe probata per duos teſtes, nec non indicia, quæ agunt vices ſemiplenæ probationis: & hæc omnia Reo conſtare debent, ſuppreſſo nomine teſtium; nec opus eſt dare ipſi copiam dictorum, ſed ſolùm ei præleguntur; quia illorum copia datur poſt factam confeſſionem, ad hoc ut ponat exceptiones, quas habuerit. Stylus autem horum, & modus accipiendi confeſſionem, ſequens eſſe poterit, atque immediatè ad calcem præfati præcepti ſcribendus eſt. 6

Supradictis die, menſe & anno, ego præfatus 7

Digitized by Google

Secretarius, lectis coram Patre noſtro F N. prædicto P. F.N. Reo dictis unius, aut duorum Teſtium, qui in ſummaria deponunt de illius delicto, & illius infamia, ut illi conſtet, ſe juridicè interrogari, intimavi præceptum ſupra contentum, qui obediendo præcepto, juravit in verbo Sacerdotis poſita manu ſupra pectus, ſi non ſit Sacerdos, dicat *(poſita manu ſupra unam crucem) juravit Deo ſe ad interrogata reſponſurum ſincerè confitendo veritatem. Interrogatus, quomodo vocetur, reſpondit, quòd N. interrogatus de ſua ætate, patria, & tempore profeſſionis in noſtra Sacra Religione, & in quo Conventu illam emiſerit? reſpondit, ſuam ſe profeſſionem feciſſe ante tot annos natum in tali loco, profeſſum fuiſſe in tali Conventu, ſe eſſe talis ætatis.* Mox interrogabitur, *an ſciat, quâ de cauſa vocatus ſit, & cur recluſus fuerit in carcere*, & ſic de cæteris.

8 Si Reus reſpondeat per propoſitiones generales, Judex non ſiſtat in illis, ſed in omnibus & ſingulis, quæ reſponderit ad particularia, deſcendat examinando; v. g. *ſi dixerit, ſibi fuiſſe datas occaſiones urgentes faciendi id, quod fecit*: petat ab illo, *quænam illæ occaſiones fuerint, quo tempore, quo loco, quis illi eas dederit, quis hoc ſciat, & quam cauſam ad illas ipſe præbuerit, quidnam præceſſerit?* ſi dixerit, *ſe habere æmulos, qui ipſum perſequuntur*, dicat, *quinam ſint, & quænam habeat fundamenta ad perſuadendum ſibi, quòd ipſum perſequantur?* debet compelli ad hoc, ut dicat caſus particulares, deſignetque perſonas, quæ idipſum teſtentur, & ſingula ab ipſo dicta ſcribenda ſunt.

Tandem Judex debet procurare, ut Reus reſpondeat diſtinctè & clarè, replicet interrogationes, ſumendo occaſionem ex ſuis reſponſis, ut hac ratione liquidetur veritas, meliori modo, quo fuerit poſſibile: advertat tamen, ne interroget eum, de quibus non eſt cum ſufficientibus indiciis infamatus, etiamſi ipſe aliqua ex inadvertentia, vel ignorantia propalaret, in quibus non pauci peccant, quidam per exceſſum, quidam per defectum.

Videatur doctrina ſupradicti *capitis* 18. ibi enim omnia diffusè ponuntur, ac etiam inſinuatur, quid agendum ſit, quando fatetur de plano, & quando negat ea, quæ fateri tenetur.

Cùm nihil ſupereſt, de quo interrogetur 9
Reus, legatur ipſi tota illius confeſſio *de verbo ad verbum*, ut videat, ſi aliquid declarandum, emendandum, vel addendum occurrat, & ſcriptis illis, quæ emendata, ſublata vel addita ſunt, proſequetur Secretarius dicendo:

Et prælecta ipſi ſua confeſſione de verbo ad 10
verbum affirmavit, medio juramento, vera eſſe omnia. In quorum fidem ſubſcripſère Pater N N. Prior, aut Viſitator, præfatus Reus, & ego Secretarius, in præfato Conventu, ſupra memorato die, menſe & anno. Et omnes ſubſcribunt.

Sumpta confeſſione Rei audit illius defenſiones, 11
quas pro ſe adducit, in quem finem (ſi petierit) præſentanda illi eſt copia eorum, quæ teſtes depoſuerunt, ſuppreſſis nominibus, illiſque circumſtantiis, per quas poſſet in eorum notitiam devenire, in caſibus, forma & modo diffusè *capite* 19. explicatis.

Debet ipſi etiam dari tempus ſufficiens pro ſua defenſione. Et licet in Religionibus non dentur Advocati, qui defendant Reos (hoc enim officium ipſimet Prælati exercere debent) debet tamen (quando petunt) dari ipſis Religioſus aliquis doctus, prudens & cordatus, quem poſſint conſulere, & ſi Reus ſit ignarus, an neſciat, ſe talem poſſe petere, nec copiam eorum, quæ à teſtibus depoſita ſunt, ideoque non petat, Judex utrumque ipſi offerre debet juxta doctrinam *capitis* 20. & in 21. invenientur explicatæ exceptiones, quibus uti poteſt. Videantur omnia, ibidem dicta, ne in praxi aliquis error committatur.

Si in caſibus, quibus communicanda eſt 12
Reo, ob ignorantiam non petenti, copia dictorum à Teſtibus, ipſe tamen illi renunciaret (idemque eſt, quoad offerendum ac præſentandum ei virum doctum, gravem prudentemve pro conſilio capiendo) tum Seretarius id poſt confeſſionem ſcribet in hac forma:

Poſtquam noſter Pater F. N. Prior vel Viſi- 13
tator *accepiſſet confeſſionem à dicto Patre F. N. Reo, coram me obtulit eidem copiam dictorum à teſtibus,*

Digitized by Google

à teſtibus, & Religioſum aliquem gravem & doctum, conſilii cauſa, ſi eo indigeret, aut habere cuperet, reſpondit Reus, ſe nullo horum indigere, ſed in cauſa ulterius procedi poſſe. In quorum fidem ſubſcripſi, & ſubſcripſit præfatus Reus, in dicto Conventu tali die, menſe & anno. Et uterque ſubſcribit.

14 Si Reus prætendat recuſare Judicem ſuæ cauſæ, locus maximè ad id opportunus eſt iſte. Pro quo videtur doctrina *capitis* 21. §. 1. ubi declaratur, in quibus caſibus poſſit Judex recuſari, & quis modus in illius recuſatione ſervandus ſit, & quomodo in ipſa cauſæ recuſationis referendæ ſint. Forma erit tenoris ſequentis.

15 *Ego F. N. Reus incarceratus in tali Conventu* (ſi incarceratus ſit) *dico, quantum attinet ad Patrem F. N. Priorem,* &c. *qui procedit contra me judicialiter in crimine mihi impoſito tali die, menſe, anno, in tali Conventu & loco, quòd ſit meus inimicus capitalis, propter hanc & illam rationem, & quia credo ita eſſe, meliori forma juris, qua poſſum, ipſum recuſo, & peto à noſtro Patre Generali vel Definitorio, ut hanc cauſam, vel aſſignent perſonam aliquam doctam, gravem, nullaque paſſione irretitam, quæ illam recognoſcat, gravamen enim, quod patior, vel pati timeo à præfato P. F. N. eſt notabile, nec video alium modum me ab illo eximendi. Datum tali loco, die, menſe, anno,* & ſe ſubſcribit.

16 Judex recuſatus conſulat perſonas doctas, graves & prudentes, & videat, an recuſatio ſit legitima, quòd ſi invenerit cauſas eſſe frivolas, non debet curare illam, ſed ulterius procedere: ſi tamen fuerint probabiles, vel dubiæ, jam loco citato dictum eſt, quid tum agendum.

§. IV.

De modo *exhibendi articulos, & reſpondendi ad illos.*

1 Auditis Rei confeſſione, & ejuſdem exceptionibus, quas in ſui favorem allegaverit, exhibendi ſunt illi articuli, qui contra illum reſultant ex proceſſu, & audiendæ illius oppoſitiones. Inter articulos autem ponenda ſunt omnia illa, quæ in confeſſione ab illo peti potuerunt, niſi fortè legitimè facta exceptione contra unum vel aliquos teſtes aliquis articulus remaneat ſemiplena probatione deſtitutus.

Debent inſuper inſeri articulis illa, quæ ipſe denuò in ſua confeſſione declaraverit, ſi de eorum numero ſint, quæ publicè puniri poſſunt, juxta ea, quæ *capite* 18. dicta ſunt, cujuſmodi ſunt illa, quæ neceſſariam cum delicto principali habent connexionem, & illa de quibus infamatus eſt: quòd ſi horum nihil ſit, etiamſi ipſe confiteretur aliquod delictum grave, ſecretum, perſonale dumtaxat, non debet de illo in proceſſu fieri mentio, nec in Confeſſione, nec in articulis, ſed debet ipſum Judex ſecretò corripere ſecundùm leges fraternæ Correctionis.

Nec debet inter articulos objici ipſi delictum aliquod, quod jam ſemel punitum fuit, Deus enim non punit bis in id ipſum: licet ratione reincidentiæ delictum aggravantis, & in ordine ad probandam incorrigibilitatem per viam accumulationis poſſint, & debeant inſeri articulis delicta jam punita, quemadmodum, dum de confeſſione ageretur, dictum eſt.

Licet impoſito præcepto Reo, & ſumpto 2
juramento pro confeſſione non videatur neceſſarium imponere ipſi novum præceptum ad hoc, ut reſpondeat ad articulos ſibi propoſitos, cùm hoc fiat in ordine ad propriam illius defenſionem, nihilominus praxis eſt, quòd imponatur novum præceptum, ut illius dictum majorem fidem faciat, & non revocet illa, quæ affirmavit. Præceptum imponetur ſub hac forma.

Ego F. N. Prior vel Viſitator, &c *tamquam*
Judex hujus cauſæ in ordine ad illius proſecutio- 3
nem præcipio in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali Patri F. N. Reo, contra quem in illa proceditur, ut planè, & ſincerè proponat omnia illa, quæ ipſi occurrerint in propriam defenſionem contra ſequentes articulos.

Primò ipſi imponitur tale delictum tali die in
tali loco commiſſum. Referendum eſt delictum 4
breviter & ſubſtantialiter.

Item ipſi imponitur ſcandalum, quod dedit
Commu- 5

Digitized by Google

præcipio in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ Obedientiæ & ſub præcepto formali (vel juxta modum, quo quævis Religio utitur in præceptis imponendis) *omnibus Religioſis hujus Conventus, hoſpitibus, & Conventualibus, quibus notificata fuerint, ut ſepoſito omni reſpectu & timore humano, ſub juramento in formâ dicant coram me & Patre, vel Fratre N.N.* (quem pro Secretario hujus cauſæ nomino) *totum id, quod circa hunc caſum ſciverint juxta interrogationes infraſcripti interrogatorii. In quorum fidem præſentes meo nomine ſubſcriptæ ſunt, & ſignatæ Sigillo Conventuali hujus domus, ubi etiam ſcriptæ ſunt tali die, talis menſis & anni ſupradictis.*

Locus † Sigilli

F. N. Prior.

24 Tali præcepto poſito formandum eſt interrogatorium ſecundum ſubſtantiam delicti, & alias circumſtantias habentes cum eo neceſſariam connexionem, & reliquas, de quibus adeſt infamia, non autem de illis, quæ ea carent, nec connexionem neceſſariam habent, ſicut de Confeſſione Rei *cap.* 18 *num.* 11. *& ſequentibus* dictum eſt. Quod ſervit ad univocandum dicta, & depoſitiones teſtium & probandum id, quod intenditur, poteritque in forma ſequenti diſponi.

25 *Primò quæritur, an cognoſcant Patrem F. N. Religioſum profeſſum noſtræ Sacræ Religionis Reum, à quo tempore, & an notitia ſit ocularis habita ex convictu, & communicatione degendo cum ipſo in tali & tali Conventu per ſpatium tot menſium, vel annorum.*

26 *Item an inter eos fortè ſit aliquis, qui non habeat qualitates à jure requiſitas, eo, quòd ſit illius conſanguineus, amicus vel inimicus capitalis, mente captus, infamis, perjurus, & cætera: dicatque unuſquiſque ætatem, quam habet.*

27 *Item an ſciant, quòd in dicto Conventu ſit publicum, notorium vel manifeſtum, vel ſit infamia, clamoroſa inſinuatio, vox publica, & fama orta à Religioſis timoratis & ſervis Dei, dictum Patrem F. N. Reum, tali die vel nocte, tali horâ tale delictum commiſiſſe, commemorando illius circumſtantias, & nominent perſonas, quæ audiverunt, vel eas, coram quibus commiſſum fuit, & ſi aliquis teſtis fuerit præſens.* Atque ſic manebit probata infamia & publicitas juridicè.

Quòd ſi hanc interrogationem placuerit omittere, loco illius poterit fieri alia in fine interrogatorii. Si Judex præveniendo jam feciſſet informationem ſummariam de infamiâ per duos aut tres teſtes juratos, non erit opus facere de illâ mentionem in aliqua ex interrogationibus, ſed ſufficiet referre in principio proceſſus, quod jam facta ſit, eamque illi inſerere.

28 *Item an ſciant, dictum Patrem F. N. Reum talem rem feciſſe, referendo caſum eo modo, quo ſucceſſit ſpecificando locum, tempus & perſonas, quæ præſentes fuêre, ut hâc ratione & viâ melius liquidetur veritas, & teſtes conteſtentur.*

29 Si delictum fuerit manuale, ſicut eſt inflictio vulneris, vel ſimile, ſequentes fient interrogationes.

30 *Item an ſciant, dictum Patrem Fr. N. Reum ab aliquo tempore aliquoties in dictum vulneratum F. N. Convitia ac contumelioſa verba protuliſſe, vexaſſe, exagitaſſe, verbis aut factis malè tractaſſe, & ad hoc quæſiviſſe occaſiones: quoties, in quibus occaſionibus, & quomodo id ſciant?*

31 *Item an ſciant dictum P. Fratrem N. Reum in tali vel tali occaſione dicto Fratri N. minatum fuiſſe, dicendo, ſe de ipſo ſumpturum vindictam omni modo poſſibili, vel quid ſimile.*

32 *Item an ſciant dictum Patrem F. N. Reum pluries* (& dicant quoties & quo tempore) *fuiſſe reprehenſum & punitum per Patrem Priorem Conventus propter contentiones, & rixas cum dicto Fratre N. ſauciato habitas.*

33 Simili modo formandæ ſunt cæteræ interrogationes; quòd ſi caſus fuerit ſcandaloſus, in unâ illarum ſcandalum ſpecificetur, & dicetur cui, vel quibus datum ſit, an Communitati, aut ſæcularibus, viciniæ, familiæ vel populo.

34 Advertendum etiam, quod in delictis reiteratis, & jam alias non ſemel correptis & punitis, ob ſpecialem hanc circumſtantiam aggravantem, ſpecialis etiam interrogatio formanda ſit: ut ſequitur.

Digitized by Google

35 *Item an ſciant, dictum Patrem N. jam alias ob talem culpam correctum & punitum* (verbi gratiâ ob fugam ex tali Conventu, vel ob violentam manuum injectionem in talem Religioſum, vel aliud ſimile) *non ſe emendâſſe, ſed eaſdem culpas denuo commiſiſſe, cujuſmodi eſt illa, quæ ipſi nunc imputatur.*

36 Si culpæ Reo imputatæ indicant incorrigibilitatem, oportet id exprimere in aliquâ interrogatione, & ponetur in formâ ſequenti.

37 *Item an ſciant, quod dictus P. F. N. Reus poſt ſæpe repetitas, à diverſis Prælatis correptiones & animadverſiones ob ſimilia delicta nullam emendationem oſtenderit, ſed eadem ſemper continuaverit; ita, ut attento ejus vivendi, procedendique modo, vix ſperari in futurum probabiliter poſſit major correctio illâ, quam hactenus oſtendit; & quod ob hoc illum æſtiment formaliter incorrigibilem? & quomodo hoc ſciant?* Pro hâc tamen interrogatione notanda eſt doctrina *capitis* 26.

38 Si ante inchoatum proceſſum, non fuerit facta ſummaria informatio de infamiâ per duos teſtes juramento confirmata, quando caſus ita requirit, nec fuerit facta tertia interrogatio, terminabitur interrogatorium modo ſequenti.

39 *Item an ſciant, quod ſupradicta omnia, vel aliqua ſaltem eorum pars, ſint notoria, manifeſta, vel de illis ſit vox publica & fama in dicto Conventu, exprimendo publicitatem omnium, quæ continentur in qualibet interrogatione, & quomodo id ſciant.* Et hæc ſunt obſervanda circa probationem publicitatis delictorum, quæ illam exigunt: in cæteris vero quæ ſunt contra bonum commune, vel tertii innocentis non eſt opus probare infamiam, nam etiam ſine ea poſſunt, & debent puniri pænâ publicâ, etiamſi delicta ſecreta ſint; quando aliud medium non ſuppetit, quemadmodum in multis locis hujus Tractatus dictum eſt. Facto interrogatorio Secretarius ponit ſui officii acceptationem, ſicut ſuperius dictum eſt *num.* 5.

Forma conſtituendi Commiſſarium ad procedendum in aliqua cauſa Inquiſitione ſpeciale.

Quando Judex non per ſemetipſum, ſed per aliquem Commiſſarium facturus eſt inquiſitionem dabitur Commiſſio in hâc formâ, advertendo; quòd ſi in aliquo caſu ad plenam delicti probationem ſit neceſſarium teſtimonium Prioris aut Præſidentis Conventus, commiſſio alicui alteri Religioſo gravi & prudenti danda eſt, qui omnia prædicta examinabit, & interrogabit ab eo, & teſtibus. 40

Fr. N. Generalis vel Provincialis Ordinis N. 41 (ſi ſit Provincialis, addet, talis Provinciæ) *Cum habita ſufficienti informatione, quòd P. F. N. Sacerdos, vel Religioſus profeſſus noſtræ Sacræ Religionis degens in Conventu talis loci commiſerit tale delictum* (ponatur delictum clare ſpecificatum) *tali die talis menſis, & anni, cum ſcandalo Communitatis*, viciniæ, vel eo modo, quo contigit, *ut condignis pænis juxta noſtras leges & ſuum meritum plectatur, & ſatisfiat ſcandalo dato, cæteriſque ad terrorem, tenore præſentium damus commiſſionem & plenariam poteſtatem, ſecundum quod jura exigunt, in ordine ad hanc cauſam Patri Fr. N. Priori* vel Præſidenti (vel quicunque fuerit) *dicti Conventus, ut formet interrogatorium ſecundum ea, quæ in caſu prædicto ex enerunt, informando ſe prius extrajudicialiter de publicitate caſus, & ſtatim inchoabit informationem judicialem per duos teſtes juratos, vel facta ſpeciali interrogatione de illa in interrogatorio, in quo ponet omnes illas, quæ pertinent ad delictum cum ſuis circumſtantiis, & notificato infraſcripto præcepto examinabit teſtes per interrogatorium ſub juramento in forma coram Secretario, vel Secretariis, quos in ordine ad ſupradicta nominaverit, procedetque in omnibus juridicè. Facta informatione, acceptaque à Reo confeſſione, exhibitis ipſi articulis, & admiſſis illius reſponſis cum omnibus quæ allegaverit ſecundum jura in ſui defenſionem dato ad hæc ſufficienti tempore authenticatis omnibus propria ſubſcriptione & ſigillo Conventuali, ſubſcribentibus etiam Reo & Secretario, concluſa cauſa*

Digitized by Google

cauſa uſque ad definitivam ſententiam excluſivè (ad hæc enim omnia præſentem ipſi damus commiſſionem) ad nos illam remittet. Præcipimus itaque in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ Obedientiæ, & ſub præcepto formali omnibus Religioſis, cujuſ[illegible] ſtatus & conditionis ſint, ſubditis nobis, & ſi ſint Prælati, quibus præſentes innotuerint, ut ſub juramento dicant & exponant omnia, quæ circa prædictum caſum ſcreverint. In quorum fidem præſentes dari mandavimus noſtra & Secretarii manu ſubſcriptas, & ſigillo noſtri officii ſignatas in Conventu noſtro, &c. tali die talis menſis & anni.

Locus † Sigilli.

F. N. Generalis, vel Provincialis.

41 Quantùm attinet ad commiſſionem, advertat Commiſſarius, quouſque, & ad quid ſe extendat ipſa commiſſio: an videlicet contineat præceptum ſolùm promulgandum: an interrogatorium factum ad hoc ut ſecundum illud procedat, vel ipſi committatur, ut illud faciat: an commiſſio ſolùm ſit in ordine ad examinandos teſtes, vel ſe extendat etiam ad accipiendam à Reo confeſſionem, ad præſentandum ipſi articulos, & recipiendum ab eo purgationes, ut hoc modo Commiſſarius nec deficiat in aliquo, nec ſuam excedat commiſſionem.

Commiſſio quocunque tandem modo data ſit, ponenda eſt ante omnia in capite proceſſus, & in calce illius, vel interrogatorii (ſi adfuerit) ponenda eſt acceptatio Commiſſionis à Commiſſario, addendo diem menſis & anni: nominabitque ſecretarium cauſæ, niſi jam ſit in ipſa Commiſſione nominatus.

Advertendum quoque, quod ſi Secretarius pro cauſâ nominatus illam proſequi non poſſit, vel impeditus ægritudine, vel quia informatio in diverſis Conventibus, aut locis facienda eſt, & ad vitandas itinerum impenſas, & incommoditates haud convenit illum ſecum aut circumducere, quod poſſit Commiſſarius nominare alium vel alios, ſi fuerint neceſſarii, ideò expedit, quòd in commiſſione detur facultas nominandi Secretarium, vel Secretarios, quot fuerint neceſſarii, quemadmodum ſuperius dictum eſt, poſt acceptationem factam à Commiſſario ſuæ Commiſſionis, & poſt interrogatorium, ſi adfuerit, apponet Secretarius ſuam, &c. quæ poterit eſſe tenoris ſequentis.

In fine Commiſſionis & Interrogatorii, ſi illud adfuerit dicet Commiſſarius. 43

Die N. talis menſis & anni. Ego Fr N. Prior vel Præſidens *talis Conventus* vel Sacerdos. Profeſſus Sacræ N. Religionis *obediendo mandato Admodum Rev. Patris Noſtri Generalis* vel Provincialis, &c. *accepto Commiſſionem ſuperius contentam, & in ejus virtute nomino ſeu deſigno ſecretarium pro iſto loco, ſive Conventu* (ſi in aliis quoque Commiſſio exercenda ſit) *P. F. N.* ut *ſupra* §. 1 *num.* 4. & 5.

Si vero in litteris Commiſſionis jam deſignatus ſit, dicat:

Accepi juramentum fidelitatis à Patre Fr. N. Secretario nominato pro iſta cauſa in præfata Commiſſione. In quorum fidem ſubſcripſi tali die talis menſis & anni.

Et ſtatim Secretarius adjicit, & ſuam acceptationem, jurans ſe fideliter & legaliter ſuum adimpleturum officium, ſeque ſubſcribet.

Si verò commiſſio non contineat præceptum, ſed illud remiſſum in ea fuerit Commiſſario, antequam dicat, in quorum fidem, dicat: *Et præcipio in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ Obedientiæ & ſub præcepto,* ut ſupra, &c.

§. II.

De forma et modo *examinandi Teſtes.*

EGimus uberius in *capitulis* 14. 15. 16. & 1
17. *primæ partis* de qualitatibus Teſtium de modo illos examinandi, de eorum ratificatione, & de rebus illis, quas poſſunt & debent teſtari, nec non de illis, quæ debent reticeri. Videantur illa omnia, quia multum ſanè conducent ad hoc, ne committatur error aliquis, vel defectus in iis, quæ obſervanda ſunt, hic autem ponentur ſolùm quædam advertentiæ, & ſtylus in examine tenendus.

Digitized by Google

2 Teſtis examinandus à Superiore vocari debet, quia qui ſciens procedi contra aliquẽ criminaliter, ſemetipſum offert ad teſtandum, veluti ſuſpectus & appaſſionatus rejiciendus eſt.

Debet à teſte ſumi juramentum, aliàs enim ipſius dictum fidem non facit, & hoc debet regulariter coram Judice cauſæ fieri, dico autem *regulariter*, quia in quibuſdam caſibus hoc alicui alteri poterit committere.

Item examinandus eſt *vivâ voce*, & ſolus, ita ut unus teſtis ignoret dictum alterius.

Debet ſcribi nomen proprium & cognomen: ſtatus ipſius, ſi ſit Sacerdos, vel non: illud autem, quod maximè curandum, eſt, eruere liquidè & clarè ſcientiam, ſive notitiam illius, quod deponitur, videlicet modum, quo ſcit & novit, declarando locũ, tempus & perſonas, quæ erant præſentes, ut hoc pacto Judex poſſit uti tali notitiâ ad examinandam, & probandam melius cauſam, vel ſaltem cognoſcere an teſtis aliquid deponat repugnans veritati.

Secretarius omnia, quæ deponuntur à teſte, ſcribere debet propriis ipſius teſtificantis verbis, vel ſaltem talibus, ut nullatenus etiam in minimo mutent conceptum & ſubſtantiam dicti: ſi dixerit ſe vidiſſe, ſcribat hoc, nimirum eum vidiſſe: ſi verò aſſerat ſe audiviſſe, tunc ſcribat ipſam & formalia verba, quæ ſe audiviſſe teſtatur.

Non debent teſtes uti verbis ambiguis, dubiis, æquivocis, vel confuſis, v. g. *credo, mihi perſuadeo,* ſed debent certò affirmare id, quod ſciunt, & quomodo ſciunt. Verum eſt, quòd quando probatio fundatur in præſumptione, verbum *Credo* cenſetur legitimum ad probandum, quemadmodum ſi aliquis diceret, qui vidiſſet *nudum cum nudâ in loco ſecreto*, credo, eos peccâſſe contra caſtitatem.

3 Hæc omnia diffusè ſuis in locis explicata ſunt, volui tamen hîc illa referre, ut habeantur in promptu & memoriâ tempore, quo teſtes examinandi ſunt, fiet autem examen in forma ſequenti.

Formato jam initio proceſſus, & interro-
4 gatorio, & acceptato à Secretario officio cum juramento legalitatis, proſequendũ eſt.

5 *In Conventu talis loci, tali die, talis menſis, & anni, Ego Fr. N. Secretarius in ordine ad infraſcripta ſpecialiter nominatus, coram Reverendo Patre Fr. N. Priore dicti Conventus* (vel coram Patre F. N. Commiſſario hujus cauſæ) *intimavi præceptum ſupra contentum Patri F. N. Sacerdoti profeſſo noſtræ Sacræ Religionis, qui poſita manu ſupra pectus* (ſi non fuerit Sacerdos, poſitâ manu ſupra unam Crucem) *juravit in verbo Sacerdotis,* vel juravit Domino Deo, *ſe dicturum veritatem in omnibus, de quibus juridicè interrogatus fuerit, & examinatus ſecundum interrogationes dicti interrogatorii,* &c. *Ad primam reſpondit, ſe noviſſe dictum Patrem F. N. in eodem nominatum à tanto tempore, in tali loco, cùm ſimul vixerint tot menſibus in tali Conventu,* &c.

Ad ſecundam reſpondit, &c. & ſic ad cæ- 6
teras, & in fine ultimæ apponatur.

Quæ omnia affirmavit veriſſima juramento, quod fecit, & cùm omnia, quæ depoſuit, ipſi lecta fuiſſent de verbo ad verbum, illa ratificavit, propriâque manu ſubſcripſit.

Nec opus eſt aliâ ratificatione in plenariâ informatione inter Religioſos, quemadmodum ſuo loco adverſus aliquos probatum eſt, contrarium opinantes. Si Teſti, dum ipſi ſua dicta prælegũtur, aliquid addendum occurrerit, vel mutandum, omninò admittendum eſt, & ſcribendum; debetque exprimi, quòd hoc ratificaverit, ſicut & cætera omnia: ratificatis tamen, & ſubſcriptis ſuis dictis, illa quæ poſtmodum addiderit vel mutaverit, curanda non ſunt.

In fine dictorum cujuſlibet Teſtis debent ſubſcribere Judex, Teſtis & Secretarius; quòd ſi teſtis neſciat ſcribere, formet unam crucem † & alius pro ipſo ſubſcribat, non nomen Teſtis, ſed ſuum proprium, is qui ſupplet ejus vices dicendo, *qui cùm ſubſcribere non ſciverit, hanc efformavit crucem, petiitque à Patre F.N. ut pro ſe ſubſcriberet, quod & fecit.*

Si eâdem die alii etiam teſtes examinen- 7
tur, Secretarius immediatè in paragrapho ſequenti addet?

His dictis tali die talis menſis & anni Ego F. N. Secretarius in hâc cauſâ in præſentiâ, &c. intimavi præceptum ſuprà contentum Patri F.N. vocato *pro teſte ejus qui poſita manu ſupra pectus juravit,* &c. ut ſuprà: & hoc modo cum cæteris, qui examinandi ſunt, procedendum eſt.

§. III.

Junget: *Et cum Patris noſtri F. N. Judicis præſentis cauſæ auctoritas & juriſdictio non ſeſe extendat ulterius in illa, mox habuit, tenuitque illam pro concluſa uſque ad definitivam ſententiam excluſivè; ſicque muneri ſuo ſatisfaciens, remittit eam integram in ſtatu, quo nunc eſt ad P. N. Superiorem, ut de illa judicet, feratque ſententiam.* Subſcribit Judex, & Secretarius.

24 Omnia ſupradicta præcedere debent definitivam ſententiam, niſi in caſu contumaciæ, quia cùm Reus eſt rebellis & contumax, contra ipſum etiam abſentem ferri poteſt ſententia definitiva ſecundùm allegata, & probata nullâ præcedente articulorum exhibitione & reſponſione. Si tamen Reus voluntariè ſe præſentaret, vel caperetur, non poteſt ſententia poni in executione, niſi cauſa prius revideatur, illique tradantur articuli, & audiantur ejus reſponſiones, & cætera omnia ab ipſo pro ſua defenſione allegata: maximè ſi lata eſſet ſententia expulſionis contra aliquem Religioſum, quia inſtar cauſæ matrimonialis gauderet privilegio reviſionis, *toties quoties opus, &c.*

§. V.

De Sententia *& illius promulgatione.*

1 Antequam Prælatus pronunciet ſententiam definitivam condemnatoriam contra aliquem delinquentem, debet illi conſtare de delicto, & delinquente, vel per depoſitionem ſufficientem teſtium, vel per Confeſſionem judicialem Rei, vel per evidentiam & notorietatem facti. De his jam abundè dictum eſt *capite* 25. nec non in quibus caſibus poſſit minuere pœnam à lege ſtatutam, & cum qua probatione condemnare ad pœnam arbitrariam, & qua ratione non ſit opus in ſententia exprimere delictum in particulari, cui applicatur, cùm hoc conſtet ex proceſſu. Dictum inſuper fuit, qua maturitate in cauſis valde gravibus ſententia ferenda ſit. Videri poterunt hæc omnia *loc. cit.* ſufficiet hîc adponere ſtylum formamque pronuntiandi intimandive ſententiam.

Judex Regularis.

Et licet quælibet Religio habeat ſpecialem ſtylum pronunciandi definitivam ſententiam, non tamen abs re mihi viſum fuit hîc adducere ordinarium & communem pro cauſis gravioribus, ſpectantibus ad Definitorium, unde facilè cuique erit *mutatis mutandis* colligere ſtylum pro aliis minus gravibus. 2

Forma Sententiæ *in cauſa gravi judicata per Definitorium.*

Nos F. N. Præpoſitus Generalis (vel Provincialis) *& F. N. F. N. F. N. F. N. Definitores Generales* (vel Provinciales Provinciæ N.) *Ordinis N. Viſis denunciationibus* (vel accuſationibus) *contra P. F. N. Congregationis noſtræ Sacerdotem profeſſum, & auditis teſtibus, examinatis indiciis, &c. Super iſtis citato Reo atque auditis ejus defenſionibus attenta ejus plena convictione* (vel propria confeſſione) *ſolum Deum præ oculis habentes, ut de illius vultu judicium noſtrum prodeat, oculique noſtri videant æquitatem: bonum etiam noſtræ Religionis ac ipſius Rei attendentes, Christi nomine invocato, per hanc noſtram definitivam ſententiam, dicimus, pronunciamus & condemnamus dictum P. F. N. ad carcerem per ſex menſes; & ut hoc tempore elapſo, è clauſura Conventus exire non valeat, nec litteras ſcribere, aut recipere per duos annos, &c. Præcipimuſque illi in virtute ſpiritus, & ſub præcepto, ut hanc ſententiam acceptet & impleat, & ſi contravenerit & inobediens fuerit, prædictæ pœnæ duplicentur. Mandamus etiam R. P. Priori,* (vel Præſidi) *Conventus N. in quo præfatus P. N. degit, ut illi intimet hanc ſententiam, ſubſcriptamque à ſe, ac Reo, duobuſque teſtibus, præſentibus intimationi ejus, nec non Secretario ad hoc deſignando nobis eam remittat, quo proceſſui inſeri queat. In quorum fidem præſentes dedimus, propria manu ſubſcriptas, ſigilloque officii noſtri munitas, in Conventu N. die ... menſe ... anno ...* 3

Forma *Sententiæ Expulſionis contra Incorrigibiles.*

F. N. Præpoſitus Generalis, &c.

Omnibus præſentes literas inſpecturis, &c. 4

 Ratio

Sententia, qua ob delictum valde atrox pœna triremium, infligitur.

9 Si quis (quod avertat Deus) delictum aliquod adeò atrox & enorme commiſiſſet, ut mereretur pœnam triremium, in tali caſu prius expellendus eſt, & ferenda ac ſcribenda ſententia expulſionis, prout jam ſupra dictum eſt, addendo quaſdam clauſulas particulares, ſicuti, ubi dicitur, *Spolietur habitu ſacro Religionis*, addendo ſæculari, *& conſignetur Iuſtitiæ ſæculari, affigendus remo publicæ triremis, ſerviatque ei ſine ullo ſtipendio per ſpatium trium*, vel quatuor *annorum, ad quam pœnam illum condemnavimus, & ne Sacrum noſtrum habitum audeat reaſſumere, intimamus ipſi Breve Sixti V.* ut ſupra (& poſt præceptum poſitum addetur) *præcipimus etiam Patri Priori Noſtri Conventus N. ubi incarceratus eſt, ut illi intimet hanc ſententiam, eamque exequatur, ſine ullo impedimento & mora, juxta Bullas Summorum Pontificum, quibus Religio noſtra gaudet.*

Rogamus quoque Iudices N. &c. & quemlibet miniſtrum, ad quem executio ſpectabit, &c. ut muneri ſuo ſatisfaciant, ne talia delicta impunita maneant.

Mandamus etiam Religioſo illi, cui incumbit præfatam facere conſignationem, ut afferat teſtimonium, de eo, quòd illum tali triremi conſignatum & affixum reliquerit, vel ſaltem in ſecuris carceribus, traditum brachio ſæculari, poſitum inter cæteros ad triremes condemnatos, & omnia ad nos fideliter deferat, ut proceſſui inſerantur. In quorum fidem, &c.

10 Tali modo ſententiato non dantur dimiſſoriæ (in caſu verò, quo omninò dandæ eſſent) non dentur niſi paulò antequam triremes ingreditur. Religioſo, qui illum conducit, dandæ ſunt aliæ patentes referentes caſum, & ſignificantes, quòd ipſi executio commiſſa ſit, ac tunc cùm ſubſcribuntur & ſigillantur hæ patentes, oportet quòd aſſiſtat ſcriba quidam Regius, qui atteſtetur poſtmodum illas eſſe Generalis, ſibi noti: quæ atteſtatio à duobus Notariis authenticanda eſt: daturque Religioſo ſalvus conductus: niſi conſignatio in manus juſtitiæ fieret fortè in ipſo Conventu, quia ſic jam ex ſe ſecuritas, & cuſtodia requiſita ſuum locum haberet; & hoc ſecundum habet minora inconvenientia, & minorem notam.

Dimiſſoria pro Sacerdotibus expulſis.

11 *F. N N. Præpoſitus Generalis Ordinis N. &c. omnibus litteras præſentes inſpecturis, &c. notum facimus, quòd in Definitorio noſtro Generali, die N. menſis N. anni N. in Conventu noſtro N. celebrato, viſa & examinata cauſa F. N. presbyteri, Ordinis noſtri profeſſi, in ſæculo nuncupati N. ex oppido N. oriundi, rebuſque ad illam ſpectantibus maturè diſcuſſis, hujuſmodi in eum ſententia definitivè lata fuerit: Vt ſcilicet ab Ordine expellatur, & in exilium à Curia Regia, vel urbe N. &c. per triennium condemnetur, ita ut eo tempore non præſumat ad dictam civitatem, nec loca ab illa ſex ſolùm Leucis diſſita accedere, &c. ſub pœnis, &c. Qui cùm ob ſua demerita & delicta, de quibus ſatis ſufficienterque convictus fuit, juxta noſtrarum Conſtitutionum Decreta, ſupradictas pœnas luere mereatur ac debeat, ideò nos ad hujuſmodi ſententiæ integrum complementum, dictum N. tenore præſentium compellimus, eidemque Religionis habitu exuto, ac ſæculi veſtibus induto, ad ſæculum redeundi liberam facultatem impertimur: ipſumque ab Ordine noſtro expulſum, & ab ejus Obedientiæ vinculo liberum exemptumque declaramus, duobus aliis votis, nempe caſtitatis & paupertatis in ſuo robore manentibus. Stricte tamen ei præcipimus, ne ullo unquam tempore ſacro Religionis noſtræ habitu utatur, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, Romano Pontifici reſervatæ, à* Sixto V. *anno* 1587. *contra habitum noſtrum deferentes, fulminatæ*, &c. *Quapropter Illuſtriſſ. ac Reverendiſſimos locorum Ordinarios, ad quos fortè acceſſerit, ſubmiſsè deprecamur, ut eum in ſuis Diœceſibus degere*, &c. *permittant*, &c. *In quorum fidem præſentes manu noſtra, Secretariique nomine ſubſcriptas, ac ſigillo noſtro munitas dedimus, in præfato Cœnobio N. die N. menſis N. anni N.*

12 Etſi dimiſſoriæ ſint de Confirmatione ſententiæ, datæ tempore contumaciæ; non eſt opus immutare illas, neque de hoc facere men-

Digitized by Google

mentionem, de novo enim cauſa recognoſcitur. Ponitur ſolùm in ſententia, quòd præcedens confirmata ſit.

Alia.

13 Quando aliquis expulſus dicit, ſe perdidiſſe dimiſſorias, & petit alias, advertendum erit, ne illas fingat eſſe amiſſas, eo quòd continerent fortè exilium ad aliquos annos, vel ſimiles pœnas, aut privationes, &c. ut ſic alias novas obtineant, in quibus de his pœnis nulla, ſed de nuda ejectione ſolùm fiat mentio (quod benè notandum) tunc autem, ſi eis aliæ dentur, debet in illis mentio & relatio fieri de omnibus, tamquam de præteritis, ſumendo ex jam ſcriptis narrativam *mutatis mutandis*, ita ut totum, quod in illis dicebatur de præſenti, in his dicatur de præterito; *Vt ab Ordine noſtro expelleretur* (loco *expellatur*) & ſic in cæteris narrativæ: *At quia ſicut aſſerit, litteras dimiſſorias ea tempeſtate traditas ſibi, incuria vel caſu amiſit, petitque à nobis alias ſibi dari de præmiſſis fidem facientes, quod æquum & juſtum judicamus. Ideò præſentes litteras dedimus, &c. die N. menſis N. anni N.*

Dimiſſoria pro Fratribus Laicis, ſeu Donatis.

14 Circa Dimiſſorias dandas Fratribus Laicis, ſeu Donatis, quando ejiciendi erunt, nihil particulare dicendum occurrit; poteritque eadem forma ſervari, ſolum demptis illis ac mutatis, quæ propria ſunt ſtatus Clericalis, in cæteris enim omnibus conveniunt.

15 Quando Definitorium facit gratiam alicui expulſo, vel remittit pœnitentiam alicui Reo, ſufficit pro hoc ſimplex Secretarii teſtimonium.

FORMA SENTENTIÆ *Interlocutoriæ de tortura, & illius executione.*

Licet regulariter loquendo in Religionibus non ſit uſus torturæ, quia tamen poſſet caſus aliquis rarus evenire, in quo danda eſſet, quæ erit per diſciplinas, vel rigoroſa jejunia juxta doctrinam *capitis* 24. ponam hic formam ferendi hanc ſententiam, & modum executionis ejuſque, ſequens Patrem Alderete *lib.* 3. §. 22. qui de hoc fuſius tractat ponendo caſum in tortura diſciplinæ, & Patrem Martinum à S. JOSEPH in ſua *Epitome cap* 16. 16

F. N. Præpoſitus Generalis (vel Provincialis) Ord. N. de conſilio & aſſenſu, &c. Cùm in cauſa P. F. N. Sacerdotis profeſſi, &c. Rei, in Conventu N. carcerati, circa delictum ab eo commiſſum (referatur) *examinatis ac diſcuſſis maturè omnibus & ſingulis in proceſſu allegatis & probatis, & auditis Rei defenſionibus veritas clara & plena haberi nequeat; uti delicti gravitas enormitaſque requirit, ac cùm nulla alia ſuperſit via ad illam eliciendam, dolentes vehementer, & neceſſitate compulſi, condemnamus prædictum P. N. Reum, ad torturam diſciplinæ, vel percuſſionis virgarum more in Religionibus permiſſo. In quorum fidem, &c.* ut ſupra. 17

Locus † Sigilli.

F. N. Præpoſ. Gener. vel Provinc.
F. N. Secretarius.

Stylus intimandi dictam ſententiam, & illius executionem erit ſequens. Notando tamen, quòd ſi Reus exiſtat in eodem Conventu, in quo eſt Judex, qui tulit ſententiam, in eadem dabit Commiſſionem Prælato immediato talis Conventus, quemadmodum ſupra fuit declaratum, ut illam intimet & exequatur, nominando Secretarium ad hunc effectum; actio enim adeo gravis, ſine illo exercenda non eſt, non obſtante aſſiſtentia teſtium, ut authenticentur ſingula facta. 18

Inti-

Intimatio & Executio ſententiæ de Tortura inferenda.

19 *Die N. menſis N. anni N. tali hora ivit R. P. N. Provincialis* (vel Commiſſarius) *ad carcerem Conventus N. cui incluſus erat P. F. N. Reus, illoque ex eo educto, coram F.N. Secretario hujus cauſæ* (aut ad hunc finem ſpecialiter nominato) *& coram P. F. N. & P.F.N. teſtibus præfatum P. N. Reum benignè alloquens interrogavit, an ſit diſpoſitus ad veritatem dicendam, cum jam ſatis illi conſtet, quod juridice interrogetur, & quod tali interrogationi in conſcientia obligatus ſit, veritatem ſincere confitendo, ſatisfacere: delatoque eidem, ac præſtito ab ipſo juramento de veritate dicenda, interrogatus fuit à præfato Patre noſtro N. Provinc. vel viſitatore, an tale delictum commiſiſſet? negavit ſe illud commiſiſſe.*

Tunc judex volens contra ipſum Reum opportunis ac neceſſariis juris ac facti remediis uti, juſſit eum duci ad locum torturæ, quem nos reliqui ſecuti ſumus. Ad illum cum perveniſſemus juſſit mihi judex, ſeu præfatus P. N. Provinc. ut Reo intimarem ſententiam ante relatam, quod & feci eam ipſi prælegendo. Interrogatus de novo an veritatem confiteri velit, cum reſpondiſſet ſe veritatem dixiſſe. Tunc R. P. Iudex decrevit illum ſubjicere tormento, cum proteſtatione, quod non intendat eum torquere ſuper his, de quibus eſt legitime convictus & confeſſus: ſed citra prajudicium confeſſatorum, ad habendam veritatem ex ejus ore: quare mandavit eum à F. N. Laico Religioſo noſtræ Sac. Relig. qui decenter ſpoliatus iterumque interrogatus an velit dicere veritatem, cum perſiſteret negando præcepit illum ligari, qui ſic ligatus interrogatus & monitus ad dicendam veritatem, cum diceret ſe dixiſſe juſſit illum flagris cædi: qui cæſus cepit clamare, &c. interrogatus an velit dicere veritatem, reſpondit, &c.

Dum Reus eſt in tormento non moleſtet eum judex multitudine interrogationum, ſed ſufficit, ſi eum aliquoties interroget an velit fateri veritatem, &c. nec amplius quam per horam torquendus eſt Reus, & ne illam excedat, debet judex ſecum habere clepſydram, &c.

Si perſeveret in negando uſque ad finem horæ, debet abſolvi juxta doctrinam *cap. 24. primæ Partis hujus operis*, per ſententiam declaratoriam atque abſolutoriam. Si vero dixerit, ſe velle fateri veritatem, debet ceſſari à tortura. Scribenda ſunt autem omnia prædicta, ſimul cum illis quæ confitebitur, authenticando illa omnium ſubſcriptione ſcilicet judicis, Rei, Teſtium, ac Secretarii. His abſolutis reducetur Reus ad carcerem. Mox proſequetur Secretarius his aut ſimilibus verbis:

Poſt hæc acta in præfato Conventu, die N. menſis N. anni N. Iudex, ſeu R. P. N. &c. aſſociatus P. F. N. & P. F. N. teſtibus, qui torturæ adfuerant, & me F. N. Secretario hujus cauſæ (vel ſaltem quoad hunc actum torturæ) *ivit ad carcerem, ubi præfatus noſter Pater mihi præcepit, ut dicto Patri F. N. Reo prælegerem confeſſionem, quam fecerat viginti quatuor horis ante, quam ipſi prælegi extra locum torturæ, & ſine ullis illius inſtrumentis in memorato carcere, de verbo ad verbum, & à præfato noſtro Patre interrogatus, an dictam confeſſionem haberet ratam, reſpondit, ſe illam habere ratam, & omnia, quæ in memorata confeſſione dixerat, vera eſſe, & propria manu cum præfato noſtro Patre F. N. & teſtibus, qui tunc præſentes aderant, ſe ſubſcripſit. Et ego tanquam Secretarius,* &c. 20

Quòd ſi negaverit & retractaverit dictam confeſſionem, debet repeti tortura juxta doctrinam *capitis* 24.

FORMA *ſententiæ abſolutoriæ.*

Quando delictum probari ſufficienter non potuit, nec habetur fundamentum ad condemnandum Reum ad aliquam pœnam, debet dari ſententia abſolutoria hac, aut ſimili forma. 21

In nomine Domini amen. Nos F. N. Præpoſitus Generalis, vel Provincialis, &c. *Viſis ac maturè examinatis ac diſcuſſis omnibus & ſingulis in cauſa & cauſis coram nobis ac RR. PP. Definitoribus, &c. quæ in proceſſu contra P. F. N. Sacerdotem profeſſum Religionis noſtræ fabricato continentur. habitoque prædictorum PP. Definitorum conſilio & aſſenſu, Deum præ oculis habentes, ut de illius vultu judicium noſtrum*

ſtrum prodeat, per hanc noſtrā definitivā ſententiam. Chriſti nomine Invocato, *dicimus, declaramus, pronuntiam⁹ & definimus dictum P. F. N non fuiſſe repertum culpabilem, nec de iure punibilem, ſed prorſus immunem à crimine, de quo fuit accuſatus, vel denuntiatus, ideo velut de tali crimine innocentem abſolvimus & liberamus; abſolutumque ac liberatum declaramus, non ſolum hoc. ſed & omni meliori modo.* Et ſi cauſa acta fuerit per viam accuſationis addatur. *Et P. F. N. in dicta cauſa accuſatorem,* eodem Chriſti nomine repetito, *declaramus, ac pronuntiamus calumniatorem, atque iniquum delatorem eſſe, pœnamque talionis incurriſſe. Quapropter illum condemnamus ad cellam pro carcere habendam per ſex menſes, in qua bis per ſingulas hebdomadas in pane ſolo & aqua ieiunet. Reſervando tamen, quando nobis viſum fuerit dictam mitigare, &c. Lata, lecta & publicata fuit hac ſententia Romæ in Conventu N. die N. menſ. N. anni N. præſentibus P. F. N. & P. F. N. teſtibus,* &c.

Forma *intimandi hanc ſententiam.*

In caſu, quo Reus eſt præſens ubi eſt Ju-
22 dex, Secretarius coram eo, & teſtibus intimabit Reo ſententiam, ſcribendo quâ ratione illam intimaverit; & quomodo reſponderit, omneſque ſubſcribent.

Si autem Reus ſit abſens, regulariter danda erit commiſſio Priori illius Conventus, in quo exiſtit Reus, ut illi intimet, quod faciet accedendo ad carcerem, vel locum, ubi fuerit recluſus, accipietque ſecum duos teſtes, niſi in caſu aliquo rariſſimo ſcandalum datum extraneis requireret, ut publicè & coram eiſdem publicaretur. Præfatis itaque coram Reo exiſtentibus, ſi forte per ſententiam non omnino ab omni pœna abſolvatur Reus, procurabit ille, cui incumbit intimationem facere, ipſum verbis benignis, & rationibus efficacibus bene diſponere & perſuadere, ut firmiter credat, quod cum ipſo piè & miſericorditer proceſſum ſit, infra condignum, & minori pœnâ illum puniendo, quam ſuis culpis merebatur, cùm Judices ſint Patres, & noverint vino Juſtitiæ miſcere oleum miſericordiæ; quapropter convenire, ut cum omni ſummiſſione admittat ea, quæ ipſi prælegenda ſunt, & cum omni ædificatione adimpleat; hoc enim faciendo pœnæ aliquando mitigantur, fierique ſolet gratia juxta modum perſeverantiæ; & ex oppoſito aliud ſperandum non ſit, niſi major pœna & afflictio. Cuilibet Deus ſuggeret rationes ſufficientes juxta occurrentem neceſſitatem.

Statim deinde legatur ſententia, quâ lectâ & intimatâ in præſentia præfatorum, & à Reo auditâ, interrogatur, quidnam reſpondeas? ſi dicat, ſe illam acceptare (quod regulariter fit) ponenda eſt illius reſponſio & acceptatio in ſcriptis ſub eadem ſententia. Et ſubſcribent omnes quatuor, videlicet ille, qui intimat, Reus, Teſteſque atque etiam (ſi aſtiterit) Secretarius. His peractis remittenda eſt ſententia Judici, & inſerenda proceſſui.

Caſu, quo Reus ob ſua demerita forte à 23
Deo derelictus non acceptaret ſententiam (quod raro continget) tunc is, cui præfatum incumbit exercere officium, bonis verbis & rationibus conetur eum ad bonam frugem reducere, ſignificando illi, eum non acceptando illam mortaliter peccare, tum ex eo quòd juſta ſit, tum etiam ex præcepto formali, quod includit, admonendo illum, noſtras leges diſponere, ut ille, qui non acceptat ſententiam, per integrum annum incarceretur, perſuadeatque illi, hanc pœnam irremiſſibiliter eſſe executioni mandandam, ſicut & illam, quæ in ſententia continetur, quod utique gravius erit, quàm ſi illam cum omni ſummiſſione, & reſignatione acceptaret.

Admonebit eum inſuper, quòd ſi ex profeſſo & malitioſè ſe præſtiterit incorrigibilem, ſe graviſſimis pœnis dignum efficiat, ſibique perſuadeat, quòd ſi hac via fortè prætendat expulſionem à Religione, quatenus ſua libertate frui poſſit, eo ipſo intra illam perpetuo carceri recludendus ſit cum jejuniis multis, diſciplinis, & aliis pœnalitatibus, quæ diutius durabunt, quàm ſua obſtinatio, & duritia (& ſine dubio cum ſimilibus ira procedendum

Digitized by Google

cedendum erit.) His & ſimilibus rationibus conabitur illum inflectere: ſi tamen nihilominus pertinax perſeveret, de hoc illi proteſtationem faciat, & ponatur in ſcriptis. Offerat illi tempus, quo ſe Deo commendare valeat, quatenus illum illuminet, ſuumque ſtatum periculoſum & malum recognoſcat: ac ſingula benè articulata remittantur ad ſuperiorem, à quo emanavit ſententia, ut ipſe decernat, quid agendum ſit. Forma erit, ut ſequitur.

24 *F. N. Prior, &c. talis, &c. Ex mandato noſtri Patris F. N. Generalis*, vel Provincialis, &c. *intimavi ſententiam ſupra contentam Patri F. N. Reo incarcerato in dicto Conventu, & in complementum huius mandati coram Patre F. N. & F. N. quos pro teſtibus acerſivi, illam prælegi de verbo ad verbum, qua audita interrogatus, quidnam illi occurreret reſpondendum? reſpondit, ſe illam acceptare, promptumque ſe præbuit ad omnia implenda, quæ in illa continebantur.* Si illa non acceptet dicatur. *Et reſpondit, ſe illam non acceptare propter hanc & illam rationem.* Et *adhibito omni conatu per efficaces rationes, ut ipſi perſuaderem obedientiam, dandoque illi tempus opportunum, ut ſe Deo commendaret, ac mala ſibi inde ſecutura prævideret, ſi non acceptaret; reſpondit, ſe non acceptare, nec umquam acceptaturum; in quorum fidem me ſubſcripſi, & ſubſcripſerunt præfatus Reus, Secretarius, & ſupradicti teſtes in hoc Conventu, &c. tali die, menſe, anno*, & omnes ſubſcribunt.

25 In Executione ſententiæ Expulſionis, quoad in Incorrigibiles, ſtylus erit, qui regulariter obſervatur, ſcilicet, quòd Reo abradatur corona (ſi illam habeat) ſpoliare illum habitu Religionis, & induere veſtibus ſæcularibus; ſi tamen fuerit captus ſine habitu Religionis, priuſquam illi intimetur ſententia, ſaltem induatur ſcapulari, eo deinde ſpoliandus, in ſolo habitu ſæculari relinquendus,

26 Pro fine hujus ſecundæ partis & totius Tractatus non abs re viſum fuit hic apponere ſtylum & formam, quam debet Prælatus Regularis obſervare in expediendo aliquem cum requiſitoria in caſu (quem avertuncet Deus) quo indigeret brachio ſæculari vel Eccleſiaſtico ad capiendum aliquẽ Religioſum, qui eſſet fugitivus, aut apoſtata ad evitãdum malum aliquod graviſſimum, quod ex libertate tali modo vagandi timetur; nec ſuppetit aliud medium ad capiendum illum: apponam etiam formam, quam debet obſervare Prælatus ſuperior, quando mandat alicui inferiori, ut incarceret aliquem Religioſum Reum, quem mittit, vel ſcit eſſe captum, dum vagaretur extra Religionem.

Requiſitoria ad capiendum aliquem brachio ſæculari, qui capi aliâ viâ non potuit.

F. N. &c. Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Archiepiſ. & Epiſcopis, Prælatis, Ordinariis, & cæteris quibuſcunque Iudicibus Eccleſiaſticis, nec non Dominis Correctoribus, Gubernatoribus, & quibuſcunque Iuſtitiæ Præſidentibus & Iudicibus ſæcularibus, quibus hæ noſtræ litteræ fuerint præſentatæ, notum ſit: quòd F. N. Sacerdos (vel Religioſus) *profeſſus noſtræ Religionis, perſona talis ætatis, ſtatura, faciei, &c.* omni timore Dei poſtpoſito *(effracta Ordinis clauſura) vagus, profugus & Apoſtata, qua de cauſa excommunicationem majorem, aliaſque pœnas incurrit, quæ ſecundum Sacros Canones fugitivis & Apoſtatis impoſitæ ſunt: juxta noſtras etiam leges in cœnobio, è quo profugit, publicè excommunicatus declaratus eſt; alia præterea commiſit delicta, ob quæ graviter puniri meruit; ideo, ut ſatisfaciamus obligationi, qua tenemur, ovem perditam requirere ac reducere, humiliter ſupplicamus DD. veſtris, & cum debitis reverentia ac reſpectu requirimus, &c. vigore ac virtute Bullarum & litterarum Apoſtolicarum quibus obligantur in ſimilibus caſibus præbere Regularibus præſidium ac auxilium (præſertim ratione Brevis mot. prop. conceſſi Religioni noſtræ à Sixto V. 25. Iunii an. 1587.) ut ſtatim ac hæ litteræ noſtræ per quempiam Religioſum Ord. noſtri fuerint exhibitæ auxilientur eidem, ad hoc ut dictum F. N. comprehendere, & ad noſtrum conventum N. ſecurè ducere queat: vel ipſimet illum comprehendere curent, ac recluſum tenere, donec aliquem è conventibus vicinioribus de hoc admonuerint: promittentes omnes ſumptus, qui in hoc opus impenſi fuerint fideliter* 27

deliter reſtituere. Hoc faciendo DD. VV. muneri ac conſcientiæ ſuæ ſatisfacient, conſervantes tuenteſque honorem ac decorem Religionis, & ſcandala arcentes & impedientes, quæ à ſimilibus profugis, vagis, & Apoſtatis præbentur ſubditis atque ovibus veſtris, &c. *In quorum fidem,* &c.

28

FORMA *litterarum, quibus jubetur, ut Reus cuſtodiæ cauſa, carceri mancipetur.*

F.N. *Generalis, vel Provincialis Ord.* N. &c. *Cum Pater, vel Frater N. profugus & Apoſtata noſtræ Religionis, jam comprehenſus ſit, & expediens videatur pro gloria Dei & bono Religionis, atque ſatisfactione iuſtitiæ, ut ad ſuæ uſq; cauſæ deciſionem tutæ cuſtodiæ tradatur; idcirco tenore præſentium præcipio in virtute Spiritus S. & ſub præcepto P. Priori, vel præſidi noſtri Conventus N. vel cuiuſcunque alterius Ord. N. ad quem præfatus F. N. perductus fuerit, ut ſtatim carceri tuto & bene munito mancipetur, vel cellæ alicui ita obſervatæ, ac conſtitutæ, ut inde evadere nequeat: quoad victum tamen & amictum charitativè ei provideatur. Admonendus etiam Reus, quod ſi fugere, aut carcerem effringere præſumpſerit, quod tunc cum omni rigore contra illum procedendum ſit, & omnes illæ pœnæ infligendæ, quæ à iure talibus conſtitutæ ſunt; & qui ad id illi conſilium, aut auxilium præbuerint irremiſſibiliter plectentur pœna à N. conſtitut. 4. part. cap. 4 n. 4. aſſignata. In quorum fidem, &c,* ut ſupra.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM.
Quæ in hoc Opere,
DE JUDICE TT JUDICIO REGULARI
Continentur.

Primus numerus deſignat Partem, ſecundus Caput; vel parag. Tertius numerum Capitis.

A.

Accuſatio.

QUid ſit? 1. *part. cap.*10.*num.*2.
Debet fieri in ſcriptis, & quomodo, *ibidem n.* 3.
Debet in illâ ſignari dies, menſis & annus, in quo fit: de delicto ſufficit ſignare annum & menſem, *num.* 4. *ibidem.*
Regulariter inter Religioſos non debet procedi per viam accuſationis, *n.*5.*ibidem*, licet poſſit dari caſus, in quo datur obligatio accuſandi, 1. 10. 5.
Arguit inimicitiam, defectum charitatis & ſpeciem vindictæ, *ibidem.*
In Galliis & aliis Regnis prohibitus eſt iſte modus procedendi, *ibidem.*
Utendum illâ eſt in caſu quo non habet locum denuntiatio, *ibidem.*
Differt à denuntiatione Judiciali, & in quo? 1. 10. 2.
Diſcutitur alia differentia, *ibid. n.* 3.
Differentia eſt ſolùm accidentalis, & utraque intendit bonum commune, *ibid.*
In Delictis, in quibus non poteſt fieri denuntiatio ſine infamiâ, nec etiam poterit fieri accuſatio. 1. 10. 1.
Vide V. denuntiatio Judicialis.
Si ſit in ordine ad ſatisfaciendum alicui damno illato, dat jus ad inquirendum, etiam non præcedente infamiâ. 1. 12. 5.
Si tamen non procedat à parte intereſſatâ, non præcedente infamiâ inquiri non poterit, niſi delictum ſit contra bonum commune, vel alicujus tertii. *ibidem.*
Ponitur forma accuſationis, quando fit in ſcriptis circa gravamen, quod paſſus eſt accuſans, 2. 1. 2.
Si ſit in ordine ad hoc, ut obvietur damno boni communis, vel tertii innocentis, in quo debeat poni differentia; *ibid. n.* 3.
Quid agendum ſit Judici, antequam remittat illam. *num.* 4. *ibid.*
Forma illam faciendi verbaliter, vel in ſcriptis. *ibid. n.* 6.
Quomodo admittatur? 2. 1. 7.
Admitti debet coram Secretario. *Vide V. Secretarius.*
Accuſationes falſæ, aut malignæ admittendæ non ſunt, & admiſſæ repellendæ ſunt, quemadmodum etiam juſtæ, quæ magis obeſſe quàm prodeſſe poſſunt. 1. 10. 12.

Accuſator.

Ad Judicium ſufficit virtualis, vel fictus. 1. 1. 5.
Obligatur ad pœnam & probationem delicti. 1. 9. 3.
Debet jurare de calumnia. 1. 10. 3.
Quæ probatio ſufficiat ad excuſandum à pœna. 1. 10. 6.
Sufficit, quòd habuerit cauſam veriſimilem purgando ſe per duos vel tres teſtes, & qua forma *ibidem*, ponuntur alii caſus excuſantes à pœna. 1. 10. 7.

Digitized by Google

Accuſator palliatus quis ſit,& quomodo dignoſci queat. 1. 10. 8.
Non eſt ipſi danda fides, nec admittendus ſine prudenti examine. *ibid. n. 9.*
Qualiter Prælati cum his procedere debeant, *ibidem.*
Et num. 11.

Advocatus.

Concedere Advocatum, vel Procuratorem Reo ſpectat ad apices juris, & non habet locum inter Religioſos etiam in caſibus gravibus. 1. 20. 4.
Contra aliquos aſſerentes, eos in caſibus gravibus eſſe concedendos, *n.* 2. *ibidem.*
Concedendus tamen eſt illis ſub obligatione gravi Religioſus aliquis doctus, quem poſſint conſulere, ſi illum petant. 1. 20. 7.
Etſi Reus eſſet perſona ignorans, & ſi non petat. *ibidem.*
Prælatus cum Religioſis facit officium Advocati.
Vide *Prælati* verſ. *faciunt officium.*

Appellatio.

Quid ſit in tota ſua latitudine. 1. 27. 2.
Illius effectus devolutivi & ſuſpenſivi. *ibid. num.* 3.
Una eſt de jure naturæ, quæ nemini denegatur, & quid ſit. 1 27. 3.
Habet ſolùm effectum devolutivum & quid ſit, *ibid.*
Pertinet ad Religioſos etiam in ſententiis juſtis, 1. 27. 4.
Ad quos, & quomodo facienda ſit, *ibid.*
Alia eſt de jure poſitivo, & eſt propria ac rigoroſa, 1. 27. 5. quid ea ſit *ibid.*
Habet etiam effectum ſuſpenſivum, & quid ille? *ibid.*
In ſententia Excommunicationis ſuſpenſionis, &c. non ſuſpendit effectum, *ibid.* niſi ſit conditionalis, & appellatio fiat, priuſquam impleatur conditio, 1. 27. 6.
Inter Eccleſiaſticos debet fieri intra decem dies, & inter ſæculares intra quinque, 1. 27. 7.
Ob quas cauſas debeat reſtitui terminus. *ibid*
Quando ſententia eſt conditionalis, poteſt fieri appellatio etiam tranſacto termino, ſi conditio adimpleta non ſit. *num.* 1. 27. 8.
Quando Reus appellat à ſententia, quam ſcit eſſe juſtam, mortaliter peccat. 1. 27. 9.
Poteſt appellare, ſi dubitet vel ſolùm habeat probabilitatem de illius juſtitia. 1. 27. 10. & 11.
Etiamſi pars ipſius ſit minus probabilis. 1. 27. 12.
Contra alios, qui in hoc caſu illud negant. *ibidem.*
Inter Religioſos ſolùm in caſu manifeſtæ injuſtitiæ poteſt appellari, *numer.* 10. & *num.* 11. *ibid.*
In appellatione debet poni cauſa, licet hoc inter ſæculares non ſit neceſſarium. 1. 27. 13.
Ratio diſcriminis, *ibid.*
De appellatione à Judice arbitro, vide *V. arbitri.*
Eſt odioſa inter Religioſos in cauſis criminalibus. 1. 27. 1.
In quibus caſibus ſit dabilis inter eos remiſſivè. *ibidem.*
Eſt illis per ſua privilegia ſpecialiter prohibita, 1. 27. 15.
Recenſentur aliqua privilegia, *num.* 16. *uſque ad* 25.
Non poſſunt in virtute eorum appellare appellatione juridicâ à ſententiis ſuis ſtatutis conformibus, etiamſi rigoroſiſſimæ & cur? 1 27. 30.
Nec à ſententiis, quæ non trahunt ſecum gravem infamiam, vel pœnas valde rigidas, ſi exceſſus ſit manifeſtus. 1. 27. 31.
Poſſunt recurrere ad ſuperiorem per modum ſimplicis recurſus. 1. 27. 30. & 31.
Regulariter, etſi pœna ſit ex gravioribus, & exceſſus ſit notorius, non poſſunt tali modo appellare, ſed ſolùm per modum ſimplicis recurſus. 1. 27. 32.
Poteſt dari caſus aliquis rarus, in quo ſit licita. *ibidem.*
Et debet fieri gradatim. 1. 27. 33.
Aliàs erit nulla, & appellantes incurrunt excommunicationem, ac illam admittentes. *ibidem.*
Ratio hujus. 1. 27. 34.
Et hoc etiamſi ſententia ſit per modum exemplaris caſtigationis & in pœnis graviſſimis. 1. 27, 36.

Digitized by Google

Contra aliquos aſſerentes in tali caſu eſſe licitam etiam in ſententiis juſtis. *ibidem, & num.* 37.
Reſpondetur ad illius fundamenta, *ibidem.*
Rejiciuntur varii Doctorum dicendi modi *à num* 25. *uſque ad* 30.
Satis ſit illis, *ibidem.*
Vide *V. Nuntius.*
In cauſis civilibus licitum eſt appellare. 1.27 3.7.

Apices

Juris qui ſint. 1. 1. 6. & 25. 9.
In Tribunalibus, in quibus obſervantur, nullum eſt, quod ſit contra illos, 1. 1. 6.
Ad illos ſpectat concedere Advocatum, vel Procuratorem Reo. 1. 20. 4.
Publicare nomina teſtium. 1. 19. 10.
Reproducere teſtes in plenariâ, 1. 19. *à nu.* 6. *uſque ad* 10.
Quid ſit dicendum circa ſumptionem Juramenti fidelitatis à Secretario, 1. 13. 5. & 4.
Et circa teſtes quoad dicendam veritatem. 1. 14. 4. 5. & 6.

Arbitrium Judicis

Determinat in praxi qualitatem Inimicitiæ inter teſtem, vel Accuſatorem. 1. 21. 35. & 36.
Remanet penes illius arbitrium judicare de reconciliatione inimicitiæ, 1. 21. 40.
Et aſſignare terminum competentem, ut Reus reſpondeat ad articulos, 1. 21. 4. & 1. 22. 5.
Vide *V. Iudex.*

Arbitri

Ad dignoſcendum, ſi ſit legitima recuſatio Judicis, qui illos nominat. 1. 21. 14.
Et an cauſa ſit legitima, *ibidem*, ab illius ſententiâ non poteſt appellari, 1. 27. 14.

Articuli

In quâ parte vel ſtatu proceſſus ſint præſentandi Reo. 1. 22. 1.
Spectant ad jus naturale, & debent præſentari, etiamſi delictum probatum ſit *ibidem &* 1. 21. 4.
De quibus componi poſſint. 1. 22. 1. 2. 4. 1.
Debent in particulari. 1. 22. 7.
Non poteſt fieri articulus de eo, de quo non eſt infamia, etiamſi Reus fateatur, ſi peccatum ſit perſonale, 1. 22. 2.
Secundum praxin eſt ipſi imponendum præceptum ad hoc ut reſpondeat. *nu.* 3. *ibidem &* 2. 4. 2. illius forma. *n.* 3 *ibid.*
Præceptum ſubſcribitur à ſolo Prælato, & in fine articulorum. 1. 22. 4.
Forma & clauſula articulorum 2. 4. 4. 5. & 6
Melius eſt, quod illos ſubſcribat Judex & Secretarius, non obſtante quòd ſufficiat ſubſcriptio præcepti. *ibidem num.* 7.
Traduntur Reo intimando ipſi præceptum, 1. 22. 4. 2. 4. 10.
Forma hujus, *ibid. n.* 11.
Debet concedi tempus ad hoc ut reſpondeat, & eſt de jure naturæ, 1. 21. 4. 1. 22. 5.
Debet eſſe competens ad arbitrium Judicis, *ibid.*
Si Reus illud recuſet, debet de eo Secretarius fidem facere, 1. 22. 6.
Debet reſpondere in calce articulorum intra terminum aſſignatum, 2. 4. 12.
Poteſt reſpondere per ſe, ſed melius eſt, quòd reſpondeat per Secretarium, *ibid.*
Stylus & clauſula hujus, 1. 22. 8. & 2. 4. 13.

Auditores

Regii & Cancellariarum non poſſunt recuſari, niſi afferatur cauſa, 1. 21. 11.
De pœna recuſantis, quando non probat, vel cauſæ non ſunt ſufficientes. 1. 21. 17.

Authores

Loquuntur diverſimode circa diſtinctionem publici à notorio & manifeſto, & conciliantur. 1. 3. 14.
Conciliantur etiam quantum ad diverſitatem in aſſignandis ſpeciebus denuntiationum. 1. 6. 1.
Illi, quos Martinus S. Joseph adducit in ſuum favorem pro quadam ſententiâ, explicantur. 1. 8. 3.
Etiam illi, quos adddducit in favorem alterius ſententiæ. 1. 9. 12.
Canoniſtæ & Theologi in omnibus adhærent

tent Sacris Canonibus, non autem Juriſtæ; quantum ad hoc quòd præcedat, vel non præcedat fraterna Correctio. 1. 9. 12.
Authores ſatis confusè loquuntur de obligatione denuntiandi delicta occulta. 1. 9. 12.
Et illi, qui inſinuant, quòd ſine infamiâ poſſint denuntiari delicta occulta, quomodo intelligendi ſint, *ibid.*
Item illi, qui dicunt, poſſe Judicem procedere in virtute denuntiationis factæ per Officiales publicos in delictis perſonalibus, explicantur. 1. 9. 19.
Conciliantur illi, qui loquuntur de obligatione Prælati circa hoc quod eſt admonere de his, quæ taceri debent in Viſitationibus. 1. 11. 5.
Conciliantur illi, qui diverſimodè opinantur circa jus, quod præbet infamia Judici ad inquirendum in ſpeciali. 1.12.5.
Doctores citati à Dianâ, aſſerentes de his, quæ à fide dignis audita ſunt, tamquam certis jurari poſſe, dant doctrinam damnoſam, ſi abſolutè intelligatur. 1.15.6.
Explicantur alii Authores, 1. 15. 7.
Concordantur duæ ſententiæ contrariæ circa hoc, an confeſſio facta à Reo per minas à Judice de torturâ intentatas, dici poſſit ſpontanea. 1. 24. 9.
Conciliantur Authores circà ea, quæ dicunt de obligatione, quam habet Reus ad reſpondendum, quando Judex non monſtrat illi jus, quo eum interrogat, 1.18.9.
Qualiter intelligendi ſint illi, qui dicunt, poſſe interrogare Judicem de ſociis delicti, quod ſine illis committi non potuit, 1.18.15.
Refutantur aliqui, qui aſſignant tempus ad hoc, ut reconciliatio poſt inimicitiam dici poſſit recens, aut non, 1. 21. 40.

C.

Carcer

Est regulariter inſtitutus ad cuſtodiendos delinquentes. 1. 23. 1.
Eſt in uſu apud Religioſos, & eſt obligatio, 1. 23. 2.
Quomodo debeat eſſe *n.* 3. *ibidem.*
Non admittit alias pœnalitates, niſi eſſet neceſſarium pro ſecuritate Rei, *ibidem.*
Et niſi eſſet per modum tormenti vel pœnæ, 1. 23. 5.
Quæ dari poteſt, 1. 23. 1.
Quando in hoc fiat exceſſus? Vide V. *Prælatus* verſ. *quando incarcerat ſine causâ.*
Quando delictum, eſt valde atrox poteſt Prælatus ſine alio fundamento incarcerare delinquentem, 1. 23. 6.
Vide V. *caſtitas.*
In delictis minus gravibus non poteſt, niſi timeatur fuga, 1. 23. 7.
Quoad hoc obſervandæ ſunt leges cujuſlibet Religionis, 1. 23. 8.
Quando poſſit Religioſus incarcerari? Vide *Religioſi.*
Quando ſit licitum fugere ex carcere. Vide V. *fuga.*

Cardinales

Jura in eorum cauſis poſtulant majorem numerum teſtium. 1. 14. 11.
Non poſſunt recuſari, 1. 21. 9.
In aliquibus caſibus ſolum eorum dictum ſufficit ad condemnandum. 1. 14. 11.

Carmelitæ Diſcalceati

Utuntur Secretario in omnibus cauſis judicialibus, 1. 13. 1.
In quibuſdam delictis adhærent opinioni aſſerenti, quòd teſtes ſingulares ſe uniant, & probent, 1.14.17.
Poſſunt ſcribere Prælatis ſuperioribus ita ut nullus inferior impedire poſſit. 1.23.18.
Apud eos minus frequenter datur caſus, in quo liceat fugere ex carcere. *ibidem.* Vide *carcer.*
Priores locales apud eos non poſſunt judicialiter cognoſcere cauſas criminales, 1.1.4
Non obſtante quòd habeant Iuriſdictionem ordinariam, *ibid.*
Apud eos non ſtatim visâ causâ Rei datur ſententia, ſed differtur uſque in diem ſequentem, 1. 25. 6. & eſt valde conforme juri. *ibid.*
Gaudent omnibus privilegiis conceſſis aliis Religionibus mendicantibus & non mendicantibus. 1. 27. 24.

Digitized by Google

Eſt ipſis interdicta appellatio per eorum Conſtitutiones, 1. 27. 3.
Judicium omnium cauſarum graviorum reſervatum eſt difinitorio, *ibidem.*

Caſtitas.

Peccatum, quod committit Religioſus contra caſtitatem, & fit in occaſionibus reincidendi in illud, nocet bono communi, 1. 5. 4.
Ob id poteſt incarcerari ſine alio fundamento, 1. 23. 6.

Cauſa.

Cauſæ graves ſunt materia judicii, 1. 1. 7.
Non autem leves, etiam in ordine ad judicia ſæcularia, 1. 1. 9.

Cenſura

Non ſuſpenduntur per appellationem, 1. 27. 5.
Niſi fuerint conditionales, & appellatio fieret, antequam impleatur conditio, 1. 27. 6.

Citatio

Non debet fieri ante ſummariam, 1. 12. 35.
Eſt unum ex ſubſtantialioribus judicii, 1. 17. 1.
Illæ, quæ apud Religioſos ſunt in uſu, ſunt duplicis generis verbalis & realis, *ibid.*
Ordinantur ad conteſtationem litis, & quid utraque ſit, 1. 17. 2.
Debet fieri ab ipſo Judice, 1. 18. 1.
In delictis minus gravibus ſufficit præſentare articulos ſine alia citatione, 1. 19. 16.
Et multò magis ibi, ubi eſt conſuetudo, 1. 19. 17.
In gravibus non ſufficit, *ibid.*
Et idem eſt in delicto, ob quod Prælatus privandus eſt officio, *ibid.*

Clamoroſa Inſinuatio

In ſubſtantia idem eſt, quod infamia, 1. 5. 11.
In quo differat à rumore, 1. 5. 12. & 13.

Clauſula

Simpliciter, Summariè, de plano, & ſola veritate facti inſpecta explicantur, 1. 1. 6.

Clerici.

Ad procedendum contra illos requiruntur majora indicia, quàm contra ſæculares, & quando illa ſint ſufficientia, 1. 12. 31.
Hodie contra illos probant duo teſtes, 1. 14. 11.
Licet à jure antiquo plures exigantur, *ibid.*
Conſuetudo torquendi illos eſt apud eos minus frequens, quàm inter ſæculares, & qualiter torquendi ſint, 1. 2. 4. 1.

Coarctata

Quid ſit? 1. 21. 45.
Annullat probationem delicti, *ibid.*
Quando Reus probat coarctatam, & Judex delictum, cui ex duabus probationibus ſtandum ſit, 1. 21. 47.
Quando Reus illam probat per unum tantùm teſtem fide dignum, debilitat probationem Judicis, *ibid.*
Vide *V. negativa.*

Collatio Scripturarum

Ex ſe ſola non facit niſi ſemiplenam probationem, 1. 12. 25.

Commiſſio, Commiſſarii

Non poſſunt ſe extendere ultra terminum ſuæ commiſſionis, 1. 15.
Sed poterunt ex conſequenti totum id, quod requirit negotium, etiamſi expreſſum non ſit, *ibid.*
Si commiſſio fuerit data cum plenitudine poteſtatis, poterunt totum id, quod poteſt Prælatus, qui committit, *ibid.*
Debent manifeſtare ſuam commiſſionem, *ibid. in fine.*

Digitized by Google

Quis poſſit committere? Vide *V. Prælati.*
Formula commiſſionis ad procedendum in aliqua cauſa per inquiſitionem ſpecialem, 2. 1. 40. & 41.
Vide *V. Inquiſitio ſpecialis.*

Complex in delicto.

Quale jus præbeat illius dictum ad inquiſitionem ſpecialem, & an dictum duorum ſufficiat ad dandam torturam, 1. 12. 28.
Regulariter teſtari non poſſunt, & in quibus caſibus admittantur, & quot ſufficiant ad aliquem condemnandum, & ad quam pœnam? 1.14.21.
Quando non ſunt infamati, non poteſt Judex de illis inquirere, niſi delictum minetur damnum bono communi, 1. 18. 15.
Et quid poſſit Judex, ſi Reus injuſtè illos prodat, *ibidem.*

Communitas

Conſtituitur ex decem perſonis, ad hoc, ut in illa aliquid dici queat notorium, 1.2.4.
In ordine ad alios effectus minor numerus ſufficit, 1. 3. 6.
Et qualis eſſe debeat? *ibid.*

Concilium generale

Non poteſt recuſari, 1. 21. 9.

Condonatio

Partis offenſæ quantum excuſet à pœna, 1. 21. 50.

Confeſſio Rei

Extrajudicialis etiamſi coram Judice fiat, & aliis, dummodo non ſint tot, ut ſufficiant ad cauſandam infamiam, non præbet jus ad inquirendum, & multò magis inter Religioſos, 1 12.17.
Referuntur varii dicendi modi Doctorum circa hoc, 1.12.16.
Confeſſio, quam facit Reus in judicio de delicto ſecreto perſonali, de quo non erat infamatus, nec habeat connexionem cum principali, non tribuit Judici jus ad procedendum juridicè, 1. 12. 18.
Et quid in tali caſu agere debeat, *ibid.*
Contra communem Juriſtarum, *ibidem.*
Nec ex eo poteſt componere articulum, 1. 22. 2.
Idipſum dicendum eſt, ſi revelaverit delictum alicujus tertii, 1.12. 20.
Contrarium dicendum eſt, ſi eſſet in damnum boni communis, vel alicujus tertii, & alia via remediari non poſſet, *ibid.*
Judex debet ſumere ab ipſo confeſſionem, 1. 18. 1.
Quantum fuerit poſſibile, 2. 3. 1.
Et ſecundùm aliquos non poteſt hoc fieri per alium, etiamſi fiat ex commiſſione Judicis, 1. 18. 1.
Qualiter illam ſumere debeat, 1. 18. 2.
De quibus interrogare debeat & poſſit, 2. 3. 2.
Debet eſſe clara & diſtincta circa corpus delicti, 1.18.18.
Quando ſumpta eſt injuſtè & malitioſè vel fraudulenter, non præjudicat, 1.18.21.
Non eſt opus concedere illi tempus ad reſpondendum, *nu.* 20. *ibidem.*
Formula præcepti ad ſumendam confeſſionem, 2. 3. 5.
Debet conſtare Reo, haberi ſemiplenam probationem & infamiam, & in ordine ad hoc ſufficit ipſi legere neceſſaria, *n.* 5. *ibid.*
Ponitur forma ſumendi ab ipſo confeſſionem, 2. 3. 7.
Quem ſtylum Judex obſervare debeat in interrogando? *n.* 8. *ibid.*
Prælegitur ipſi ejus confeſſio, 2. 3. 5.
Concluditur *n.* 10. *ibid.*
Datur ipſi copia teſtium pro ſua defenſione, & in locum Advocati Religioſis aliquis Religioſus doctus, *n.* 11. & 12 *ibid.*
Ponitur ſtylus hujus, *n.* 13. *ibidem.*
Vide *publicatio teſtium*, *Advocatus.*
Confeſſio facta in tortura, quomodo & ubi ratificanda ſit, 1.24.8. 2.5.20.
Qualiter ſumenda ſit? 2. 5.19.
Confeſſio ſpontanea Rei eſt probatio efficaciſſima adverſus eum, ſed non ſtatim condemnandus eſt, 1. 18. 23.

Vali-

Digitized by Google

Validat judicium, quod aliàs validum non erat, 1. 18. 24.
Contra alios, qui adducunt oppoſitum, & eſt magis contentaneum charitati, *ibid.*
An ſit opus illam ratificare, *ibid*
Et quid ſi fuerit ſpontanea confeſſio Rei, ex eo, quòd Judex illi ſit minitatus torturam, 1. 24. 9.
Vide *V. Reus.*

Conjuratio

Quid ſit, & in quo differat à conſpiratione, 1. 21. 41.
Vide *V. Conſpiratio.*

Conſilium

Hominis docti, quod aliquis ſequens tranſgreſſus eſt legem, excuſat à pœna ejuſdem, 1.21.65.

Conſpiratio

In quo differat à conjuratione, & quid ſit in communi, 1.21. 41.
Aliquando eſt licita, *ibid.*
Illicita quid ſit, & quot modis fiat, *ibid.* 42.
Illa quæ ex ſe mala non eſt, poteſt eſſe mala ex occaſione perturbationis & inquietudinis, quam ſecum trahit, & inter Religioſos ſunt prohibitæ. *ibidem.*

Conſpiratores

Admittuntur eorum teſtimonia, tametſi non ſufficiant ad probationem delicti, 1. 21. 43.
Si probetur, Reus puniendus eſt non obſtante conſpiratione, ſi verò non probetur, puniendi ſunt conſpiratores, *ibidem*, & *num.* 44.
Eorum punitio commendatur ſingulariter, & cur? *n.* 44. *ibidem.*
Quæ pœna illis imponenda ſit, 1. 21. 43.

Conſuetudo

Religionis magnam vim habet, & ſecundum illam judicandum eſt, etiamſi ſit contra jus ſcriptum, 1. 1. 8.
Conſuetudo peccandi ex quot actibus ſumatur ad hoc, ut poſſit generare indicium ad præſumptionem, 1.4.5. & 1.5.4.

Conteſtatio

Quid ſit, & in quo conveniat cum citatione, 1. 17.2.
Vide *V. Citatio.*

Contumax

Contra eum fertur ſententia in contumaciam ſine articulis, ſi tamen compareat, ſententia executioni non mandatur, niſi exhibeantur illi articuli, 1. 25. 4.

Correctio Fraterna

In nulla Religione illi renunciatur in ordine ad denunciationem judicialem, 1. 9. 5.
Utendum illa eſt in peccatis occultis perſonalibus, quando probabilis, vel dubia eſt emendatio, 1. 9. 6.
In illis verò, quæ ſunt contra bonum commune, vel alicujus tertii moralis requiritur certitudo, *ibid.*
Vide *V. Denunciatio Evangelica.*

Credulitas.

Credere aliquid, non eſt illud ſcire, 1. 15.5.
Quando probet ille, qui dicit, ſe credere, 1. 16.15.
Ille, qui ex credulitate aliquid facit, quantum excuſetur à rigore pœnæ? 1.21.65.

Curator.

Non eſt opus illum dare inter Religioſos in cauſis criminalibus minorum, 1. 20. 5.
Et hoc etiam inter ſæculares eſt probabile, *ibidem.*

Et

Et quare? n. 6. ibid.
Contra aliquos, qui ponunt hanc obligationem utrobique, 1. 20. 2.

Cuſtos Campi.

Illius dictum ſufficit ad condemnandum Reum ad pœnam per legem taxatam, 1. 14. 11.

D.

Damnum

Grave boni communis obligat ad teſtificandum, etiamſi ſequatur aliquod minus proprium, 1.15.2. & 1. 9. 8.
Non ſic damnum alicujus tertii, *ibid.*
Damnum grave alicujus tertii, vel proprium grave ſpirituale excuſat ab obediendo Prælato, 1. 15. 14.
Et minus malum eſt non obedire, quàm infamare, vel condemnare tertium ad pœnam gravem, 1. 15. 15.

Defenſio

Inculpabilis excuſat à tota pœna, & minuit, ſi in illa fiat aliquis exceſſus vel culpa, 1. 21. 51.

Degradatio.

Forma ſententiæ degradationis remiſſivè, 2. 5. 6.

Delicta

Commiſſa in ipſo judicio, ſi præjudicent, tribuunt Judici jus ſine alia infamia facti ad inquirendum, 1. 12. 15.
Illud, quod Reus revelat ex ignorantia in judicio, de quo non erat infamia, coram Judice & Secretario, non præjudicat ipſi, nec alteri ad hoc, ut Judex juridicè procedat, ſi perſonale ſit, 1. 12. 18. 19. & 20.
Contrarium dicendum eſt, ſi ſit in damnum boni communis, vel alicujus tertii, 1. 12. 20.
Contra communem Juriſtarum, qui exiſtimant, illud ſemper præjudicare, 1. 12. 18.
Illud, quod committitur coram Judice, & aliis duobus, vel tribus, non præjudicando judicio, non poteſt Judex deducere ad publicam punitionem, ſi ſit ex illis, quæ requirunt infamiam, 1. 12. 22.
Contra aliquos & communem praxin Judicum ſæcularium, 1. 12. 21.
Niſi delictum eſſet contra ipſum Prælatum vel Judicem, 1. 12. 23.
Et hoc qualiter inter Religioſos practicandum ſit, *ibid.*
In delictis magis ad mentem ſive intentionem, quàm effectum reſpicitur, & hoc quomodo intelligendum ſit, 1. 21. 51.
Illa quæ committuntur repentinè ex calore iracundiæ, vel ad illa provocando adverſario, puniuntur pœna arbitraria, 1. 21. 52. & 53.
Illa quæ caruêre effectu, quomodo & quâ pœna punienda ſint, 1. 21. 67.
Quæ pœna correſpondeat cuilibet delicto remiſſivè, 1. 25. 15.
Vide *V. Peccata.*

Denunciatio.

Varias aſſignant Authores, & diverſimodè explicant illas, reducuntur ad duas, 1. 6. 1.
Subditi in illis faciendis non debent eſſe timidi, 1. 6. 2.
Nec nimis zeloſi, 1. 6. 3.
Ponderatur hoc gravibus Navarri verbis, *ibid.*
Peccatum, quod unus ſolus ſcit de altero, non poteſt judicialiter denunciare, etjam ſi Prælatus imponat præceptum, & delictum ſit contra bonum commune, vel alicujus tertii, 1. 7. 3.
Et quid agendum ſit, quando delictum committendum eſt, vel ex eo imminet grave damnum, *ibid.*
Ponitur caſus, in quo denunciari poteſt, *ibid.*
Vide *Peccatorum differentia,*
Denunciationes falſæ non ſunt admittendæ, & ſi admiſſæ fuerint, non ſunt proſequendæ, nec veræ, ſi plus obeſſe, quàm prodeſſe debeant, [illegible]0. 12.
Evangelica quid ſit? & in quibus peccatis locum habeat, 1. 7. 1.
Quomodo fieri debeat, *ibidem.*

Non

Digitized by Google

Non eſt omittenda, ſi affulgeat ſpes profectus, etſi ſubditus exaſperandus ſit, *ibid.*
In delictis, quæ ſolùm ſciuntur ab uno teſte oculari, vel per indicia æquivalentia, quale jus præbeat Prælato denunciatio, & de obligatione ſubditi ad fatendam veritatem, 1.7.1. & 2.
Quid poſſit facere Prælatus, ſi ſubditus proponat emendationem, *ibid.*
Quid ipſi agendum ſit, quando eſt pertinax, 1.7.3.
Finis proprius hujus denunciationis eſt emendatio proximi, 1.8.1.
Non facit notorium juris, 1.8.11.
Vide *Correctio Fraterna.*
Judicialis quid ſit, 1.9.1.
Differt ab Evangelica penes hoc, quòd intendat bonum Reipublicæ, vel communitatis, ad quod reducitur hoc, quod eſt prævenire damno tertii, *ibid.*
Differt ab accuſatione, ex eo, quòd denuncians non ſe obligat ad probationem vel pœnam delicti, licet non ab omni excuſetur, ſi denunciaverit ſine ſufficienti fundamento, *ibid. n.* 2.
Refutatur alia differentia, quam aſſignant aliqui, & prior confirmatur, 1.9.3.
Differt ab accuſatione ſolùm accidentaliter, & ob quem finem introducta ſit, *ibid.*
Intendit bonum commune vel tertii, *ibid.*
Peccata occulta probabilia, quæ ſunt in damnum boni communis vel tertii, denuncianda ſunt, licet nulla præcedat infamia, aut correctio fraterna, dummodò fiat cum minori dedecore delinquentis, quo fuerit poſſibile, 1.9.4. & 5.
Niſi affulgeat ſpes, per correctionem fore emendandum delinquentem, & occurrendum omnibus nocumentis, quod non præſumitur in hæreſi, 1.9.5.
Et in his peccatis non ſufficit ſpes probabilis, 1.9.6.
Benè tamen in perſonalibus, *ibid.*
Delicta perſonalia probabilia; de quibus nulla habetur infamia, denunciari non poſſunt ob ſolum profectum, aut fructum, qui ſequitur ex publica punitione abſque peccato gravi, ſaltem contra charitatem, 1.9.13.
Et per totum caput à n. 9.
Et ad quid conducat denunciatio judicialis? 1.9.18.
Vide *V. Punitio.*
Quando denunciatio illicita eſt, non poteſt illam Judex licitè admittere, & cur? *n.* 19. & 20. *ejuſd. cap.*
Nec poteſt ſubditum ſub præcepto obligare ad hoc ut denunciet, 1.9.21.
Denunciatio judicialis præbet jus Judici ad inquirendum, 1.10.5.
Et quæ differentia ſit, quando ille, qui illam facit, eſt jam ii teſtiſſata, vel non, *ibid.*
Forma hujus denunciationis, 2.1.9.
De quonam Judex denunciantem debeat admonere? 2.1.10.
Debet poni in capite proceſſus, *ibid. n.* 11.
Et quid ſi fiat in ſcriptis? *ibid.*
Si denuncians nolit illam dare in ſcriptis, nec ſe obligare ad pœnam, non erit judicialis, ſed Evangelica, & ad quid conducat, *ibid.*
Vide *V. Officiales publici.*

Denuncians

Evangelicus non poteſt obligari ad hoc, ut ſit judicialis, & teſtetur in delictis perſonalibus, de quibus non præcedit infamia, etiamſi probabilia ſint, 1.8.10. 11. & 12.
Probabile eſt illum obligari poſſe, quando eſt ſpes alicujus profectus, 1.8.8
Contra Patrem F. Martinum à S. Joſeph, qui ſentit, Judicem poſſe contra denunciatum juridicè inquirere, etiamſi ex eo deteriorandus eſſet, 1.8.3.4. & 5.
Delicta, quæ ſunt contra bonum commune, & nocumentum hujus præponderet nocumento denunciantis, tenetur denunciare, ſed non è contra, nec præceptum ipſi impoſitum obligabit, 1.9.8.
Quando damnum eſt alicujus tertii, non obſtante quòd ſit majus eo, quod imminet ſibi, non tenetur, *ibid.*
Eadem regula obſervanda eſt quantum ad damnum delinquentis, *ibid.*
Denuncians Evangelicus idoneus eſt ad teſtandum juridicè, 1.14.22.
Etiam judicialis ſecundùm magis communem & probabilem, & in quibus delictis, *ibid.*

Digitized by Google

Quando concurrit ſolùm cum alio, bonum eſt, quòd habeatur aliud indicium, *ibid.*

Denuncians palliatus. Vide *V. Accuſator palliatus.*

Dictum vulnerati

Sufficit ad inquirendum in particulari, 1.12. 26.

Etiam ad excuſandum infamatum, *ibid.*

Dimiſſoria

Quando conceduntur, quid addendum ſit ſententiæ expulſionis, 2. 5. 5.

Pro Sacerdotibus & Choriſtis melius eſt, quòd dentur latinè, *ibid. n.*7.

Formula dimiſſoriarum pro Sacerdotibus expulſis: & quid, ſi ſit ſententia confirmanda, quæ data fuit tempore contumaciæ, 2.5.11. & 12.

Formula earumdem, quando petuntur ſecunda vice, ſub prætextu, quòd ſint perditæ priores, & quid circa hoc adverrendum ſit, 2.5. 13.

Formula pro laicis vel fratribus donatis, *ibid* 14.

Quando Reo ſit aliqua gratia, vel remittitur pœnitentia, ſufficit ſimplex Secretarii teſtimonium, 2.5.15.

Deus

Permittit, quòd plura peccata committantur, quando puniuntur deficiendo in legibus charitatis & juſtitiæ, 1. 6.5.

Dubium

Quid agendum ſit Prælato, quando habet dumtaxat fundamentum dubitandi de delicto, 1.10.11.

Et quid ſi dubitet de jure, quod habet ad procedendum juridicè, 1.10.12.

Et quando ſubditus dubitat de jure Prælati ad inquirendum? Vide *V. ſubditus.*

Ille, qui dubitans, an ad illum aliqua res pertineat, vel ſua ſit, illam capit, peccat mortaliter, 1.15. 13.

In caſu dubii ſecura pars eligenda eſt, quando alia ſecura non eſt, ſi verò neutra ſit ſecura: illa, quæ continent minus periculi, & quæ in moralibus pro minus dubia reputetur, 1. 15. 15.

Quomodo Reus debeat reſpondere, quando dubitat de delicto.

Vide *Reus dubitans.*

In cauſa dubia certa non poteſt dari ſententia, 1. 25. 5.

E.

Eccleſia.

SAncta Mater Eccleſia quantum curet famam ſuorum filiorum, quantumvis mali ſint, 1.9.5.

Ætas

Excuſat, quando tenera eſt à pœna delicti, & id ipſum eſt, quando eſt ſenilis, ad arbitrium Judicis, 1. 21. 68.

Effectus.

Bonus effectus ſecutus ex aliqua tranſgreſſione legis humanæ vel mandati, excuſat à tota pœna, ſi ex bono animo proceſſerit, ſi ex pravo, ab aliqua parte, 1. 21. 66.

Contra nonnullos exiſtimantes, quòd, ſi proceſſerit ex aliquo intrinſecè malo, tota pœna applicanda ſit, *ibid.*

Quando delictum non habuit effectum, qualiter puniri debeat? *nu.* 1. 21. 67.

Electio

Prælatorum indignorum eſt illa, quæ maximum infert Eccleſiæ nocumentum, 1. 11. 14.

Emendatio

Quando præſumitur in delinquente, ad hoc, ut ceſſet obligatio denunciandi, 1.9.6.

Digitized by Google

Exceptiones

Quid ſint in communi, 1. 21. 1.
Aliquæ pertinent ad apices juris, aliæ ad defenſionem naturalem Rei, *ibid.*
Et ſunt vel dilatoriæ, vel peremptoriæ, vel mixtæ, & iſtæ omnes quid ſint? *ibid. n.* 2.
Quo tempore cauſæ faciendæ ſint, 1. 21. 3.
Inter Religioſos quælibet earum fieri poſſunt quolibet tempore & parte proceſſus, dummodo ſententia nondum ſit pronunciata, *ibid.*
Serviunt ad moderandam pœnam legis, vel totaliter tollendam, 1. 21. 72. *&* 73.
Vide *Inimicitia*, *Recuſatio*, *Coarctata*, *Ignorantia*, & alia loca. Prælatus debet illas examinare in cauſis juridicis, & admittere ſolùm eas, quæ ſunt de jure naturæ, & qualiter ponendæ ſint, *n.* 2.
Frivolæ non ſunt admittendæ, *ibid.*
Cauſæ certificantes exceptiones inter Religioſos reducuntur ad tres, & quales ſint, 1. 21. 23.
Vide *Conſpiratio*, *Coarctata*, *Reus.*
Non poteſt Reus taxare teſtem, quem pro ſe præſentavit, niſi poſtea obtuliſſet ſe nova cauſa, 1. 21. 21.

Explicatio

Verborũm S. Matthæi: *Si Eccleſiam non audierit*, 1. 8. 6.
Ex S. Thoma citato, 1. 8. 9. *&* 12.
Et cap. *qualiter & quando*, ſecundo *de accuſationibus*, 1. 9. 12.
Ejuſdem capitis, in quantum dicit, quòd accuſationem ſolùm præcedat Correctio fraterna ſecreta, *nu.* 1. 9. 18.
Regula juris, *ſcienti & volenti non fit injuria*, 1. 12. 19.
Textuum in cap. *quoniam frequenter*, ut lite non conteſtata, & in cap. *veniens*, de teſtibus, 1. 17. 4. *&* 10.
Aliquõrũm textuum & Authorum per quos conantur probare Religioſis in cauſis gravibus concedendos eſſe advocatos, 1. 20. 2.
Textus in cap. *de priori*, de appellationibus 1. 27. 36.

Expulſio

Stylus eam exequendi, 2. 5. 25. quàm neceſſaria ſit hæc pœna in Religionibus, 1. 26. 3.
Secũndum jus commune ſolùm infligi poteſt propter incorrigibilitatem, *n.* 2. *ibid.* & quàm juſtè, *ibid. n.* 1.
Siſtendo in jure particulari Religionum propter alias plures cauſas potuit infligi, 1. 26. 3.
Hodiè ſolùm propter incorrigibilitatem, 1. 26. 4.
Et cum quibus circumſtantiis, *ibid.*
Ponitur Decretum Urbani VIII. *ibid. &* *num.* 5. 6. *&* 7.
Forma ferendi ſententiam expulſionis. Vide *V. ſententia*

Expulſus

Debet prius includi carceri per unum annum in jejuniis & pœnitentiis, 1. 26. 4.
Non dantur ipſi dimiſſoriæ, *ibid.*
Et caſu quo dandæ eſſent, in qua forma. Vide *V. dimiſſoria.*
De aliis pœnis, quæ illis hodie imponuntur, 1. 26. 4. 5. 6. *&* 7.
Sententiatus tempore contumaciæ non poteſt bona conſcientia morari extra Religionem, donec ſe præſentet, & reſpondeat ad ſibi impoſita, 1. 25. 4.

F.

Fama.

Bona fama magni momenti eſt, majoris inter Religioſos, 1. 8. 12. *&* 1. 9. 15.
Qui illam perdit, civiliter reputatur mortuus, 1. 18. 22.
In illa magis attenditur ad qualitatem, quàm numerum perſonarum, per quas vagatur, 1. 3. 4. *&* 1. 10. 9.
Vide *V. Infamia.*

Digitized by Google

Formæ

Intimandi & dandi ſententias, Vide *V. ſententia, tortura.*
Interrogatorii & examinis teſtium, Vide *V. Interrogatorium, teſtes,* in fine.

P. Franciſcus Suarez

Quanti fecerit ſtatum Religioſum, 1.27.31.

Fuga

Quando det ſufficiens indicium ad inquirendum contra delinquentem, & quando non, 1.12.27. & multa de fuga remiſſivè, *ibid.*
Non poteſt Religioſus fugere ex juſto carcere, nec ante nec poſt ſententiam, etiamſi timeat pœnam mortis, 1,23.16. *&* 17.
Contra aliquos, qui in caſu mortis vel mutilationis ſentiunt oppoſitum, & contra Bannez, qui illud extendit ad alios ſimiles, 1.23.12. *&* 13.
Idem regulariter dicendum eſt, etiamſi quis injuſtè incarceratus ſit, timeatque grave aliquod malum, 1.23.18.
In hoc ſenſu admittitur aliquorum ſententia, qui ſine illa diſtinctione aſſerunt, non poſſe fugere ex carcere, 1.23.15.
Contra nonnullos oppoſitum opinantes, quando Religioſus patitur, aut timet pati grave aliquod damnum, 1.23.14.
In caſu, quo timet pati grave aliquod malum, quod præponderat ſcandalo, & damno communi, poterit fugere ad præſentandum ſe Superiori, 1.23.19.
Ad vagandum tamen numquam licita eſt fuga in omnium opinione, 1.23.11.

H.

Heli

Summus Sacerdos fuit punitus, eò quòd diſſimulaverit peccatum ſuorum filiorum, 1.6.4.

Hæreſis

In rebus contra fidem ſemper ſtandum eſt dicto teſtis, quod probat in fidei favorem, ſive ſit primum, ſive ultimum, 1.16.22.
In iſtis cauſis non publicantur nomina teſtium, & cur? 1.19.4. *&* 9.

Homines Plebæi

Difficulter tenent ſecretum, 1.9.17.
Cum minori infamia contra illos proceditur, quàm contra perſonam aliquam gravem, 1.4.15.

I.

Ignorantia

Invincibilis facti, vel juris excuſat totaliter à pœna, 1.21.56.
Culpabilis juris humani excuſat à pœna per illud impoſita, ſive ſit *juris*, ſive *facti, ibid.*
Etſi ſit impoſita ob tranſgreſſionem alicujus legis naturalis, vel divinæ, & cur? *ibid.*
Etſi ignorantia ſit mortaliter culpabilis, ſi tamen craſſa non ſit, excuſat totaliter à pœna ſpirituali, à corporali verò ſolùm, quando eſt venialiter culpabilis, 1.21.57.
Alia ſolùm ex parte, *ibid.* 57.58. *&* 59.
Et in Prælatis minus excuſat, 1.21.59. *&* 60.
Referuntur varii dicendi modi Doctorum circa hoc, 1.21.55.
Ignorantia excuſans à dolo, qualiter excuſet à pœna in cauſis criminalibus, remiſſivè, 1.21.60.
Quomodo probanda ſit ignorantia, quando ponitur pro exceptione in delicto, & an ſufficiat juramentum? 1.21.61.
Communiter allegari non poteſt in legibus ſtabilitis, & receptis in Religionibus, 1.21.62.
Et in quo caſu poſſit allegari? *ibid.* 63.

Impedimenta

In ordine ad matrimonium, officia, vel aliquid, quod prætenditur, revelanda ſunt, & de illis inquiri poteſt, etiam nulla præcedente infamia, 1.11.14.
Et ille ipſe, qui prætendit, tenetur illa revelare, *ibid.*

Imper-

Digitized by Google

Imperfectum.

Duo imperfecta in ſuâ ſpecie non faciunt unum perfectum. 1.12.28.

Incorrigibilitas

Agit officium accuſatoris virtualis aut ficti. 1.8.5.

Incorrigibilis

Per media Ordinis Evangelici, poteſt probari per media Ordinis Judicialis, in delictis perſonalibus occultis, quando affulget ſpes emendationis, 1.8.8. & 9.

Contrarium eſt magis probabile & pium, 1.8.10. *& ſeq.*

Religioſus Incorrigibilis punitur pœnâ expulſionis & juſtè, 1.26.1.

Quis dicatur incorrigibilis ſecundum jus commune ad hoc, ut illi talis pœna poſſit applicari, *ibid. num.* 2.

Hodie ob alias cauſas infligi non poteſt. 1.26.4.

Licet prius potuerit infligi, *ibid.* 3.

Cùm quibus circumſtantiis hodie hæc pœna applicanda ſit. 1.2.6.4.5.6.7.

Non eſt incorrigibilis ille, qui multa commiſit delicta, & propter illa punitus non eſt. 1.26.3.

Indicia

Unde dicantur, & quid ſint? 1.4.1.

Ex illis naſcitur præſumptio & ſuſpicio, 1.4.2.

Eorumdem intelligentia habet difficultatem, & magnam latitudinem, & quare? *ibid. num.* 3.

Dividuntur in levia & leviſſima, gravia graviſſima, & quid iſta ſint, explicantur exemplis. 1.4.4.& 5.

De aliis quæ in ordine ad illa annotantur, 1.4.6.

Ad hoc ut indicium aliquod fidem faciat, per duos teſtes conteſtes probandum eſt, & ſi indicium convincat delictum, unus teſtis oculatus facit ſemiplenam probationem, & qualiter probetur per teſtes ſingulares? 1.4.7.

Quæ & qualia indicia debeant eſſe illa, quæ præbent fundamentum in ordine ad inquiſitionem ſpecialem, 1.4.8.& 9.

Conciliantur Authores, qui circa hoc diverſimodè ſentiunt. *ibid.*

Unum indicium violentum, in quo fundatur infamia, ſufficit ad inquirendum, torquendum, & condemnandum ad pœnam arbitrariam, ſi bene probatum ſit. 1.12.10. *& c.* 14. *num.* 19.

Quod indicium generent teſtes ex auditu de viſu alieno, quando, illi, qui viderunt, teſtari non poſſunt, 1.14.28. *&* 29.

De infamiâ, quæ fundatur indiciis levibus & gravibus.

Vide *Infamia non tantum deſumitur, &c.*

Infamatus

De uno delicto, non eſt infamatus de alio, etiam ſi ejuſdem ſpeciei ſint, niſi delinquens eſſet famoſus. 1.18.12.

Infamia

Quot illius ſint ſpecies, quid ſit? 1.3.1.

Unde derivetur, & in quo differat ab opinione, *ibid.*

Præbet fundamentum ad procedendum contra infamatum, ſi vagetur per multos & nata ſit à viris probis. 1.3.2.*&* 3.

Illa quæ naſcitur inter homines mediocres, generat aliquam ſuſpitionem, *ibid.n.*3.

In delictis turpibus deſumitur ab illis, qui ſimilia frequentant. *ibid.*

Quando dubitatur de fundamento infamię, non poteſt Iudex procedere ad Inquiſitionem, *ibid.* intra quem numerum perſonarum debeat currere rumor delicti, ad hoc ut dici poſſit, de eo eſſe infamiam, 1.3.4.

Non ſufficit; eum ſparſum inter multos, ſi non conſtituant corpus communitatis, quæ in ordine ad hunc effectum non conſtituitur, niſi per numerum decem perſonarum ad minus. 1.3.5. & cur? *ibid.n.*7.

Ad comprobandam infamiam ſufficiunt duo, vel tres teſtes. 1.3.8.

Et qualiter debeant deponere, ad hoc ut probent. *ibid. n.*9.

In quo differat à clamoroſâ inſinuatione. 1.3.11.

Digitized by Google

De rumore, 1. 3. 11.
De publico, manifeſto & notorio. *ibid.n.13. & 14.*
Major infamia requiritur ad procedendum contra aliquam perſonam gravem, maximè, ſi ſit Prælatus, quàm contra aliquam ordinariam. 1.3.15.
Non tam ſumitur ex numero perſonarum, quam ex fundamentis, ex quibus naſcitur. 1. 12. 6.
Et in ordine ad hoc intelliguntur duo modi dicendi doctorum. *ibid.*
Illa, quæ fundatur in uno teſte oculato fide digno, præbet Judici fundamentum ad inquirendum. 1.12.7.
Et ſi delictum eſſet occultum, & ille, qui vidit illud injuſtè publicâſſet, *ibid.*
Si fundetur in indiciis levibus, unus ſolus non ſufficit, *ibid.num.* 8.
De gravibus ſecundum eorum qualitatem judicandum eſt. 1.12.9.
Ex graviſſimis ſufficit unum ſolum probatum, *ibid. n.* 10.
In quo caſu procedi poſſit ad inquiſitionem ſpecialem, abſque eo, quod præcedat infamia. Vide V. *impedimenta, Reſidentia, Inquiſitio generalis.*
Antequam procedatur ad Inquiſitionem, probari debet, & illius probatio inſeri debet proceſſui, & ſtylus hujus. 1. 12.12.13. *&* 14. *&* 2.1.19.23.27.38. *&* 39.
Referuntur varii modi dicendi Doctorum. 1. 12. 11.
Probatur per teſtes ex auditu, etiamſi ſint de auditu alieno, ſi adſint alia fundamenta, 1. 14. 27.
Quando Judex ſolùm tractat de probandâ infamiâ, tenetur teſtis dicere veritatem, etiamſi dubitet, vel non conſtet ipſi de jure, quo ab ipſo interrogatur. 1. 15. 10. *&* 11.
In ordine ad illius probationem fidem facit teſtis, etiamſi depoſitio fiat in abſentiâ, vel per ſcriptum, 1.16.3.
Sola infamia *Iuris,* & multò magis, ſi cauſata fuerit injuſtè, non præbet jus ad inquirendum contra determinatam perſonam, 1. 11. 20. *&* 21.
Niſi in caſu, quo naſceretur ex ipſo judicio, & cur? 1. 12. 15.

Informatio.

Vide V. *plenaria, ſummaria.*

Inimicitia

Dividitur in gravem levem & leviſſimam. 1. 21. 24.
Prima ſufficit ad recuſandum Judicem, & taxandum teſtem. *ibid.*
Secunda debilitat dictum teſtis. *ibid.*
Tertia nullius momenti reputatur. 1. 21. 24.
Quid ſit inimicitia gravis, *ibid.* 25.
Præſumitur ex minis etiam factis ab eo, qui illas exequi aliàs non ſolet, 1.21.26.
Præſumitur inter conſanguineos injuriis affecti intra quartum gradum, etiamſi ſit per affinitatem, 1. 21. 27.
Quid dicendum ſit inter Religioſos, *ibidem* 29.
Inter amicos commenſales, & viventes in eâdem ſocietate. 1. 21. 28.
Hoc tamen locum non habet inter Religioſos. *ibid.*
Nec eſſe ex tali partialitate, patria vel factione, & cur? 1. 21. 29.
Spoliatus, vel privatus aliqua dignitate vel officio præſumitur inimicus illius, qui fuit ejus cauſa. *ibid. n.* 30.
Accuſatus de aliquo crimine gravi etiam ſervatâ juſtitia præſumitur inimicus Accuſatoris, vel teſtis, aut Judicis, qui tulit ſententiam, vel incarceravit, cum infamia, & miniſtrorum, 1. 21. 31.
Licet inter hos, quando ſecundum juſtitiam proceſſerunt, non detur talis præſumptio. *ibidem.*
Ille, qui dixit, ſe eſſe alterius inimicum, vel ſe illi damnum aliquod grave illaturum, & animum ſuum per aliquam actionem manifeſtaverit, reputatur inimicus, 1. 21. 32.
Denegare colloquium, vel ſolitam reverentiam, quando arguat inimicitiam gravem, & quando non & inter quas perſonas? 1. 21. 33.
Qualem arguat inimicitiam gravis inobedientia erga Prælatum, 1. 21. 34.
Ad recuſandum Judicem vel taxandum teſtem

Digitized by Google

Item nihil refert, quòd Reus dederit inimicitiæ occaſionem, niſi fortè dediſſet malitioſè. 1. 21. 36.

Neque quòd cauſæ, ex quibus reſultavit, fuerint leves, dummodò ipſa ſit gravis, & è contra, *ibid.* 37.

Quando Judici conſtat de inimicitiâ, non eſt opus, quòd Reus illam opponat. *nu.* 1. 21. 38.

Et multò magis inter Religioſos, niſi Reus ſciens in id conſentiat, *ibid.*

Quomodo inimicitia probanda ſit, 1. 21. 39.

In dubio non præſumitur, & quare? *ibid.*

Non officit inimicitia præterita, ſi interceſſerit reconciliatio, dummodò non ſit recens, quando autem talis dicenda ſit, manet penes arbitrium Judicis. 1. 21. 40.

Injuria

Quæ infertur judicibus & Prælatis, eſt contra bonum commune. 1. 12. 23.

Quæ infertur Definitoribus, Vicariis, vel Superioribus, cujus conditionis ſit? remiſſivè, 1. 12. 24.

Inquiſitio.

Aut eſt generalis, aut mixta, & quid utraque ſit? 1. 11. 1.

Generalis fit nullâ præcedente infamia delicti, nec perſonæ, nec in illa exigitur juramentum, licet poſſet exigi, ſi eſſet conſuetudo, vel Prælatus vellet. 1. 11. 2.

Eſt præparatoria ad ſpecialem. *ibid.*

In ordine ad illam admittuntur illi, qui cæteroquin eſſent inhabiles ad accuſandum, vel denuntiandum, & quare? *ibid.*

Non intercedit Secretarius. *ibid.*

Si ex illa reſultarent, quòd procedendum eſſet contra aliquem in ſpeciali, proceſſus debet inchoari ab examine teſtium ſub juramento, &c. *ibid.*

Non fit interrogatio de delinquentibus particularibus, & cur? *ibid.*

Non poſſunt aliæ culpæ in illa manifeſtari, quàm illæ, quæ extra illam poſſent: ſolùm tunc differri non poſſunt, 1. 11. 3.

Niſi in aliquibus caſibus, & quales ſint. *ibidem.*

Non poſſunt in illa revelari peccata, de quibus nulla præceſſit infamia, etiamſi ſint probabilia, ſi perſonalia ſint, nec illa, quæ ſunt contra bonum commune vel alicujus tertii, ſi affulgeat ſpes emendationis per correctionem. 1. 11. 4.

Nec obligant præcepta, & cenſuræ & ad juramentum reſponderi poteſt cum æquivocatione. *ibid.*

De his, quæ in his viſitationibus revelari non poſſunt. 1. 11. 10.

In ipſis Prælatus recuſari non poteſt. 1. 21. 8.

Vide, *Viſitationes, Prælati,* verſu, *quando inquirunt.*

Mixta quid ſit? 1. 11. 1.

Quando habeat locum, 2. 1. 12.

Illius forma ad inchoandum proceſſum. *ibidem num.* 13.

Quid ſit agendum Judici cum vulnerato, vel aggravato in delicto, de quo inquiritur. *ibid. n.* 14.

Qualiter ab ipſo ſit ſumenda confeſſio. 2. 1. 15. 16. & 17.

Forma clauſulæ ejuſdem. 2. 1. 18.

Quid poſſit agere Judex ad probandum per inquiſitionem ſpecialem, 2. 1. 19.

Quid agere debeat, quando habet notitiam extrajudicialem, quòd in aliquo Conventu vivant aliqui diſſolutè ac relaxatè, *ibidem num.* 20.

Vide *peccata* verſ. *an ſolùm delicta.*

Particularis quid ſit. 1. 12. 1.

Non eſt ad illam ad procedendum, niſi prius conſtet Judici de corpore delicti, *ibid.*

Et qualis notitia ſufficiat. *ibid.* & 2. 1. 21.

Minus requiritur ad iſtam Inquiſitionem, quàm ad torquendum, incarcerandum, &c. Et ſufficit aliquid minus quàm ſemiplena probatio, 1. 12. 2.

Quid ſit agendum judici, quando in ordine ad aliquod delictum grave procedit ex officio, 2. 1. 22.

Ponitur forma initii proceſſus. *ibid. n.* 23.

Forma procedendi ex commiſſione, 2. 1. 41.

Cuinam debeat dari commiſſio, quando Prior, vel præſidens neceſſariò teſtari debent. 2. 1. 40.

Advertendum eſt, ad quid ſe extendat tenor commiſſionis, 2. 1. 4. 2.

Forma acceptandi commiſſionem, 2. 1. 43.

Digitized by Google

Vide *Commiſſio*.

Nulla præcedente infamia Inquiſitio ſpecialis locum non habet, & cur? 1. 8. 12.

Vide *Teſtes* verſu *Tenentur dicere veritatem.*

Illa, quæ præbent jus ad inquirendum.

Vide *Notorietas*, *notitia*, *Suſpicio*, *Accuſatio*; *Denuntiatio*, *Infamia*, *delicta*, *ſcriptura*, *dictum vulnerati*, *fuga*, *Complex*, *minæ Inimicitia*, *Res furto ablata.*

Confeſſio extrajudicialis non dat jus ad inquirendum ſpecialiter, niſi coram tot fieret, qui ſufficerent ad cauſandam infamiam. 1. 12. 16.

Contra aliquos. *ibid.*

Quam obligationem habeat teſtis ad reſpondendum in hac inquiſitione.

Vide V. *ſubditus, damnum, Teſtes.*

Interpres.

Judex poteſt uti Interprete, quando teſtis ignorat linguam. 1. 16. 3.

Interrogatorium

Ex quibus rebus formandum ſit, & formari poſſit. 2. 1. 24.

Forma illius. 2. 1. *à num.* 25. *uſque ad* 39.

Iudices

Aliqui procurant famam crudelium Quæſtorum, 1. 6. 5. & 1. 18. 9.

Et non attendunt ad illa, quæ ordinata ſunt per Canones in ordine ad charitatem & fraternam correctionem, 1. 9. 12.

Excuſatur hæc praxis in Judicibus ſæcularibus, *ibid.*

Judex, qui extrajudicialiter audivit delinquentem, confitentem delictum, vel novit ex aliqua ſcriptura inventa, vel alio medio ſecreto, non poteſt inquirere in ſpeciali, 1. 9. 20.

Id ipſum eſt in omnium ſententia, quando quadam aſtutia extorſit veritatem à Reo, vel Teſte, qui aliàs non tenebatur illam dicere, 1. 11. 6.

Et quam debeat habere certitudinem de delicto ad inquirendum de illo, 1. 12. 1.

Quando procedit in virtute infamiæ, debet exprimere in proceſſu, 1.12.11. & 12.

Hoc qualiter faciendum ſit. 1.12.12.13.14.

Aliàs non eſt danda fides, *ibidem*,

Delictum, quod committitur coram Judice, vel aliis duobus, aut tribus ſi ſit de numero eorum, quæ requirunt infamiam, non poteſt illud ex hoc præciſè punire, 1. 12. 22.

Si eſſet contra propriam perſonam, poterit procedere & punire illud. *ibid. num.* 23.

Et quid ſi haberet unum teſtem tantùm, vel aliquam ſcripturam, *ibidem.*

An id per ſe ipſum præſtare poſſit, vel teneatur remittere ſuperiori, *ibidem n.* 24.

Qualiter ſe gerere debeat Judex exceptionibus à Reo poſitis. 1.14.2.

Debet concedere tempus ad probandas illas, *ibidem.*

Vide, *articuli.*

Si teſtis dubitet de illius jure, debet illi monſtrare fundamentum, quo dicitur, 1. 15. 16.

Priuſquam Secretarius ſcribat, Judex debet eſſe informatus de eo, quod teſtis novit, & cur? 1. 16. 7.

Quando ad ipſum non ſpectat ferre ſententiam in cauſâ, debet admonere Superiorem, qui ſententiare debet, de conceptu, quem formavit de unoquoque teſti. 1.16. 16.

Non poteſt interrogare niſi ſolùm de delicto, de quo habetur ſufficiens infamia, & quid quando procedit per viam accuſationis, 1. 18. 11.

Contra alios oppoſitum tenentes. *ibidem.*

Reprobatur ratio oppoſita, *ibidem.*

Niſi delictum habeat connexionem cum alio, de quo habetur infamia, 1. 18.13. vel cum aliquibus illius circumſtantiis, 1. 18. 14.

Declaratur exemplis. *ibid.*

Peccabit graviter faciendo oppoſitum. *ibidem.*

Qualiter ſe gerere debeat Judex, quando interrogat de complicibus delicti, de quo conſtat, ſine illis committi non potuiſſe, 1. 18. 15.

Et quid? quando non conſtat? 1. 18. 17.

Quid

Digitized by Google

Quid agendum Judici, quando Reus negat id, de quo juridicè interrogatur, 1. 18. 21.

Non poteſt uti aſtutiâ & fraude ad extorquendam confeſſionem. *ilid.*

Non poteſt Reo denegare tempus ad reſpondendum articulis; ab illius arbitrio pendet taxare tempus. 1.21.4.& 1.22.1.

Quid agendum Judici, quando delictum plenè probavit, & Reus coarctatam. 1. 21. 47.

Et quid, quando Reus probavit ſolùm ſemiplenè coarctatam. *ibidem.*

Regulariter debet applicare pœnam à lege ſtatutam, 1.21.73.

Debet reflectere ad perſonam delinquentem, ad locum, tempus & occaſionem, 1. 21. 74.

Si habeat cauſam, poteſt illam mitigare. 1. 21.73.& 1.25.3.

In quo caſu non poſſit. *ibid.*

Sufficit ad ſummum, quòd exprimat cauſas mitigationis. 1.25.8.

Procuret eruere & liquidare cauſam ex ſtatu dubioſo. 1.25.5.

Aliter non poterit certam ferre ſententiam, *ibidem.*

Debet ſententiare ſecundum allegata & probata tàm in cauſis civilibus quàm criminalibus, etiamſi in particulari conſtet ipſi contrarium, 1.25.13.& 14.

Utendo tamen prius omnibus mediis poſſibilibus ad liberandum innocentem, & qualia ſint. 1.25.11.

Contra aliquos; qui abſolutè ſentiunt oppoſitum, & alios ſolùm in cauſis criminalibus. 1. 25. 12.

Vide *Reus* verſ. *debet abſolvi.*

Peccat mortaliter non admittendo appellationem à ſententiâ, cujus injuſtitia clara eſt. 1.27.9.

Vide V, *Prælati.*

Iudicium

Ad illud requiruntur quatuor genera perſonarum, & qualia ſint. 1.1.5.

Et quomodo cum paucioribus peragi poſſit, *ibidem.*

Iudex Regularis.

In illo quædam ſunt de ſubſtantiâ, quædam accidentalia, ſpectantia ad apices juris. 1. 1. 6.

Debet reddi ratio eorum, quæ in illo ſub juramento aſſeruntur, & non ſufficit, illa fuiſſe audita ab aliquo fide digno, ad jurandum pro certo. 1. 15. 6.

De delicto, quod committitur in ipſo judicio in ejus præjudicium. Vide V. *delicta.*

Sæculare. In ipſo obſervantur ſubſtantialia, & accidentalia, niſi conſuetudo excuſet. 1. 1. 6.

In cauſis levibus juridicè non proceditur, 1. 1. 9.

In iſtis Judiciis teſtes ratificant, & reproducunt ea, quæ dixerunt in ſummariâ, etiam in plenaria. 1.17.3.4.& 5.

Vide V. *Iudices.*

Regulare) In hoc Judicio ſolùm obſervantur ſubſtantialia, & cur? 1.1.6.

Et ſolùm cauſæ graves ſunt illius materia, 1. 1.7.

Non verò leves, & qualiter dignoſcendæ ſint, 1. 1.9.

In quibus cauſis debeat adeſſe Secretarius; Vide *Secretarius.*

Semper probandæ ſunt per Religioſos ejuſdem ordinis, 1.14.2.

Et omnes ſunt habiles, dummodò non habeant inhabilitatem Juris naturalis, & iſta quæ ſit. *ibidem.*

In quo caſu poſſint admitti ſæculares, 1. 14. 2.

Admittuntur, etiamſi ſint inhabiles ex jure poſitivo, *ibid.*

Qualiter obligari poſſint ad hoc ut teſtentur, *ibid. num.* 3.

Quòd ſi noluerint, poterunt ne deponere coram duobus Religioſis, ut deinde illi jurent?

Tenetur pars negativa, & reſpondetur argumentis in contrarium, 1. 14. 3. 4. 5. 6. & 7.

Quales perſonæ eſſe debeant, quando admittuntur ſæculares ad teſtandum, & an debeant eſſe in majori numero. 1.14.8.

In plenaria non reproducuntur teſtes in ordine ad ea, quæ dixerunt in ſummaria.

Vide V. *ſummaria ratificatio.*

Digitized by Google

In hoc judicio quocunque modo detur ſententia, valida eſt, omiſſis apicibus juris, & iſti quinam ſint. 1.25.9.
Vide V. *Religioſi, Prælati.*

Iuramentum

Non eſt neceſſarium in Inquiſitione generali. 1. 11 2.
Eſt genus quoddam torturæ. 1. 12. 2.
An debeat exigi juramentum à Secretario. Vide V. *Secretarius.*
Exigere juramentum & recipere à teſtibus eſt de ſubſtantia Judicii. 1. 14. 5.
Et quo jure. *ibid.*
Contra aliquos, qui exiſtimant pertinere ad apices, 1.14.4.
Nec ſufficit jurare extrajudicialiter, ſed intra Judicium, 1.16.3.
Nec ſufficit oretenus, ſed requiritur contactus alicujus rei ſacræ, & quis ſtylus circa hoc hodie obſervetur. *ibid.*
Debet ſumi juramentum de dicenda veritate & ſervando ſecreto dictorum uſque ad publicationem cauſæ. 1.16 6.
Si teſtis revelaret, poteſt puniri arbitrio Judicis, *ibid.*
Et quid circa hoc cum Religioſis practicandum ſit, *ibid.*
Juramentum majoris roboris eſt, quam præceptum, 1.14.7.

Iuſtitia.

Illius integritas conſervat Rempublicam, & Communitatem bene ordinatam. *in Prologo.* 1.

L.

Lex Regni.

Ordinans ne in Judicio tractetur cauſa adulterii ſine accuſatione mariti, non obligat Religioſos. 1.12.32.

S. Ludovicus Rex Galliæ

Statuit, quòd in ſuis Regnis nullus bonis & honeſtis moribus præditus poſſit torturæ ſubjici ob depoſitionem unius ſolùm teſtis. 1.24.6.

M.

Major

Pars populi, vel Viciniæ qualiter numeretur in ordine ad effectum infamiæ. 1.5.4.
Religioſus pro majori ſeu majorenni reputatur ratione ſtatus. 1.20.6.

Mandatum

Superioris quando excuſet à tranſgreſſione legis. 1.21.64.

Manifeſtum

Quid ſit, & in quo differat à notorio & publico. 1.2.5. & 1.3.13. & 14.
Quibus teſtibus probetur. 1.2.6.
Qualiter intelligendum ſit, quando in aliqua lege hujus termini ſit mentio. 1.3.15.
Præbet jus ad inquirendum. 1.12.3.

Materia.

Illius gravitas vel levitas unde deſumatur in ſubdito in ordine ad obligationem reſpondendi Prælato interroganti 1. 11.12.

Medium

Inutile ad finem non eſt aſſumendum, etiamſi aliàs bonum ſit. 1. 8.1. & 7.52.

Menochius.

Quænam illius ſententia ſit circa hoc, quòd Reo publicanda ſint nomina teſtium. 1. 19. 5.

Metus

Excuſat à pœna totaliter vel ex parte ſecundum qualitatem ſuam, 1.21.64.

Minæ.

Antecedentes delictum præbent jus ad inquirendum

Digitized by Google

quirendum & torquendum, ſi ſint à perſonâ malæ famæ, 1.12.28.
Sufficiunt ad excipiendum contra teſtem. Vide *Inimicitia*.
Illæ quas infert Reo Judex de danda torturâ ad eruendam veritatem an faciant confeſſionem ſpontaneam vel violentam. 1.24.9.
Referuntur duæ ſententiæ contrariæ & conciliantur, remittendo ad arbitrium Judicis. *ibidem*.

Miniſtri Iuſtitiæ.

Eorum dictum non facit fidem in ordine ad inquirendum de delicto, ſi non recognoverint authoritate Judicis, 1.12.1.

Moniales

Sunt habiles ad teſtandum in cauſis regularibus, & an illis ſuppleatur defectus muliebris. 1.14.9.

Mors

Violenta Domini generat communem ſuſpitionem contra mancipia, 1.12.4.
Et tribuit jus ad inquirendum in ſpeciali. *ibidem*.

Mulier maritata

Quando inquiritur de illius malâ converſatione cum aliquo Religioſo, non eſt proprio nomine appellanda in proceſſu, 1.12.32.
Quando tamen exigitur confeſſio à Reo, vel præſentantur illi articuli, poterit illam Prælatus proportio nomine nominare. *ibidem*.

Mulieres

Difficulter ſervant ſecretum, 1.9.17.
Per jus poſitivum in cauſis criminalibus non admittuntur ad teſtificandum, 1.14.9
Admittuntur in cauſis Religioſorum, 1.14.2
Duæ ex illis non faciunt plenam probationem, nec una ſemiplenam, & cujus conditionis eſſe debeant, quæ examinantur. 1.14.9.
Vide *Moniales*.
Judex accedit, vel mittit ad illarum domum, ad hoc ut recipiat illarum teſtimonium, 1.16.5.
Et quare? *ibid*.

N.

Navis

Summerſa in mari generant communem ſuſpicionem, & dat jus ad inquirendum contra nauclerum. 1.12.4.

Negativa

Difficulter probatur, niſi fortè per coarctatam.
Vide V. *coarctata*.
Vel probando delictum non eſſe commiſſum, & qualis debeat eſſe hæc probatio. 1.21.46.

Notarius.

Ad quem ſpectet creare illum, & an poſſint illum conſtituere ſuperiores Religionum, ad hoc ut fidem faciat in eorum cauſis in aliis Tribunalibus. 1.13.2.
Vide V. *Secretarius*.

Notitia

Delicti, quod minatur damnum bono communi, vel alicui tertio, præbet jus Judici, quocunque modo, etiam ſecreto illam acquiſiverit, ad inquirendum in ſpeciali. 1.12.4.
Dummodò damna per correctionem impediri non poſſint. *ibidem*.

Notorietas

Præbet jus Judici ad inquirendum, 1.12.5

Notorium

Unde derivetur. 1.2.2.
A multis ignoratur, quid ſit, *n*.1.*ibidem*.
Tribus modis accipitur. 1.2.3.
Coram quod perſonis aliquod delictum committendum ſit, ad hoc ut dicatur notorium, *ibidem*.

Et quot ſufficiant ad conſtituendam communitatem ad hunc effectum. 1.2.4.
In quo differat à publico & manifeſto, 1.2.5. & 1.3.13. & 14.
Qui teſtes ſufficiant ad probandum aliquid eſſe notorium. 1.2.6.
Notorium juris injuſtè cauſatum nulla præcedente infamia non præbet jus ad inquirendum. 1.10.9.
Vide V. *Infamia Iuris*.

Nuntius.

Per privilegia prohibitum eſt Religioſis appellare ad Nuntios. 1.27.23. & 1.27.35.
Niſi in caſu, quo haberent ſpecialem commiſſionem illis derogando. *ibidem.*
Et qualiter conſtare debeat remiſſivè. *ibid.*

O.

Obedientia

NOn obligat cum damno gravi alicujus tertii, vel proprio ſpirituali, 1.15.14.
Et melius eſt in illâ deficere, quàm infamare vel condemnare tertium ad pœnam gravem. 1.15.15.

Occultare

Peccatum proximi reprehenſibile eſt, 1.6.2.
Et eſt veluti adjuvare illum, qui ſibi cupit inferre mortem. *ibidem in fin.*

Officiales publici

Non poſſunt denuntiare peccata occulta perſonalia, nulla præcedente infamia, etiamſi probabilia ſint. 1.9.13.
Nec Judex admittere talem denuntiationem. 1.9.19.

Opinio.

In quo caſu prævaleat contra opinionem probabilem ſolus timor Partis contrariæ, 1.15.15.
Ille qui operatur cum opinione probabili, non meretur pœnam, nec legem tranſgreditur. 1.21.65.

Quomodo ſe debeat gerere Judex, vel Prælatus, quando eſt diverſitas opinionum circa jus inquirendi. 1.11.21.

P.

Peccata

REducuntur ad tres claſſes, & quænam ſint, 1.5.1.
Quodlibet ex illis poteſt dici, quòd ſit contra bonum commune reductivè, *ibid.*
De his, quæ ſunt contra tertium. *ibid.n.*2.
De illis, quæ directè ſunt contra bonum commune. 1.5.3.
De perſonalibus, & quæ ſint, *ibidem.n.*4.
Ad quam claſſem reducatur peccatum contra caſtitatem inter Religioſos, *ibidem.*
Quæ differentia ſit inter peccata contra bonum commune, & tertii, quantum ad obligationem denuntiandi, vel teſtandi, quando delinquentes, & delicta ſunt occulta, probabilia tamen. 1.5.5.
Quid ſit dicendum de committendis, 1.5.6.
Commiſſa contra bonum commune, & quæ poſt ſe relinquunt damnum reparabile, debent denuntiari, ſi non ſit aliud remedium, 1.5.8.
Et id ipſum eſt ſi ſunt contra tertium, 1.5.9.
Licet in his quis non teneatur cum proprio gravi damno, *ibid. in fine.*
Imò aliquando quis excuſatur ex levioribus cauſis. *ibid. n.* 10.
Si damnum ſit irreparabile, non poſſunt denuntiari nullâ præcedente infamiâ, 1.5.11.
Niſi delinquentes eſſent homines perditi, quorum vita noceret Reipublicæ. 1.5.12.
Peccata ſecreta, à quibus non pendet damnum in futurum, non poſſunt denuntiari ob ſolum fructum, qui ſequitur ex punitione, 1.5.14.
Refertur ſententia contraria, *ibid.n.*13.
Majus eſt damnum, quod ſequitur ex eorum punitione, 1.6.5. & 1.8.12. & 1.9.13. & 12.
Peccata proximi non ſunt occultanda, quando eſt obligatio illa manifeſtandi per denuntiationem. 1.6.2

Nec

Digitized by Google

Nec manifeſtanda ſunt, quando non oportet, 1. 6. 3.
Multa remittenda ſunt judicio divino, 1. 6. 5.
Secreta corrigenda ſunt mediante denunciatione Evangelica, & quibus circumſtantiis, *n.* 1. 7. 1.
Sunt exempta ab omni humana Inquiſitione, quando ſolùm ſunt in damnum committentis, 1. 8. 12.
Celanda ſunt, & remittenda Domino Deo, etiamſi probabilia ſint, 1. 9. 16.
Niſi proximè manifeſtanda eſſent, 1. 9. 17.
Probatur exemplis Sacrarum litterarum, *ibid.*
Quando ſunt contra bonum commune, vel tertii, denuncianda ſunt Prælato, nulla etiam præcedente infamia, & correctione fraterna, 1. 9. 5.
Niſi firmiter crederetur, quòd per correctionem emendanda forent, & ſtatim omnia damna reparanda, *ibid.*
Et ad hoc non ſufficit probabilitas, 1. 9. 6.
In perſonalibus ſufficit probabilitas, imò etjam ſolùm dubium, *ibid.*
Licet atrociſſima ſint, caſtiganda tamen ſunt cum minori dedecore delinquentis, quo fuerit poſſibile, 1. 9. 4. *&* 5.
Si delinquentes, & peccata ſint publica, judicialiter denuncianda ſunt, etiamſi fuerint emendata, & nullum minentur damnum, 1. 9. 7.
Niſi fortè jam oblivione oblitterata ſint, *ibid.*
Si delicta ſint publica, & delinquentes occulti, poteſt Judex inquirere in communi non minando perſonam in particulari, 1. 11. 18.
Illi tamen, qui ſciunt delinquentem, non poſſunt illum manifeſtare, *ibid.*
Contra nonnullos, qui probabiliter & charitati conformius aſſerunt, eum nec in ſpeciali nec in generali inquirere poſſe, 1. 11. 15. *&* 16.
Et contra alios aſſerentes, eum dumtaxat in communi debere inquirere, illos tamen paucos, qui ſciunt delinquentem, poſſe, & debere illum manifeſtare, 1. 11. 17.
Et ipſum Reum, ſi fuerit interrogatus, *ibid.*

Pœna

Arbitraria debetur illi, qui defendendo ſe, vel caſtigando filium, ſervum, vel diſcipulum exceſſit in modo, unde ſecuta eſt mors, &c. 1. 21. 51.
Et illi, qui deliquit ex calore iraçundiæ, 1. 21. 52.
Vel fuit primò provocatus, 1. 21. 53.
Excuſatur à pœna impoſita pro aliqua actione prohibita, qui probat, ſe illam ob aliquam cauſam licitè facere potuiſſe, & an ſufficiat pro probatione juramentum, 1. 21. 51.
Regulariter imponi debet illa, quæ à lege taxata eſt, 1. 21. 73.
Niſi adſint cauſæ diminuentes, vel aggravantes, ratione quarum minui, vel augeri poſſit, *ibid.*
Vide *Ignorantia*, *Provocatus*, *Mandatum*, *Metus*, *Conſilium*, *Effectus*, *Ætas*.
Pœnam talionis quis introduxerit, 1. 10. 3.
Hodie parum in uſu eſt, *ibid.*
Qualis ſit illa, quæ inter Religioſos correſpondet capitali, 1. 18. 22.
Impoſitæ à Judicibus executioni mandandæ ſunt, & quam obligationem habeant immediati Executores, 1. 25. 16.
Damna quæ ſequantur ex oppoſito, *ibid.*

Perſona

Graves licet numero pauciores, ſufficiunt ad generandam bonam, vel malam famam, 1. 3. 4. *&* 1. 10. 9.
Vide *Fama*. Vide *V. Homines plebei*.

Plenaria.

Quando fiat, 1. 17. 3.
Unde incipiat, 2. 31. 1.
De ratificatione, vel reproductione teſtium, quæ fit in illa, Vide *V. Summaria Ratificatio*.

Pontifex

Non poteſt recuſari, 1. 21. 9.

Præceptum

Minoris roboris eſt, quàm juramentum, & an loco illius uſurpari poſſit, 1.14.7.
Debet Prælatus regularis illud imponere teſtibus, ut ſervent ſecretum, & quouſque, 1.16.6.
Semper obligat in illis rebus, quas ſubditus licitè facere poteſt, 1.8.5. & 1.15.7.
Et quid ſi eſſent ſententiæ probabiles pro utraque parte, temiſſivè, *ibid. in fin.*
Præceptum de non intrando talem domum, v. g. quam intrare ſolitus quis erat; cum quibus circumſtantiis imponendum ſit, 1. 11.11.
De præcepto, quod imponitur Reo in ordine ad ſumendam ab ipſo confeſſionem, 1. 3.5.
De illo, quod imponitur ad hoc, ut reſpondeat articulis, Vide *V. Articuli.*

Prælati

Illius integritas conſervat communitatem benè ordinatam, *in prolog.*
Tenetur punire exceſſus ſuorum ſubditorum, 1.1.1.
Ponderatur iſta obligatio, *ibid. n.* 2.
Debent viſitare per ſeipſos, vel per alios, ſi impediti ſint, 1.1.3.
Quilibet etiamſi localis ſit, poteſt date commiſſionem ad viſitandum vel recognoſcendum cauſas ſuorum ſubditorum, 1. 1.4.
Licet regulariter hoc prioribus localibus limitatum ſit, quemadmodum in noſtra Religione quantum ad Viſitationes, & cauſarum judicium, *ibid.*
Non obſtante quòd habeant juriſdictionem ordinariam, *ibid.*
Procedunt juridicè in cauſis gravibus, 1. 1.7.
Et quale jus obſervent, *ibid. num.* 8.
In levibus autem non, *ibid. n.*9.
Non debent audire libenter malum de ſuis ſubditis, nec eſſe apprehenſivi in his, quæ de illis dicuntur, 1. 6. 3.
Et his, qui talis conditionis ſunt, pauca referenda & confitenda ſunt, *ibid.*
Negligentes in inquirendo ſunt reprehenſibiles, ſicut & illi, qui ſunt ſocordes in liquidandis defectibus, 1.6. 4.
Et nimis zeloſi, *ibid. n.* 5.
Agunt officium Advocati, & Patris in cauſis ſuorum ſubditorum, ſpecialiter Regulares, *ibid.* & 1. 14. 2. & cur? 1.16.16.
De obligatione Prælati, quando ipſi denunciatur aliquod delictum Evangelicè tamquam Patri, & non vidit niſi unus ſolus, 1. 7. 2. & 3.
Quid ipſi agendum ſit, quando delictum eſt probabile, & non affulgeat ſpes emendationis ex modo judicialiter procedendi, 1. 8. 1.
Refertur prima ſententia, *ibid. n.* 2.
Secunda, *nu.*3. & *nu.* 4.
Reprobatur, *n.* 6. & 7.
Explicantur Authores, qui citantur in illius favorem, 1. 8.3.
Refertur tertia ſententia, 8. 8. & 9.
Et reputatur probabilis, *ibid.*
Quarta ſententia eſt magis conformis legibus charitatis, 1.8.10. & 11.
Et probatur per omnes numeros ſequentes.
Prælatus ſubrogatur in locum denunciantis Evangelici cum iiſdem obligationibus, 1. 8. 11.
Prælati Regulares poſſunt amoveri à ſuis Officiis majori facilitate, quàm ſæculares, & ſine culpa ſua, licet non ſine cauſa, 1.9.12.
Debent eſſe cauti in inquirendo, 1. 9.15.
Illorum fama magis curanda eſt, quàm aliorum, 1. 9. 15. *in fin.*
Non ſine accurato examine debent admittere Accuſatores palliatos, 1. 10. 9.
Quomodo eos poſſint dignoſcere, 1.10. 8. & 11.
Quid agendum ſit, quando inſtant ad hoc, ut admittantur, 1. 10. 9.
Qualiter debeant audire & examinare delatores, 1.10.10.
Quam fidem debeant adhibere litteris ad ſe ſcriptis, 1.10 13.
Ponderatur periculum eorum, qui præbent aures bibulas & credulas iis, qui loquuntur & ſcribunt contra proximum, *ibid.*
Quid agendum ſit Prælato, quando ſcit aliquod delictum, de quo nulla præceſſit infamia,

Digitized by Google

infamia, at tamen probabile, & illi, qui noverunt, abſentes ſunt, 1.11.2.
Quando inquirunt generaliter, tenentur admonere de eo, quod illis manifeſtari poteſt, aut non poteſt, ſi ſint ignorantes, & illos obligent ad manifeſtandam abſque mora, 1.11.5.
Et de illis, quæ tunc illicitè ipſis revelata fuerint, non poſſunt publicè inquirere, 1.11.7.
Nec illi, qui ſciunt, tenentur dicere veritatem, *ibid.*
Contra alios, qui probabiliter ſentiunt oppoſitum, 1.11.6.
Id ipſum dicendum eſt in inquiſitione mixta, 1.11.19.20. & 21.
Licet oppoſitum in iſta majorem habeat probabilitatem, quàm in generali, *ibid. n.* 19.
Quando Prælatus non habet niſi ſolùm fundamentum dubitandi, qualiter ſe gerere debeat cum Religioſo, in quo ita dubitat, 1.10.11.
Et quid dicendum ſit, quando non dubitat de facto, ſed de jure ad procedendum contra delinquentem, 1.10.12.
Quando ſunt diverſæ opiniones, ſemper debet attendere ad leges charitatis conſiderando, quomodo hactenus vixerit ille, qui dicitur deliquiſſe, 1.11.21. poſſunt decipi, 1.15.11.
Quid agere debeant, quando Reus in ſua confeſſione ex ignorantia revelat aliquod aliud delictum, de quo infamatus non extat, 1.10.18.
Qui teſtes ſufficiant contra illos, 1.14.11.
De injuria illis illata. Vide *V. Injuria.*
Tenentur ſub obligatione gravi concedere Reo Religioſum aliquem doctum, quem poſſit conſulere, 1.20.7.
Et in quibus caſibus, *ibid.*
Quando illius mandatum excuſet ſubditum à tranſgreſſione legis, 1.21.64.
Quando incarcerant aliquem Religioſum ſine cauſa, graviter peccant, 1.23.4.
Incurrunt Excommunicationem Canonis, & ſi ex eo cauſetur mors, ſunt irregulares, *ibid.*
Id ipſum eſt, quando excedunt in tortura, 1.24.2.
Debent ſententiare ſecundùm ſua ſtatuta particularia, in illis autem, in quibus hæc deficiunt, ſecundùm Jus Canonicum, 1.25.2.
Et quomodo, *ibid.*
Semper debent formare proceſſum in ordine ad condemnandum, etiamſi delictum ſit notorium, 1.25.4.
Quod attinet ad modum ſententiandi, quocunque modo ferant ſententiam, ſemper eſt valida, *num.* 1.25.9.
Quando aliquis Prælatus ſuperior mandat alteri inferiori, ut incarceret aliquem Religioſum, quam formam debeat obſervare, 2.5.28.

Præſentia teſtis

Conducit multum ad liquidandam veritatem illorum, quæ deponit, 1.16.2. & 4.

Præſumptio

Quid ſit, & in quo differat à ſuſpicione, 1.4.2.
Naſcitur ex indicio, *ibid.*
Et à quo indicio ſumi ſoleat, 1.4.4. & 5
Quid ſit *præſumptio Iuris & à Iure*, 1.4.5.
De malo ſemper præſumitur malum, *ibid.* & 1.18.19.

Privilegia

Conceſſa Religionibus per diverſos ſummos Pontifices, in quibus Religioſis prohibetur appellatio, referuntur & explicantur, 1.27 16. *uſque ad* 25.
Quid requiritur ad hoc, ut privilegium ceſſet per non uſum, vel uſum contrarium, 1.27.22.
De tempore ad hoc requiſito, *ibid.*
Non introducitur conſuetudo contra illa per actus contrarios particularium, etjamſi ſint Prælati ſuperiores, niſi ſolùm per actus Capituli generalis, *ibid.*
Aliquando privilegium non concedit aliquid particulare, ſed ſolùm exprimit jus commune, 1.27.28.
Quando conſtet illa eſſe revocata, vel non remiſſivè, 1.27.35.

Digitized by Google

Proceſſus

Unde incipiendũs ſit, 1.17.2.
Semper formandus eſt in ſententiis Religioſorum, 1. 25. 4. quando ſine eo inter Sæculares ſententia ferri poſſit, *ibid.*

Procurator

Vide *V. Advocatus.*

Probationes

Duæ ſemiplenæ junctæ cum aliquo indicio quando probent, & an tunc poſſit applicari pœna legis, 1.14.19.
Vide *V. ſemiplena, teſtes.*

Provocatus

Ab alio non punitur pœna ordinaria, 1. 21. 53.
Quando non conſtat de provocante, ille præſumitur eſſe, qui invenitur magis armatus, *ibid.n.*54.
Et ex quibus aliis conjici poſſit, *ibidem.*

Publicatio teſtium

Continet manifeſtationem nominum, & eorum, quæ teſtata ſunt, 1.19.1.
In cauſis civilibus non eſt neceſſaria, 1. 19.4.
In cauſis criminalibus Regularium nunquam publicantur nomina teſtium, 1. 19. 8. *&* 9.
Niſi in caſu rariſſimo, & quiſnam iſte ſit, *ibid.*
Non eſt de ſubſtantia judicii, 1.19.10.
Contra aliquos contrarium tenentes, & quòd illius omiſſio annullet proceſſum, etiamſi non petatur, 1. 19. 4.
Religiones circa hoc habent privilegium, 1. 19.10.
Et etiamſi non haberent illud, & ſpectaret ad Jus naturale, adhuc tamen non tenerentur, & cur hoc? 1.19.11.
Poteſt dari aliud medium ad defendendum Reum ſine tot incommodis, & quale illud ſit, 1.19.12.
Authores pro hac ſententia, 1.19.13.
Debet exhiberi copia dictorum à teſtibus ſine nominibus & circumſtantiis, ex quibus Reus poſſit venire in notitiam eorum ſub obligatione gravi, *ibid. n.* 14.
Si Reus illam petat, *ibid. & num. 6. ejuſd. C.*
Contra alios dicentes, neque quidem hoc modo eſſe de ſubſtantialibus judicii, *ibid. n.* 5.
Ceſſat hæc obligatio præſentandi hanc copiam Reo, quando illam non petit, & talis perſona eſt, de qua conſtat, quòd ſciat, & poſſit illam poſtulare, 1.19.15.
Si tamen eſſet ignorans, Judex debet illam offerre etiam non petenti, 1. 20. 8.
Quid & quando dandum ſit, 1. 19.2.

Publicum

Quid ſit, & in quo differat à notorio & manifeſto, 1. 2. 5. *&* 1. 3. 13. *&* 14.

Punitio

Publica non habet proportionem cum delicto occulto, 1.8.12.
Ex natura ſua magis obeſt, quàm prodeſt, 1. 8.12. & ſatis diffuſè, 1. 9. 13. *&* 15.
Vide *Peccata ſecreta.*
Idem delictum bis puniri non poteſt, niſi prior pœna fuerit minor, 1.21. 48.
Punitio patris, Domini, vel Magiſtri, ex qua ſecuta eſt mors, vel damnum notabile, excuſat à pœna Ordinaria, & excommunicatione Canonis, niſi eſſet valde enormis, 1.21.51.

Purgatio

Vulgaris & Canonica, quid ſint, 1. 21. 69.
Canonica quomodo facienda ſit, *ibid. n.* 70.
Non eſt in uſu, niſi in Sacro Tribunali Inquiſitionis, & cur, 1.21.71.
Quid inter Religioſos obſervandum ſit, *ibid.*
Vide *Accuſator.*

Digitized by Google

R.

Ratificatio.

Teſtium in plenaria ſpectat ad apices Juris, 1 17.89. & 10.
Contra alios ſentientes, ſpectare ad ſubſtantiam judicii, 1.17.3. & 4.
Eſſeque nullum, quod ſit ſine illa, *ibid. n.* 3.
Quod probabile eſt in tribunalibus, quæ tenentur ſe conformare apicibus Juris, 1. 17. 5.
Ratificatio Summariæ quomodo fiat inter Regulares, 1.17.11.

Recuſatio

Quid ſit, 1. 21. 5.
Quo jure conceſſa ſit, *n.* 6. *ibid.*
Regulariter fit ante conteſtationem, ſi tamen ſit aliqua cauſa, etiam poſt, dummodò non ſit notificata ſententia, 1. 21. 10.
Poteſt fieri ſecundùm Jus Civile abſque eo, quòd detur cauſa, jurando ſolùm, quòd non fiat ex malo animo, *n.* 11. *ibid.*
Niſi recuſentur Auditores Regii & Cancellariæ, *ibid*
Et quæ pœna, ſi non probetur, vel inveniatur inſufficiens, 1.21.17.
Secundùm Jus Canonicum debet dari cauſa & poni coram ipſo Judice, 1. 21. 12.
Et debet probari coram ipſo Superiore, *ibid.*
Quilibet Judex recuſari poteſt excepto Pontifice, Concilio generali, & Cardinalibus, 1.21. 9.
De Judicibus, qui recuſari poſſunt, & de cauſis recuſationis, remiſſivè, *ibidem.*
Inter Regulares ſecundum aliquos non fiunt recuſationes, 1.21. 6.
Contrarium eſt magis commune, & cum quibus circumſtantiis, 1.21. 7.
Quilibet Prælatus inter illos recuſari poteſt, 1.21.9.
Et quocunque tempore, *n.* 10. *ibid.*
Si cauſæ appareant ſufficientes, poterit Judex, ſi Ordinarius ſit, remittere cauſam alteri, 1.21.13.
Vel aſſumere aliquem ſocium partibus notum, 1.21.15.
Vel ponere Judices arbitros, 1.21.14.
Judex Regularis.
Vide *Arbitri.*
Si ſolùm ſit delegatus, debet remittere cauſam Superiori, 1. 21. 16.
Et hoc eſt, quod inter Religioſos obſervandum eſt, *ibid.*
Definitor aliquis, vel Præſidens non poteſt recuſari, niſi ob cauſas graviſſimas, & de pœna ſi non probentur, vel inveniantur inſufficientes, 1.21.17.
Quæ cauſæ ſint legitimæ ad Recuſationem, *n.* 8. *ibid.*
Inter Religioſos ſolùm habet locum inimicitia gravis, 1. 21. 19.
Vel parentela intra quartum gradum, *n.* 20. *ibid.*
Formula Recuſationis, 2.3. 15.

Religioſi

Multum importat bonum nomen & fama, 1.9.12. & 15.
Illa perdita deterius vivunt, 1.18.22.
Inter illos non eſt procedendum per viam accuſationis, 1.10.5.
Magis neceſſarium eſt contra illos inquirere, quàm contra ſæculares, 1.12.2.
Et magis diffuſè, 1.12.31. & 1. 21. 71.
Si contra eos non afferatur niſi ſemiplena probatio negando delictum cum juramento, debet Reus abſolvi, *ibid.*
Niſi eſſet Religioſus non adeò bonæ famæ, vel opinionis, 1.12.31.
Vide *Semiplena.*
Eorum cauſæ non ſunt ventilandæ in Tribunalibus ſæcularibus, & cur? 1. 27. 34.
Non poſſunt eſſe Procuratores & Advocati, 1. 20. 1.
In eorum cauſis non conceditur ipſis Curator, Procurator, & Advocatus, & cur? 1. 20. 45 & 6.
Contra aliquos, qui ſentiunt oppoſitum, *n.* 2. & 3. *ibid.*
Inter ipſos prohibitæ ſunt conſpirationes, 1. 21. 42.
Non poteſt Religioſus incarcerari, niſi prius ſummariè conſtet, quòd commiſerit delictum, de quo eſt infamatus, 1.23. 9.
Et quæ probatio requiratur, *ibid.*
Dantur aliqui caſus, in quibus poteſt, *n.* 10. *ibid.* Vide *Carcer.*

Digitized by Google

An detur caſus, in quo ſit illi licitum fugere ex carcere. Vide *Fuga*.

Cauſæ, quæ ſufficiunt ad honeſtandam fugam in Reo ſæculari, non ſufficiunt in Religioſo, 1.23.17.

Illius pœnæ ſunt magis medicinales, quàm vindicativæ, 1.24.8.

Melius eſt inter illos dare pœnam arbitrariam, quàm torturam, 1.24.13.

Vide *tortura*.

Religioſus incorrigibilis. Vide *V. Incorrigibilis, Iudicium Regulare, Prælati.*

Remiſſio

Pœnitentiæ facta per Definitorium ſufficit, quòd conſtet per teſtimonium Secretarii, 2.5.15.

Renuntiare

Qui nequit explicitè, multò minus poteſt tacitè, 1.27.22.

Res furto ablata

Inventa apud perſonam non bonæ opinionis ſufficit ad inquirendum contra illam, & ſubjiciendum torturæ, 1.12.29.

Contrarium eſt, ſi eſſet bonæ opinionis, debebit tamen ſatisfacere ſuſpicioni, *ibid.*

Reus

Evangelicè denunciatus debet ſecretò confiteri Prælato ſuum delictum, etiamſi non ſit niſi unus teſtis ocularis, 1.7.2.

Et multò magis, ſi delictum ſit probabile, 1.8.1.

Niſi timeat, Prælatum ſua confeſſione malè uſurum, *ibid.*

Et non fiat coram teſtibus, *ibid.*

Quomodo excipiendum ſit contra teſtes, 1.14.2.

Debet jurare de non calumniando, ſi enim non probet, veluti calumniator puniendus eſt, *ibid.*

Quis ab eo exigat confeſſionem, & quando, 1.18.1.

In cauſis gravibus exiſtimant aliqui, quòd non teneatur reſpondere cum ſola ſemiplena probatione, ſi ſperet, ſe abſolvendum, 1.18.2.

Contrarium eſt magis commune, *ibid.* & *n.* 10.

In re ex natura ſua gravi, ſi ex ignorantia, vel alia legitima cauſa non commiſit culpam gravem, non tenebitur confiteri delictum, & quomodo reſpondere debeat, 1.18.3.

Niſi poſſit probare ſuam innocentiam, *ibid.*

Eodem modo poterit negare, etiamſi deliquerit, ſi teſtis, vel denuncians injuſtè revelaverit, 1.18.4.

Et poterit contra illum, ac dicere, eum non dicere veritatem, *ibid.*

Etiamſi teſtis fuerit præſentatus à parte intereſſata, quæ illum accuſavit, 1.21.21.

An poſſit objicere crimina falſa, occidere, vel vulnerare Accuſantem, remiſſivè, 1.18.5.

In cauſis levibus, vel ſi ſequatur damnum grave boni communis, majus eo, quod Reus patitur, tenetur reſpondere, etiamſi Judex non monſtret ipſi jus, quod habet ad interrogandum, 1.18.9.

In cauſis gravibus, in quibus non ſequitur majus damnum, quàm commune, non tenetur, *ibid.*

Et magis, cùm dubitat vel timet, *ibid.*

Contra aliquos abſolutè affirmantes, eum teneri, 1.18.7.

Et alios negantes, 1.18.8.

Et ſufficit, quòd Judex legat illi id, quod ſufficit, 1.18.10.

Et ad quid proſit, ita facere, *ibid.*

Quis poſſit illum interrogare. Vide *Iudex*, verſ. *Non poteſt interrogare.*

Qui non reſpondet, vel divertit reſponſionem, præſumitur fateri, 1.18.18.

Et quid ſi non recordetur, vel dubitet, *ibid.*

Si reſpondeat, ſe dubitare, nullum jus tribuit Judici, *ibid.*

Si æquivocè, quomodo interpretandum ſit? *n.* 19. *ibid.*

Non eſt illi concedendum tempus ad reſpondendum, ſi Judex nolit, quandò ab illo petit confeſſionem, 1.18.20.

Ad reſpondendum articulis, & defendendum ſe concedendum eſt illi, & eſt de jure naturæ, 1.19.4.

Quantum

Quantum eſſe debeat, manet penes arbitrium Judicis, *ibid.* & 1.22.5.
Quando interrogatur contra jus, peccabit reſpondendo, & magis inter Religioſos, 1.18.22.
Probare, quòd non commiſerit, delictum, eſt valde difficile. Vide *V. Negativa, Coarctata.*
Non poteſt puniri bis pro eodem delicto, & eſt exceptio peremptoria, 1.21.48.
Niſi prima vice non fuerit inflicta pœna adæquata, *ibid.*
Quod non præſumitur, quando illud prima vice Judex ſæcularis punivit, *ibid.*
Allegare, quòd non ſit præſumendum tale delictum commiſſum eſſe, conducit ad tollenda indicia non adeò urgentia, 1.21.49.
Et quid ſi perſona eſſet valde gravis & magni meriti, *ibid.*
Quod fatetur in tortura, debet ratificare extra locum torturæ, & in quo nulla torturæ ſunt inſtrumenta, 1.24.8.
Quòd ſi neget, vel retractet confeſſionem factam in illa, quoties & quando repeti poſſit, *ibid.*
Quando non probatur delictum contra Reum, abſolvendus eſt, licet Judex ſit certus, quòd commiſerit, 1.25.14. Vide *Confeſſio Rei.*

Requiſitoria

Danda eſt, quando brachio Eccleſiaſtico vel ſæculari utendum eſt ad comprehendendum aliquem Religioſum, 2.5.26.
Forma illius, 2.5.27.

Reſidentia

In Judicis, vel Prælati reſidentia inquiri poteſt, qualiter in ſuo officio ſe geſſerit, non tamen de aliqua re in ſpeciali, nulla præcedente infamia, 1.11.13.

Rumor

Quid ſit, & in quo differat ab infamia manifeſta, &c. 13.12. & 13.

S.

Scientia

ALicujus rei quid ſit propriè? 1.15.5.
An ille dicatur habere ſcientiam alicujus rei, qui illam audivit ab homine fide digno, 1.15.6.
Vide *V. Credulitas.*

Scriptura

Inventa à Judice, in qua delinquens ſuum fatetur delictum, non dat jus ad inquirendum, nulla præcedente infamia, 1.9.20.
Scriptura ſine ſubſcriptione curanda non eſt, & nihil facienda, licet aliquando ex illa Prælatus in ſuo regimine cautior reddi poſſit, 1.10.13.
Quando ſunt ſubſcriptæ, maximè ſi ſæcularium ſint, maturè examinandæ ſunt, *ibid.*
Scripturæ à Reo ſubſcriptæ probant contra ipſum, ſi eas recognoſcat, vel viſus fuerit illas ſcribere, & quid agendum, ſi neget, ſe illas ſcripſiſſe, & nemo vidit? 1.12.25. & 1.14.20.
Vide *V. Collatio litterarum, ſcripturarum.*
Publicæ & authenticæ plenariè probant delictum, 1.12.25.

Secretarius

Non eſt neceſſarius in Viſitatione, vel Inquiſitione generali, 1.11.2.
Illius interventio in cauſis gravibus eſt de neceſſitate judicii, vel loco illius duo aſſiſtentes, 1.13.1.
In cauſis levibus non eſt neceſſarius, ſi conſuetudo ſit talis, *ibid.*
In Religionibus eadem fides illis adhibetur, quæ Notariis publicis, 1.13.2.
An in illis creari poſſint per aliquod privilegium in ordine ad intimandas litteras Apoſtolicas, *ibid.*
De eſſentia judicii eſt, exigere ab ipſo juramentum fidelitatis, 1.13.4.
Afferuntur aliquæ rationes in oppoſitum, *ibid.*
Quòd ſit officium Secretarii, 1.13.5.
Peccaret graviter, ſi ſolùm ſcriberet ea, quæ condemnant Reum, non autem, quæ defendunt, 1.16.14.
Quem ſtylum debeat obſervare in notandis dictis teſtium, *ibid.*

Digitized by Google

Forma illum nominandi, 2.1.4. & acceptandi, 2.1.5
Quando datur commiſſio inquirendi, expedit, quòd detur etiam ſimul nominandi tot Secretarios, qui fuerint neceſſarii, & cur? 2. 1. 42.
Actio torturæ non debet fieri ſine illo, 1.24. 12. & 25.18.

Secretum

Dicitur de omni eo, quod unus ſcit, 1. 7. 3.
Quod ſcitur occaſione petendi conſilium, non poteſt revelari, etiamſi Prælatus vel Judex juridicè interrogent, 1.15. 3.
Niſi ſequeretur grave damnum bono communi, vel alicui tertio, *ibid.*
Vel fuiſſet communicatum via amicitiæ, *ibid. in fine.*

Sæculares

Quando poſſunt teſtari in cauſis Religioſorum, 1.14. 2.
Qualiter ad hoc compelli poſſunt, *num.* 3. *ibid.*
An poſſit adhiberi aliqua cautela, quando jurare non volunt, *ibid. cum ſeq.*
Quales perſonæ debeant eſſe, quando admittuntur, & an debeant eſſe numero plures, 1.14.8.
Habent antipathiam cum Eccleſiaſticis, *ibid.*

Semiplena

Probatio ſufficit ad interrogandum Reum, & ad hoc ut reſpondere teneatur, 1.18.2.
Alii circa hoc ultimum tenent, quòd non, quando timet pœnam gravem, & ſperat ſe abſolvendum, *ibid.*
Cum illa ſola non poteſt Religioſus condemnari ad pœnam arbitrariam, 1. 25.5. & ad pœnam torturæ, 1.24. 6.
Contra aliquos oppoſitum ſentientes, *ibid.*
Sufficit ad non promovendum aliquem ad aliquod officium, non tamen ad removendum ab eo, 1. 25.5.

Senes S. Suſanna

Fuerunt teſtes contrarietatis, 1.14.13.

Sententia

Interlocutoria quid ſit, 1. 25. 1.
Poteſt illam revocare ipſe Judex, *ibid.*
Sententia torturæ eſt interlocutoria, 1. 24. 11.
Definitiva quid ſit, & cum quibus circumſtantiis danda ſit, 1. 25.2.
Debet illam præcedere legitima probatio; 1. 25. 4.
In cauſis dubiis nequit dari ſententia certa, 1.25. 5.
Data præcipitanter eſt nulla; & cur? 1.25.6.
Non eſt opus in illa adducere cauſam, quæ conſtat ex proceſſu, *n.* 7. *ibid.*
Pœnæ per ſententiam impoſitæ executioni mandandæ ſunt, & quam obligationem circa hoc habeant immediati executores, 1. 25. 16.
Sententia tempore contumaciæ, fertur ſine formatione articulorum, & reſponſione ad illos, & in abſentia Rei, ſi tamen poſtea compareat, non poteſt mandari executioni, niſi illi exhibeantur articuli, 1. 25. 4.
Sententia expulſionis gaudet privilegio cauſæ Matrimonialis, quæ revidenda eſt *toties quoties*, 2. 4. 14.
Fertur ob delictum Incorrigibilitatis. Vide *Expulſio.*
Illius forma juxta novum decretum, 2.5.4.
Et quid addendum ſit, ſi ſint dandæ dimiſſoriæ, 2. 5.5.
Forma illius, quando datur in contumaciam, 2. 5.8.
Forma ſententiæ in cauſa gravi judicata à definitorio, 2.4.3.
In pœna degradationis actualis, illius forma remiſſivè, 2.5. 6.
In pœna triremium, 2.5.9.
Forma ſententiæ abſolutoriæ, 2.4. 21.
Stylus obſervandus in intimanda ſententia Reo, *n.* 22. *ibid.*
Et quid agendum, quando detrectet illam acceptare, 2.5.23.
Ponitur forma intimationis, 2.5. 24.
Licet à ſententia injuſta non fiat appellatio, peccat tamen Judex exequendo illam, 1. 27.7.

Digitized by Google

Servus.

Quandonam ſervi indicent dominum cum delicto. *num.*16.169.

In morte violentâ Domini præſumitur contra illos ad inquirendum in ſpeciali. *n.* 4. *p.*103.*in fine.*

Societas Ieſu.

In hâc Religione non renuntiantur Correctioni fraternæ in ordine ad denuntiationem Judicialem. 1.9.5.

Suſpicio.

Naſcitur ex indiciis levibus, & in quo differat à præſumptione, 1.4.2.

Suſpiciones communes populi vel Communitatis quales ſint, & quale jus præbeant ad inquirendum. 1.12.4.

Vide *Mors, Navis.*

Subditi.

Quam obligationem habeant ad denuntiandum propter bonum ſui proximi. 1.6.2

Si denuntient ſine reſpectu ad leges charitatis, turbant bonum commune & particulare. 1 6.3.

Quando licitè poſſunt aliquid facere, poſito præcepto tenebuntur ad illud. 1.8.5.

E contra, quando non poſſunt. 1.9.13.

Vide *Praceptum.*

Unde colligi poſſit gravitas obligationis, quam habent ad reſpondendum Prælato, dum interrogantur tamquam Rei, vel teſtes. 1.11.12.

Subditus tenetur reſpondere, quando Prælatus inquirit in ſpeciali, 1.15.2.

Niſi grave illi inde ſequeretur damnum, vel fuiſſet complex, & non eſſet infamatus. *ibidem.*

Et quid ſi ſciat ſolus Secret. Vide V. *Secretū.*

Qui ſe abſcondit ſciens eſſe mandatum de teſtificando, non peccat contra juſtitiam, ſed obedientiam, etiamſi vocatus fuerit. 1.15.5.

Etiam contra charitatem, ſi ex eo, quòd non teſtetur, tertius innocens grave damnum patiatur. *ibid.*

In delictis, quæ minantur grave damnum bono communi, vel alicui tertio, etiamſi non conſtet, vel dubium ſit de jure Judicis ad interrogandum, tenetur reſpondere, & cur? 1.15.8.

In aliis delictis, in quibus debet præcedere infamia, aliqui volunt, quòd prius debeat conſtare de jure, *num.*9.*ibid.*

Contra ſententia habet fortiores rationes. *n.* 10. *ibid.*

Et hoc eſt verum in omni opinione, quando Judex ſolùm tractat de probandâ infamia, *ibid. in fine.*

Summaria.

Præbet fundamentum ad citationem, 1. 12. 53.

Illà, quæ teſtes in hâc dixerunt, in plenaria ratificare debent. 1.17.3. & 4.

Et hoc etiam in Tribunalibus ſæcularibus. 1.17.5.

Inter Religioſos non eſt neceſſaria iſta ratificatio. *num.* 6.*ibid.*

Aliqui illam admittunt ſolùm in negotiis levibus. 1.17.7.

Alii abſolutè in omnibus, *n.* 8. *cum ſeq. ibid.*

Vide *Ratificatio.*

Quando incipiat ſummaria? 1.18.1.

Et ubi terminetur? 2.3.1.

T

Tacere.

Ille qui tacet malitioſè, ſciens aliquem rem aliquam notabilem, furari velle, quale peccatum committat, & ad quid teneatur? 1.5.10.

Teſtes.

Examinandi pro probandâ infamia debent ſcire, quid ſit, 1.3.9. & 1.12.14.

Quot ſufficiant ad illam probandam. 1. 3.8.

Quot ſufficiant ad notorium & manifeſtum 1.2.6.

In quo caſu non ſint neceſſarii ad judicium, 1.1.5.

In inquiſitione generali admittuntur illi, qui aliàs ſunt inhabiles. 1.11.2.

Tenentur dicere veritatem in delicto probabili, & cùm proceditur per viam accuſationis à parte intereſſatâ, etiamſi non adſit infamia. 1.12.5.

Non tamen, ſi ùnus ſolus ſciret. *ibid.*

Ille, qui ſolus vidit delictum, & illud ſparſit, ita ut generata ſit infamia, vocatus ad teſtificandum negare debet. 1.12.7.

Qualitates teſtium attento jure communi ſunt multæ, & quales ſint, remiſſivè. 1.14.1

Quales teſtes requirantur in cauſis Regularibus. Vide *Iudicium Regulare, Exceptiones.*

Quilibet teſtis ex ſuâ parte præſumit, ſe eſſe habilem. 1.14.2.
Juramentum teſtis eſt de ſubſtantiâ Judicii, & quo jure. 1.14.5.
Poterit ſuppleri per præceptum, ſi ſit conſuetudo, 1.14.7.
Qui nam dicantur Teſtes omni exceptione majores. 1.3.8. & 1.14.10.
Quando dicantur conteſtes. 1.14.11.
Melius eſt, quod non concordent in omnibus, *ibid.*
Qualis defectus iſte ſit, & unde oriatur. 1.16.12.
Quomodo evitandus. *n.*13 *ibid.*
Quot faciant plenam probationem, & an reſpectu aliquarum perſonarum ſint neceſſarii plures. 1.14.11.
Quid dicendum ſit reſpectu Prælatorum Regularium, *ibid.*
Et quando ſufficiat unus teſtis ſolus *ibid. in fine.*
In rebus habentibus continuationem deponentes de eodem actu etiam viſo in diverſo tempore cenſentur conteſtes. 1.14.12.
Teſtes ſingulares quales, & quàm varii ſint, 1.14.13.
De Contrarietate. *ibid.*
De Connexione: & quid probent. *ibid. n.*14.
De diverſitate, & quid probent in cauſis civilibus, 1.14.15.
In Criminalibus eſt valde probabile, quòd uniantur & probent ad condemnandum ad pœnam arbitrariam. 1.14.16.
Et hoc admittendum eſt inter Religioſos, & in quo genere delictorum, *ibid.*
Quot illorum ſufficiant. *n.*17. *ibid.*
Contra aliquos tenentes, quòd non uniantur, & ſolùm admittantur in duobus caſibus. 1.14.15.
Unus teſtis valde fide dignus ſupplet defectum alterius minus idonei, 1.14.18.
Dictum Teſtis ambigui, obſcuri, vel confuſi non probat. 1.14.23.
Et interpretandum eſt in favorem Rei. *ibid.*
Quæ verba ſint dubia, 1.16.15.
Teſtes de auditu ſunt duplices, 1.14.24.
Ille qui eſt de auditu proprio, reducitur ad teſtem ocularem, *ibid.*
Si immediatè audiverit, probat ac ſi eſſet oculatus. 1.14.25.
Si mediatè, non probat abſolutè in cauſis criminalibus, & quare? licet in civilibus. *ibid.*
Et in quibus caſibus probet. *ibid.*
Quot ex his teſtibus faciant plenam probationem, & de differentiâ, quæ inter illos eſſe poteſt. 1.14.26.
Quis ſit de auditu alieno, & quando ſit mentio Teſtis de auditu, de hoc intelligendum eſt, 1.14.24.
Ille, qui audivit ab aliis, qui audiverunt, non probat. 1.14.27. & 30.
Duo, qui teſtantur de auditu aliorum, qui viderunt, & ambo audiverint ſeparatim auditu proprio, quid probent & quale indicium generent, 1.14.28.
Et quid ſi ambo audiverint ab uno qui vidit, *ibid.*
Et quid, quando duo ſimul audiverunt à duobus, qui ſimul viderunt *num.*29 *ibid.*
An ſi illi, qui viderunt, vivi ſint, ſint examinandi non curando illos, qui audiverunt. *ibid.*
Teſtis, qui ſe offert ad teſtandum, habetur pro ſuſpecto, & in quibus caſibus hoc non habeat locum. 1.14.31.
Quando & qualiter teneatur Teſtis reſpondere interrogatus à Judice.
Vide *ſubditus, damnum.*
Aliqui ſentiunt, quòd ille, qui dubitat de jure Judicis, teſtari teneatur, 1.15.11.
Alii admittunt, quando non agitur de damno proprio, vel alicujus tertii, vel ſi agatur, eſt tantum leve. 1.15.12.13.14 & 15.
Etiamſi ſubditus magis propendeat in partem Judicis, 1.15.12.
Et author hanc ſententiam eligi tamquam ſecuriorem, 1.15.16.
Ille, qui interrogatur ſolùm de eo, quod ſcit, non tenetur dicere ea, quæ audivit auditu alieno. 1.15.5.
Id, Quòd auditum fuit à perſonâ fide dignâ, & creditur ita eſſe, non poteſt Teſtis dicere, ſe ſcire, ad minus in Judicio, vel Viſitationibus. 1.15.6.
Et oppoſitum eſt valde præjudiciale, *ibid.*
Ille, qui non dat rationem illius, quod ſcit, etiamſi de illâ non interrogetur non probat. *ibid.*
De diligentiâ, quam adhibere debet Judex in in-

Digitized by Google

in interrogando teſtem de causa ſuæ ſcientiæ. 1.16.9.
In cauſis criminalibus Teſtis debet deponere oretenus, & non ſufficit in ſcriptis. 1.16. 2. & 5.
Inter Religioſos ita obſervandum eſt. 1.16.3
Cum quâ limitatione. *ibidem.*
Et non ſufficit verbale juramentum. *ibidem.*
Judex per ſe ipſum debet examinare Teſtem. 1.16. 4.
Niſi eſſet legitimè impeditus, tunc enim poterit alteri committere, & de hâc commiſſione conſtare debet in proceſſu. 1.16.5.
Vel etiam, quando teſtes coram eo comparere non poſſunt. *ibid.*
Qui ante publicationem cauſę revelat ſuum dictum, debet puniri ad arbitrium Judicis, 1.16.6.
Ille, qui nihil ſcit, ſcribendus non eſt, ſi tamen ſciret aliquid de uno, & de altero, ſcribendum eſt illud, quod ſcit *n.* 7. *ibid.*
Debet poni ætas, nomen, cognomen, ſtatus & conditio Teſtis, *num.* 8. *ibid.*
Quomodo interrogandus ſit, & quam rationem ſui dicti dare debeat, & cum quibus circumſtantiis, 1.16.9. & 10.
Si interrogatio ſit negativa, reſponſio debet eſſe affirmativa, & è contra, aliàs non probat. *num.* 11. *ibid.*
Declaratur exemplis. *ibidem.*
Reſumuntur ea, quæ debet obſervare Teſtis, & ille, qui examinat, 2.2.2.
Forma initii dictorum. 2.2.5.
Et clauſulæ. *num.* 6. *ibidem.*
Et quid agendum, quando multi examinantur unâ die. *num.* 7. *ibidem.*
Ille, qui falſum deponit in uno articulo, niſi eſſet circa aliquod merè accidentale, non probat in cæteris ejuſdem examinis, 1.16. 17.
Falſum dictum in aliquo Judicio nullo, non præjudicat dicto oppoſito in alio judicio valido. 1.16.18.
Et ſi in uno judicio valido dixit, ſe nihil ſcire, id quod poſteà dicit, nullum eſt, & cur? *ibidem.*
Si in uno judicio dicit unam rem, & in alio aliam, tamquam falſarius puniendus eſt, & primum dictum, cui ſtandum eſt, manet aliquo modo debilitatum per ſecundum. *ibid.*
Ille, qui in præſentiâ Judicis dicit duo ſibi ſubſtantialiter contraria, nullam facit fidem. 1. 16.19. & 20.
Niſi dicat animo ſe corrigendi, quem ſi habuerit, ſecundo ſtandum erit. *n.* 21. *ibid.*
Dummodò non ſe ſubſcripſerit, & ratificaverit. *ibid.*
Et quid dicendum, quando Teſtis abſque eo, quòd finiverit dictum ſuum, recedit e præſentiâ Judicis, poſtea cùm revertitur, ſuum dictum emendat? *ibid.*
Quando teſtis in ſummaria dixit unum, & in plenaria alterum, debet ſtari priori, niſi in caſu Hæreſis, *num.* 22. *ibid.*
Manet tamen aliquatenus debilitatum, & aliquo adminiculo ſupplendum eſt. *ibidem in fine.*
Teſtis minor quindecim annis non facit plenam fidem, licet generet præſumptionem, vel indicium. 1,16.8.
De ratificatione Teſtium in plenaria & Summaria. Vide V. *Summaria, Ratificatio.*
Quando Reo dicta Teſtium manifeſtanda ſint? Vide V. *Publicatio.*
Complex non admittitur ad teſtandum. Vide V. *Complex.*

S. Thomas.

Sub nomine Accuſationis comprehendit denuntiationem Juridicam, 1.9.3.

Thomas à Ieſu.

Quid de illo, ejuſque doctrina ac ſanctimonia ſenſerint viri graviſſimi. 1.2.3.

Tortura

Minæ antecedentes delictum dant Iudici jus ad torturam. 1.12.28.
Si minas intentans ſit perſona malæ famæ. *ibidem.*
Et an ſufficiat dictum complicis, vel Complicum. *ibidem.*
Res furto oblata, inventa apud Reum, ſufficit ad ſubjiciendum eum torturæ. *num.* 29 *ibid.*
Vel aliquid ipſius in loco delicti. *ibid.*
Unum indicium vehemens præbet jus ad torturam. 1.12.10.
Tortura eſt medium incertum ad liquidandam veritatem. 1.24.13.

Inter

Digitized by Google

Inter perſonas Eccleſiaſticas minus frequens eſt, quàm ſæculares, & qualiter detur; & in quibus caſibus, 1.24.1.
Inter Religioſos rariùs danda eſt, & quomodo. *num.* 2.*ibid.*
In quo ſtatu cauſæ, & quomodo danda ſit. 1.24.3.
Numquam debet æquivalere pœnæ, quam meretur delictum. *ibid.*
Non eſt danda, quando delictum probatum eſt, & alia ſuppetunt media ad liquidandam veritatem. *num.* 4.*ibid.*
Inter Religioſos requiritur plus quàm ſemiplena probatio. 1.24.6.
Vide *ſemiplena.*
Non debent torqueri per manus ſæcularium, nec tortura debet eſſe atrox tàm in modo, quam duratione. *num.* 7 *ibid.*
Quid agendum, quando Reus fatetur in tortura pro ſua ratificatione. 1.24.8.
Et quid, ſi neget, vel retractet factam confeſſionem. *ibid.*
Quando tortura fuit ſufficiens, & Reus perſiſtit in negando, abſolvendus eſt. 1.24.10.
Quænam dicatur ſufficiens. *ibid.*
Quomodo danda ſit ſententia interlocutoria torturæ? 1.24.11.
Illius forma. 2.5.17.
Stylus illam intimandi & exequendi. 2.5.19
Debent eſſe præſentes, Judex, Secretarius & duo Teſtes. 1.24.12. & 2.5.18.
Quomodo ſit interrogandus Reus & ſcribenda illius confeſſio. 1.5.19.
Quomodo ſit notificanda. 1.24.8. & 2.5.20
Inter Religioſos ſemper melius eſt dare pœnam arbitrariam loco torturæ, & cur? 1.24.13.

Triremes.

Ad illas condemnandus debet expelli à Religione. 2.5.9.
Non dantur dimiſſoriæ, & quouſque. 2.5.10
Commiſſio, quam debet ferre ſecum ille, qui eum conducit, *ibid.*
Melius eſt, quòd conſignetur brachio ſæculari in ipſo Conventu. *ibidem.*

Tumultuoſus

Naturaliter talis in dubio præſumitur aggreſſor. 1.21.54.

V.

Viſitatores.

Malè faciunt, qui dicto duorum vel trium contra Prælatum contenti ſunt, abſque examine aliarum perſonarum gravium antecedenter ad exhibitionem eorum, quæ illi imponuntur, 1.10.9.
Qualiter ſe gerere debeant, quando aliquis malitioſè infamatus eſt in aliqua Communitate, & denuntiatus. 1.10.11.
Non poſſunt recuſari, quando procedunt per viam Inquiſitionis generalis. 1.21.8.

Viſitationes.

Debent facere Prælati Regulares una vice in anno ſecundum jus, & hoc quodnam ſit. 1.1.1.
Et aliis vicibus, cùm fuerit opus. *ibidem.*
Debent illas facere per ſe ipſos, vel per alios, ſi fuerint impediti. 1.1.3.
Vide *Commiſſio, Inquiſitio generalis, Reſidentia.*

Unus.

Id quod unus ſolus ſcit, totaliter & omninò ſecretum dicitur. 1.7.3.
Et non poteſt judicialiter denuntiari. *ibid.*
Quòd ſi certus non ſit, ſe ſolum eſſe, qui ſcit, debet dicere veritatem interrogatus à Judice. *ibid. in fine.*

Vulneratus.

Illius dictum ſufficit ad inquirendum in ſpeciali, & accuſandum infamatum. 1.12.26.
Præſumitur fuiſſe aggreſſor, & cur? 1.21.54.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google